# NOTITIA VTRAQVE DIGNITATVM CVM ORIENTIS, TVM OCCIDENTIS VLTRA

Arcadij, Honorijque Tempora.

Et in eam

GVIDI PANCIROLI I. V. C. Prȩſtantiſs. ac in Celeberrimo Patauino Gymnaſio Interpretis Legum Primarij,

COMMENTARIVM.

In quo Ciuiles Militareſque Magiſtratus, ac Palatinæ dignitates, cum omnium officijs explicantur: pluriumq; iurium ſenſus, atq; aliorum Auctorum loca illuſtrantur.

AD SERENISS. CAROLVM EMANVELEM SABAVDIAE DVCEM.

Item de MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS eiuſdem Auctoris Liber,

*AD SEREN. RAINVTIVM FARNESIVM Parmæ &c. Ducem.*

Cum duplici Indice, vno capitum, altero inſignium rerum copioſiſſimo.

*CVM PRIVILEGIO.*




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

VENETIIS, M. D. XCIII.

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.

# NOTITIA VTRAQVE DIGNITATVM CVM ORIENTIS, TVM OCCIDENTIS VLTRA Arcadij, Honorijque Tempora.

Et in eam

GVIDI PANCIROLI I. V. C. Pręſtantiſs. ac in Celeberrimo Patauino Gymnaſio Interpretis Legum Primarij,

COMMENTARIVM.

In quo Ciuiles Militareſque Magiſtratus, ac Palatinæ dignitates, cum omnium officijs explicantur: pluriumq; iurium ſenſus, atq; aliorum Auctorum loca illuſtrantur.

AD SERENISS. CAROLVM EMANVELEM SABAVDIAE DVCEM.

Item de MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS eiuſdem Auctoris Liber,

*AD SEREN. RAINVTIVM FARNESIVM Parmæ &c. Ducem.*

Cum duplici Indice, vno capitum, altero inſignium rerum copioſiſſimo.

*CVM PRIVILEGIO.*




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

VENETIIS, M. D. XCIII.

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.

# SERENISSIMO CAROLO EMANVELI SABAVDIAE DVCI, ET SVBALPINORVM Principi Ampliſsimo.

*MAGNA mihi ſemper admiratione viſa ſunt digna in re bellica Romanorum ingenia, Sereniſſime Princeps, quæ miram in inſtruendis aciebus artem, eligendis ad caſtrametandum locis, atque diſponendis caſtris prudentiam, explorandisq; hoſtium conſilijs induſtriam, ac denique in omnibus ſuperandis difficultatibus animum, atque incredibilem ſolertiam oſtenderunt, in aptandis teſtudinibus, ac vineis, erigendis turribus, atque arietibus, aliisq; innumeris tormentorum generibus parem diligentiam exhibuerunt, quibus magnam orbis terrarum partem ſubegerunt. Sed cùm ſapientiam intueor, qua tot moribus, & linguis diſſonas ſub imperio gentes prudenter rexerunt, & partas opes, ac regna contra imminentes, & futuras procellas munierunt, & graui iudicio cuncta diſpoſuerunt, non minorem hinc laudem mihi videntur promereri. Quemadmodum enim feruentes aquæ ſemper ebulliunt, nec vaſe queunt contineri, ſic tot populorum æſtuantia ingenia difficillimum fuit cohibere: ſed quæ in domandis, eadem in continendis quoque in officio gentibus, & clarior etiam virtus enituit, quod & Poeta Romanorum proprium eſſe his verſibus ſignificauit.*

Tu regere imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem.

*Singulis enim prouinciis ad efferos animos frenandos, iura & magiſtratus cum armatis militibus præfecerunt, in limitibus imperii Duces cum validis præſidiis locarunt; Alios exigendis vectigalibus, ac tributis præpoſuerunt, quibus attenuati populi viribus deſtituebantur, & fiſcus adauctus in dies potentior fiebat. His nixum totum ſtetit, ac creuit imperium, quibus confirmandis, atque adeo ampliandis, omnem diligentiam & ſtudium Romani Principes adhibuerunt. Neque hæc vigilanter exercuiſſe contenti, ad ſucceſſorum eruditionem, & omnia in officio facilius continenda, cuncta in libro deſcripta habuerunt, qui prius Breuiarium, ſeu ratiocinarium imperii, mox Notitia eſt appellatus, in quo ciuiles magiſtratus, & militares, legiones, auxilia, cohortes, vexillationesq; ſingulæ cum ſuis ſymbolis, & inſignibus officiisq; poſitæ comprehendebantur. Pecuniæ etiam publicæ, ac priuatæ Principis exactores, ac cæteræ Palatinæ dignitates quæq; cum ſcriniis ac codicibus annotabantur, in quibus argentum, veſtis, ſupellex, ac reliqua Principis eo ordine ac diligentia deſcripta conſeruabantur, vt nihil inde poſſet deperire. Hæc omnia vtriuſque Romani imperii tùm in duo diuiſi, id eſt Orientis & Occidentis continet Notitia, ſed ita ieiunè poſita, vt indicis tantùm vice fungatur. Itaque res vetuſtæ, altaq; caligine conditæ obſcuræ relinquuntur, vt legentes incerti & perturbati diſcedere cogantur, & vt ait Poeta.*

Inconſulti abeunt, ſedemq; odere ſybillæ.

*Opus tamen vt res excelſas, & Romani imperii magnitudinem complectens, ingens cunctis ſui deſiderium excitat. Id ſemel Celſitudo tua mihi exhibuit, & vt eſt rerum antiquarum ſtudioſiſſima, aliquem eius interpretem poſtulabat, ac tandem poſt multos varioſq; ſermones, mihi ipſius explicandi onus impoſuit, quod tanquàm omnium difficillimum, humeriſq; meis impar primò recuſaui. Hic enim iam antiquati magiſtratus, & eorum officia, quorum nullum amplius extat veſtigium, & vix nomen retinetur, erant declaranda. Elucidanda dignitatum inſignia, militum ordines, & ſymbola explicanda, quæ vt alibi nunquàm viſa, ita eorum ſenſum exprimere, vatis potius eſſe videbatur quàm Iureconſulti. Vectigalium quoque & tributorum rationes immutatas, & palatina officia penitus extincta & incognita renouare immenſi laboris res proponebatur, vetuſtos imperii limites, & loca cum præſidiis declarari poſſe animum deſpondebam. Itaque qua poteram modeſtia deprecabar, vt in alium me doctiorem hæc prouincia demandaretur. Sed cùm acrius ad hoc onus ſubeundum vrgerer, nec tanti Principis deſiderio reſiſtere auderem, omnem difficultatem*

*cultatem*

*cultatem obtemperandi cupido ſuperauit. Auſus itaque ſum, quod nunquàm à me fieri poſſe putabam, & huius Notitiæ incognita & obſcuriſſima è tenebris in lucem educere ſum conatus, in quibus vbi defuero, Celſitudini tuæ parendi neceſſitas me excuſabit, cuius imperio non obſequi cùm mihi fas non eſſet, malui obtemperando culpæ periculum ſubire, quàm ea vacando contumax videri. Vt iuſſa igitur exequar, imperatumq; debitum ſoluam, in Notitiam vtriuſque Romani imperii Commentarium ei meum offero, in quo Romanorū Principum magnitudinem, opulentiam, vires, & inſignem in cunctis ſolertem prudentiam ſpectabit. Hoc munus Amplitudini tuæ exiguum eſt, ſed animi promptitudinem maiora, ſi poſſet, daturi reſpiciet. Interea hoc etſi Leuidenſe, & craſſo filo contextum opus non aſpernabitur. Nam.*

A te principium, tibi deſinet, accipe iuſsis
Ardua cœpta tuis, atque hanc ſine tempora circum
Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.

*Ac nobis Celſitudinem tuam Deus Optimus Maximus diu incolumem ſeruet.*

Celſit. Tuæ

Deditiſs. Ser.

Guidus Pancirolus.

# A D
# GVIDVM PANCIROLVM
## VIRVM CLARISSIMVM,
Notitiam Imperij vtriuſque,
## QVO MODO ANTE AB VLLO
nunquàm declarantem.

*Franciſcus Pola Iureconſ. Veronenſis.*

ERGO inſperato tandem candore potitam
NOTITIAM GEMINI IMPERII ſpectamus ouantes;
Romulidumque iuuat, nec non Byzantia regna
Partibus è cunctis manifeſta in luce tueri;
Quæ fuerint vrbes olim, quæ caſtra, vel arces,
Quæque Magiſtratus ferrent inſignia, nunquàm
Intellecta prius, nigriſque obducta tenebris.
O nos fœlices, præſens qui degimus æuum,
Queis nouiſſe datum tantæ miracula mentis:
Sed mage fœlicem, potuit qui talia nobis
Pandere, diuino iamnum quæſita labore.
Auſim quinetiam non illum corpore cretum
Dicere mortali, Diuumque accumbere menſis,
Si Cereri, & Baccho ſua quondam antiqua reperta,
Aethereas habitare domos, Cœlumque dedere;
Nam quæ hæc conuincet maieſtas munera rerum?
Pythia non olim tam cæcas ſoluere fertur
Ambages potuiſſe uiris, non augur Apollo:
Ille Deus, Deus ille quidem, qui commoda tanta
Legali tribuit claſſi; nam tempore in omni
Ille Deus mihi erit, Deus ille erit & mihi ſemper.
Te ſequor ò, te, ſancte ſenex; tua numina adoro
PANCIROLE ingens; ne me aſpernare colentem.

Tu

Tu pietate micas, tu relligione Deorum,
Tu ſolus monumenta ſitu conſumpta uetuſto
Reſtituis; tu das doctis cognoſcere chartis
Biſſenis quantum libris mandauerit ortus
Iuſtino, Imperium qui mox, & nomina patris
Rettulit, & miro Pandectas ordine fecit;
Tu legum penitus diuina oracula noſcis,
Atque ea facundo per terras ore profaris;
Tu non auditos aperis, clariſsime, ſenſus,
Alciatis melior, Celſis & proximus ipſis;
Intereà pendent homines dicentis ab ore,
Qui ad te diuerſis ueniunt regionibus orbis;
Te colit Heſperius, te Teuton, Gallus, & Indus,
Et qui extra ſolis curſus, atque aſtra vagantur;
At quas noſtra tuas nunc diſcunt tempora laudes
Poſthuma eas duplici præſtabunt fœnore ſæcla.

# INDEX CAPITVM, QVAE IN HOC VTRIVSQVE Imperij Notitiæ Commentario continentur.


PRæfatio. pag.1
De Notitiæ inſcriptione. pag.3
Summaria dignitatum Orient. Imper. enumeratio. cap. 1. pag.3.
De illuſtribus, ſpectabilibus, Clariſſimis, perfectiſſimis, & egregijs. cap. 2. pag.5.
De perfectiſſimis. cap.3 6
De egregijs. cap.4 6
De præfectis prætorio cap. 5 6
De curſu publico, angarijs, & parangarijs. capite 6. 8
De præfecto prętorio Orientis. cap.7 9
De aſſeſſoribus cap.8. 9
De apparitoribus, & officio P. P. domeſticis, & cancellarijs, cap. 9. 9
De Principe. cap.10. 10
De Corniculario. cap. 11. 11
De adiutore. cap.12. 11
De Commentarienſi. cap.13. 11
De ab actis cap. 14. 12
De numerarijs, cap.15. 13
De ſubadiuua cap. 16. 13
De cura epiſtolarum cap. 17. 13
De Regerendario cap.18. 13
De exceptoribus, & eorum adiutoribus, cap. 19. 13
De ſingularijs, ducenarijs, centenarijs, & Sexagenarijs cap.20. 14
De Primipilo. cap.21. 14
De inſignibus dignitatum, & P. Prætorio Orientis, cap.22. 14
De præf. prætorio Illyrici, & Iuſtinianea prima cap. 23. 15
De imaginibus Principum cap. 24. 17
De præfecto vrbis Conſtantinopolis, cap.25. 18
De præfecto annonæ cap. 26. 18
De præfecto vigilum cap. 27. 19
De decanis ſeu lecticarijs, cap. 28. 19
De curatoribus operum Conſtantinopolis, cap. 29. 19
De prætoribus Conſtantinopolis, cap.29. 19
De Magiſtris militum, cap. 30. 19
De primo magiſtro militum in præſenti, & eius officio. cap.31. 20
De vexillationibus Magiſtri militum in præſenti capite 32. 21
De vexillationibus palatinis. cap. 33. 22
De vexillationibus ſeptem Comitatenſibus, cap. 34. 22
De legionibus cap. 35. 23
De præfectis legionum cap. 36. 25
De numerorum militum ſymbolis, & eorum coloribus. cap.37. 25
De VI. legionibus palatinis Magiſtri militum præſentalis, cap. 38. 26
De XVIII. auxilijs palatinis, cap.39. 27
De officio Magiſtri militum in præſenti, cap. 40. 28
De alio Magiſtro militum in pręſenti, cap.41. 30
De VI. vexillationibus Palatinis alterius Magiſtri militum in præſenti. cap. 42 30
De VI. vexillationibus Comitatenſibus, capite 43. 30
De VI. legionibus palatinis ſub alio Magiſtro militum in præſenti. cap.44. 30
De XVIII. auxilijs palatinis alterius magiſtri militum præſentalis. cap.45. 31
De Magiſtro militum per Orientem. cap.46. 32
De vexillationibus Comitatenſibus, X. ſub Magiſtro militum per Orientem. cap. 47. 32
De IX. legionibus Comitatenſibus per Orientem. capite 48. 34
De legionibus X. Pſeudo Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem cap. 49. 34
De Magiſtro militum per Thracias, cap. 50. 36
De III. Vexillationibus palatinis ſub Magiſtro militum per Thracias. cap. 51. 36
De IIII. Vexillationibus Comitatenſibus ſub Magiſtro militum per Thracias, cap. 52. 36
De legionibus Comitatenſibus XXI. ſub magiſtro militum per Thracias, cap.53. 36
De Magiſtro militum per Illyricum, cap. 54. 39
De II. vexillationibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Illyricum, & legione palatina. cap. 55. 39
De VI. auxilijs palatinis cap. 56. 39
De VIII. legionibus Comitatenſibus magiſtri militum per Illyricum cap. 57. 39
De IX. legionibus pſeudo Comitatenſibus magiſtri militum per Illyricum. cap. 58. 39
Epilogus copiarum Orientis. cap. 59. 39
De præpoſito ſacri cubiculi. cap.60. 40
De ſchola ſilentiariorum. cap.61. 40
De Magiſtro officiorum Orientis, & eius inſignibus, cap. 62. 41
De ſcholis, quibus præerat magiſter officiorum. capite 63. 43
De ſchola agentium in rebus cap. 64. 43
De menſoribus, lampadarijs, admiſſionalibus, & inuitatorijs, cap.65. 44
De V. Fabricis in diœceſi Comitis Orientis, & Fabricenſibus. cap. 66. 44
De III. Fabricis Ponticæ. cap.67. 45
De Fabrica Aſiana. cap.68. 45
De II. Fabricis Thraciarum. cap.69. 45
De IIII. Fabricis Illyrici. cap.70. 45
De officio magiſtri officiorum. cap.71. 45
De quæſtore, & eius inſignibus. cap.72. 45
De illuſtri Comite ſacrarum largitionum Orientis, & eius





& eius inſignibus. cap 73. 47
De his, qui erant ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum. cap.74. 49
De officio Comitis ſacrarum largitionum Orientis, cap. 75. 52
De ſcrinio canonum cap. 76. 52
De ſcrinio tabulariorum, cap. 77. 53
De ſcrinio numerariorum. cap. 78. 53
De ſcrinio aureæ maſſę. cap.79. 53
De ſcrinio auri ad reſponſum, cap. 80. 53
De ſcrinio veſtiarij ſacri cap. 81. 53
De ſcrinio ab argento. cap. 82. 53
De ſcrinio anularenſi uel Miliarenſi. cap.83. 54
De ſcrinio à pecunijs, cap.84. 54
De ſcrinio exceptorum. cap. 85. 54
De ſcrinio Mittendariorum Tertiocerio, & Quartocerio largitionum, cap.86. 54
De illuſtri Comite priuatarum diuinę domus in Oriente, & eius inſignibus, cap.87. 54
De officio Comitis rerum priuatarum. cap. 88. 56
De Comite domeſticorum equitum, & domeſticorum peditum, eorumque inſignibus. cap.89. 57
De ſpectabili Primicerio cubiculi. cap.90. 58
De Comite caſtrenſi ſacri palatij, & eius inſignibus. cap.91.
De Primicerio notariorum, eiuſque inſignibus, & laterculo maiore. cap 92. 60
De Magiſtris IIII. ſcriniorum, & eorum inſignibus. cap.93. 61
De Magiſtro memoriæ. cap.94. 62
De Magiſtris epiſtolarum. cap.95. 63
De Magiſtro libellorum. cap.96. 63
De Comite diſpoſitionum. cap.97. 64
De Magiſtratibus prouinciarum cap.98. 64
Communia magiſtratuum prouinciarum. cap.99. 65
De Proconſulibus, & differentia inter eos, & alios prouinciarum magiſtratus. cap.100. 66
Summarium magiſtratuum ciuilium Orientis. 67
De Proconſule Aſiæ, et eius inſignibus. cap.101. 68
De Conſulari Helleſponti, & Præſide inſularum. capit. 102. 69
De Proconſule Achaiæ, & eius inſignibus. capite 103. 69
De Comite Orientis, eiuſque inſignibus, & officio. capit.104. 70
De Lyciarchi, & Syriarchi muneribus, & ludis. cap.105. 72
De Conſulari, & poſtea Proconſule Paleſtinæ, eiuſque inſignibus. cap.106. 72
De Conſulari Phœniciæ. cap.107. 73
De Conſulari Syriæ primæ. cap.108. 73
De Conſulari Cypri. cap.109. 73
De conſulari Ciliciæ primæ, & Præſide ſecundę. cap. 110. 73
De Pręſidibus ſecundæ & tertiæ Paleſtinæ ſalutaris. cap.111. 73
De Præſide Phœnices Libani. cap.112. 74
De Præſidibus Euphratenſis Syriæ, & ſalutaris. cap.113. 74
De Oſroenæ & Meſopotamiæ Pręſidibus. cap.114. 74
De Iſaurię Præſide, & poſtea Comite. cap.115. 74
De Pręſide & Moderatore Arabię. cap.116. 74
De Præfecto Aegypti, eiuſque inſignibus, & officio. cap.117. 75
De Præſidibus vtriuſque libyę. cap.118. 76
De Pręſide Thebaidis, & eius inſignibus. cap.119. 76
De Pręſidibus Arcadię & Aegypti, Auguſtanicęque correctore. cap.120. 76
De Iuridico & alijs Alexandrię magiſtratibus. cap. 121. 76
De Vicario Aſianę, & eius inſignibus. cap.122. 77
De conſularibus Pamphylię & Lydię. cap.123. 78
De Pręſidibus Lycię & Carię, Lycaonię, & poſteà Pretore Iuſtiniano. cap.124. 78
De Pręſidibus Piſidię, Phrygię Pacatianę & ſalutaris. cap.125. 78
De Vicario Ponticę, & eius inſignibus. cap.126. 79
De conſularibus Galatię & Bithynię. cap.127. 80
De Præſidibus Honoriadis ſeu Paphlagonię. cap. 128. 80
De Pręſide Cappadocię. cap.129. 80
De Præſidibus Ponti Polemoniaci, & Helenoponti. cap.130. 81
De Pręſidibus Armeniarum. cap.131. 81
De Vicario Thracię & eius inſignibus, cap. 132. 81
De conſularibus Europę & Thracię. cap. 133. 82
De Pręſidibus Hęmimontis, Rhodopes, Myſię inferioris, & Scythię. cap.134. 82
De Vicario Macedoniæ. cap.135. 83
De conſularibus Macedoniæ & Cretę. capit.136. 83
De Præſidibus Theßalię, vtriuſque Epiri, & partis ſalutaris Macedonię. cap.137. 83
De Vicario Dacię, & Rectoribus, qui ſub eo erant. cap.138. 83
De limitaneis Comitibus, & Ducibus. capit.139. 84
De Comite limitis Aegypti. cap.140. 85
De alijs, quę de minore laterculo emittuntur. cap. 87
De alijs numeris prouinciæ Auguſtanicæ. 88.
De Comite Iſauriæ & Præſide. cap.141. 88
De Duce Lybiæ. cap.142. 89
De Duce Thebaidis, & eius militibus. cap.143. 89
De alijs, qui de huius Ducis minore laterculo emittebantur. 91.
De ſpectabili Duce Paleſtinæ. cap.144. 93
De Alis & cohortibus, quæ de Paleſtinæ Ducis minore laterculo emittuntur. 92
De Duce Arabiæ. cap.145. 93
De ijs, quæ de minore laterculo emittebantur. 93
De ſpectabili Duce Phœnices. cap.146. 95
De his, qui de minore ipſius laterculo emittuntur.
De ſpectabili Duce Syriæ & Euphratenſis ſeu Auguſto Euphratenſis. cap.147. 96
De Auguſto Euphratenſis copijs, quæ de minore ipſius laterculo emittebantur.
De ſpectabili Duce Oſroenæ. cap.148. 97
De Duce Meſopotamiæ viro ſpectabili. cap. 149. 98
De Duce Armeniæ. cap.150. 99
De ſpectabili Duce Scythiæ. cap. 151. 101


De

De Duce Mœſiæ ſecundæ.cap.152. 102
De Duce Mœſiæ primæ.cap.153. 104
De Duce Daciæ Ripenſis.cap.154. 105
De Paleſtinæ & aliarum prouinciarum conſularibus, eorumque inſignibus & officijs. cap.155. 106
De Correctoribus, eorumque inſignibus .cap. 156. 107
De Thebaidis, alijſque Præſidibus, tam Clariſſimis, quàm Perfectiſſimis, eorumque inſignibus. cap. 157. 108
De differentijs inter officia magiſtratuum. cap.158. 109
De Armarijs librorum a Notitia repræſentatis. cap.159. 110

Index dignitatum Occidentis.

DE Occidentali Imperio.cap.1. pag.1
De Præfecto Prætorio Italiæ.cap.2. 115
De Præfecto Prætorio Galliarũ.c.3. 117
De Præfecto vrbi Romæ.cap.4. 117
De Præfecto annonæ.cap.5. 119
De Præfecto vigilum.cap.6. 120
De Comite formarum.cap.7. 120
De Comite riparum, et aluei Tiberis, & cloacarum. cap.8. 120
De Comite portus.cap.9. 121
De Magiſtro cenſus.cap.10. 121
De Rationali vinorum.cap.11. 121
De Tribuno fori ſuarij.cap.12. 121
De Conſulari aquarum.cap.13. 121
De Curatore operum maximorum.cap.14. 122
De Curatore operum publicorum.cap.15. 122
De Curatore ſtatuarum.cap.16. 122
De Curatore horreorum Galbanorum.cap.17. 123
De Centenario portus.cap.18. 123
De Tribuno rerum nitentium. cap.19. 123
De Magiſtro peditum in præſenti Occidentis. cap. 20. 127
De XII. palatinis legionibus Magiſtri militum præſentalis Occidentis. cap.21. 128
De auxilijs palatinis LXV. Magiſtri peditum præſentalis per Occidentem.cap.22. 128
De Legionibus Comitatenſibus XXXII. Magiſtri peditum per Occidentem.cap.23. 130
De XVIII. Legionibus Pſeudocomitatenſibus Magiſtri peditum Occidentis.cap.24. 132
De Comite & Magiſtro equitum præſentali occidentis; eiuſque militibus, & eorum inſignibus. cap. 25. 132
De IX. Vexillationibus palatinis Magiſtri equitum præſentalis Occidentis.cap.26. 134
De Vexillationibus Comitatenſibus XXXII.cap. 27. 134
De Magiſtro equitum per Gallias.cap.28. 136
Tabella eorum, qui Præpoſito ſacri cubiculi parebant.
De Illuſtri Præpoſito ſacri cubiculi.cap.29. 136
Tabula eorum, quibus Magiſter officiorum in Occidente præeſt.
De Magiſtro officiorum Occidentis.cap.30.
De Fabricis Occidentis.cap.31.
De VI. Fabricis in Italia.cap.32. 139
De Fabricis VIII. in Gallijs.cap.33. 139
De Quæſtore. cap.34. 139
Tabula eorum, quibus Comes largitionum Occidentis imperabat.
De Illuſtri Comite ſacrarum largitionum Occidentis.cap.35. 141
De Præpoſitis theſaurorum.cap.36. 141
De Procuratoribus monetæ.cap.37. 142
De Procuratoribus Cynegiorum, aut Gynæciorum. cap.38. 142
De Procuratoribus Baphiorum.cap.39. 143
De Præpoſitis Brambaricanorum, ſeu argentariorum. cap.40. 143
De Præpoſitis Baſtagarum.cap.41. 143
Index eorum, quibus Comes rerum priuatarum Occidentis imperabat. 143
De Illuſtri Comite rerum priuatarum Occidentis. cap.42. 144
De Comitibus domeſticorum peditum, & equitum. cap.43. 145
De Primicerio ſacri cubiculi, & Caſtrenſi palatij Occidentis.cap.44. 146
De Primicerio notariorum Occidentls. capitol.45. 147
De Magiſtris ſcriniorum Occidentis. cap.46. 147
Index eorum, quibus Præf. Prætorio Italiæ imperabat. 147
De Proconſule Africæ, & eius inſignibus. cap.47. 148
De Vicario vrbis Romæ.cap.48. 149
De Italiæ Magiſtratibus.cap.49. 149
De conſulari campaniæ. cap.50. 149
De Conſulari annonario Tuſciæ, vmbriæque.cap.51. 150
De Conſulari Piceni ſuburbicarij. cap.52. 150
De conſulari Siciliæ. cap.53. 150
De Correctoribus Apuliæ & Calabriæ, item Brutiorum & Lucaniæ.cap.54. 151
De Præſidibus Samnij & Valeriæ. cap.55. 151
De Præſidibus Sardiniæ & Corſicæ.cap.56. 151
De Vicario Italiæ.cap.57. 151
De conſulari Venetiæ & Iſtriæ.cap. 58. 151
De conſularibus Æmiliæ, Flaminiæ, & Piceni.cap. 59. 152
De conſulari Liguriæ.cap.60. 152
De Præſidibus Alpium Cotiarum, Retiæ primæ, & ſecundæ.cap.61. 152
De Vicario Illyrici Occidentalis.cap.62. 152
De conſulari Pannoniæ ſecũdæ, & correctore ſauiæ, ac Præſide Pannoniæ primæ, & vtriuſque Norici.cap. 63. 152
De perfectiſſimo Præſide Dalmatiæ.cap.64. 152
De Vicario Africæ, et eius conſularibus, ac Præſidibus.cap.65. 153
De præfectis annonæ Africæ, et patrimonialium fundorum.cap.66. 154
Index eorum quibus præfectus prætorio Galliarum præerat. 155





De Vicario Hiſpaniarum, & earum magiſtratibus. cap.67. 155
De Vicario Galliarum, ſeu XVII. prouinciarum, earumque magiſtratibus.cap.68. 157
De Vicario Britanniæ, & eius magiſtratibus. cap. 69. 158
De Comite Africæ.cap.70. 159
De Comite Tingitanæ.cap.71. 160
De Comite limitis Saxonici ꝑ Britãniã.cap.72. 161
De Comite Britanniæ.cap.73. 162
De Comite limitum Italiæ.cap.74. 163
De Comite Argentoratenſi.cap.75. 164
De Comite Illyrici.cap.76. 164
De Comite Hiſpaniarum.cap.77. 164
De Duce & Præſide Mauritaniæ, Cæſarienſis. cap. 78. 165
De Duce Tripolitanæ prouinciæ. cap. 79. 166
De militum Africæ reformatione.cap.80. ibidem
De Duce Pannoniæ ſecundæ Riparienſis, ſiue Sauiæ cap.81. 167
De Duce Valeriæ Ripenſis. cap.82. 169
De Duce Pannoniæ primæ & Norici ripenſis. capit. 83. 171
De Duce Retiæ primæ & ſecundæ. cap. 84. 172
De Duce prouinciæ Sequanici. cap.85. 173
De Duce tractus Armoricani, & Neruicani. capit.86. 174
De Duce Belgicæ ſecundæ. cap. 87. 174
De Duce Germaniæ primæ.cap.88. 176
De Duce Britanniarum. cap. 89. 177
De Duce Mogontiacenſi.cap. 90. 179
De inſignibus Conſularium. cap. 91. 182
De inſignibus correctorum. cap. 92. 183
De inſignibus præſidum. cap. 93. 186

FINIS.

# IVRA IN HOC OPERE ILLVSTRATA,

## Et nouiter declarata,

## ll. ff.

L.abeſſe, 32.ff.ex quib. cauſis maior.in præfatione.& cap.20. de præfecto legionis.
L.vlt.de conmeniend.fiſci debito.in præfatione.
L.2.ff.de in ius vocand.cap.6. de curſu publico.
l.vlt.§.hi quoque.ff.de mun.& hon.ibidem.
l.eos.27.§.vlt.de falſis ibidem.
l.continuus.137.§.cum ita de verbo.obliga.ibidem.
l.illicitas, §.ne tenuis.ff.de offi. præſid.cap.9. de apparitoribus.
l.vlt ff.de ſeparatio.cap.10. de principe.
l.1.§.1.ff.de offic.proconſ. capit.13. de commentarienſi.
l.2.ff.ad l.Iul.maieſt.cap.14.ab actis.
l.pater.ff.de adim.legat.cap.21. de primipilo.
l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de leg.3.ibidem.
l.pediculis.§.quidam ff.de aur.& arg.lega.ibidem.
l.vlt.§.patrimonium.ff.de mun.& hon.ibidem.
l.capitalium. §.ad ſtatuas de pœnis. cap.22. de inſignibus.& cap.24.de imaginibus.
l.41.nam & imperator.ff.de donatio. inter vir.& vxor.ibidem de inſignibus.
l.5.ff.ad l.Iul.maieſt.cap.24.de imaginib.
l.officium.§.vlt.ff.de milita. teſta. cap. [illegible] de præfectis legionum.
l.pen.§.vlt.de lega.3.cap.72. de officio quæſtoris. & cap.93.de magiſtr.1111.ſcrinior.
l.creditor.§.inter uenditorem.ff.de actio. empt. ibidem.de officio quæſto.
l.3.§.ſi quid.ff.de minor.ibidem.
l.Lucius Titius.72.ff.de leg.2.ibidem.
l.mortuo boue.§.1.ff.eo.tit.ibidem.
l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.ff.de leg.3.ibidem.
l.libertis quos.§.ab hæredibus.ff.de alim.& ciba. lega.ibidem.
l.negociatores.de excuſat.muner. cap.73. de comite largitionum.
l.6.ff.de cuſtod.reorum ibidem.
l.vlt.§.1.ff.de mun.& hono..ibidem.
l.vlt.in fi.ſi menſ.falſum mod. dixer.cap.77.de ſcrinio tabular.
l.officium. §.vlt.ff.de re milit. cap.26. de præfectis legionum.
l.antepenult. ff.de annu. legat. capit.93. de magiſtr. 1111.ſcrinior.
l.6.§.1.ff.de ducenar.ibidem.
l.4.§.1.ff.de ſicarijs. cap.95. de magiſtro epiſtolarum.
l.5.§.vlt.ff.de pœnis.ibidem.
l.4.§.ingreſſum.ff.de offic. proconſ. cap.96. de magiſtro libellorum.
l.3.de appellat.recip.ibidem.
l.Athletæ.§.1.ff.ex quib. cauſ. infam. irrog. capit.105.de lyciarchis.
l.37.ff.de iudicijs ibidem.
l.5.ff.ad l.Iul.de ui pub.ibidem.
l.1.§.1.ff.de appellat.ibidem.
l.6.ff.de excuſat.tutor.ibidem.
l.8.de vacat.muner.ibidem.
l.17.ff.de muner.& honor.ibidem.
l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio. de arbitr.ibidem.
l.1.§.1.ff.ad l.Iul.de ambitu.ibidem.
l.pen.ff.de vacat.muner.ibidem.
l.3.§.ſi præſidis,& §.vlt.ff.de re milit. cap.117. de præfecto Auguſtali.
l.omne delictum,6.ff.eo.tit.ibidem.
l.officium 12.ff.de re milit.ibidem.
l.in agris.ff.de acquir.rer. domin. cap.139. de limitaneis comitibus & ducibus.
l.1.§.3.& 4.ff.de flumin.ibidem.
l.Lucius,ff.de emptio.ibidem.
l.[illegible] ff.de capti.& poſtlim.reuerſ.ibidem.
l.[illegible]gatorum,7.§.& quoddam de pœnis. ibidem.
l.[illegible] §.ſi mulier.ff.de donat.inter uir. & vxor. cap.155. de paleſtinæ, & aliarum prouinciarum conſularibus.
l.præſidis, 34.ff.ſi cer.peta. cap.158. de differentijs inter officia magiſtratuum.
l.ſed & ſi 52.§.1.ff.de iudi. cap.5.lib.2. de præfecto annonæ.
l.mortuo 49.§.1.ff. de leg.2.ibidem.
l.Titia Seio,87.in princ.ff.eod.de leg.2.ibidem.
l.ſi maritus,15.§.1.ff.ad l.Iuliam, de adult. cap.6. lib.2.de præfecto uigilum.
l.qui mittuntur,§.1.ff.ex quib.cauſ.maior.ibidem.
l.verum, §.ex facto.ff.de minor. cap.8. de comite riparum,& cap.14. de curatore operum maximorum lib.2.
l.41.ff.de actio.emptio. cap.13.lib.2. de conſulari aquarum.
l.cum quidam,17.§.fiſcus,de uſur.ibidem.
l.pen.de fugitiuis.cap.18.de centenario portus.lib.2.
l.generaliter, 3.§.ſpurios.ff.de decurio. cap.2. lib.3. de magiſtratibus municipalibus.
l.ſpurij.§.1.ff.de decurio. cap.3. de magiſtratib. municip.lib.3.
l.5.§.ſi mulier.ff.de dona.inter uir.& uxor.ibidem.
l.cum quidam,23.ff.de annu.lega.ibidem.



l.vlt.ff.



l.vlt.ff.de decret.ab ordine facien.cap.6.lib.3. de magiſtrat.municipa.
l.honores.ff.de decurio.cap.8.lib.3.de magiſtra.municipa.
l.vlt.§.iudicandi.ff.de mun.& hon.ibidem.
l.pars litterarum.ff.de iudi.ibidem.
l.vlt.ff.de offi.aſſeſſor.cap.11. de magiſtratib.municipalib.
l.vlt.§.item reſcripſerunt.ff.de admin.rer.ad ciuitat.pertin.cap.12.de magiſtra.municip.
l.vlt §.cura quoque. ff.de muner. & honor. ibidem, & cap.12.
l.ſi duas, §.eſt autem de excuſat. tutor. ibidem, & cap.19.
l.2.ff.de vacat.muner. capit.12. de magiſtrati. mucipa.
l.vlt.§.2.ff.de muner.& honor.cap.14.de magiſtra. municipa.
l.vlt.ff.de pecul.ibidem.
l.eius,qui in prouincia.ff.ſi cer.peta.ibidem.
l.uxorem,§.legauerat,ff.de leg.3.ibidem.
l.4.ff.de ſeruis fugit.cap.18.de magiſtra.municip.
l.diuus,ff.de cuſtod.reorum,ibidem.
l.vlt.§.irenarchæ ff.de muner.& honor.ibidem.
l.lectos 12.ff.de peric.& commod.rei vend. cap.19. de magiſtra.municip.
l.vlt.§.hi quoque de muner.& honor.cap.20. de magiſtra.municip,
l.1.§.iubemus, C.de offi.præf.prætor.Afr.in præfatione.
l.2.§.vlt. C.eo.tit.ibidem.
l.vlt.C.de offi.magi.officio.ibidem.
l.1.C.de offi.quæſto.ibidem.
l.2.C.eod.tit.ibidem.
l.quoniam C. de curſu publ. cap.6.de curſu publico.
l.12.l.48.C.Theo.eod.tit.ibidem.
l.23.l.26.l.pen.C.Theo. eo.de curſu pub.ibidem.
l.15.17.18.36.60.C.Theo.de curſu pub.ibidem.
l.3 C.Theo.de anno.& tribut.ibidem.
l.nemo.8.C.de anno.& tribut.ibidem.
l.2.C.de cond.in pub.hore.ibidem.
l.2.C.de lucris aduocato.ibidem.
l.119.C.Theo.de decurio.ibidem.
l.4.C.Theo.de offi.recto.prouin.ibidem.
l.2.15.C.Theo.de curſu pub.ibidem.
l.3.C.de curſu pub.ibidem.
l.4.C.eod.tit.ibidem.
l.1.C.de tractator.ibidem.
l.ſcriniarios 15.C. de teſtam.ca.9.de apparitoribus.
l.nulli.10.C.de numerar.ibidem.
l.4.C.de epiſco. & cleric.ibidem.
l.in his.pen.& ult.C.de diuer. offi.ibidem.
l.vlt.C.de offi.præf.vrb.cap.12.de adiutore.
l.31.C.de epiſco.& cler.cap.14.ab actis.
l.vlt.C.de donat.cauſ.mort.ibidem.
l.30.in hac.C.de donat.ibidem.
l.28.nulli.C.de epiſco.et cleric.ibidem.
l.2.l.18.C.de teſtamen.ibidem.
l.19.illud C.de ſacr.ſanct.eccle.ibidem.
l.contractus C.de fid. inſtrum.ibidem.
l.conſulta.23.C.de teſta.ibidem.
l.data.C.de donat.ibidem.
l.1.C.de exacto.tributo.cap.20.de ſingular.
l.2.in notitia C.de offi.præf.præto.Afri.ibidem.
l.ordinariorum cum ll.ſeqq.C.de cohorta.lib.12 ibidem.
l.6.C.Theo.de cohortalib.cap.21.de primipilo.
l.3.& 4.C.de primipilo.ibidem.
l.4.C.in quib.cauſ.pign.vel hypot.tacitè contrah.ibidem.
l.1.C.de cond.ex lege ibidem.
l.1.C.de primipilo ibidem.
l.12.C.de dignita.lib.12.cap.22. de inſignibus dignitatum.
l.quicunque.C.de procura,ibidem.
l.5.C.de offi.rector.prouin.ibidem.
l.19.C.Theo.de ſuarijs.ibidem.
l.4.C.de iniurijs ibidem.
l.1.C.de ſentent.pars.& reſtit.ibidem.
l.de his 21.§.ſin autem.C.de epiſco.& cler.ibidem.
l.1.C.de offi.comit.rer.priuata. cap.25.de Præfecto vrbis Conſtantinop.
l.1.C.de honor.vehiculis ibidem.
l.1.C.de annonis ciuilib.cap.26.de præfecto annonę.
l.1.C.de cano.frumenta.vrb. Conſtant.ibidem.
l.5.C.Theo.de anno.ciuilib.ibidem.
l.2.3.4.C.Theo.eod.tit.ibidem.
l.vlt.§.præterea,C.de iur.doti.ibidem.
l.vlt.§.& nemo.C.de quadr.præſcrip.ibidem.
l.2.C.de anno.ciuilib.ibidem.
l.pen.C.de commerc.& mercato. cap.27.de præfecto vigilum Conſtantinop.
l.vlt.C.de diuerſ.offi.cap.31.de magiſtris militum in præſenti.
l.vlt.C.de re milita.ibidem.
l.4.C.de apparito.magiſtr.milit.ibidem.
l.reſtituendæ.C.de aduocat.diuerſa.iudit.ibidem.
l.vlt.C.de domeſtic.& protect.ibidem.
l.2.C.de curioſis.ibidem.
l.ſi Rufinus C.de milit.teſta.cap.36.de præfectis legionum.
l.5.in criminali C.de iuriſd. omni.iudi.ibidem.
l.vlt.C.de commeatu ibidem.
l.vlt.græca C.de erogat.milita.anno.ibidem.
l.1.C.de comit.rei milita.ibidem.
l.1.C.de offi.vicar.ibidem.
l.nemo C.de aſſeßor.ibidem.
l.iubemus 2.C.de eroga.milita.anno.ibidem.
l.pen.C.de metallar.ibidem.
l.ſcriniarios C.de milita.teſtam.cap.40.de officio magiſtri militum in prȩſenti.
l.1.C.de ſportulis ibidem.
l.vlt. C.de diuer. offi.cap.65. de menſoribus lampadar.
l.1.C.de offi.magi. officio. cap.71. de officio magiſtri officiorum.
l.vlt.C.de pignor.cap.72.de officio quæſtoris.
l.vlt.C.de proxim ſacro.ſcrinior.ibidem.
l.7.& 8.C.de vectigalib. cap.73. de comite ſacrar. largitionum.
l.vlt.C.de eunuchis ibidem.
l.7.C.de locato.ibidem.

l.3.7.&

l.2.C.de palati.ſacr.largit.ibidem.
l.3.7.& 8.C.de palat.ſacr.largit.ibidem.
l.1.C.de offi.comit.ſacr.largit.ibidem.
l.vlt.C.de exacto.tributo.ibidem.
l.12.C.de curſu publ.ibidem.
l.1.C.de quæſtorib.ibidem.
l.1.C.de compenſatio.ibidem.
l.1.C.ne fiſcus,quam rem vend.ibidem.
l.2 C.de ſolutio. ibidem.
l.1.C.de cano.largit.ibidem.
l.1.C.de auri public.proſecutor ibidem.
l.1.C.de irenarchis,ibidem.
l.1.& 4.C.de ſeruis fugiti. ibidem.
l.pen.C.de cano.ſacr. largit. ibidem.
l.vlt.C.Theo.de diuerſ.offic. ibidem.
l.vlt.§.pen.C.eo.tit. ibidem.
l.1.l.per annos,C.de metallar.ibidem.
l.1.C.de ponderato.& auri illato. ibidem.
l.iubemus nullam, C. de ſacr. ſanct. eccle. ibidem.
l.vlt.græca, C. de nauicular ibidem.
l.vlt. C.de cano. largit. tit. cap. 76. de ſcrinio canonum.
l.1.C.eo.tit.ibidem.
l.in ſcrinijs,C.de palatin. ſacr.larg.cap.81.de ſcrinio veſtium ſacr.cap.83.de ſcrinio anularenſi vel miliarenſi.
l.placuit. C. de palat. ſacr. largit. cap.86. de ſcrinio mittendar.
l.4.C. de fund. rei priua. cap. 87. de illuſtri Comite priuatarum.
l.2.C.ne rei domi.vel templ.ibidem.
Tit.C.de locatio.præd.ciuili.ibidem.
l.1.C.de grege dominico. ibidem.
l.5.& 7.C. de iur. fiſc. capitulo.88.de offi. com. priuata.
l.pen.§.vlt.C.de bonis proſcrip. ibidem.
l.vlt.C.de reſcind.uend. ibidem.
l.beneficiarij.C.de epiſco.& cler.ibidem.
l.1.C.de apochis publi.ibidem.
l.in contractibus,§.1.& 2.C.de non numera.pecuni. ibidem.
l.1.& 2.C.de decanis,cap.90.de ſpectabil.prim. cubiculi.
l.2.C.de priuile.eor.qui in ſacr.pala.milit.ibidem.
l.1.& 2.C.de caſtr.& miniſt. cap. 91. de Comite Caſtrenſi.
l.1.C.de menſorib. ibidem.
l.his ſcholaribus,C.de erogat.milit.anno. ibidem.
l.vlt.C.de offi.magi.officior.cap.92.de primicerio notariorum.
l.1.§.hoc etiam,C.de offi.P.P.Afri.ibidem.
l.1.2.& vlt.C.de primicer. ibidem.
l.61.C.de decurio.ibidem.
l.hac lege & ſeq.C.de metat. ibidem.
l.5.in fin.C.qui milita.non poß. ibidem.
l.comperimus,13.C.de proxim.ſacr.ſcrin.ibidem.
Cod. de magiſtr. ſcrinior. cap.93. de magiſtr. IIII. ſcrinior.
l.1.C.de offi.quæſtor.ibidem.
l.2.C. de fid.inſtrum. & iure haſtæ fiſca. cap.96. de magiſtro libellor.

l.3.C.de poſtul.ibidem.
l.ſanum,C.de tranſ. ibidem.
l.1.C.de ſuffragio.ibidem.
l.1.C.de offi. comit.ſacr.patr.cap.101.de proconſule Aſiæ,& cap.102.& ſeq.
l.6.C. de off. recto.prouin.cap.102.de conſulari Heleſponti.
l.2. C. de priuileg. ſcholar. cap. 103. de proconſule Achaiæ.
l.1.C. de offi. com.orient.cap.105.de lyciarchis.
l.1.C.de natural.lib. ibidem.
l.vlt.C.de cupreß.ex luco Daph.ibidem.
l.vlt.C.Theo.de expenſ.ludor.ibidem.
Edictum 4.de magiſtro phœniciæ.ibidem.
l.1.C.de peric ſucceß.parent.ibidem.
l.103.C.Theo.de decurio.ibidem.
l.46.& 75.C.Theo.de decurio.ibidem.
l.pen.C.de pact.ibidem.
l.33.& l.51.C.de epiſco.& cler.ibidem.
l.4.C.de iniur.ibidem.
l.iubemus C.de ſacr.ſan.eccleſ. cap.117.de præfecto Auguſtali.
l.vlt.C.de his, qui per met.iudi.non appell. cap.122. de Vicario Aſianæ.
l.quamuis 19.C.ad l.Iuli.de adult.cap.139.de limitaneis comitibus & ducibus.
l.1.C.de offi.quæſtor.ibidem.
l.1.C.de diuer.offi.ibidem.
l.vlt.C.de offi.mili.iud.ibidem.
l.2.§.hæc autem C.de offi.pręf.pręto.Afr.ibidem.
l.pen.C.de appella.ibidem.
l.1.C.ne rei milit.ibidem.
l.1.& 2.C.de comit.rei milit.ibidem.
l.3.C.de offi.recto.prouin.ibidem.
l.vlt.C.de fundis limitro.ibidem.
l.2.§.pro limitaneis C. de offi. præf.præto.Afric.ibidem.
l.vlt.C.de pœnis.cap.140.de comite limitis Aegypti.
l.1.C. de cupreſſ.ex luco Daphnes. cap. 143. de duce Thebaidis.
l.28.C.de fideicommiſſ.cap.152.de duce mœſiæ ſecundæ.
l.1.C.de general.abolitio. cap.155. de paleſtinæ & aliarum prouinciar.conſularib.
l.1.C.de offi.comit.rer.priuat.ibidem.
l.1.C.de aquęductu lib.11.ibidem.
l.2.C.de proxim.ſacr.ſcrinio.cap.157.de Thebaid.aliįſque præſidib.
l.2.C.de offi.præfect.Auguſta.ibidem.
l.4.C.de iuriſdi.omni.iudi.ibidem.
l.7.C.de cohortalib.ibidem.
l.1.C.de aquæductu.cap.13.lib.2.de conſulari aquarum.
l.1.C.Theo.de diuer.officijs.ibidem.
l.1.C.de irenarchis.cap.18.lib.2. de centenario portus.
l.7.C.vbi cauſę fiſcales.cap.35.lib.2.de comite largitionum occidentis.
l.3.C.de veſtib.holober.cap.39.lib.2. de procuratoribus baphiorum.
l.3.C. de cohortal. c.41. lib. de prępoſitis baſtagarū.



l.ſi quis 5.C.de natural.lib.de magiſtratib.municipalibus,cap.1.
l.ciues 7.C.de incolis.lib.de magiſtra. municipa.capitolo 2.
l.2.C.de decurio.de magiſtrat.municip.cap.5.
l.iudæorum 17.C.de iudæis eod.lib.cap.6.
l.1.C.de offi.iuridici Alexan.eod.lib.8.
l.3.C.de compenſat.eod.lib.cap.12.
l.vlt.C.vt nemini liceat in coempt.ſpecier.ſe excuſar. ibidem.
l.1.C.de irenarchis.eo.lib.cap.18.
l.vniuerſi C.de vectigal.ibidem.
l.non iccirco C.de libera.cauſ.ibidem.
l.hac parte C. de proxim.ſacro.ſcrinio. eod. lib.cap. 20.
l.præcipimus. §. quod ſi C. de appellatio. de Duce & Præſide Arabiæ cap.145.& cap.78.de Duce et præſide Mauritaniæ Cæſarienſis.
l.ſi tribunus ff.de excuſ.tuto.in breuiario xiiij.regionum Romæ,ver.Vrbanæ iiij.
l.qui mittuntur §.1.ff.ex quib.ca.maio.ibidem.
l.ſi maritus §.1.ff.de adult.ibidem.

Iura Authen.ſiue Nouell.

Nouella 8.vt iudi. ſine quoquo ſuffra. fiant. in Notitia in præfatione.
Nouella 17.§.1.ibidem.
Nouella 25.§.vlt.ibidem.
Nouella 24.§.vlt.cap.22.de inſignibus dignitatum.
Nouella 25.ibidem.
Nouella 26.ibidem.
Nouella 27.§.1.ibidem.
Nouella 28.§.vlt.ibidem.
Nouella 29.§.vlt.ibidem.
Nouella 30,§.antep.ibidem.
Nouella 70.§.1.ibidem.
Nouella 105.§.2.ſeu Aut.de conſulibus.ibidem.
Nouella 8.§.1.ſeu Aut. ut iudi.ſine quoquo ſuffra. fiant.ibidem.
Nouella 22.in fin. cap.31. de magiſtris militum in præſenti.
§.illud Aut.de tabellio.ſeu nouella 44.cap.73.de comite largitionum.
Nouella 24.25.in fin. cap. 92. de primicerio notarior.
Nouella 26.ibidem.
Nouella 8.in Notitia ibidem.
Nouella 17.ibidem.
Nouella 8.vt iudi.ſine quoquo ſuffra. fiant. cap. 100.de proconſulibus.
Nouella 89.§.vlt.cap.105.de lyciarchis.
Nouella 31.§.pen. cap. 139. de limitaneis comitibus & ducibus.
Nouella 31.§. conſtituimus. cap.157. de Thebaid. aliįſque præſidibus.

§.Inſtitutio.

§.cum autem.inſtitu.de adoption.cap.14.ab actis.

# AVCTORVM LOCA DECLARATA.

D. *Ambroſii de obitu Valentiniani.cap.91.de comite caſtrenſi.*

*Ammiani Marcellini lib. 21.ca. 3.de perfectiſſimis.*

*Eiuſdem locus lib. 20. cap.6. de curſu publico.*

*Caſſiodori.cap.91.de comite caſtrenſi.*

*Hiſtoria Tripertita cap.6.de curſu publico.*

*Itinerarij Antonini d.cap.91.in comite caſtrenſi.*

*Eiuſdem cap. 139.de limitaneis comitibus & ducibus.*

*Iulij Capitolini in Maximino.ibidem.*

*Eiuſdem in M. Antonino. cap.155.de Paleſtinæ & aliarum prouinciarum conſularibus.*

*Lampridij in Alexandro duo loca. cap.91.in comite caſtrenſi.*

*Marcellini locus cap. 26.lib.2.de præpoſito ſacri cubiculi,& lib.21.de curſu publico.*

*Martyrologij 7. 12.Maij, cap.155. de paleſtinę & aliarum prouinciarum conſularibus.*

*16.cal.Martij.item 12.Iunij.ibidem.*

*Plinij lib.2.cap.14.in comite caſtrenſi cap.91.*

*Eiuſdem ad Traianum. cap. 101. de proconſule Aſiæ.*

*Ptolemæi.cap. 139.de limitaneis comitibus & ducibus.*

*P.Victoris locus in 9.vrbis regione in præfatione.*

*Spartiani in Peſcennio.cap.139.de limitan.comitib. & ducibus.*

*Tertulliani aduerſus Valentinianos.in 9.vrbis regione in præfatione.*

*Taciti in Agricola cap. 155. de paleſtinæ & aliarum prouinciarum conſularibus.*

*Eiuſdem lib.17.ibidem.*

*Eiuſdem lib.18.ibidem.*

*Eiuſdem locus lib 20. cap.47.lib.2.de proconſule Africæ.*

*Tranquilli in Auguſto cap.28. & vlt.in præfatione.*

*Eiuſdem cap.9.in comite caſtrenſi cap.91.*

*Eiuſdem locus cap. 88. in Auguſto. cap. 155. de Paleſtinæ & aliarum prouinciarum conſularibus.*

*Eiuſdem in Tiberio cap.40.ibidem.*

*Eiuſdem in Veſpaſiano cap. 4. & cap. 8. ibidem, & c. 110.*

*Vopiſci in Aureliano cap.91.de comite caſtrenſi.*

*Eiuſdem in eodem Aureliano, cap.139.de limitaneis comitibus & ducibus.*

*Laterculum maius.*
*Laterculum minus.*
*Breuiarum imperij.*
*Rationarium imperij.*
*Breues.*
*Commentarium Principis.*
*Notitia.*
} *In præfatione.*

*Mutationes.*
*Manſiones.*
*Stationes.*
*Catabulum.*
*Mancipes.*
*Dupl̄oma.*
*Euectio.*
} *De curſu publico cap.6.*

*Officium.*
*Cohortales.*
*Beneficiarij.*
*Scriniarij.*
*Probatoria.*
} *cap.9.de apparitoribus.*

*Præſentum.* } *cap.xxxi. de magiſtro militum in præſenti.*

*Ducianum iudicium.cap.139.de limitaneis comitibus & ducibus.*

*Probatoriæ.ibidem.*

# IMPERIVM ORIENTALE.



Præfectus urbis Conſtantinopolitanæ. | Præfectus Prætorio Orientis. | Præfectus Prætorio Illyrici.

Illyrici Orientalis diœceſes duæ, Macedonia & Dacia, quæ erant ſub diſpoſitione illuſtris Præfecti Prætorio per Illyricum.

- Macedoniæ erant Prouinciæ ſex.
  - ACHAIA *habebat Proconſulem.*
  - MACEDONIA *habebat Conſularem.*
  - THESSALIA *habebat Præſidem.*
  - CRETA *habebat Conſularem.*
  - EPIRVS *uetus, habebat Præſidem.*
  - EPIRVS *noua & pars Macedoniæ Salutaris habebat Præſidem.*
- Daciæ Prouinciæ quinque.
  - DACIA *mediterranea habebat Conſularem.*
  - DACIA *ripenſis, habebat Præſidem & ducem limitaneum.*
  - MOESIA *prima & ſecunda, habebat Præſidem.*
  - DARDANIA *habebat Præſidem.*
  - PRAEVALITANA *& pars Macedoniæ habebat Præſidem.*

# IMPERIVM OCCIDENTALE.




| Præfectus urbi Romanæ. | Præfectus prætorio Italiæ. | Præfectus prætorio Galliarum. |
|---|---|---|

Illyrici Occidentalis prouinciæ ſex, uidelicet Dalmatiæ, Pannonia prima, Pannonia ſecunda & Sauia, Valeria, Noricum mediterraneum, & Noricum Ripenſe, quæ erant ſub diſpoſitione illuſtris Præfecti prętorio Italiæ. Nam de his accipiendum cum; legimus illum præter Italiam & Africam, etiam Illyricum ſub ſe habuiſſe. Proinde uoco Occidentale, reſpiciendo ad ſupremam illam adminiſtrationem ac ſedem Præfecti prætorio Italiæ ad quem prouocabatur.

Illyrici Occidentalis Prouinciæ ſex, videlicet

- PANNONIA *prima habebat Conſularem.*
- PANNONIA *ſecunda.*
- SAVIA *ſiue Pannonia Riparienſis habebat Correctorem.*
- VALERIA *Ripenſis habebat Ducem limitaneum.*
- DALMATIAE *habebant Præſidem.*
- NORICVM *mediterraneum.*
- NORICVM *Ripenſe, habebat Ducem limitaneum.*

Huc pertinet quod Sextus Ruffus V. C. in compendio hiſtoriarum ad Valentinianum Aug. de utroque Illyrico intelligens Orientali & Occidentali, decem & ſeptem Illyrici prouincias enumerat, ijs uerbis, Habet, inquit, Illyricum decem & ſeptem prouincias, Noricorum duas, Pannoniorum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Mœſiam, Dacias duas, Et in ditione Macedoniæ ſunt ſeptem, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epiri duæ, Prævalis, & Creta. Hæc ille. Cæterum nemo mirabitur Pannoniam ſiue Noricum Illyrico adſcribi, qui cogitabit Illyriorum, qui & poſtea Dalmatæ dicti ſunt, nobilitatem uetuſtatemque. Nam ab interiori inſignioriq; populo etiam extremas ad Danubium uergentes nationes libuit antiquis Illyriorum uocabulo generatim complecti. Quam rationem ſecutus Iulius Cæſar ſcribit Rhenum flumen Sequanos, Mediomatricos, & Treuiros præterlabi, clariſsimorum populorum fines tam latè extendens. Ergo prouinciæ iſtæ Illyrico accenſebuntur propter primæuam originem, quam poſteriori tempore gubernationis cauſa facta diuiſio con ſecuta eſt. Nolo primi Illyricarum gentium conditoris Illyrij illius Polyphemi Galateæque filij genus poſteritatemque



ritatemque prolixius recenſere, quod ab alijs fieri uideo. In primis meminerimus Diœceſeis Epiſcopales Chriſtianę religionis multis certiſsimisq; indicijs Romanam antiquitatem nobis repræſentare. Notum autem eſt priuſquam Vienna ac Noua ciuitas proprios epiſcopos impetraſſent, quem antiſtitem agnouerint. Adeo omnia ad interiores nationes propter originem nobilitatemque referuntur. Quinetiam certum nobis teſtimonium diligentiſsimus Geographorum Strabo præbet, cum libro ſeptimo Illyricas prouincias Iſtro Alpibuſque contiguas eſſe dicit, Italiamque inter & Germaniam ſitas. Intelligit autem Germanorum nomine cum ſcribit Illyricorum loca Italiam & Alpes, Germanos & Dacos ac Getas attingere, Marcomannos prę cipue infra quos Quadi habitabant, utrique trans Danubium, ubi adhuc eſt Marcomannorum campus, & Vngaria tranſdanubiana verſus Septentrionem in Quadorum regione. Subditque Strabo deſcriptis Illyricis Alpibus quas à Vindelicis hoc eſt Bauaris montanis inchoare dicit, Reliquam, inquiens, plagam Pannonij obtinent, uſque ad Segeſticam atque Iſtrium ad Septentrionem atque Orientem. Ad alias autem partes amplius etiam porriguntur. Et poſt multa addit ſui temporis Imperatores Polam uſque, oppidi in Iſtria nomen eſt, terminos Italiæ extendiſſe. Quid ergo mirum ſi iſtas ſupra nominatas prouincias Illyrico propter originis & uetuſtatis nobilitatem, atque Præfecturæ Prætorianæ Italię ſubiectas legimus? Etenim Prætorij Italici iuriſdictio Pannoniam Secundam inter prouincias Occidentalis Imperij ultimam complectabatur cum Sauia atque Valeria, ad cuius finem Orientalis adminiſtrationis initium erat. Debet autem pręter omnia iſta, autoritas Imperatorum nobis pro lege eſſe. nec obſtat quod huiuſmodi ſiue diuiſiones terrarum ſiue coniunctiones apud autores uetuſtiores diſertè non occurrũt. Multa namque excogitauit poſteritas, dum prouincias pleraſque rurſum per primę & ſecundę nomenclaturam diſtinguit. Id quod apud antiquiſsimos ſcriptores non reperias. Videre uero licet Illyrici uetuſtam amplitudinem ex eo quod Appianus Græcus ſcriptor quicquid prouinciarum citra Alpes eſt, à Romanis Illyrico attribui ſcribit, etiam Rhetias ipſas, vt de inferioribus iſtis prouincijs, de quibus nobis diſputatio eſt, minus ſit mirandum. Atque hinc multorum auctorum loca melius intelligentur, vt cum Auſonius canit: Illyricis regnator aquis tibi Nile ſecundus Danubius lętum profero fonte caput, nimirum propter Sauum ex Carnicis alpibus, & Drauum è Noricis atque alios fluuios prouinciarum inferiorum in Danubium exonerantes: Et cum Herodianus tradit, Illyricas gentes ſolas diſcrimen facere inter Italiam & Germaniam, vt de Ammiano Marcellino & alijs taceam: Item quod de Occidentali Illyrico accipiendum ſit, cũ codicis Theodoſiani libro Nono Impp. Grat. Valent. & Theod. A. A. A. ad Flauianum PF. Illyrici & Italię ſcribunt: vt de Orientali Illyrico, quoties ſimpliciter Illyricum nominant ad Thalaſsium & ſimileis Pręfectos prętorio paſſim ſcribentes. Cęterum nihil clarius totam rem indicat quàm antiquum illud uolumen quod Notitias cum Orientis tum Occidentis continet à quo diſſentire nephas, unde & pręcedens deſcriptio deſumpta eſt, pauculis adiectis craſsiore, quod aiunt, muſa, quo uetuſtas illuſtraretur.

# CLARISS. IVRECONS. IOANNI PELOARDÆ SENATORI CONSERVATORIQVE Biturig.

## *Andreas Alciatus S.*

CVM primum in hanc urbem ueni, optime conſeruator, propiusq; te cœpi cognoſcere, nihil antiquius habui quàm ad amicitiā me tuam inſinuare. Videbam enim ea te eſſe doctrina hominem, ijs moribus, vt mihi merito exoptandum eſſet quàm proxime tecum iungi. Nec tu hac in re ullam moram feciſti, quin aduenientem ultro exciperes, ſummaque beneuolentia complectereris, in diesque alijs ſuper alia beneficijs ſic exornaſti, vt paria tecum facere poſſe deſperem. Quod unum ſupererat, ut amoris erga te mei monumentum aliquod ſtatuerem, nuper mihi pręſtita eſt occaſio. Latebat inter ſcrinia mea hic libellus perpetuis ob frequentes nę uos à me damnatus blattis, quem cum in manus acce piſſem exiſtimaui operęprecium me facturum ſi à ſitu tenebriſque redemptum perpurgarem, & tuo nomini dicatum ederem. Dubitaui (vt uerum fatear) ſępius, & parum abfuit, quin ſupprimerem, quoniam non ſat dignus uidebatur, qui doctorum oculos aures ue morari poſſet. Scripſerunt ante me huius argumenti libros cum plerique ueteres, tum & recentiores non pauci, qui proculdubio luminibus noſtris poſſunt obſtruere. Verum cum rurſus perpenderem ueteris eos Reipublicę magiſtratus ſolum explicare, nihil momenti ad legalem noſtram profeſsionem conferre: ad hęc, aliud in præſentia mihi non eſſe, quo animum erga te meum teſtarer, mutaui ſententiam, & quos pręiudicio quodam ferè damnaueram, abſolui. Erunt qui debuiſſe hęc me omnia diffuſius tractare exiſtimabunt, & quid de his apud omnes autores annotaueram, hoc libello congerere: ſed aliud mihi conſilium fuit. Attigeram pleraque cum tres Iuſtiniani Codicis libros adoleſcens adhuc caſtigaui (erantque qui iure amicitię qua τὰ τῶν κοινὰ φίγων in alios ſuos eiuſdem argumenti libros redegerant) attigeram in Diſpunctionibus, in libello De ſingulari certamine, aliiſque in locis, quę ſuo loco moueri non niſi incommode poterant. Verum nec eorum ſententiam unquam probaui, qui omnia quę ab alijs ubi ubi dicta ſunt, eodem loco collecta parataque habere uolunt, uerboſoſque hac ratione commentarios fieri nihil curant: cui ſententię noſtrę ſi & tu calculum adieceris, non erit quod mei huius conſilij me pęniteat. Vale.

# ANDREÆ ALCIATI IVRISCONSVLTI, DE MAGISTRATIBVS,

## Ciuilibuſque & militaribus officijs.

CVM multa ſint in iure noſtro non ſatis hactenus intellecta, tum is maxime tractatus expoſitione indiget, qui ad eos magiſtratus pertinet, quorum in primo Digeſtorum libro mentio habetur. Quamuis enim ab interpretibus multa afferantur, ad Imperatorum poteſtatem, & Proconſulum, pręſidum. Procuratorum Cęſaris, Iuridici Alexandrię, officium ſpectantia, non tamen rem omnem ita explicant, vt ſtudioſis ſatisfacere poſsint. Nam cum ea munera antiquis Iuriſconſultis cognitiſsima eſſent, non exiſtimauerunt operępretium ſe facturos, ſi longo ſermone in eorum explanatione commorarentur. At in pręſentia propter Latinarum literarum diutinam calamitatem, cum ex Iuriſconſultis plena cognitio haberi nequeat, vix quicquam ſupereſt vnde in certiorem ſemitam deducamur, niſi recentiorum coniecturas, &, vt ipſi vocant, diuinationes, pro exploratis rebus recipere velimus. Itaq; vt huic quoq; parti pro virili opem feramus, quę ad hunc tractatum pertinentia ex antiquis autoribus collegi, in medium proferre, & cum ſtudioſis communicare conſtitui. SCIENDVM igitur Rom. Imperij originem à Romulo Regibuſque cœpiſſe: ab his latę ſunt leges, quas Regias uocant. Is Romulus ex antiquioribus ciuitatis centum patres elegit, qui ordo Senatorius dictus eſt: ad hunc decernendi ius pertinebat, quę ex toto Regno ad eum deferrentur. Sed & ſacra facere, ius dicere, magiſtratum gerere, ſoli patricii poterant. Quoties vero vel leges ſciſcendę, vel magiſtratus creandi, vel bella decernenda erant, tum Populus Rom. ipſe conſulebatur, ad eumque huiuſmodi negotiorum ius pertinebat. Idque Dionyſius Halicarnaſſeus diffuſe explicat. Exactis deinde Regibus, plebis poteſtas multum aucta eſt, cum ſeceſsione facta, à Senatoribus extorſiſſet, vt ex corpore ſuo Magiſtratus crearentur, qui Tribuni plebis dicti ſunt. Sacroſancti hi erant, ſummęque autoritatis, ut qui Senatuſconſultis intercedere poſſent. Et quamuis à principio latę ab his leges, quas plebiſcita vocant, Patricios non obligarent, tamen lege Hortenſia conſtitutum deinde eſt, vt eo iure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. Sic acerrimum telum plebi aduerſus nobilitatem datum eſt. Fuit & de eo controuerſum, quod maiores Magiſtratus ex plebe creari Patricij prohibebant, donec & hoc obtentum fuit, ut alter Conſul Plebeius eſſet. Cœpere deinde C. Sempronij rogationibus iudicia cognoſcere. Is enim equeſtrem ordinem in eorum poſſeſsione locauit, unde turbulentę ſeditiones ortę. Conſtatque C. Marium, & L. Syllam, qui ea Senatui demum reddidit, uel hac de re pręcipue cōtendiſſe, vnde & bellorum ciuilium maxima incendia orta ſunt. Cum dein pro Senatu Pompeius arma ſumeret, Marianaſque partes, quę plebem tuebantur Cęſar ſequeretur: oppreſſaque per eum, & dein Triumuiros Republica, cum in C. Octauium Cęſarem omnia ceſsiſſent, nouum ipſe regimen induxit. Nec enim Regem ſe, aut Romulum, quod odioſus ſuperbuſque is titulus eſſet, appellari eſt paſſus: ſed Romano ueterique nomine Imperator & Auguſtus dici uoluit. ſumpſitque cenſuram & Tribunitię poteſtatis ius, & Max. Pontificem ſe inſcripſit, patriſque patrię titulum a Senatu populoque Romano accepit. SANE eius nominum rationem ſic Dion exequitur, ut qui Imperatores appellati ſunt, delectum facere, milites conſcribere, pecunias colligere, hoſtibus bellum indicere poſsint. Iidem & pacem ſanciendi, ſummum ſupplicium etiam de Senatoribus ſumendi, ius habeant. ſolitos fuiſſe priſcos Duces ſic appellari, Tacitus libro tertio autor eſt. Illi enim re bene geſta gaudio & impetu uictoris exercitus ea ſalutatione conclamabantur, erātque plures ſimul Imperatores, nec ſuper cęterorum ęqualitatem. conceſſum ad eam ſimilitudinem id uocabulum eſt quibuſdam & ab Auguſto & à Tiberio alijſque ſucceſſoribus. Cenſores autem uitam moreſque noſtros examinant, & de eis inquirūt, cenſus rationem ducunt, profeſsionem curant, & pro meritis hos de albo eximunt, illos deligunt, quod & diffuſius in Valeriani uita apud Trebellium traditur. Ad Pontifices uero Max. Sacerdotiorum conferendorum ius pertinet, ſacris enim omnibus auſpicijſque illi pręſunt. Tribunitię ius poteſtatis eam ob cauſam ſumpſit, quod ſacroſancta ea dignitas neminique uiolabilis eſſet. Nam & ſi in re leuiſsima ſolo ſermone, nedum facto, Tribuni maieſtatem quiſquam cōtempſiſſet, tanquam abominabilis, & ſacer indicta cauſa ad mortem adigebatur. Et has quidem dignitates Octauius accepit, in ſucceſſoreſque ſuos tranſmiſit, quo potentius illuſtriuſque Imperatorium nomen faceret. Conceſſum præterea & illud fuit, quod ante eum antiquorum nemini, ut legibus ſolutus eſſet. Significat hoc (inquit Dion) ab omni legum neceſsitate liberum, nullique iuri ſcripto obnoxium: ut qui abſque vlla diſquiſitione omnem Regum poteſtatem haberet, quamuis nomine abſtineret. Patris uero Patriæ cognomentum apud antiquos, obſeruationis cuiuſdam paternæ ſignificatio erat, quod hoc nomine illuſtrati Principes, omnes quoſcunque ſibi ſubeſſent, ceu filios amarent, illique eos uiciſsim tanquam patres uererentur. Quamuis Imperatoribus alia quoque nominis ratio reddi poſſet: nimirū quod hi in nos eam poteſtatem exerceant, quam antiquitus parentes in filios habuerunt, hoc eſt uitæ & necis. Cogitauit etiam plerunque Auguſtus de reddenda Republica. Cumque in Senatu ſententiam ſuam expoſuiſſet, rationarium Imperij tanquam illud reſtituturus Conſulibus tradidit. Sed Senatoribus ſiue per ſimulationem, ſiue metu, vel etiam ex compoſito reclamantibus, variaſque rationes afferentibus, cur Reipublicæ Monarchia præſtaret, in Principatu perſeuerauit, Deos homineſque teſtatus intra decennium ſe omnem adminiſtrationem depoſiturum. Sed cum ea tempora lapſa eſſent, rurſuſque eiurare velle Imperium ſimularet, Senatus alios decem annos, quibus in eodem magiſtratu eſſet, decreuit: atque iterum alijs decem annis, quibus ipſe dein extinctus eſt, prorogauit. Quamobrem inde obſeruatum eſt, vt eius ſucceſſores, quamuis donec uixerint perpetuam adminiſtrationem recipiant, tamen ſingulis decem annis celeberrimos ludos faciant: tanquam principatum renouent. Ea feſta decenalia, uicenalia, tricenaliaque appellata ſunt. Arelate Conſtantium tricenalia celebraſſe, theatraleſque & Circenſes ludos ambitioſo apparatu edidiſſe, autor eſt Amianus. Vouebantur autē hi ludi in proximos decem annos. Quapropter in antiquis nomiſmatis plerunque huiuſmodi inſcriptio cernitur: VOT.X.VOT.XX. hoc eſt votis decenalibus, uicenalibuſque. Trebellius quoque in vita Gallieni: Conu





catis (inquit) patribus decenalia celebrauit, nouo genere ludorum, noua ſpecie pomparum, exquiſito genere voluptatum. Nazarius in Panegyrico: In deſtinatis, inquit, decennijs iam uota properantia, & ſpes uolucres conſtituerunt. Sed & Mamertinus: Reſeruo orationem quam quinquennio exacto decenalibus tuis dicam. Extat Romæ in Lateranenſi Baſilica Senatuſconſultum æreis inſcriptum notis, quo poteſtas Veſpaſiano Imperatori data cognoſci poteſt. Licere enim illi fœdus quibuſcum uolet ſancire, Senatum habere, remittere, Senatuſconſultum per relationem, diſceſsionemque facere. Si eius iuſſu uel mandato ſiue præſente ſenatus haberetur, perinde ſeruari, ac ſi ex lege Senatus conuocatus eſſet. Si quos Magiſtratus Senatui P.Q.R. commendaſſet ſuffragationeue ſua adiuuiſſet, eorum comitijs etiam extra ordinem rationem habendam. Fines pomerij cum è Republica cenſebitur, proferre ei licere. Quicquid ex vſu Reipublicæ, diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum eſſe exiſtimabit, ei agere facere ius poteſtatemque eſſe. Quibus legibus Plebique ſcitis ſcriptum eſſet, ne Auguſtus Cæſar teneretur, eiſdem & eū ſolutum eſſe. Acta, geſta, decreta ab eo, etiam ante illud Senatuſconſultum, perinde rata haberi, ac ſi Populi Plebiſque iuſſu acta eſſent: ſi eius conceſsionis cauſa aliquid aduerſus leges factum eſſet, fraudi nemini eſſe, neque quicquam ob eam rem Populo dari debere, nec cui de ea re actionem iudicationemque dādam. Quæ tam ampla autoritas Veſpaſiano præſtita, videtur mihi formula eſſe eius poteſtatis quam ſibi Imperatores attribuebant. Scribunt Iureconſulti, lege Regia, quæ de Imperio Auguſti lata eſt, Populum Rom. omne ſuum imperium & poteſtatem conceſsiſſe. Iccirco autem legem eam Regiam appellari arbitror, quod Romuli conſtitutione ad Populum ius Regis creādi pertineret. Vnde a Tarquinijs Seruio Tullo obijciebatur (ut T. Liuius inquit) quòd iniuſſu Populi Regnum inuaſiſſet. Cum ergo Auguſtus a Populo Rom. Imperator creatus eſt, videtur Regiæ legis obſeruatio in uſum reuocata, quamuis Regiam planè poteſtatem ille nunquā vſurpauit, ſed ſua Populo, ſua Senatui munia obire permiſit. Comitia enim Magiſtratuum tum quoque celebrabantur, conueniebantque. Tribus omnes, candidatoſque Populi arbitrio deligi ille ſinebat, ſi modo eos approbaſſet: nec enim quicquam ab his fieri permittebat, quod præter animi ſui ſententiam eſſet: curabatque id maxime, ne indigni, aut quibus ius capeſſendi honoris non erat, per ambitum legibus eriperentur. Quod & a Tiberio aliquoties obſeruatum, donec id iuris penitus ſibi vēdicauit, tradiditque ſucceſſoribus, vt neceſſario in vrbe Roma Lex Iulia de ambitu ceſſauerit. Senatoribus quoque Auguſtus non parum detulit, ex his enim XV. ſortiri iuſsit, qui ſibi ſex menſibus in conſilio eſſent: plerunque & ipſe ſententiam in Senatu dicere, unà cum ampliſsimo ordine decernere. Ad hæc, iudicia Senatui permiſit, cuius iuris cauſa antea toties armis certatum fuerat: ſicque publica negotia & priuatorum maxima tractabantur. Omnium præterea Prouinciarum quæ ſub Imperio Rom. erant, formulam ita diuiſit, vt aliæ Proconſulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præſidales eſſent. Proconſulares Senatui, Prætorias Populo demandandas tradidit. In Præſidales ipſe Legatum ſuum, qui nunc Præſes, nunc Legatus Cęſaris eam ob cauſam dicebatur, mittebat. Deinde factum eſt, vt etiam Prætoriæ in Senatu per ſortes decernerentur: nimirum ſublatis ab Imperatoribus comitijs, qui conuētum Populi formidoloſum exiſtimabant. Scribit Strabo libro vltimo, omnes Prouincias, alias Cæſari, alias Populo attributas: ex his quæ ad Populū pertinebant, Proconſulares & Prætorias conſtitutas, quod uidelicet uiri conſulares, vel prętorij ad eas regendas mittebantur. Erant autem huiuſmodi Prouinciæ imbelles, & quæ militari præſidio non indigebant, neque proximos Barbaros habebant. Quæ enim ualidiores, & legionum ope indigentes, ſibi conſeruauit: eo videlicet prætextu, quod Populo pacatiora quæq; & pulchriora concederet, ipſe difficiliora, periculiſque & laboribus expoſita retineret. Sed re uera (ſi Dioni credimus) ut in manu ſua res omnis militaris eſſet, Senatus autem Populuſque inermis Rempublicam repetere non auderet. Proconſulares Prouincias fuiſſe Libyam & Aſiam citra Taurum, Strabo autor eſt. Prætorias uero, in Hiſpanijs Bæticam, in Gallijs Narbonenſem, tum Sardiniam cum Corſica, Siciliam, Illyricum quà in Macedoniam uergit, Cretam, Cyrenaicam, Cyprum, Bithyniam cum Ponto. Commutabantur tamen plerunque arbitratu Principis. Hinc Lampridius in Alexandri vita, Prouinciarum alias Prætorias, Præſidales plurimas fecit, Proconſulares ex Senatus uoluntate ordinauit. Suetonius in Claudio: Prouincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam ſuam tranſtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo quem edidit libello De Rom. Imperij acceſsione, omni ex Aphrica ſex prouincias eſſe factas, quarum Carthago, Numidia, Cyrenenſis, Conſulares erant: Tripolis & Mauritaniæ duæ, Sityphenſis, & Cęſarienſis, Pręſidales. Pari quoque numero diuiſas Hiſpanias, in quibus Bętica & Luſitania Cōſulares: Tarraconenſis, Carthaginenſis, Gallicia, Inſularis, quę & transfretum, Præſidales. Sed & quandoque Imperator Legatos ſuos ſeu Pręſides in aliquam Prouinciam miſſos conſulari poteſtate ornabat; ut uidelicet eius eſſent autoritatis cuius Proconſules. Sic C. Plinius Cæcilius Pręſes Prouincię Ponti conſulari poteſtate fuit, vt in antiquis marmoribus annotaſſe me memini. Maior autem Proconſulum dignitas quàm Legatorum ideo erat, quia non niſi Senatores Conſulareſq; uiri Prouincias ſortiebantur: cum ex Equeſtri ordine etiam Pręſides eligi poſſent. Sanè Proconſulum magiſtratus annuus, Pręſidum certus finis non erat, ſed in officio perſeuerabant, donec ſucceſſor a Cęſare mittebatur. Idque in Auguſti uita etiam Tranquillus atteſtatur. Ius autem milites decimandi, ciuicaque corona donandi Proconſulibus fuiſſe Tacitus libro tertio oſtendit. Idem 15. autor eſt, Qui Senatores filijs carerent, Prouincias Præturaſque inter Patres ſortiri non potuiſſe. Senatuſque conſulto cautum, ne fictæ adoptiones ulla in parte publici muneris orbis prodeſſent. Grauiorem autem Prouincijs Proconſularem fuiſſe adminiſtrationem quàm Præſidum, idem oſtendit; dum libro primo tradit, Achaiam & Macedoniam onera deprecātes, Proconſulari imperio ad præſens leuatas, Cæſarique traditas eſſe. Cuius rei eam rōnē ſuſpicor, quod Proconſularium Prouinciarū vectigalia & tributa publica Pop. Ro. erant, & ad ærarium pertinebant, neque ea diminuendi Proconſuli ius eſſet. Quæ uero Præſidibus in prouincijs colligebantur, ad Principem eiuſque fiſcum ſpectabant, iuſque illi remittendi erat. Hoc enim differt ærarium à fiſco, quod illud publicum, hoc eſt Populi Romani: fiſcus Principis eſt. Quod apertiſsime C. Plinius in Panegyrico ad Traianum Cæſarem oſtendit: At fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum qua ærarium cohibes? imò tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo quàm de publico credis. Hinc eſt quod maxime in Proconſularibus Prouincijs Procuratores Cæſaris erant. Qui ea procurabāt quæ ad Cęſarem ipſum ſeu Fiſcum pertinerent, his uaria poteſtas attributa a Principibus fuit. Tiberius ius in ſeruitia familiareſque pecunias ſolum dedit, adeo vt Lucillium Capitonem procuratorē in Aſia ſuum a Senatu damnari permiſerit, quòd pręſcripta mandata exceſsiſſet, vimque Prętorum uſurpaſſet. Amplius Claudius Cęſar conceſsit, effecitque ut Senatuſcōſulto caueretur, parem uim rerum habendam a Procuratoribus ſuis iudicatarum, ac ſi ipſe ſtatuiſſet. Hinc maximam ſibi uim Cumanus & Felix, eius in Iudęa Procuratores vſurparunt, de qua merito Ioſippus conqueritur. Illud conſtat, ſub Traiano aduerſus inuitos iuriſdictionem nullam Procuratoribus fuiſſe, vt diſceptantibus liberum eſſet eos non eligere: adhiberi tamen in conſilium à Pręſidibus debere, cum de cauſa fiſcali agitur, idem Imperator Cęcilio Plinio reſcripſit. At hodie dubium non eſt, quoties inter fiſcum & priuatum quæſtio vertitur, eos adeundos eſſe. Scribit Lam

pridius, Alexandrum Imperatorem eos ſæpius mutare ſolitum fuiſſe, ne annum excederent, etiam ſi boni eſſent, ſibi inuiſos affirmaſſe, tanquam neceſſarium malum. Hoſce Procuratores Cęſaris, & Procuratores fiſci, eoſdem fuiſſe non ambigo, qui & alio nomine Rationales, & Procuratores patrimonij appellantur. Idque in Commodo Lampridius, & in Maximini uita Capitolinus oſtendunt. Sed & in Pio, Procuratores, inquit, ſuos & modeſte ſuſcipere tributa iusſit, & excedentes modum, rationem factorum ſuorum reddere pręcepit: nec unquam lætatus eſt lucro quo Prouincialis opprimeretur. Procurator uero priuatæ rationis, cuius quadam Alexandri conſtitutione mentio eſt, ut nō multum a cæteris Rationalibus differebat, ita præcipuum Aegyptij magiſtratus nomen erat. Deuicto enim apud Actiū Antonio, extinctaque Cleopatra, in formam Prouincię C. Octauius Cęſar Aegyptum redegit. Et quoniam ſeditioſiſsimi naturaliter erant Aegyptij, opportunaque tellus alendo bello, noluit eam per Senatores adminiſtrari, ne popularibus ſtudijs ducti facile ad Imperium aſpiraret, idque & Dion tradidit. Corn. Tacitus lib. 2. Auguſtus, inquit, inter alia dominationis arcana uetitis, niſi permiſſu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Romanis illuſtribus, ſepoſuit Aegyptum, ne fame vrgeret Italiam, quiſquis eam Prouinciam clauſtraque terrę ac maris, quamuis leui præſidio, aduerſum ingentes exercitus pręſediſſet. Sed & in 12. D. Auguſtus apud Equeſtres qui Aegypto præſiderent, lege agi, decretaque eorum perinde haberi iuſſerat ac ſi magiſtratus Romani conſtituiſſent. Vopiſcus ſcribit, Aurelianum Imp. Saturnino mandaſſe ne Aegyptum uideret. Quod præceptū cum ille ſpreuiſſet, leuiſsima gens, rerumque nouarum auida, eum Imperatorem ſalutauit, quę necis eius cauſa fuit. Strabo autor eſt, deuicta Cleopatra in certam adminiſtrationem Aegyptum redactam, expurgatamque a Romanis, & ad eam mitti ſolitos moderatione & prudentia inſignes viros ſub Pręfecti titulo. is eſt pręfectus Auguſtalis, qui vicē regis obtinet. Eſt & δικαιοδότης, id eſt Iuridicus, in cuius poteſtate maxima eſt iudiciorum pars. Eſt & qui ἴδιος λόγος, quem ego Procuratorem priuatę rationis interpretor. Ad quem indagatio bonorum uacantium pertinet, earumque rerum quę Cęſari debentur. Horum comites ſunt Cęſaris Liberti & Actores, quorum fidei maiora minoraq; iudicia creduntur. Ex Patrijs autem magiſtratibus apud eos eſt ἐξηγετὴς, quaſi Queſtorem dicas, qui purpuram geſtat, alijſque municipalibus honoribus eſt inſignis, omniumque curam habet, quę ciuitati utilia ſunt. Eſt & ὑπομνηματογράφος, id eſt Commentarienſis, ſeu Scriba. Tum ἀρχιδικαστὴς, Iudicialem Pręfectum recte appellaueris. τέταρτος δὲ ὁ νυκτερινὸς στρατηγὸς, id eſt, Nocturnus Pretor. Sane Hypomnematographi quoque mentio eſt Theodoſii & Valentiniani Conſtitutione quadam. Ea enim ſancitum eſt, quoties Hypomnematographus aliquos qui munera ſubeant nominat, ſi ſponte illi acciti ſunt, Præfecti Auguſtalis conſenſum non eſſe expectandum, ſed protinus functionem exequendam. Quā conſtitutionem ex doctoribus noſtris nemo hactenus mihi videtur percepiſſe. Cęterum erant etiam Procuratores Cęſaris, nō in vniuerſum alicui Prouincię dati, ſed particulariter alicui negotio: quod ex antiqua inſcriptione coniectari pronum eſt, quę Corinthi in hęc uerba adhuc legitur: Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij. Fel. Aug. Prouincię Achaię & Epiri & Theſſalię, Rationalem purpurarum, Proc. ab ephemeride, Proc. a mandatis, Proc. a pręd. Gallican. Procur. ſaltus Domitiani, Tricliniarcham, Prępoſitum a Fiblis, Prępoſitum a chryſtallinis, hominem incomparabilem. Tixander Aug. lib. officialis. Et hi quidem ſunt magiſtratus, qui ab Auguſto conſtituti, diu perſeuerauerunt, & tempore quo Iuriſconſulti noſtri florebant, maxime viguerunt. Nam poſteriores deinde Imperatores, quorum princeps Conſtantinus, qui Romanorum Coloniam Byzantium taanſtulit, aliam ipſi formam commenti ſunt: Tumque cœperunt alij Patritij eſſe, quàm prius erant, aliaque Pręfectorum pretorio iuriſdictio. Hinc magiſtri militum, Magiſtri officiorum Comites ſacrarum largitionum, Comites rei priuatę, Comites ſacri Palatij, Comites ſacri patrimonij. Quorum officia quamuis in conſtitutionibus explicata legantur, ut tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc diſſere ab re non erit. Conſtantinus igitur Romanorum ciuium Coloniam cum Byzantium tranſtuliſſet, ſedem quoque eam urbem Orientalis imperij eſſe uoluit, Prouinciaſque certis limitibus deſignauit, quibus ſuos Magiſtratus dedit, Militiamque ordinauit: cuius rei formulam a ſucceſſoribus quoque obſeruatam, ex antiquo, eodemque innominato autore referemus: Is in hunc modum, ut ſequitur, ſcriptum reliquit.



# VRBS QVÆ ALIQVANDO DESOLATA, NVNC Glorioſior, Pijſsimo Imperio reſtaurata.




## Deſcriptio vrbis Romæ.

*Regio I.*

PORTA Capena, continet ædem Honoris & Virtutis, Camęnas, & Lacum Promethei. Balneum Torquati, & Veſpaſiani. Thermas Seuerianas, & Commodianas. Aream Apollinis, & Spei, & Galli. Vicum vitriarium. Aream panariam. Mutatorium Cęſaris. Balneum Bolani & Mamertini. Aream Carſuræ. Balneum Abaſcanti, & Antiochiani. Aedem Martis, & Mineruæ, & Tempeſtatis. Flumen Almonis. Arcum diui Veri Parthici, & D. Traiani, & Druſi. Vici. X. Aediculæ. X. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores II. Inſulæ triamilia. CCL. Horrea. XIII. Balnea LXXXVI. Lacus LXXXIIII. Piſtrina XX. Continet pedes duodecim milia. CCXIX.

*Regio II.*

Cæli montium, continet Templum Claudij. Macellum magnum. Luparios. Antrum Cyclopis. Cohortes vigilum. Caſtra peregrina. Caput Africæ. Arborem ſanctam. Domum Philippi & Vectilianam. Ludum matutinum & Gallicum. Spoliarium. Samarium. Armamentarium. Micam auream. Vici VII. Aediculæ VII. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores duo. Inſulæ tria milia DC. Domus CXXIIII. Horrea XIIII. Balnea LXXXII. Lacus LXII. Piſtrina XII. Continet pedes duodecim milia. CC.

*Regio III.*

Iſis & Serapis, continet Monetam. Amphitheatrum, quod capit loca octoginta ſeptem milia. Ludum matutinum & Dacicum. Domum Brytti. Præſentiſsimum choragium. Lacum paſtoris. Scholam Quæſtorum & Capulatorum. Thermas Traianas, & Titianas. Porticum Liuij. Caſtra Miſenatium. Vici XII. Aediculæ XII. Magiſtri XLIX. Curatores duo. Inſulæ duo milia ſeptingentę quinquaginta ſeptem. Domus ſexaginta. Horrea XIIII. Balnea octoginta. Lacus LXV. Piſtrina XVI. Continet pedes duodecim milia trecentos quinquaginta.

*Regio IIII.*

Templum pacis, continet Porticum abſidatã. Aream Vulcani. Aureum bucinum. Apollinem Sandaliarium. Telluris templum. Horrea chartaria. Tigillum ſororiũ. Coloſſum altum pedes centum duos ſemis. Habet in capite radia numero ſeptem, ſingula pedũ uiginti duorum ſemis. Metam ſudantem. Templum Romæ & Veneris. Aedem Iouis Statoris. Viam ſacram. Baſilicam Cõſtantinianam. Templum Fauſtinæ. Baſilicam Pauli. Forum tranſitorium. Suburram. Balneum Daphnidis. Vici octo. Aediculæ octo. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores duo. Inſulæ I I. milia, ſeptingentæ quinquaginta ſeptẽ. Domus octoginta octo. Horrea decem & octo. Balnea LXXV. Lacus LXXXIII. Piſtrina XII. Continet pedes tredecim milia.

*Regio V.*

Eſquiliæ, Continet Lacum Orphei. Macellum Liuiæ ni. Nymphæum D. Alexandri. Cohortes duas vigilum. Herculem Syllanum. Hortos Pallantianos. Amphitheatrum caſtrenſe. Campum viminalem ſub aggere. Mineruam medicam. Iſidem patriciam. Vici X V. Aediculæ XV. Vicomagiſtri quadraginta octo. Curatores duo. Inſulæ tria milia octingentæ quinquaginta. Domus CLXXX. Horrea XXIII. Balnea LXXV. Lacus LXXIIII. Piſtrina XV. Continet pedes quindecim milia. D C.

*Regio VI.*

Alta ſemita, continet Templum Salutis & Serapis. Templum Floræ. Capitolium antiquum. Statuam Mamurij plumbeam. Aedem Quirini. Malum punicum. Hortos Saluſtianos. Gentem flauiam. Thermas Diocletianas, & Conſtantianas. X. Tabernas. Gallinas albas. Aream Candidi. Cohortes III. vigilum. Vici XVII. Aediculæ XVII. Vicomagiſtri XVIII. Curatores duo. Inſulæ tria milia quadringentę tres. Domus centum quadragintaſex. Horrea X V I I. Balnea L X X X V. Lacus L X X I I. Piſtrina X V I. Continet pedes quindecim milia. DCC.

*Regio VII.*

Via lata, cõtinet Lacum Ganymedis. Cohortes VII. vigilum, Arcum nouum. Nympheum Iouis, Aediculam Caprariam. Campum Agrippæ. Templum Solis & Caſtra. Porticum Gypſiani & Conſtantini. Templa duo noua, Spei & Fortunæ, Equum Tiridatis regis Armeniorum. Forum ſuarium. Hortos Largianos. Manſuetas. Lapidem pertuſum. Vici XV. Aediculæ XV. Vicomagiſtri LXVIII. Curatores duo. Inſulæ tria milia octingentæ quinq;. Domus CXX. Horrea XXV. Balnea LXXV. Laci LXXVI. Piſtrina XV. Continet pedes XV. milia ſeptingentos.

*Regio VIII.*

Forum Romanum & magnum, continet Roſtra. Genium populi Romani aureum, & Equum Conſtantini. Senatulum. Atrium Mineruæ. Forum Cæſaris, Auguſti, Neruæ Traiani. Templum D. Traiani, & Columnam Cochlidem altam pedes CXXVIII. ſemis. Gradus intus habet CLXXXV. Feneſtras XLV. Cohortes VI. vigilum, Baſilicam argentariam. Templum Concordię. Vmbilicum Romę. Templum Saturni & Veſpaſiani. Capitolium. Miliarium aureum Iulię. Templum Caſtorum, Veſtę. Horrea Germaniciana & Agrippina. Aquam cernentem quatuor Scauros ſub æde. Atrium Caci. Vicum iugarium vnguentarium. Græcoſtaſim. Porticum margaritariam. Elephantum herbarium. Vici trigintaquatuor. Aediculæ XXIX. Vicomagiſtri XLVI. Curatores duo. Inſulę tria milia octingentæ octoginta. Domos CXXX. Horrea XVIII. Balnea LXXXIII. Lacus CXX. Piſtrina XX. Continet pedes tredecim milia LXVII.

*Regio IX.*

Circus Flaminius, continet Stabula numero IIII. factionum. Aedem Herculis. Porticum Philippi. Minutias II. veterem, & frumentariam. Cryptam Balbi. Theatra quatuor, in primis Balbi, quod capit loca triginta milia LXXXV. Campum Martium. Trigarium. Ciconias nixas. Pantheum. Baſilicam Matidij, & Martiani. Templum D. Antonini, & columnam Cochlidem, altam pedes CLXXV. ſemis. gradus intus habet CCIII. feneſtras LVI. Hadrianium. Thermas Alexandrinas, & Agrippinas. Porticum Argonautarum, & Meleagri. Iſeum & Serapeum. Inſulam Feliculæ. Vici XXXV. Aediculæ XXXV. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores II. Inſulæ duomilia ſeptingentę LXXIIII. Domus CXL. Horrea XXII. Balnea LXIII. Lacus LXIII. Piſtrina XX. Continet pedes triginta duo milia D.

*Regio X.*

Palatium, continet Caſam Romuli. Aedem Matris Deum, & Apollinis Rhamnuſij. Pentapylum. Domum Auguſtanam & Tiberianam. Aedem Iouis Victoris. Domum Dionis. Curiam ueterem. Fortunam reſpicientem. Septizonium D. Seueri. Victoriam Germanicianam. Lupercal. Vici XX. Aediculæ XX. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores duo. Inſulę duo milia DCXLIII. Domus LXXXVIII. Horrea XLVIII. Balnea XIIII. Laci LXXXIX. Piſtrina XX. Continet pedes XI. milia ſexcentos.

*Regio XI.*

Circus Maximus, qui capit loca quadringenta octoginta quinque milia, continet XII. portas. Templum Mercurij. Aedem Ditis patris. Cererem. Portam trigeminam. Apollinem cęliſpicem. Herculem Oliuarium. Velabrum. Arcum D. Conſtantini. Vici XVIII. Aediculæ XIX. Vicomagiſtri XIX. Curatores duo. Inſulę duo milia ſexcentę. Domus LXXXIX. Horrea XVI. Balnea XV. Laci XX. Piſtrina XV. Continet pedes vndecim milia quingentos.

*Regio XII.*

Piſcina publica, continet Aream radicariam. Viam nouam. Fortunam mammoſam. Iſidem Athenodoriam. Aedem Bonę deæ ſub ſaxanę. Signum delphini. Thermas Antoninianas. Septem domos parthorum. Campum lanatarium. Domum Chilonis. Cohortes IIII. uigilum. Domum cornificij. priuatum Hadriani. Vici XIIII. Aediculę. XVII. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores duo. Inſulę duo milia, quadringentę octoginta ſeptem. Domus CXIIII. Horrea XVII. Balnea LXIII. Laci LXXXI. Piſtrina XX. Continet pedes duodecim milia.





*Regio XIII.*

Auentinus, continet Templum Dianæ, & Mineruæ. Nymphęa tria. Thermas Varianas & Decianas, Doliolum. Mappam auream. Platanones. Horrea Galbę. Porticum fabariam, Scholam Caſsij. Forum piſtorium. Vici XVII. Aediculæ XVII. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores duo. Inſulæ duo milia quadringentæ octoginta ſeptem. Domus CXXX. Horrea XXV. Balnea LXIIII. Lacus LXXXVIII. Piſtrina XX. Continet pedes ducenta nouem milia.

*Regio XIIII.*

Tranſtyberina, continet Gaianum. Vaticanum. Frygianũ. Naumachias V. Hortos Domitios. Balneum Ampelidis & Priſci, & Dianæ molinas. Ianiculum. Statuã Valerianam. Cohortes ſeptem vigilum. Caput Gorgonis. Fortis fortunæ templum, Aream Septimianam. Herculem cubantem. Campum Brytianum & Codetanum. Hortos Getę. Caſtra lecticariorũ. Vici LXXVIII. Aediculæ LXXVIII. Vicomagiſtri XLVIII. Curatores tres, Inſulæ quatuor millia quadringẽtæ quinque. Domus CL. Horrea XXII. Balnea LXXXVI. Lacus CLXXX. Piſtrina XXIII. Continet pedes triginta tria milia. quadringentos octoginta octo.

*Bibliothecæ XXIX.*

Ex ijs præcipuæ duæ, Palatina & Vlpia.

*Obeliſci V.*

In Circo maximo unus, altus pedes LXXXVIII. ſemis. In Vaticano unus, altus pedes L X X I. In Campo Martio unus, altus pedes LXXXII. ſemis. In Mauſoleo Auguſti duo, ſinguli pedum XLII. ſemis.

*Pontes VII.*

Aelius. Aurelius. Moluius. Sublicius. Fabricius. Ceſtius & Probi.

*Montes VII.*

Cælius. Auentinus. Tarpeius. Palatinus. Eſquilinus. Vaticanus. Ianiculenſis.

*Campi VIII.*

Viminalis. Agrippæ. Martius. Codetanus. Octauius. Pecuarius. Lanatarius, Brytianus.

*Fora XI.*

Romanum. Magnum. Cæſaris. Auguſti. Neruæ Traiani, Aenobarbi. Forum boarium. Suarium. Piſtorum. Gallorum, & Ruſticorum.

*Baſilicæ X.*

Iulia. Vlpia. Pauli. Neptuni. Matidij. Marciana. Baſcellaria, Floſcellaria. Sicinij. Conſtantiniana.

*Thermæ XI.*

Traianæ. Titianæ. Agrippinæ. Syræ. Commodianæ. Seuerianæ. Alexandrinæ. Antoninianæ, Decianæ. Diocletianæ, Conſtantinianæ.

*Aquæ XIX.*

Traiana. Annia. Alſia. Claudia. Martia. Herculea. Iulia. Auguſtea. Appia. Alſetina. Setina. Ciminia. Aurelia. Damnata. Virgo. Tepula. Seueriana. Antoniana. Alexandrina.

*Viæ XXIX.*

Traiana. Appia. Latina. Lauicana. Præneſtina. Tiburtina. Nomentana, Salaria. Flaminia. Aemilia. Clodia. Valeria. Aurelia. Campana. Oſtienſis. Portuenſis. Ianiculenſis. Laurentina. Ardeatina. Setina. Quintia. Caſsia. Gallica. Cornelia. Triumphalis. Patinaria. Aſinaria. Ciminia. Tiberina.

*Horum Breuiarium.*

Capitolia II. Circi duo. Amphitheatra duo. Coloſsi duo. Columnæ cochlides duæ. Macella duo. Theatra III. Ludi IIII. Naumachię V. Nymphęa XV. Eq magni XXIII. Deaurati LXXX. Eburnei LXXXIIII. Arcus marmorei XXXVI. Portæ XXXVII. Vici CCCCXXIIII. Aedes CCCCXXIIII. Vicomagiſtri DCLXXII. Curatores X X I I I I. Inſulæ per totam urbem numero quadraginta ſex milia ſexcentę duo. Domus mille ſeptingentę octoginta. Balnea D C C C L V I. Lacus mille CCCLII. Piſtrina CCLIIII. Lupanaria XLV. Latrinę publicę XLIIII. Cohortes prętorię decem. Vrbanę quatuor. Vigilum ſeptem: quarum excubitoria XIIII. Vexilla communia duo. Caſtra equitum, ſalgamariorum, peregrinorum.

## Deſcriptionis Romæ Finis.

# VRBIS CONSTANTINOPOLITANAE

descriptio incerto Autore.




Deſcriptio vrbis Conſtantinopolitanæ.

*Regio I.*

REGIO prima, continet in ſe domum Placidiæ Auguſtæ. Domum nobiliſsimæ Marinæ, Thermas Archadianas. Vicos ſiue Angiportus viginti nouem. Domos cẽtum decem & octo. Porticus perpetuas duas. Balneas priuatas quindecim. Piſtrina publica quatuor. Piſtrina priuata quindecim. Gradus IIII. Curatorem vnum, qui totius regionis ſollicitudinem gerat. Vernaculum unum, uelut ſeruum in omnibus & internuntium regionis. Collegiatos uiginti quinque, qui è diuerſis corporibus ordinati, incendiorum ſolent caſibus ſubuenire. Vicomagiſtros quinque, quibus per noctem tuendæ urbis cura mandata eſt.

*Regio II.*

Regio ſecunda, ab initio Theatri minoris per æqualitatem ſui latenter molli ſubleuata cliuo, mox ad mare præcipitijs abrupta deſcendit. Continet in ſe, Eccleſiam magnam. Eccleſiam antiquam. Senatum. Tribunal purpureis gradibus extructum. Thermas Zeuxippi. Theatrum. Amphitheatrum. Vicos ſiue Angiportus triginta quatuor. Domos nonaginta & octo. Porticus magnas quatuor. Balneas priuatas tredecim. Piſtrina priuata quatuor. Gradus quatuor. Curatorem unum. Vernaculum unum. Collegiatos XXXV. Vicomagiſtros V.

*Regio III.*

Regio tertia, plana quidem in ſuperiore parte, utpote in ea Circi ſpatio largius explicato, ſed ab eius extrema parte nimis prono cliuo, mare uſque deſcendit. Continet in ſe eundem Circum maximum. Domum Pulcheriæ Auguſtæ. Portum nouum. Porticum ſemirotundam, quæ ex ſimilitudine fabricæ ſigma græco uocabulo nuncupatur. Tribunal fori Conſtantini. Vicos ſeptem. Domos nonaginta quatuor. Porticus magnas quinque. Balneas priuatas vndecim. Piſtrina priuata nouem. Curatorem vnum. Vernaculum unum. Collegiatos XXI. Vicomagiſtros V.

Regio



*Regio IIII.*

Regio quarta, à Miliario aureo collibus dextra læua que ſurgentibus, ad planitiem uſque valle ducente perducitur. Continet in ſe idem Miliarium aureum. Auguſteum. Baſilicam. Nymphæum. Porticum Fanionis. Liburnam marmoream, naualis uictoriæ monimentum. Eccleſiam ſiue martyrium ſancti Mennæ. Stadium. Scalam Timaſij. Vicos XXXII. Domus trecentas ſeptuaginta quinque. Porticus magnas quatuor. Balneas priuatas ſeptem. Piſtrina priuata quinque. Gradus ſeptem. Curatorem unum. Vernaculum unum. Collegiatos XL. Vicomagiſtros quinque.

*Regio V.*

Regionis quintæ non modica pars, in obliquioribus poſita locis, planicie excipiente producitur, in qua neceſſaria ciuitatis ædificia continentur. Continet in ſe Thermas Honorianas. Ciſternam Theodoſianam. Prytaneum. Thermas Eudocianas. Strategium, in quo eſt Forum Theodoſiacũ, & Obeliſcus Thebæus quadrus. Horrea holearia. Nymphæum. Horrea Troadenſia. Horrea Valentiniana. Horrea Conſtantiaca. Portum habet proſforianum. Scalam Chalcedonenſem. Vicos viginti tres. Domos centum octoginta quatuor. Porticus magnas VII. Balneas priuatas undecim. Piſtrina publica ſeptem. Piſtrina priuata duo. Gradus nouem. Macellos duos. Curatorem vnum. Vernaculum unum. Collegiatos quadraginta. Vicomagiſtros quinque.

*Regio VI.*

Regio ſexta, breui peracta planicie, reliqua in deuexo conſiſtit. a foro namque Conſtantini, Scalam vſque ſiue traiectum Sycænum, porrigitur ſpatijs ſuis. Continet in ſe, Columnam purpuream Conſtantini. Senatũ eiuſdem loci. Neorium portum. Scalam Sycænam. Vicos viginti duos. Domos quadringentas octoginta quatuor. Porticum magnam vnam. Balneas priuatas nouem. Piſtrinum publicum unum. Piſtrina priuata decẽ & ſeptem. Gradus decem & ſeptem. Curatorem vnum. Vernaculum unum. Collegiatos quadraginta nouem. Vicomagiſtros V.

*Regio VII.*

Regio ſeptima, in comparationẽ ſuperioris planior, quamuis & ipſa circa lateris ſui extremitatem habeatur in mare decliuior. Hæc a parte dextera Columnæ Conſtantini vſque ad Forum Theodoſii, continuis extenſa porticibus, & de latere alijs quoque pari ratione porrectis, vſque ad mare uelut ſe ipſam inclinat, & ita deducitur. Habet autem in ſe Eccleſias tres. hoc eſt, Irenen, Anaſtaſiam, & Sancti Pauli. Columnam Theodoſii, intrinſecus vſque ad ſummitatem gradibus peruiam. Equites magnos duos. Partem eiuſdem fori. Thermas Caroſianas. Vicos octoginta quinque. Domus ſeptingentas undecim. Porticus magnas ſex. Balneas priuatas XI. Piſtrina priuata XII. Gradus ſexdecim. Curatorem vnum. Vernaculum unum. Collegiatos octoginta. Vicomagiſtros quinque.

*Regio VIII.*

Regio octaua, ex parte Tauri, nulla maris uicinitate contermina, anguſtior magis quàm lata, ſpatia ſua in longitudinem producta compenſat. Continet in ſe partem Fori Conſtantini. Porticum ſiniſtram Taurum uſque, Baſilicam Theodoſianam. Capitoliũ. Vicos XXII. Domos centum octo. Porticus maiores quinque. Balneas priuatas decem. Piſtrina priuata quinque. Gradus V. Macellos duos. Curatorem unum. Vernaculum vnum. Collegiatos XVII. Vicomagiſtros quinque.

*Regio IX.*

Regio nona, prona omnis, & in notum deflexa, extenſi maris litoribus terminatur. Continet in ſe, Eccleſias duas. Cœnopolim: & Omonœam, Horrea Alexandrina. Domum nobiliſsimæ Arcadiæ. Thermas Anaſtaſianas. Horreum Theodoſianum. Vicos XVI. Domos centum ſexdecim. Porticus maiores duas. Balneas priuatas XV. Piſtrina priuata XV. Piſtrina publica IIII. Gradus IIII. Curatorem vnum. Vernaculum vnum. Collegiatos XXXVIII. Vicomagiſtros V.

*Regio X.*

Regio decima, in aliud ciuitatis latus à nona regione platea magna velut fluuio interueniente diuiditur. Eſt vero tractu planior, nec vſquam præter maritima loca inæqualis, longitudini eius latitudine non cedente. Continet in ſe Eccleſiam ſiue Martyrium Sancti Acatij. Thermas Conſtantinianas. Domum Auguſtę Placidię. Domum Auguſtę Eudocię. Domum nobiliſsimę Arcadię. Nymphęum maius. Vicos viginti. Domus ſexcentas XXXVI. Porticus maiores ſex. Balneas priuatas. Piſtrina publica duo, Piſtrina priuata ſexdecim. Gradus XII. Curatorem vnum. Vernaculum vnum. Collegiatos nonaginta. Vicomagiſtros quinque.

*Regio XI.*

Regio vndecima, ſpatio diffuſa liberior, nulla parte mari ſociata eſt. Verum eius extenſio, tam plana, quàm etiam collibus inæqualis. Continet in ſe Martyrium Apoſtolorum. Palatium Faccilianum. Domum Auguſtæ Pulcheriæ. Bouem æreum. Ciſternam Arcadiacam. Ciſternam Modeſtiacam. Vicos VIII. Domos quingentas tres. Porticus maiores quatuor. Balneas priuatas quatuordecim. Piſtrinum publicum vnum. Piſtrina priuata tria. Gradus ſeptem. Curatorem unum. Vernaculum vnum. Collegiatos triginta ſeptem. Vicomagiſtros V.

*Regio XII.*

Regio duodecima, Portam à ciuitate petentibus in longum plana omnis conſiſtit, ſed latere ſiniſtro mollioribus cliuis deducta maris cõfinio terminatur, quam mœnium ſublimior decorat ornatus. Continet in ſe Portam auream. Porticus Troadenſes. Forum Theodoſiacum. Columnam itidem intra ſe gradibus peruiam. Monetam. Portum Theodoſiacum. Vicos vndecim. Domos trecentas ſexaginta tres, Porticus maiores tres. Balneas priuatas quinque. Piſtrina priuata quinque. Gradus IX. Curatorem vnum. Vernaculum unum. Collegiatos decem & ſeptem. Vicomagiſtros quinque.

*Regio XIII.*

Tertiadecima regio, Sycæna eſt, quæ ſinu maris anguſto diuiſa, ſocietatem vrbis nauigijs frequentibns promeretur. tota lateri montis affixa, præter vnius plateæ tractum, quam ſubiacentium eidem monti litorum tantum præſtat æqualitas. Continet in ſe, Eccleſiam. Thermas Honorianas. Forum Honorianum. Theatrũ. Naualia. Domos quadringentas XXXI. Porticum maiorem vnam. Balneas priuatas quinque. Piſtrinum publicum vnum. Piſtrina prinata IIII. Gradus octo. Curatorem vnum. Vernaculum unum. Collegiatos XXXIIII. Vicomagiſtros quinque.

Regio

*Regio XIIII.*

Regio ſanè licet in vrbis quartadecima numeretur parte, tamen quia ſpacio interiecto diuiſum eſt muro proprio vallatum, alterius quodammodo ſpeciem ciuitatis oſtendit. Eſt vero progresſis a porta modicum, ſitu planum, dextero autem latere in cliuum ſurgente vſque ad medium ferè plateę ſpacium, nimis pronum: vnde mare uſque mediocris, hæcq; ciuitatis continet partem. explicatur æqualitas. Continet in ſe Eccleſiam, Palatium. Nympheum. Thermas. Theatrum luſorium. Pōtem ſublicium ſiue ligneum. Vicos XI. Domos centum ſexaginta ſeptem. Porticus maiores duas. Balneas priuatas V. Piſtrinum publicum unum. Piſtrinum priuatum unum. Gradus V.

*Collectio ciuitatis.*

Cognita vrbe per partes, fas eſt etiam ſitum concluſæ iam uniuerſitatis aperire, ut magnificentiæ unicum decus non ſolum videatur opere & manu confectum, ſed etiam conſpirantibus elementis, naturæ fælicitate munitum. Prouidentia ergo diuina tot futurorum hominum domicilijs conſulente longo tractu, in promōtorij qualitatem ſpatioſior terra faucibus Pontici maris oppoſita, ſinuoſis portuoſa lateribus, anguſtior latitudine, circumflui maris tutela uallatur. Hoc quoque ſpacium quod ſolum apertum maris circulus derelinquit, duplici muro acies turrium extenſa cuſtodit: intra quas ſepta ciuitas continet in ſe omnia ſingillatim memorata, quæ nunc ad firmioris memoriæ qualitatē ſummatim collecta referemus. Habet ergo vrbs Conſtantinopolitana, Palatia quinque. Eccleſias quatuordecim. Domos diuinas Auguſtarum VI. Domos nobiliſsimas III. Thermas VIII. Baſilicas duas. Fora quatuor. Senatus II. Horrea V. Theatra II. Luſoria II. Portu Is III. Circum I. Ciſternas IIII. Nymphæa IIII. Vicos trecentos XXII. Domus IIII. millia trecentas octoginta octo. Porticus quinquaginta duas. Balneas priuatas centum quinquaginta tres. Piſtrina publica XX. Piſtrina priuata centum XX. Gradus centum decem & ſeptē. Macellos V. Curatores XIII. Vernaculos XIIII. Collegiatos quingentos ſexaginta. Vicomagiſtros ſexaginta quinque. Colūnam purpuream. Columnas intra ſe per uias duas. Coloſſum unum. Tetrapylum aureum unum Auguſteum. Capitolium. Monetam. Scalas maritimas tres. Habet ſanè longitudo vrbis, à porta aurea vſque ad litus maris directa linea, pedum quatuordecim milia ſeptuagintaquinque. Latitudo autem, pedum ſex milia, centum quinquaginta.

IN NOTITIAM



# IN NOTITIAM DIGNITATVM VTRIVSQVE ROMANI IMPERII.

## *PRÆFATIO.*

OMNIVM, quot multis ab hinc ſeculis in lucem prodierunt operum, ſpecioſiſſima & pretioſiſſima eſt DIGNITATVM VTRIVSQVE ROMANI IMPERII NOTITIA, in qua illius opes, præſidia, magiſtratus, ornamenta, vires, ac deniq; tota eius temporis Principum magnitudo continentur. Ipſa autem luculentam quidem in fronte tantarum rerum cognitionem promittens, ingens apud omnes ſui deſiderium excitat: ſed in receſſu recondita & obſcura paucis ſe agnoſcendam exhibet. Cùm uerò nullus etiam eius certus auctor appareat, ſunt qui non minùs de ipſius veritate dubitēt, quàm illius ſcientiæ habendę animum deſpondeant. Hic enim ignota oſtenduntur inſignia, quæ non veræ, ſed falſæ imagines, & ad oblectandum ab aliquibus excogitatæ credi poſſunt: varia prætereà militum ſymbola, velut ex animi impetu inuenta nihil ſignificare, aut ſi quem fortè myſticum latentemq; ſenſum occultant, inexplicabilia infructuoſaq; ænigmata exiſtimantur. Idem de notis quorundam codicum tergo inſcriptis ſuſpicantur, quæ ob nimiam obſcuritatem Oedipos interpretes deſiderant. Multa deinde inuſitata magiſtratuum nomina ad libidinem efficta, aut ſi qua veritate nitun tur, tanquam incognita & inania relinquenda putant. Quis enim, inquiunt, conſulares nullo conſulatu functos pro rectoribus prouinciarum, qui plures hic recenſentur, apud Iureconſultos, alioſuè auctores legit? Quis magiſtros militum in præſenti, comites domeſticorum & protectorum, legiones comitatenſes & pſeudocomitatenſes unquam nominari audiuit? Inter magiſtratuum officia, principes, cornicularios, numerarios, ab actis, ſingularios, & alia huiuſmodi inſueta nomina intellexit? Hæc & ſimilia, quæ in hac Notitia occurrunt, non parum eius fidei detrahunt, nec paucos ab eius lectione auertunt. Sed qui Romani Imperij prouincias, ac magiſtratus, miro ordine hic digeſtos diligētiùs inſpexerit, & cum his, qui in iure Ciuili explicantur, ſtudioſè contulerit, hoc opus non ſuppoſitum, aut fictum, ſed verum legitimumq; deprehendet, & pro magno antiquitatis monumento, ac pretioſo theſauro conſeruabit. Nihil enim ferè hic reperitur, cuius ius noſtrum non meminerit, in quo non ſolū dignitates hic recitatę referuntur, [a] Sed & earum inſignia à paucis animaduerſa ponuntur. [b] Symbola quoq; militum hic repræſentata velut pugnantibus neceſſaria Vegetius [c] commendat: ſed & præſidum officia in Theodoſij ac Iuſtiniani co dicibus eodem fermè, quo in Notitia ordine diſponuntur, [d] vt non modò de eius veritate non ſit hæſitandum, ſed pro magno iuris & antiquitatis lumine ſit habenda. Multarum enim legum hinc ſenſus pendent; multorum etiam auctorum, & hiſtoriographorum ignotos locos hic latuiſſe apparebit. Sed quia opus per ſe obſcurum, alia illuſtrare nequit, ipſum prius elucidandum fuit. quod cùm res cœca altaq; caligine merſas contineat, nullus adhuc facere curauit. Cùm verè Sereniſſimus Sabaudię Dux de hoc mecum aliquando contuliſſet, tandem iuſſit, vt aliquod in id commentarium ederem. Ego ingenio & doctrina me alijs longè inferiorem agnoſcens, tanti oneris prouinciā tentare non audebam. Res enim ardua eſt, inquit Plinius, [e] uetuſtis nouitatem dare, nouis auctoritatem, obſoletis nitorem, obſcuris lucem, faſtiditis gratiam, dubijs fidem. Tandem Excelſi Principis, cui pro uiribus obtemperare cupiebam, mandatis repugnare non auſus, parendum eſſe cenſui. Itaq; Diuino fretus præſidio, profundi huius Fluminis vadis exploratis, verticoſis fluctibus me commiſi; difficilemque hunc nodum Gordianum non enſe recidendum, ſed magna arte & induſtria explicandum, aliqua ratione ſoluere ſum aggreſſus. in quo ſi defecero obtemperandi neceſſitate excuſabor, qua coactus A. Albinij exemplo [f] culpam deprecari,

a titu. C. de offi. præf. præt. Oriēt. vſque ad tit. C. ne rei milit. corni. & alibi.
b l. §. C. de offic. rect. prouinc. l. 4. C. de iniur. l. 12. C. de dignitatib. §. ultim. Nouella 24. §. ult. Nouella 26. §. 1. Nouella 27. & alijs in locis.
c lib. 2. c. 18.
d in rubr. C. de numerar. actuar. adiutorib. & exceptor & l. ult. C. de apparitoribus Præf. prætor. Rubri. C. de cohort. principib. cornicular. l. ult. C. de diuerſ. offic.
e in præfatione natur. hiſtor.
f Gelli. lib. 1. c. 8.

 precari,

precari, quàm culpa carere malui. certè ardens iurium cupidos iuuandi in me laudandum erit deſiderium. Nam etiam votum non aſſecutis, voluiſſe abundè pulchrum & magnificum apud graues viros [a] exiſtimatur. Hanc igitur adhuc inacceſſam & præruptis rupibus aſperam viam primus ingredi auſus, non paucis ſentibus reciſis, ſaltem alijs ad ſequendũ planiùs iter aperiam. Quare cùm in hoc ſatis laborauerim, iſta qualiacunque commentaria in primis legum ſtudioſis non parùm profutura ſpero. Hinc enim Romani Imperij magiſtratuum, qui nudi à Notitia recitantur, originem & hiſtoriam intelligent, Proconſulum, conſularium, Correctorum, præſidumque differentias cognoſcent, Palatinorum & cohortalium ordines, non paucas leges, pluraque in his obſcura uocabula, & quandoque integros tractatus, anteà ignotos explicatos inuenient. Multi præterea non ſolum Marcellini, ſed & Tranquilli, Tacitique, & aliorum de Legionibus auxiliarijſque militibus, & Palatij dignitatibus, differentium loci illuſtrabuntur. Deindè plures, vt puto, oblectabit, publicorum veredorũ curſum & ordinem inſpicere, præſidum ſalaria, miniſtros, inſignia, pompam ac maieſtatem cernere, varios militum numeros & nomina, eorum digmata ſeu emblemata explicata inuenire: iucundum erit aurea, argẽteaque Principis vaſa, pretioſas veſtes, gemmas, ac totam denique regiã ſupellectilem, eo ordine ac diligentia deſcripta videre, vt ſingula ſtatim ſciri & ad manum haberi poſſent: iuuabit legum ferendarum ſolemnitatem, ſalutandi Principis vſum, exigendorum tributorũ ritum, aulicorum varietates, miniſteria, & multa huiuſmodi è tenebris in lucem emiſſa ſpectaſſe: certos denique dignitatum titulos, & alia, vetuſtate recondita, hic explicata intueri. Vt verò non ſolùm Legum ſtudioſi, ſed, & alij, quibus hęc placuerint, noſtris qualibus qualibus laboribus commodiùs frui poſſint, Iura quibus res à Notitia relatæ, vel à me additæ comprobabuntur, non in contextu, ſed margine, cum notis ea indicantibus appoſui, ne ab occurrẽtibus legibus interrupta lectio cuiquam moleſtiam afferat. Ceterùm vt plenius cuncta cognoſcantur, ac ne quid ad perficiendum hoc opus deſit, Magiſtratus municipales, ac Decurionum ordinẽ, & munera proprio opuſculo comprehenſa, adieci, quod & ipſum Iurium ſtudioſis aliquid profuturum, atque alijs non ingratum fore exiſtimaui. Vt igitur hanc Notitiam è tenebris in lucem aliquam extrahere, & clarius aſpiciendam exhibere incipiam, ante omnia eius originem & auctores, quouè tempore, & ordine ſcripta fuerit, exponam. Deinde titulum ſeu inſcriptionem cum indice interpretatus, vt tota eius facies vno aſpectu videri poſſit, ſummam ac totius operis Breuiarium ſubijciam.

a Pli. in d. præfatione.

Id opus Imperio neceſſariũ, primùm ab Auguſto inuẽtum, mox à ſequentibus Principibus retentum, & per continuata ſecula conſeruatum fuit; ſed pro rerum ac temporum varietate in quibuſdam eſt immutatum. Tacitus loquens de Auguſto, ille, inquit, libellum compoſuit, quo opes publicæ continebantur, quantum ciuium ſociorumque in armis, quot claſſes, regna prouinciæ tributa aut vectigalia, neceſſitates, ac largitiones, quæ cuncta ſua manu perſcripſerat Auguſtus. Idem cum Dione Tranquillus[b] affirmat, qui eum librum rationarium ac breuiarium totius Imperij appellat, quod Auguſtum de reſignando Imperio cogitantem magiſtratibus ac Senatoribus domum accitis tradidiſſe, ſcribit. Demum in fine complexus eſt inquit, breuiariũ totius Imperij quãtum militũ ſub ſignis vbique eſſet; quantum pecuniæ in ærario, & fiſco, & vectigalibus reſiduis. Breuiarium autem, quod nũc vulgo dicitur, ait Seneca, [c] olim cùm latinè loqueremur, ſummarium vocabatur. Eũ codicem ſequentes Imperatores retinuerunt, ſed prout Imperij tempora atque vſus exigebant, ſub nomine Notitiæ minuerunt, ampliarunt, & immutarunt. Itaque preſens opus perpetuos certoſq; prouinciarum atque alios magiſtratus, ac militum copias, palatinaſque dignitates complectitur, quæ ſemper in Imperio eſſe conſueuerant. His adduntur officia, ideſt apparitorum ordines, quorum aliqui ex memoriæ, epiſtolarum, & libellorum ſcrinijs prodibant. [d] Vectigalia uerò & tributa, fiſcique rationes, ac diuerſis faciendæ largitiones, quæ in Auguſti breuiario continebantur,

b Cap. 28.

c Li. 5. epiſt. 39

d L. ult. §. ult. C. de diu. offi.



tinebantur, in ſcrinijs canonum, & tabulariorum ſub Comitibus largitionum, & rerum priuatarum ſcribebantur. Quare hæc Notitia alium quàm Auguſtũ & ſequẽtes Principes auctores non habet, in qua Imperij magiſtratus, aliæque dignitates cum ſuis inſignibus, & officia conſeruabantur. Simile opus Conſtantinus Imp. ex Leone Philoſopho genitus Romano filio, & ſucceſſori reliquit, in quo ſummã totius Imperij, ſociorum omnium fœdera, hoſtium vires, rationes & conſilia explicuit. Id, apud ſe in bibliotheca tanquàm theſaurum ſeruatum fuiſſe Egnatius ſcribit, [a] quod etſi diligenter perquiſitum nunquã potuit inueniri. Alius huic fermè ſimilis compoſitus eſt codex, in quo viri ad obeundas dignitates in Notitia comprehenſas ad tempus electi ſcribebantur, ac prout magiſtratu decedebant, in annos ſucceſſores renouabantur. Hunc Iureconſulti commentarium Principis appellarunt. Modeſtinus, [b] abeſſe, inquit, Reip. cauſa videntur Proconſules, legatique eorum, & qui Prouincijs præſunt, Procuratoreſuè Principum, qui in Prouincijs tenentur, & tribuni militũ, & præfecti, & comites legatorum, qui ad ærarium delati, aut in commentarium Principis relati ſunt. Non ſolùm enim in commentarium, quod apud ſeſe Principes habebant, ſed & in ærarium magiſtratuum nomina referri conſueuerant, vbi rationes, & tabulæ publicæ, ſenatuſque conſulta conſeruabantur. Cicero, [c] Rationes in ęrarium retuli continuò. Fuerat hic locus in ęde Saturni, in qua, Regibus exactis, Valerius Publicola ærarium conſtituit. Auctores Plutarchus, [d] & Macrobius. [e] Hæc eſt prouinciarum memoria, quã in Antoniniana bibliotheca in 9. vrbis regione conſeruatam fuiſſe P. Victor ſcribit. Poſtremò hic liber laterculum eſt dictus, quòd laterculi formam haberet. Geometrę enim corpus quadrum altius ſurgens, non tamen ad cubum perueniens πλίνθιον ideſt, laterculum vocant. Eius forma in inſignibus Primicerij notariorum, à quo tractabatur, infra conſpicietur: illius Tertullianus aduerſus Valentinianos, & iura ſæpius meminerunt. [f] Demum Prouincijs in plures diuiſis, cùm aucti eſſent magiſtratus, nouæque Palatinæ dignitates inuentæ, ac propter hoſtes vndiq; ſurgentes, alias veteribus militum copias addi oportuiſſet, omnes vnum laterculum capere non potuit. Itaque præfecturæ ac tribunatus, caſtrorumque præpoſituræ limites Imperij tuentes in alium codicem, laterculum minus nuncupatum ſunt tranſlatæ, quod in ſcrinio memoriæ ſub Quæſtoris diſpoſitione conſeruabatur. [g]

a in Conſtãtino.

b in l. abeſſe, 32. §. quib. cauſ. ma. ...

c in Piſonem.

d in Publicola & problemat.

e in primo Saturnali.

f l. 1. §. iubemus l. 2. §. ult. C. de offic. præf. præto.

Aſſi. l. ult. C. de offi. magiſt. offic. ... Princip. ſeu Nouell. ... Nouell. ... in Notitia Nouella 8.

Sub finem verò Principatus Theodoſij iunioris hanc Notitiam ſcriptam fuiſſe cenſeo; Sub Duce enim Aegypti meminit Alæ Theodoſianæ nuper, ideſt, illo imperante, conſtitutæ, & limitis Saxonici per Britanniam, quod nomen eo tempore, ſcilicet anno ſalutis 440. inuentum fuit, Saxonibus tùm Britannicum littus inuadentibus, [h] & vt antiquiorem hunc librum non putem, id me etiam mouet, quòd nullus in eo legitur Illyrici Vicarius: ea enim regio tùm ab Hunnis circa annum humanæ ſalutis 445. ſub eodem Theodoſio, & Valentiniano III. fuerat deuaſtata, vt auctor eſt Zoſimus, Iornandes, D. Proſper, Paulus, Diaconus, & alij. Sed & ipſa operis inſcriptio hanc Notitiam vltra Arcadij, & Honorij tempora ſcriptam eſſe indicat, quod poſt annum ſalutis 425. quo Honorius deceſſit, fuiſſe oportet. Nec poſt annum 453. quo Auctore Caſſiodoro, & Comite Marcellino, Concordia, & Aquileia ab Attila ſunt euerſæ, ſcribi potuit; quia Concordienſis fabricæ, & theſaurorum Aquileiæ tunc extantium, monetæque ibi percuſſæ meminit. Itaque ſub finem Imperij Theodoſij iunioris eam ſcriptam fuiſſe arbitror, & Alciatus (vbi legerit, neſcio) id Breuiarium Theodoſij iunioris appellat. [i] Opus ſanè aureum, quod dilucidatum magnum iuri noſtro lumen, & perſpicuam rerum Imperij Rom. cognitionem afferet. Neque enim antea Præfectorum aut Vicariorum, non Magiſtrorum militum, aut Comitis Orientis, non Proconſulum, vel Conſularium, aliorumque iuriſdictio, aut officia plenè ſciri poterant. Laterculi, ac Magiſtri officiorum, Comitis Largitionum, aut rerumpriuatarum, Magiſtrorum ſcriniorum, aliorumuè plurium ignorabatur auctoritas. Militum etiam copiæ, claſſes, præſidia, fabricarum loca

g l. 1. 2. & 3. C. de offi. Quæſtor.

h Pau. Diac. lib. 14. ad fin. Beda in 1. eccle. hiſto. cap. 12. 14. & ſeq. Polyd. Virgi. 3. Angl. hiſto.

i lib. 5. parerg. ca. 13.

hinc noſcuntur. Denique nõ pauca oppida, in quibus Principum Romano. iura cõdita leguntur, prius incognita, & fortè nunquã audita, hic in ſuis prouincijs collocata reperiũtur, ita vt huic Notitię multarũ rerũ acceptã ferre cogamur notitiã.

Ante hunc Codicem vtraque Roma vetus, & noua in 14. regiones diuiſæ cũ vicis, & ædificijs, operibusq; inſignioribus deſcriptæ inueniuntur; Quæ huius libri partes non ſunt, ſed in officio Præfecti vrbi conſeruatas, & inde extractas fuiſſe arbitror, & pro re inſigni huic operi præpoſitas. Eandem Romæ deſcriptionem ab hac tamen in multis diuerſam P. Victor, & Sext. Rufus fecerunt. Poſt tergum huius voluminis tormenta quædam bellica, & alia ad nummos pertinentia ponuntur, quæ nec ipſa ad rem noſtram faciunt, ſed ex fabricis Magiſtri officiorum & ſcrinijs Comitis largitionum, ad quos pertinebant, excerpta, & huc tranſlata fuiſſe puto. Hæc tamen omnia, ne quid deſideretur, proprijs annotationibus pro uirium tenuitate illuſtrare conabor. Quibuſdam Notitijs etiam Itinerarium Antonini nomine editum eſt adiunctũ, quod oppidorum diſtantiam, præſidia, & aliquas manſiones, ſeu ueredorum ſtationes, & loca legionum notat. Quod opus nunc adauctum, ac penè totum eſt immutatum. Conſtantinopolim enim Conſtantiam, Maximianopolim legiones Iouias, & Herculeas à Diocletiano, & Maximiano inuentas, & alia huiuſmodi nominat, quæ diu poſt Antoninum addita fuere. Id in memoriæ aut alio ſcrinio olim conſeruatum, & huic libro additum fuiſſe arbitror. Neque enim rem tam vtilem ac penè neceſſariam neglectam permanſiſſe eſt veriſimile.

Sed vt ad Notitiam noſtram reuertamur, cùm multo tempore latuiſſet, tandẽ quę à Mariano Scoto Monacho Fuldenſi ſcripta fuerat, in vltimis Britannijs annis ab hinc 36. inuenta, in lucem prodijt: Sed multis mendis ſcatens, & aliquot, vt puto, membris trunca, quam ex collatione duorum exemplarium manuſcriptorum in quibuſdam reſtitui, neque enim impreſſio codice multò meliora inueni. Horum alterũ illius eſt exemplar, quod apud Maphæos Romę ſe legiſſe Pierius Valerianus ſcribit, ex eoque aliquot militarium ordinum ſigna recitat, quæ in nonnullis ab alijs differunt. Fuit is liber anno ſalutis 1436. ex vetuſtiſſimo codice Spirẽſis bibliothecę a Petro Donato Patauij Epiſcopo extractus, cum ipſe Baſilienſi ſynodo nomine Eugenij IIII. prępſideret, vt in eius voluminis fine ipſe teſtatur, quod in prouinciarum, vt credo, magiſtratibus, & pictis imaginibus deceptus parum ſcitè Scoti coſmographiã appellat. Ex hoc aliud Fuluij Vrſini viri doctiſſimi exẽplar eſt deſcriptum, quod precibus Io. Vincentij Pinelli viri nunquam ſatis laudati ad me tranſmiſit. Alterum apud Illuſtriſs. Fridericum Madrucium tum Romę Cęſareum Legatum fuit, quod mihi pro ſua, qua erga omnes vtebatur, ſingulari humanitate exhibuit. Ex his aliqua emendauimus, plura vt deprauata omiſimus. Sed iam ad huius operis tituli interpretationem accedamus.





# DE NOTITIAE INSCRIPTIONE, AC DE IMPERII, EIVSQVE DIGNITATVM DIVISIONE.

LIBRI inſcriptio eſt, NOTITIA DIGNITATVM OMNIVM TAM CIVILIVM QVAM MILITARIVM IN PARTIBVS ORIENTIS ET OCCIDENTIS. Notitiæ verbum ſummariam cognitionẽ Magiſtratuum, ac Palatinorum ſignificat: in quo ſenſu hæc vox à poſterioribus legum latoribus accipitur. Conſtantinus enim Notitiam artificum pro eorum indice ponit, [a] Theodoſius [b] pro breui ſcriptura, quæ continet quantum quæque prouincia ex indicto auro ſoluere debeat. Leo [c] pro catalogo officiorum, quæ in ſcrinijs memoriæ epiſtolarum & libellorum ſcribenda, & à Principe probanda erant. Iuſtinianus pro albo, vel, vt alibi nuncupatur, matricula ſcholarium accipit, [d] quam aliquando notitiã, [e] quandoque catalogum appellat, [f] hæc enim vt ſynonyma profert; gręcè γνῶσις [g] alio nomine Breuis vocatur; [h] & ideo Tranquillus [i] noſtram Notitiam breuiarium, [k] vel rationarium [l] Imperij nominat. DIGNITATVM verò nõ magiſtratuum dixit, quia nõ tantũ ius dicẽtes, ſed & alijs honoribus præditos continet, vt primicerios ſacri cubiculi, notariorũ, caſtrẽſem palatij, & ſcriniorum magiſtros, qui iuriſdictione carent, & ſpectabiliũ dignitate honeſtantur.

Separantur autem Orientis & Occidentis dignitates, quia hoc tempore duo in his partibus ſinguli Principes imperabãt. Hęc diuiſio à Probo & Floriano, [m] mox Maximino & Cõſtante, Cõſtãtino atque Galerio originem habuit, qui primi Romani Imperij prouincias ſunt partiti: anteà enim etſi M. Antoninus cum fratre Vero, & Seuerus cum Antonino filio ſimul imperauerint, nullam tamen orbis diuiſionem fecerunt. Conſtantini quoque Magni filij & ipſi Romanum orbem in tres partes diuiſerunt. Sed breui rebus in ſolum Conſtantium tranſlatis, totum in vnum coaluit Imperium. Poſteà Valẽtinianus cum fratre Valente Oriente Occidenteque diuiſo, hũc ſibi retinuit, illi ſocio Imperij facto Orientem conceſsit, & militum etiam copias cum eo eſt partitus, vt Marcellinus [n] ſcribit. Sed his cum liberis extinctis, poſt paucos annos ad ſolum Theodoſium uniuerſum redijt Imperium, qui & ipſe rurſus filijs Arcadio Orientem, Honorio Occidentem reliquit. Itaque Aegypto, & vtraque Libya vſque ad ſyrtes maiores, & Europa vſque ad Drilonem fluuium Arcadio traditis, ibi vtriuſque Imperij fines fecerunt. Reliqua in Occidente cum Africa, Hiſpanijs, & Britannia Honorius obtinuit: cuncta tamen communi nomine velut vnum eſſet Imperiũ adminiſtrabant. Cõtinuata eſt hæc diuiſio vſque ad Valentinianum III. & Martianum, ſub quibus Barbari Britannijs, Hiſpanijsque prius occupatis, demum Gallias, ac tandem Italiam cum Illyrico & Africa tenuerunt; Occidentiſque extinctum eſt Imperium, ſolum Orientis etſi multis agitatum fluctibus, aliquot ſęculis incolume permanſit. Huius tanquã eo tẽpore dignioris & integrioris dignitates Occidẽtalibus præmittuntur. Nũc circa indicẽ Notitiæ præfixum aliqua percurremus.

a in l. 1. C. de excuſ. artif.
b in l. vlt. C. de indictio.
c in l. fina. §. & eſt notitia, C. de diuer. offi.
d in l. vlt. C. de offi. magi. offi.
e l. 1. §. in officijs verò l. 2. §. ad hæc iubemus. C. de offi. præf. præt. Afr.
f §. vlt. nouell. 28.
g poſt nouell. 8.
h l. vlt. C. de conue. fiſc. debito. l. ſcrinijs. C. de palat. ſacr. larg.
i in Auguſto cap. 25. in fin.
k in Auguſto. ca. vlt.
l in eod. Augu. c. 28.
m Zonaras ſ Probo.
n lib. 26.

## NOTITIA.

PRÆFECTVS *Pretorio Orientis.*

PRÆFECTVS *Pretorio Illyrici.*

PRÆFECTVS *vrbis Conſtantinopolitanæ.*

MAGISTRI *equitum, & peditum in præſenti. II. Alij III. Equitum, & peditum per Orientem. Equitum, & peditum per Thracias. Equitum, & peditum per Illyricum.*

PRÆPOSITVS *ſacri cubiculi.*

MAGISTER *Officiorum.*

QVÆSTOR.

COMES *Sacrarum largitionum.*

COMES *rerum priuatarum.*

COMITES *domeſticorum duo. Equitum, & Peditum.*

PRIMICERIVS *ſacri cubiculi.*

PRIMICERIVS *Notariorum: Caſtrenſis ſacri Palatij.*

MAGISTRI *Scriniorum. Memoriæ, Epiſtolarum, Libellorum Græcorum.*

PROCONSVLES *duo, Aſiæ, Achaię.*

COMES *Orientis.*

PRÆFECTVS *Auguſtalis.*

VICARII IIII. *Aſianæ diœceſeos, Ponticæ, Thraciarum, Macedoniæ.*

COMITES *rei militaris II. Aegypti, Iſauriæ.*

DVCES *per Aegyptum II.* LIBYÆ. THEBAIDOS.

PER *Orientem VI. Phœnices, Euphratenſis Syrię, Paleſtinę, Oſrhoenæ, Meſopotamię, Arabię.*

PER *Ponticam unus, Armeniæ.*

PER *Thracias II. Moeſiæ ſecundæ, Scythiæ.*

PER *Illyricum II. Daciæ ripenſis, Moeſiæ primę.*

### Conſulares quindecim.

PER *Orientem V. Paleſtinæ, Phoenices, Syriæ, Ciliciæ, Cypri.*

PER *Aſianam III. Pamphiliæ, Helleſponti, Lydiæ.*

PER *Ponticam II. Galatiæ, Bithyniæ.*

PER *Thracias II. Europæ, Thraciæ.*

PER *Illyricum III. Cretæ, Macedoniæ, Daciæ mediterraneæ. Aegyptus autem conſularem non habet.*

### Præſides Prouinciarum quadraginta.

PER *Aegyptum quinque, Libyæ ſuperioris, Libyę inferioris, Thebaidos, Aegypti, Arcadiæ.*

PER *Orientem VIII. Paleſtinæ ſalutaris. Paleſtinæ ſecundæ. Phoenices Libani, Euphratenſis, Syrię ſalutaris. Oſrhoenæ. Meſopotamiæ. Ciliciæ ſecundæ.*

PER *Aſianam VII. Piſidię, Lycaoniæ,*

*Phrygiæ Pacatianæ, Phrygiæ ſalutaris, Lyciæ, Cariȩ, Inſularum.*

PER *Ponticam VIII. Honoriados, Cappadociȩ primȩ, Cappadociȩ ſecundȩ, Hellenoponti, Ponti Polemoniaci, Armeniȩ primȩ, Armeniȩ ſecundæ, Galatiȩ ſalutaris.*

PER *Thracias IIII. Hæmi montis, Rhodopes, Moeſiæ ſecundæ. Scythiæ.*

PER *Illyricum VIII. Theſſaliæ, Epiri ueteris, Epiri nouæ, Daciæ Ripenſis, Moeſiæ primæ, Præualitanȩ, Dardaniȩ, Macedoniæ ſalutaris.*

CORRECTORES *II. Auguſtanicæ, Paphlagoniȩ.*

COMMENTARIVM. CAP. I.

PRAEMITTITVR index Imperij Orientalis dignitatum, quȩ cum ſuis inſignibus, & officiis, aliquibus exceptis, infra clarius oſtendentur. Orientalis enim & vrbis Conſtātinopolitanæ præfecti, primicerijque ac præpoſiti ſacri cubiculi cum Duce Libyȩ prȩtermittūtur, plurium etiam numerorum militum ſymbola, & aliquorum inſignia deſunt. Itaque præter mendas, quæ non paucæ reperiuntur, aliquot folia hic deſiderari ſuſpicor. Milites uerò palatinosq; ciuilibus magiſtratibus Notitia commiſcens, dignitates confundere uidetur: Sed hoc non temere, nec ſine ratione: cùm enim quinque dignitatum gradus inueniantur, Illuſtrium, Spectabilium, Clariſsimorum, Perfectiſsimorum, & Egregiorum, Illuſtrium ordines prȩmittit, mox Spectabiliū ſequuntur, prout ſunt digniores, & in Laterculo deſcripti reperiebantur: quo ordine hinc ſumpto, Iuſtinianus quoſq; ſub ſuis titulis digeſtos, in ſuo Codice diſponit: & eadē fermè ſerie in quadam conſtitutione ſingulos Zeno recitat, [a] vt illos ex hac Notitia hauſiſſe uideatur, quȩ Egregios, velut infimos, ac omni ditione carentes omittit. In quocūque verò dignitatis gradu tres claſſes fiunt, vna Magiſtratuum ciuilium, alia Militariū, tertia Palatinorum. Inter Illuſtres ciuiles præcedunt Præfecti, his Magiſtri militum ſuccedunt, deinde Palatini, nempè officiorum Magiſter, Quæſtor, Præpoſitus Cubiculi, Comites largitionum & rerum priuatarum. Vltimum Comites domeſticorum equitum & peditum locum tenent, & omnes cum ſuis inſignibus repræſentantur: nec alij præter hos, & Senatores, ſeu patricios hoc titulo gaudebāt. Spectabilium ſimiles ordinantur Claſſes: Sed in his primi ſunt Palatini, videlicet, Caſtrenſis, Primicerij Cubiculi, & notariorum, qui Laterculo præerant, & Magiſtri ſcriniorum. His ciuiles, ideſt, prouinciarum magiſtratus ſunt proximi, nempe Proconſules, Comes Orientis, Præfectus Auguſtalis, & Vicarij. Poſtremi ſpectabilium ſunt Comites, Ducesque rei militaris in limitibus degētes. Vltimus eſt ordo Clariſsimorum, inter quos præcipui erant tres prouinciarum ciuiles magiſtratus, ideſt, Cōſulares, Correctores, & Præſides, quorum ſingulas prouincias, ſub ſpectabilibus quidem magiſtratibus ciuilibus Notitia repræſentat. Ipſorum uerò Rectorum inſignia aut officia non oſtendit, ſed ea in Conſulari Paleſtinæ, & Præſide Thebaidis, uelut omnium typis in Oriente demonſtrantur. Cæteri, inquit Notitia, Conſulares, & Prȩſides ad ſimilitudinem Conſularis Paleſtinæ & Præſidis Thebaidis officium habēt. Perfectisſimi verò incuria, vt puto, librariorum hic ſunt prætermisſi.

a in l. vlt. ſcilicet C. vbi Senato. vel clariſs.

Idem ordo in Occidente obſeruatur, in quo nec P. P. Galliarum, nec Primicerij præpoſitiuè ſacri cubiculi inſignia apparent. Aliquid tamen ibi cernitur, quod in Oriente omiſſum fuerat. Correctoris enim Apuliæ & Calabriæ, item Perfectisſimi Præſidis Dalmatiȩ, velut aliorum Correctorum, & Perfectisſimorum exēplar, officia, & inſignia repræſentantur, quæ in Orientis Notitia prætermittuntur, vbi Præſidem Arabiæ Perfectisſimum fuiſſe conſtat. Conſtantino enim imperante Theodorus Præſes Arabiæ vir Perfectisſimus appellatur. [b] Idem arbitror, & de Iſauriæ Præſide, qui tempore huius Notitiæ ab earū Ducibus, & Comitibus Præſidum vices agentibus regebantur. Et ideo hi in catalogo aliorū Præſidum, qui erant Clarisſimi, non reperiūtur. Vbique verò obſeruatur, vt ſemper digniores in quoque ordine præmittantur, ideſt, vt non modo Illuſtres ſpectabilibus, & hi Clarisſimis, & rurſus hi Perfectisſimis præferantur, ſed & in quaq; horum Claſſe præſtantiores ſemper præcedunt. Nam inter Illuſtres prius Præfecti, deinde militum Magiſtri, mox Palatini nominantur. Idemque in Spectabilibus obſeruatur. Senatores verò Patricij Coſſ. Prætores, & Aediles omittuntur, nam Patricij adminiſtrationem non habebant: Conſules præter inane dignitatis nomen nullam ferè auctoritatem retinebant: Prætores tunc temporis, & Aediles, nulli in prouincijs erant, & in vrbe modicum ius habentes, inter eos, qui imperio utebātur, recenſendi non erant, & ideo hic reticentur.

b l. 18. C. de penis.

NOTITIA.

SVB DISPOSITIONE VIRORVM ILLVSTRIVM PRÆFECTORVM PRÆTORIO PER ORIENTEM DIOECESES INFRASCRIPTÆ.

*Oriens, Aegyptus, Aſiana, Pontica, Thracia.*

Prouinciæ Orientis XV.

*Paleſtina, Phœnice, Syria.*
*Cilicia, Cyprus, Arabia.* ET DVX ET COMES REI MILITARIS.
*Iſauria. Paleſtina ſalutaris: Paleſtina ſecunda.*
*Phœnice Libani, Euphratenſis, Syria ſalutaris.*
*Oſrhoena, Meſopotamia, Cilicia ſecunda.*

Aegypti VI.

*Libya ſuperior: Libya inferior.*
*Thebais: Aegyptus.*
*Arcadia: Auguſtanica.*

Aſianæ X.

*Pamphylia, Helleſpontus.*
*Lydia: Piſidia.*
*Lycaonia: Phrygia Pacatiana.*
*Phrygia ſalutaris.*
*Lycia: Caria: Inſulæ.*

Ponticæ XI.

*Galatia: Bithinia: Honorias.*
*Cappadocia prima: Cappadocia ſecunda: Paphlagonia.*
*Pontus Polemoniacus: Hellenopontus: Armenia prima.*
*Armenia ſecunda: Galatia ſalutaris.*

Thraciæ



Thraciæ. VI.

*EVROPA; Thracia.*
*Hæmi Montis: Rhodope.*
*Moeſia ſecunda: Scithya. Officium viri Illuſtris Præfecti Prætorio Orientis.*
*Princeps.*
*Cornicularius.*
*Adiutor.*
*Commentarienſis.*
*Abactis.*
*Numerarii.*
*Subaudiuuæ.*
*Cura epiſtolarum.*
*Regerendarius.*
*Exceptores.*
*Auditores.*
*Singularii.*
*Præfect. P. euectiones annuales non habet, ſed ipſe emittit.*

COMMENTARIVM.

ILLVSTRIVM & ſpectabiliū magiſtratuum præmiſſo ordine, quo à Notitia ſunt repræſentandi Conſulares, Præſidales, Correctoriæque prouinciȩ ſigillatim recitantur; nec enim plures earum hoc tempore reperiebantur differentiæ. Hic uerò duorum Præfectorum Prætorio, Orientis, & Illyrici dioeceſes cum cuiuſque prouincijs & præcipuis officijs explicantur, quæ ut facilius intelligantur, ego non ſeruata Illuſtrium & Spectabilium ſerie, ſed ciuilibus magiſtratibus à militaribus & palatinis diſtinctis, alio ordine ita vtriuſque Imperij dignitates ſummatim colligi poſſe putaui.

Erant in Oriente duo Præfecti Prætorio, alter Orientis, alter Illyrici, quibus LX. prouinciarum magiſtratus parebant. Præfecto Orientis ſuberat Proconſul Aſiæ cum II. Prȩſidibus, Comes Orientis cum XV. Præfectus Auguſtalis cum VI. Tres Vicarij, videlicet Aſianæ cum VIII. Ponticæ cū XI. Thraciæ cum VI. Qui cum Aſiæ Proconſule ſunt XLIX. prouinciarum rectores. Præfectus verò Prætorio Illyrici Proconſuli Achaiæ imperabat, & duobus Vicarijs Macedoniȩ, cum VI. prouincijs, & Daciȩ cum alijs V. Itaque omnes Orientis erant prouinciæ LX. Porrò hic eſt animaduertendū, cum inter XV. Orientis prouincias ſcribitur DVX ET COMES REI MILITARIS ISAVRIAE, legendum eſſe PRAESES ET COMES REI MILITARIS Iſauriæ, quemadmodum infrà in eo Comite, & Præſide habetur. Nec facile eundem Ducem & Comitē appellatum reperiemus, ſicut nec Ducis nomen Comiti præpoſitum. Ideo autem hic ciuilibus magiſtratibus inſeritur, quia cùm Iſauria Præſidalis eſſet prouincia, à Comite tamen rei militaris regebatur, qui idem officio Præſidis fungebatur. Quoniam uerò inter Comites recenſetur ea ratione ſuprà in Indice inter XV. prouinciarum Præſides non connumeratur.

In Occidente quoq; erant duo Præfecti Prætorio alter Italiæ alter Galliarū; Ille prouincijs XXIX. cū Proconſule imperabat, ſcilicet XVII. in Italia. VI. in Africa. VI. in Illyrico. Præfecto Galliarum ſuberant prouinciȩ XXIX. nempè Vicarij III. Hiſpaniarum cū Præſidibus VII. Galliarum ſeu prouinciarum XVII. & Britanniarum cum V. Quæ ſunt prouinciæ Occidentis LIII. & iuncta alijs Orientis efficiunt CXVIII. prouincias. Rurſus in Oriente V. Magiſti equitum peditumque reperiebantur II. Præſentales, alij III. per Orientem, Thracias, & Illyricum, cum uexillationibus equitum XLI. Legionibus peditum XLI. & auxilijs item peditum LXXI. Præterea duo Comites domeſticorum, alter ſcholæ peditum, alter equitum, qui Principem ſemper comitabantur. In limitibus uerò erant Comites rei militaris duo, & Duces XIII. qui plures equitum peditumquè copias ex his, quæ Magiſtris militum parebant, & alias ſecum habebant; in Occidente tres tantùm magiſtri reperiebantur, duo in præſenti, alter peditum, alter equitum, tertius item equitum per Gallias cum vexillationibus equitum XLII. & auxilijs LXV. Duo quoque ut in Oriente, Comites protectorum equitum & peditum. In limitibus Occidentis Comites. VI. & Duces XII. excubabant. In palatijs verò utriuſque imperij Comes officiorū; largitionū, rerum priuatarum; Quæſtor, Præfectus ſacri cubiculi, Caſtrenſis: Primicerius notariorum, & ſcriniorum magiſtri morabantur, de quibus ſuo loco diſſeretur.

Hæ ſunt Notitiæ dignitates vtriuſque Roma. Imperij, quæ ex maiore laterculo prodeuntes, illius magnitudinem ac uires patefaciunt, quæ cum in Illuſtres, Spectabiles, Clariſsimos & Perfectiſsimos digerantur, horum origo altius repetenda ac plenius eſt explicanda. Sed, ut initio totius Notitiæ apertior facies appareat, vniuerſū eius argumētum in quoſdā ramos ſeu capita ſummatim diſtincta antè prȩfixi.

**Dignitates Orietalis Imperij Romani.**

- *Illuſtres.*
  - Præfectus Prætorio Orientis ſub quo Prouinciæ. L.
  - Præfectus Prætorio Illyrici ſub quo Prouinciæ. X.
  - Præfectus vrbi Conſtantinopolis.
  - Magiſtri militum. V.
    - Præſentales. II.
    - Per Orientem.
    - Per Thracias.
    - Per Illyricum.
  - Præpoſitus ſacri cubiculi.
  - Magiſter officiorum.
  - Quæſtor.
  - Comes largitionum.
  - Comes rerum priuatarum.
  - Comes domeſticorum equitum.
  - Comes domeſticorum peditum.
- *Spectabiles.*
  - Primicerius Cubiculi.
  - Caſtrenſis Palatii.
  - Primicerius Notariorum.
  - Magiſtri Scriniorũ. IIII.
    - Memoriæ.
    - Epiſtolarum.
    - Libellorum.
    - Epiſtolarum Græcarum.
  - Proconſules. II.
    - Aſiæ.
    - Achaiæ.
  - Comes Orientis.
  - Præfectus Auguſtalis.
  - Vicarii. V.
    - Aſianæ.
    - Ponticæ.
    - Thraciæ.
    - Macedoniæ.
    - Daciæ.
  - Comites rei militaris. II.
    - Aegypti.
    - Iſauriæ.
  - Duces. XIII.
    - Per Aegyptum. II.
      - Libyæ.
      - Thebaidis.
    - Per Orientem. VI.
      - Phœnices.
      - Euphratenſis & Syriæ.
      - Paleſtinæ.
      - Oſrhoenę.
      - Meſopotamiæ.
      - Arabiæ.
    - Per Ponticam. I.
      - Armeniæ.
    - Per Thracias. II.
      - Mœſiæ ſecundæ.
      - Scythiæ.
    - Per Illyricum. II.
      - Daciæ ripenſis.
      - Moeſiæ primæ.
- *Clariſſimi.*
  - Conſulares. XV.
    - Per Orientem. V.
      - Paleſtinæ.
      - Phœnices.
      - Syriæ.
      - Ciliciæ.
      - Cypri.
    - Per Aſianam. III
      - Pamphiliæ.
      - Helleſponti.
      - Lydiæ.
    - Per Ponticam. II.
      - Galatiæ.
      - Bytiniæ.
    - Per Thracias. II.
      - Europæ.
      - Thraciæ.
    - Per Illyricum. III.
      - Cretæ.
      - Macedoniæ.
      - Daciæ mediterraneæ.





- *Clariſſimi.*
  - Correctores. II.
    - Auguſtanicæ.
    - Paphlagoniæ.
  - Præſides. XLII.
    - Per Aegyptũ. V.
      - Libyæ ſuperioris.
      - Libyæ inferioris.
      - Thebaidos.
      - Aegypti.
      - Arcadiæ.
    - Per Orientem. VIII.
      - Paleſtinæ ſalutaris.
      - Paleſtinæ ſecundæ.
      - Phœnices Libani.
      - Euphratenſis.
      - Syriæ ſalutaris.
      - Oſrhoenæ.
      - Meſopotamię.
      - Cilicię ſecundæ.
    - Per Aſianam. VII.
      - Piſidiæ.
      - Lycaoniæ.
      - Phrygię Pacatianę.
      - Phrygiæ ſalutaris.
      - Lycię.
      - Cariæ.
      - Inſularum.
    - Per Pōticam. VIII.
      - Honoriados.
      - Cappadociæ primæ.
      - Cappadocię ſecundę.
      - Hellenoponti.
      - Ponti Polemoniaci.
      - Armeniæ primæ.
      - Armenię ſecundæ.
      - Galatię ſalutaris.
    - Per Thracias. IIII.
      - Hæmimontis.
      - Rhodopes.
      - Mœſię ſecundę.
      - Scythię.
    - Per Illyricum. VIII.
      - Theſſalię.
      - Epyri ueteris.
      - Epyri nouę.
      - Daciæ ripenſis.
      - Mœſię primę.
      - Prçualitanę.
      - Dardanię.
      - Macedonię ſalutaris.
  - *Perfectiſſimi.*
    - Preſes Arabię.
    - Preſes Iſaurię.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

## *DE ILLVSTRIBVS, SPECTABILIBUS, & Clariſſimis. Cap. II.*

QVINQVE dignitatum gradus ſibi proximè ſuccedētes ſub Principibus Rom. inuenti fuere, Illuſtris, Spectabilis, Clariſsimi, Perfectiſsimi, & Egregij, cuius tanquam infimi Notitia non meminit. Hi tempore Romanæ Reipublicæ in uſu non fuere, ſed poſtea ad diſtinguendas ſublimiores perſonas ſunt inſtituti. Clariſsimi nomen primum ſenatoribus eſt attributum, quod iam imperante Tyberio introductū erat: Siquidem Caius Caſsius Longinus, qui eo tempore vixit [a], claras perſonas ſenatoris uxores, aut filias uocat. [b] Aelius quoque Marcianus, qui ſub Pio floruit, [c] ſenatores clariſsimos uiros dicit, [d] Marcus Antoninus Saluium Iulianū, [e] Seuerus & Antoninus proconſules & præſides, eodem nomine appellant. [f] Illuſtris uerò epitheton, quando inuentum ſit, non conſtat: id ſeriùs inſtitutum eſſe uidetur, quia neque Plinius Plutarchuſuè, aut alij illius ſeculi ſcriptores, huius tituli meminerunt. Quin Plin. Iun. conſules Clariſs. [g] appellat: vereor inquit clariſs. coſſ. ne mihi Maſſa ſilētio ſuo præuaricatōnē obiecerit. quos inter primos illuſtres fuiſſe cōſtat. Vni[9] vero Vlpiani legis uerba de Illuſtrib. tractātia a cōpilatorib. addita non ei[9] eſſe credi pōt. Patricios primū illuſt. denominatos fuiſſe Iſidorus sētit; [h] Erat hæc sūma in Imperio dignitas, quæ à Patricijs ab Auguſto inuētis originē habuit. Is iā ſenex, quodecim ſenatores ſingulis mēſibus elegit, quorum conſilio in expediēdis negotijs utebatur; poſteà uiginti annuos à ſenatu accepit, & ab eo obtinuit, ut quicquid cum ijs, & Tiberio, & conſulibus nepotibuſque & alijs ab eo conuocandis ſtatuiſſet, ratum eſſet, ac ſi à toto ſenatu decretum fuiſſet. [i] Hi poſteà ſummi ſenatores, & patricij fuere, q arbitrio Principis electi, ſoli ſententiam in ſenatu dicebant; eos Hadrianus eximios ad hoc munus eligebat. Spartian. [k] optimos, inquit, quoſque de ſenatu in contubernium Imperatoriæ maieſtatis adſciuit, quos ſecum habitare uoluit. Itaque in duas claſſes Senatus diuidi cœpit, Illuſtrium & Clariſsimorum; propriè ſenatores erant patricij, qui præcipuus in Imperio gradus habebatur: [l] Vndè patriciatus dignitas à Suida, & legibus ſumma uocatur. [m] Hi publica negocia tractabant, et de criminibus iudicabant. Tacitus, [n] Iam primum, ait, publica negocia, et priuatorum maxima, apud patres tractabantur, dabaturq; primoribus diſſerere. Idem, [o] Priores ſenatus infimas delationes exercebant. Alexander Imp. inquit Lampridius doctiſsimos, et ſapientiſsimos, iureconſultoſque non minus quinquaginta in conſilio habuit, quorum ſententijs. S.C. conficiebantur, et iſtud conſiſtorium principis uocabatur [p] poſtea conſiſtoriana dignitas eſt dicta, [q] et ipſi ſenatores patritij comites conciſtoriani, [r] quam dignitatem à Conſtātino inuētam Zoſimus autumat, [s] et lege cautum, ut ſupra præfectos prætorio ſederent. A Principe codicillis creabantur, quod non ſolū Iura, [t] ſed et Tacitus [u] ſignificant, Loquens enim de Claudio, ait, Iiſdem diebus in numerum patriciorum adſciuit Cæſar vetuſtiſsimum quenque e ſenatu, aut quibus clari parentes fuerant, paucis iam reliquis familiarum quas Romulus maiorum, et L. Brutus minorum gentium appellauerat: Hæc ille. Quod uerò Principi in arduis rebus conſulerent, et ei uice parentis eſſent, patricij ſunt nuncupati [x]. Quorum loco hodiè Cardinales Romæ ſucceſsiſſe uidentur, qui et ipſi Summo Pontifici aſsiſtentes, magnis in negocijs conſulunt. Cæteri uerò inferiores ſenatores Clariſsimi ſunt uocati, Vlpianus, [y] Clariſsimarum, inquit, fœminarum nomine, ſenatorum filias non haberi, niſi clariſsimos uiros ſortitæ ſunt: tam diù enim clariſsima fœmina erit, quam diu ſenatori nupta eſt, uel clariſsimo. Senatorem hic non patricium intelligit, ſed alios inferiores in ſenatu clariſsimos. [z] Vndè clariſsimatus dignitas pro ſenatoria accipitur. Valētinianus A [a] Equites, ait, Romanos, ſecundum gradum poſt clariſsimatus dignitatem obtinere iubemus. Sed etſi hi duo tituli, initio Senatum diſtinxerunt, eiuſq; proprij fuerunt, in alios poſtea tranſierunt, ac demum decē magiſtratuum, ſeu dignitatum ordines, quāquā non patricij, Illuſtris titulo, ſunt honeſtati, nempè Cōſules, Præfecti Prætorio, Vrbi, Magiſtri militum, et officiorum, Quæſtores, Præpoſitus ſacri cubiculi, Comites largitionum, et rerum priuatarum, et domeſticorum, quos eodem ferè ordine Notitia et iura [b] recenſent, vt ex eodem fonte manare agnoſcantur. Hi quanquā non Patricij, in Illuſtrium tamē Senatorum numero cenſebantur. Vlpianus [c] Senatores, inquit, accipiendos eſſe eos, qui à Patriciis, et conſulibus, vſque ad omnes Illuſtres uiros deſcendunt, quia hi ſoli in Senatu ſententiam dicere poſſunt. Significat incipiendo à Patricijs, qui ſunt ſummi, et conſulibus: deſcendendoq; ad Præfectos, et magiſtros officiorum omnes eſſe Illuſtres, et Senatores, quæ uerba fortè a cōpilatoribus addita fuere. Eas autem dignitates patricijs minores fuiſſe Zeno ſignificat [d] q ſtatuit neminē creari poſſe patricium, qui prius Conſul, Præf. prætorio vel vrbis aut magiſter militum non fuiſſet. Illuſtres his notis ſignificātur V.I. aut INL. vir illuſtris, aut inluſtris, ut ueteres ſcribebant.

a l.2.§.penul.de origine iuris.
b l.curator.5.de curatorib. furio.
c l.2. de his qui ſunt ſui uel aliē. iur.
d l.deferre. 18. in princ. de iure fiſci.
e l.Diui. 17. de iure patro.
f l.3.C.ex quib. cauſ.infam.irrogat. l.1.C.ſi ex falſ. inſtrum.
g Epiſt. ult.li.7.
h l.ul. de ſenat.
i li.9. orig. ca.4.
K Dion.li.55.
l in Hadriano.
m l.3.C.de conſulib.
n l.ul.C. de conſulib.§. filius familias.Inſti. qb. mod. ius patr. pot.ſoluit.
o lib.4.annal.
p lib.5.
q l.ul. C.de off. diuer.Iudic.
r l.quicunq; C. de procur.
ſ l.4.C. de aduc. diuer.iudi. lib.2.
t d.l. ult. & d.§. filius familias.
u in 11.
x l.ul.C. de cōſ.
y l. fœminæ. 8. de ſenatorib.

z l.2.C.de his q. uen. ætat.imper. l.vlt.C.vbi ſenat. uel clariſſ.
a in l. 1.C. de equeſtri dignit.
b d.l.ult. C. ubi ſenator. uel clariſſ. & l. 1. & 2. C.de Præf. Præt. vrb.
c in l. ult. de ſenatoribus.
d in l.3. c. de conſulib.
e Plin.d.181.29. lib.7.
f in coll. leg. Ro.
g in l.3.C. de his qui not. infam. l. 1.C. ſi ex falſ.inſtrum.

Ceteri qui à Senatoribus deſcendebant, aut ob aliam cauſam Senatum ingrediebantur, omnes erant Clariſsimi. Quemadmodum uero Illuſtris nomen à Patricijs in alios fuit propagatum, ita et de clariſsimi titulo euenit, qui cum proprius minorum Senatorū eſſet, in prouinciarum magiſtratus, et alios tranſiit, in primiſque in cōſules, [e] mox Proconſules Clariſsimi dici coeperūt, ita.n. eos pius Antoninus [f] & Seuerus appellāt, [g] quod argumentū eſt tū ſpectabiles inuentos non fuiſſe, inter quos poſtea Proconſules primi fuere. In clariſsimos quoq; recepti ſunt cōſulares.i. præſides cōnſularibus ornamentis decorati, quorum dignitas clariſsimatus uocatur. [h] Eodem titulo Correctores prouinciarum, [i] et præſides [k] ſunt honeſtati. Deniq; et Comites ordinis ſecundi, ueluti Primicerii ſcholarum [l] quæ erant numero XI. [m] Silentiarii [n] et alij. Scribebatur autem uir clariſsimus his notis V. C. cuius rei multa ex legum ſubſcriptione patēt exēpla. [o] Iidem ſpecioſi uocantur. Vlpianus [p] ſpecioſæ, inquit, perſonę accipiuntur clariſsimæ, uel quę ornamentis ſenatoriis utuntur; nobiles quoq; appellātur [q] tanquam notabiles, et honorum luce conſpicui. [r] Poſtremo medius et tertius ordo ſpectabilium, ſenatui eſt inſertus, treſq; ſenatorum ordines, Illuſtrium ſpectabilium, et clariſsimorū, facti fuere. Iſidorus [s] primi, inquit, ſenatorum dicuntur Illuſtres; ſecundi ſpectabiles, tertii clariſsimi: Nam inferius quartum aliquod genus non eſt, ſcilicet ſenatorum; ſed extra ſenatum alii gradus Perfectiſsimi, et Egregii fuere. Porrò ſicut Illuſtrium, ita et ſpectabilium decē aliæ factæ ſunt dignitates, ut Primicerius ſacri cubiculi, et notariorum, Comes Caſtrēſis, magiſtri ſcriniorū, Proconſules, Comes Orientis, Præfectus Auguſtalis Vicarii, Comites, Duceſq; rei militaris, qui eodem quo à notitia ordine à Zenone [t] recenſentur. Notarij quoq; tribuni, qui laterculum maius tractabant, à Zenone [u] ſpectabiles uocantur. Hiſq; notis ſpectabilis ſignificabatur V.S. quod nomen etiam nunc in quibuſdā Germaniæ regionibus eſt in uſu; in Italia ſordeſcit, quo uix uiliſsimi hodie dignantur. Hos Græci περιβλέπτυς appellant [x] Clariſsimos uerò λαμπροτάτυς, [y] quæ uox Latinè ſplendidiſsimum ſonat. Spectabiles quandoq; clariſsimi uocantur, quod indè euenire arbitror, quia in Senatum recepti duplici titulo gaudebant. Sic Duces clariſsimi dicuntur [z] q ſunt ſpectabiles. [a] & Silentiarii ab Anaſtaſio clariſsimi appellantur, [b] qui etiam ſpectabiles erant, [c] et tribuni notarij laterculum maius tractātes. [d] Nomen ſpectabilis ſemel uſurpatur à Paulo Iureconſulto, qui Præfectum vigilum ita uocat. [e] Sed ibi gradus qui eſt ſu-

pra

h le.2. C. de domeſt.& protector
i l. 1.C.ut oēs tā ciui. l.ū poſt.4. C. de iur. & fact. ignor.
k d.l.1.C.ut oēs tam ciuil. l. præſes.5. C.de pign. l. 2. C.de ordine iudicior.
l l. 2.C. de priui leg.ſcholar.
m l.vl. C.de loc.
n l. ult.C. de ſilentiar.
o l.6.C. de iur. om.iudic.l.ul.C. de fiſca.uſuris, & multis aliis in locis.
p l.ſpecioſas.100. de uerbor. ſignificat.
q l.ult.§.fin autē teſtam.C.de cur. fur. l. omniū. C. de teſtam.
r l.3.C.de mercatoribus.
ſ lib.9.etymologi. cap. 4.
t in d.l: 1.C. ut omnes tam ciuil.
u l.2.C.de primicer.
x Nouella. 23.& ſeq.
y Nouella 71.
z in l.2.§.ita clariſsimo Duci. & ſeq. C. de offic. præſ. præt. Africæ.
a l.penult. C.de appellat.
b l. ult. C.de ſilentiar.
c l. omnimodo, 30.§.fi. C.de off. teſtamen.
d l.2.C.de primicer.l.neq; 16.C. de decurionib.
e in l. 3. in princip.de offi. præf. vigil.



prā clariſsimum non ſignificatur, quicquid ſenſerit Accurſius: neq;.n. præfectus vigilū erat magiſtrat[9], [a] nec pluris quàm præſens ut ſpectabilis poſſet nominari, quod & Placētinus animaduertit. præterea pro conſul poſteà ſpectabilis, [b] cùm clariſsimus [c] fuit Itaque conſtat nondum ſpectabilis dignitatem tum inuentam fuiſſe, & illud uerbum vel a compilatoribus additum, uel ad honeſtandum Præfectum uigilum, non denotandum honoris gradum poſitum.

Illuſtres, Spectabiles, & Clariſsimi hoc priuilegio fruebantur, ut per ſe ipſos lites ciuiles, aut criminalem iniuriarum actionem exercere non poſſent ſed per procuratores id agere compellebantur. Indignū enim uidebatur ſpecioſas perſonas cum inferioribus cauſam dicendo ante iudices ſtare. [d] Poſteà ſpectabilibus & clariſsimis conceſſum eſt, ut ipſi per ſe litigare poſsint. [e] Habebant & Illuſtres, ſed non ſpectabiles, aut Clariſsimi, hoc præcipuū, ut rei criminum facti, à nullo quàm à Principe, uel eo cui Princeps cauſam delegaſſet, poſſent iudicari. Quo tempore etſi præſentes, cum iudicibus tamen in inferiore auditorij parte ſedebant, ne litigantium more ſtare cogerentur. A iudicibus quoque inconſulto Principe condemnari non poterant, ſed tantùm abſolui: [f] nec niſi ex ſcripto in iudicium uocari, vocatique ſe iudicio ſtaturos, aut iudicatum ſoluturos, ſatisdare non compellebantur, ſed ſatis erat etiam criminaliter accuſatos id iuramento promiſiſſe. [g] Cum Præſidibus prouinciarum honoris gratia in tribunali ſedere poterāt etiam qui honorarias has dignitates obtinuiſſent, niſi ipſi litigaſſent, nam quo tempore illorū cauſæ agitabantur, ab eo loco abſtinebant. Valentinianus A. [h] Sciant, inquit, princeps & cornicularij, & primates officiorum, et iudices etiam ternas libras auri à ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis uiris, quibus etiam conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur, ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus, aut reuerentia non fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum iudice ſocietas denegata: Hæc ille. ex cuius uerbis apparet eos etiam reuerenter ſalutatos fuiſſe: poſſunt etiam illuſtres quas ferunt ſententias, per officiales ſuos recitare: ceteri ex ſcripto legere tenentur. [i] Alijs præterea perfectiſsimorum immunitatibus gaudebant, de quibus infra dicetur Turpibus quoque lucris Illuſtres abſtinere oportebat, nec ultrà trientem uſurarum capere; [k] nec uilem uxorem ducere [l] quod ultimū poſteà eſt ſublatū. [m] Illuſtres etiam illuſtriſsimi promiſcuè uocabātur, [n] alijque ſpecioſis nominibus honeſtabantur, ut SVBLIMISSIMI atque EXCELLENTISSIMI. [o] ſic nominatur Quæſtor Palatij, quem illuſtrem eſſe conſtat. [p] Item EXCELSI GLORIOSISSIMIQ. [q] ET MAGNIFICI [r] dicebantur, quo nomine et ipſi Principes gaudebant. [s] Si quis cum Illuſtri uiro, et præcipuè Præfecto prætorio, uel urbi loquebatur, uel ad eum etiam Princeps ipſe ſcribebat, his uerbis appellabat, VESTRA MAGNIFICENTIA, [t] uel ILLVSTRIS MAGNIFICENTIA TVA, [u] aut CELSITVDO, [x] quo titulo hodiè Principes paulò Regibus inferiores honeſtantur, item SVBLIMITAS, [y] et MIRANDA SVBLIMITAS, [z] MAGNITVDO, [a] EMINENTIA, [b] Græcè ὑπεροχὴ, quod uerbum Interpres uertit EXCELLENTIA, [c] EXCELLENS AVCTORITAS TVA ſcripſit Iulianus. [d] SINCERITAS TVA erga P.V. Valentinianus. [e] et erga P.P. Valens [f].

Sedes quoque Præfecti prætorio AMPLISSIMA uocatur, [g] quandoque MAGNIFICA, [h] nōnunquā EXCELSA [i] et EMINENTISSIMA. [k]

Cum Spectabili loquens, dicebat, VESTRA SPECTABILITAS, [l] cum clariſsimo VESTRA CLARITAS. Ita ad Agerochium clariſsimum præſidem Aemimontis in Thracia Iuſtinianus ſcribit. [m] Aliquando VESTRA SINCERITAS, [n] VESTRA GRAVITAS, ut Valentinianus Honoratum conſularem Byzacij appellat. [o] Diocletianus Serapionem, [p] qui ex hoc deprehenditur præſes fuiſſe, ut uoluit Azo, non præfectus prætorio, ut credidit Accurſius. Nam et ibi diſertè præſidale iudicium nominatur. VESTRA REVERENTIA, et VENERATIO dixit D. Baſilius Terentio Comiti ſcribens: et ueſtra poteſtas. [q]

Tantum verò his dignitatibus præditos honorandi ſtudium fuit, vt tribus auri libris multarentur, qui eos ſuo titulo, vel honorifico nomine non appellaſſent, aut colloquendo, vel ſcribendo reuerenter non ſalutaſſent. [r] Valentinianus; [s] Ternas, inquit, auri libras pendent, ſi honoratis viris reuerentia nōn fuerit in ſalutatione delata. Sed nec inferiores magiſtratus maioribus ſe æquare poterant. Præſidibus enim prouinciarum Illuſtres uiros fratres appellare non licebat, multa in eum qui hoc auſus eſſet impoſita. [t]

a l. 2. §. deindè Cornelius. de orig.iur.
b l.raptores. 54. C.de epiſc. & cleric.
c l.3. C.de his q not.in am.
d l.pe. C.de procuratorib.
e Authen. vt ab illuſtrib. & qui ſupra eos ſunt.
f l.ult.C. ubi ſenatores uel clariſſimi.
g l. penult.C.de dignitatib.
h in l.ulti. C.de offi.diuerſ. iudi. & l.1.C.de offic. ciuil.iudic.
i l. ul. C.de ſenten.experic.reci.
K l.eos. 26.§. 1. C. de uſuris.
l l. 1. C. de naturalib.liber.
m §.ul. in Auth. quib. mod. nat. efficiant.ſui, §.ga uero. in Authen, ut liceat matri & auiæ.
n d. l. fin.C. ubi ſenat. uel clariſsimi,
o l.tam demētis 28.C.de epiſcop. audient.
p l.præcipimus. 32.& l.iubemus. 34. C. de appellationib.
q d. l. raptores. 54.C.de epiſcop. & cleric. in Nouella prima ſeù Authent. de her. & Falcid.Nouella 3. 4. & multis alijs.
r §.1.in Auth. vt iuſiurandum. d. l.præcipimus.32. l. eo caſu.33. C. de appellat. d. l. ult.C. ubi. ſenator.vel clariſsimi
ſ l.1.C. de ueteranis. & in procemio inſtit. in principio.c.venerabilē, 34.§.1.de elect.
t l.ult.C. de off. eius qui vic.alter gerit.
u l.2.C.de offic. mag.milit.
x l.ult.C. denumerar. §. ſcriptū in Auth. ut iudi. ſinè quoquo ſuffragio fiant & in Authen. ut ordinar. præfectur in fine quæ eſt Nouell. 70
y l. actuarios. 7. C.de numerarijs
z l.9. C. Theod. de curſu publico
a l.penult. C. de numerar.
b in Authent. ut ab illuſtribus.
c in Authent. de trien. & ſemiſſe, in fin.& in Auth. ut non fiant pignorat. in fin.
d in l.26.C.T.de curſ.pub.lico.
e in l. 22. C. T. eod.tit.
f in l. 35. C. T. eod.tit.
g l. 3. C. de numerar.

h d.l. fin. C.ubi ſenator. uel clariſs.l.19. C.T.de curſu publico.
i Rubr. C. de numer.Sedis excel.
K l. 2.C.de præpoſ.ſacr.cubic.
l l.2. C.de apoc. publ.
m in Authen.ne quis mutuū dans agricolæ.quæ eſt Nouella 32.
n l.vniuer. 9.C. vbi cauſę fiſcales
o l.1.C. de. offi, comit. rerum priuatar.
p l.3.C.de pedā. iudicibus.
q Optat[9] ad Parmen lib.1.
r l.2.C.de offic. diuer.iudi. l.potioris.5.C. de offic.rector. puin.
ſ in l. ult. C. de offic.diuerſ. iud. & l.2.C.de prox. ſacr.ſcrinior.
t d.l.2.C.de off. diuerſ. iudi.l.potioris.5.C. de offic.rect.prouinc. C. De perfectiſſimatus.dignitate.
u lib.4.cap.4
x l.1.C.T.de his qui uen.ætat.impetra.

## *DE PERFECTISSIMIS. Cap. III.*

TRES præmiſsi tituli ad Senatorum ordines honeſtandos inuenti fuere ſequētes extra ſenatum ad alios exornandos ſunt excogitati. Conſtantinus enim vt plures extolleret, inquit Euſebius, [u] multa honorum genera adinuenit. Primi ergò poſt clariſsimos inſtituti ſunt equitibus digniores Perfectiſsimi. Conſtantinus; [x] Senatores, ait, veniam ætatis impetrantes apud officium P. V. de ſuis moribus, et honeſtate perdoceant, perfectiſsimi apud vicariam præfecturam: equites Romani apud Præfectum vigilum: Hæc ille. Equites enim ſecundum poſt clariſsimos locum habebant, [y] eos perfectiſsimi præcedebant à quibus proprio titulo diſtinguuntur. Et licet Macrobius; [z] M. Valerium Probum, qui diu eques militauerat, virum perfectiſſimū appellet, is non ab equeſtri militia, ſed à Principe hunc honorem obtinuerat, qui codicillis ab Imperatoribus cōcedebatur. [a] Hic eſt ille Probus, qui marmorum vetuſtiorum notas interpretatur, et P.P. Illirici fuit, [b] ad quem iura extant, et Auſonij epigrammata. Perfectiſsimi etiam honore decorabantur, qui minimas prouincias regebant, vt erat Præſes Arabię, [c] et Dalmatię, quem inter perfectiſsimos Notitia locat. Idem credo de Præſide Iſaurię, qui in Præſidum Clariſsimorum catalogo non legitur. Rationales etiam perfectiſsimi dicebantur, ita Baſsianum vocat Symmachus. [d] Eodem honore ornabantur capita ſcriniorum, comitis largitionum, [e] et eius comites per diœceſes. Conſtantinus enim Tertulianum Comitem largitionum diœceſeos Aſianę virum perfectiſsimum appellat, [f] et Leo, [g] magiſtrum cenſus, qui poſteà eſt factus clariſſimus. [h] Perfectiſsimos his verbis appellabant etiam imperatores GRAVITAS TVA l. 1. C. de his qui ſe defer.

Quādo inuenti fuerint perfectiſsimi non conſtat, ſed vetuſtior eorū videtur origo. Narrat enim Diocletianus [i] M. Antoninum diſpoſuiſſe, nè eminentiſſimorum, et perfectiſsimorum liberi pœnis plebeiorum afficiantur; Nullibi tamen de his in Pandectis fit mentio. Quemadmodum vero tres Comitum ordines inuenit Conſtantinus, totidem credendum eſt ab eo perfectiſſimorum claſſes diuiſas fuiſſe. Erant enim primi, ſecundi, et tertii ordinis perfectiſſimi: quales multi in ſcrinijs largitionum nominantur. [k] Hec dignitas his notis ſcribebatur V. P. ideſt vir perfectiſsimus, cuius rei exemplum, eſt in inſcriptione cuiuſdam reſcripti Conſtantini, [l]. quę eſt huiuſmodi, Conſtantinus A. Theodoro V. P. Pręſidi Arabię. perfectiſſimorum meminit, et Ammianus [m]. Loquens enim de Conſtantino ait, Nec ſub eo Dux quiſquam cum clariſsimatu prouectus eſt, erant

enim

y l.1.C.de equeſtr. dignit.
z li.6. Saturnal:
a l.1.C. de perfectiſſ. dignit.
b l.2.C.de defenſorib. ciuitatum.
c l.18.C.de pœnis.
d epiſt.41.li.1.
e l.ſcrinijs.7.C. de palatin. ſacr. largit.
f l.3. C. fin.reg. l.1.C.T.eod.
g in l. orphanotrophos.32.C.de epiſcop.& cler.
h l.ul.A.de iur. emphiteut. l.conſulta.23.C.de teſtam.l.ſecundùm 32.C.de donationib.
i l.Diuo. 11.De quæſtionib.
K in l.ulti.C.de diuerſ. offic.d. l. ſcriniis. 7. C. de palat. ſacr.largit.
l l. cum reis 18. C.de pœnis.
m lib.21.

enim Perfectiſsimi. ideſt neminem copijs militum præfecit, qui eſſet ſenator: ſed eos tantum, qui eſſent Perfectiſsimi. Hodiè eos qui in minoribus oppidis ius dicunt, inter perfectiſsimos connumerari poſse crediderim, cùm nunc, quò ad ius dicendum, quælibet ciuitas ſit inſtar prouinciæ. [a] Sunt enim ut olim Præſides Arabiæ, & Dalmatiæ: Maximis verò ciuitatibus, & metropolitanis præfecti uelut locum proconſulum tenentes, Spectabiles uocari poſſent: Qui uerò medijs ius dicunt, Clariſsimi.

a glo. in l. ult. in uerb. i. una prouincia. C. de lōgi temp. præſcript.

Priuilegium habebant V. P. ne ipſi, vel eorum liberi, uſque ad pronepotes criminis cauſa torqueri poſſent, nec plebeiorum pœnis ſubijci. [b] quare nec in metallum damnari, nec furcæ affigi, nec uiui exuri conſueuerant, [c] nec fuſtibus cędi. [d] Hodie hic titulus penitus in deſuetudinem abijt.

b d. l. Diuo. 11. C de quæſtionib.
c l. moris. 9. §. iſtæ. de pœnis.
d gl. in d. l. Diuo.

## DE EGREGIIS. Cap. IIII.

INTER ordinarias dignitates eſt & Egregiorum, quam, etſi à Notitia omiſſam, præterire nolui, cū eius Iura meminerint. Hoc honore infra perfectiſsimos fungebantur, qui eum codicillis à Principe obtinuiſſent, quemadmodum in alijs dignitatibus obſeruabatur. Conſtantius, [e] ſcribens ordini Cæſenatium. Si quis, inquit, clariſsimæ meruerit infulas dignitatis, nec indulti muneris gratiam codicillorū allegatione percepit, impetratæ fructum dignitatis amittat: Hæc ille. Itaque ſicut ſine codicillis nemo ſe clariſsimum, ita nec egregium, perfectiſsimumuè dicere poterat. Hæc dignitas ſordidis aut uilibus non dabatur. Conſtantinus [f] ad Bithynios, Monetarijs, ait, nec dignitas perfectiſsimatus tribuitur, nec ducenæ, uel centenæ, uel egregiatus.

e leg. 42. C. T. de decurionib.
f l. 1. C. T. de muri leg.

Egregij in primis erant Scriniarij Principis, qui poſteà tribuni notarij palatij creabantur. Caſsiodorus, [g] ad ſenatum urbis loquens de patre Caſsiodoro, Pater inquit, candidati, ſub Valentiniano Principe geſsit Tribuni & Notarij laudabiliter dignitatem, Honor qui tùm dabatur Egregijs, cum ad Imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inueniri; Hæc ille. Quarundam etiam prouinciarum adminiſtratores, egregij dicebantur. Conſtantinus. [h] enim. Eos, ait, quibus prouinciæ commiſſæ ſunt, quique merito ampliſſimarum adminiſtrationum, honorem perfectiſsimatus, uel egregiatus adepti ſunt, frui oportet dignitate indulta. Sed & hic titulus hodiè ab uſu receſsit, ut vix infimæ cōditionis, & ex ima plebe homines, hoc nomine dignentur. Cum verò, à veteribus Iureconſultis egregiæ perſonæ nominantur, [i] ſpecioſas & ſublimes, non autem huius gradus homines ſignificari puto. De egregijs & alijs titulis Lactantius, qui Criſpi filij Conſtantini præceptor fuit ità ſcribit. [k] Nemo egregius, niſi qui bonus, & innocens fuerit: nemo clariſsimus, niſi qui opera miſericordiæ largiter fecerit: nemo perfectiſsimus, niſi qui omnes gradus uirtutis impleuerit. Ad has, & alias honeſtas perſonas ſcribens D. Baſilius, prudentiam veſtram, Dilectionem, Honeſtatem, Grauitatē, & ſimilia dixit, cuius obſeruationis Græci quàm Latini ſtudioſiores fuerunt.

g lib. 1. variar.
h l. 5. C. T. de decurionib.
i l. perſonas. 15. de iureiurand.
k Diui. inſt. l. 15

Egregiarum perſonarum, eadem ſunt priuilegia, quæ & perfectiſsimarum, nā in iure æquiparātur, [l] & ideò ſicut illi, neq; hi torqueri, nec plebeiorum ſupplicijs puniri poſſunt. Additur vulgò, ut pro dicendo teſtimonio, vel præſtando iuramento, ad iudicem non vocentur: ſed ipſi in proprijs ædibus examinentur, & iuramentum præſtent. [m] Verùm id nō de hoc gradu egregiorum, ſed de omnibus eminentiſsimis perſonis puto intelligi.

l d. l. Diuo. 11. C. de quęſtionib.
m d. l. ad pſonas 15. de iureiuran.

Immunitatem etiam præbendi tyrones, & munerum perſonalium ſordidorum egregij habent. [n] Inter egregias perſonas à noſtris interpretibus recenſentur ſacerdotes, [o] aduocati fiſci, uel reipublicæ, [p] auditores ſacri palatij Romę, Doctores, & Equites aurati. [q] His addo iuridicos caſtrorum, qui egregijs minimas prouincias regentibus, poſſunt comparari. [r] Decuriones egregij non ſunt, [s] eorum tamen gaudent priuilegijs. [t] Hi ſunt ciuitatum curiales, conſilij publici cauſa deſcripti. in quo Cynus [u] & Salicetus hallucinantur, Decuriones enim Reipub. conſulunt, [x] & ſunt uelut Romæ ſenatores, & ideo nec torquentur, nec plebeiorum pœnis ſubijciuntur; quamuis hoc in Aemilia ſeu Longobardia ſeruari Salicetus [y] neget.

n l. 10. C. de palā. ſacr. largit.
o gloſ. Alberi. Arct. Iaſ. nu. 10. ad d. l. ad perſonas. 15. Felin. in c. ſi qui. 8. nu. 3. & 5. de teſtib.
p Bart. in l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic.
q Rota concluſ. 88. in nouis. Iaſ. in d. l. ad egregias 15. in princ. nu. 10. Feli. in d. c. ſi qui. 8. nu. 6
r l. 5. C. T. de decurionib.
ſ d. l. 5
t d. l. Diuo. 11. & l. decuriones. 16. C. de quæſtion.
u in d. l. diuo. 11
x l. pupillus. 249 §. decuriones. de verbor. ſignificat
y in d. l. diuo. 11
z in 2.

Præter ſupradictos inuentus eſt, & Nobiliſsimi titulus omnibus antecellens, & paucis attributus, qui quodammodo imperij participem faciebat, & quaſi Cæſarem. Eo honeſtatus ueſtem purpuream, aureo limbo circūdatam geſtabat, ut [z] auctor eſt Zoſimus. Herodianus Commodum imp. nobiliſsimum appellat, ſed titulum dignitatis non puto apud eum ſignificari.

Primus circa annum ſalutis 259. Licinius Valerianus in marmore vindebonæ, mox Carinus & Numerianus eius filius in alijs uetuſtis monumentis nobiliſsimi Cæſares ſunt appellati: Deinde Seuerus, & Maximinus [a] poſt hos Gratianus & Valentinianus adhuc infantes Nobiles pueri ſunt nuncupati. [b] Iuſtinianus quoque velut imperij ſucceſſor à Iuſtino nobiliſsimus eſt appellatus, inquit Zonaras, ſed & fœminę hoc titulo honeſtabantur. Nam Marina Arcadij filia, in prima regione Conſtantinopolis, & Arcadia, in decima regione, vbi earum erant ædes nobiliſsimæ uocantur. Hunc honorem à Conſtantio excogitatum Zoſimus ſcribit, lege lata, vt [illegible] præfectos prætorio ſederent. Sed hæc dignitas ab eo aucta non inuenta eſſe poteſt, quam antea fuiſſe oſtendimus. Verùm Notitia quatuor tantum dignitatum titulū, Illuſtri Spectabilium, Clariſsimorū, & Perfectiſsimorum cum inſignibus repreſentat, ab illuſtribusq; exordiens, præfectos prætorio Orientis, & Illyrici præmittit. Sed, ut clarius eorum origo & hiſtoria intelligatur, prius generaliter de Præfectis differam; mox ſigillatim de eo, qui Orienti, & alio, qui Illyrico præerat, verba faciam.

a l. 1. C. ferijs.
b in l. 2. de magiſtr. municip. l. 5. C. de ferijs.

## DE PRAEFECTIS PRAETORIO. Cap. V.

INTER illuſtres primum locū Præfecti prætorio a prætoribus denominati obtinent: olim enim quoſcunque militares magiſtratus prætores uocatos Aſconius, Iuſtinianus, [c] & Feſtus ſcribunt. Ab his tentoria exercituum Ducumq; prætoria ſunt nuncupata; & prætoria cohors, quæ ante eorum tentorium excubabat. Nauis quoque, qua præfectus claſsis vehebatur, prætoria eſt appellata. Qui igitur principis prętorio, ſeu tentorio, & militibus prætorianis illud cuſtodientibus præerat, Præf. præto. eſt uocatus: illis tanquàm ſtipatoribus Scipio Africanus ſeſcuplum ſtipendij. i. integrum & dimidium eius, quod alij accipiebant, præſtitit. Auguſtus vero Senatuſconſulto duplum dedit vt Dion [d] ſcribit, ijſdemq; quinque Millia dragmarum, cùm annis xvj. militaſſent: ideſt fermè cc aureos donauit, alijs tria millia, ſeu cxx. aureos, cùm annis xx. meruiſſent. Eorum numerus erat x. milliū quos in x. partes ſeu cohortes ſub totidem Tribunis diuiſos fuiſſe Dion ſcribit. [e] Hæ ſunt prætorianæ cohortes x. quas in epilogo regionum vrbis P. Victor ponit, ſingulæ mille continētes milites. Erant hi maioris ſtaturæ quàm cæteri, ſplendidioribuſq; armis ac veſtibus ornati. Herodianus, [f] A Macrino, inquit, pugnabant corporis cuſtodes, ac ſtipatores, quos prætorianos uocant, fortiter ſtantes reliquum omnem exercitum ſoli ſuſtinebant, videlicet proceri homines, atque ex omni numero delecti. Idē [g] loquens

c Noue. 25. & 28
d lib. 35.
e lib. 55.
f lib. 5.
g lib. 2.



quens de pretorianis Didij Iuliani exauctoratis, Breues, ait, illis gladiolos detrahunt, quos auro argentoque ornatos in uſum pompæ ſuſpenſos habebant: Tùm zonis, veſtituque, ac ceteris militiæ inſignibus per uim ablatis, nudos ad unum exauctoratoſque dimiſerunt. His poſteà ſucceſſerunt 3500. præſtantiſsimorum Armeniorum, qui in ſcholas IX. ſunt diuiſi, de quibus infrà in magiſtro officiorum dicetur. In hos prætorianos Præfectus Prætorio ſummū habebat imperium, cuius conſilio cuncta Princeps gubernabat. Erat enim illi, qui Romulo Tribunus celerum, conſuli legatus. Quæſtor Prætori, Magiſter militum Dictatori. [a] Tantam denique Præfecti Prætorio auctoritatem obtinuerunt, ut non modo res belli, & arma adminiſtrarent, ſed & cauſas appellatione ſuſpenſas iudicarent, & cuncta imperij negocia tractarent.

a l. 1. de off. pręf. præto.

Auguſtus primus huius magiſtratus auctor, duos ex equeſtri ordine Præfectos Prætorio creauit, ut ſibi inuicem obſtarent, ſiquid noui alter moliretur. [b] Tiberius verò vnum fecit AElium Seianum, quem etiam conſiliarium, atque omnibus in rebus miniſtrum habuit. Tantum deniq; ipſum extulit, vt ob nimiam potentiam ſuſpectum coactus ſit occidere. Is Tiberio ſuaſit, vt per vrbem diſperſos milites vnis in caſtris contineret. Tacitus, [c] vim, inquit, præfecturæ modicam antea intendit, diſperſaſque per vrbem cohortes vna in caſtra conducendo, vt ſimul imperia acciperent, numeroq; & robore, & uiſu inter ſe fiducia ipſis, in ceteros metus crearetur. Prætēdebat laſciuire militem diductum, ſi quid ſubitū ingruat, maiore auxilio pariter ſubueniri, & ſeuerius acturos, ſi vallum ſtatuatur procul vrbis illecebris. Idem Tranquillus tradit, [d] Romæ, ait, caſtra conſtituit, quibus prætorianæ cohortes vagæ ante id tempus, & per hoſpitia diſperſæ continerentur. Hæc caſtra prætoria pro prætorianis Plinius [e] appellat, quibus Præfecti initio nullas cauſas tractabant, ſed res bellicas tantū curabant. Auguſtus enim, inquit Trāquillus, [f] appellationes quotannis vrbanorum litigatorum Prætori delegabat vrbano, at prouincialiū conſularibus viris, quos ſingulos cuiuſq; prouinciæ negocijs præpoſuiſſet. Idem refert Nerone ſtatuiſſe, vt appellationes à iudicibus ad Senatum fierent. Spartianus quoq; imperante Hadriano, moris fuiſſe ſcribit, vt cum princeps cauſas cognoſceret, & Senatores, & equites Romanos in conſilium vocaret, & ſententiam ex omnium deliberatione proferret, nulla Præfectorum mentione facta, primus Marcus Antoninus cœpit ſecum Præfectos habere, quorum auctoritate & periculo iura dictabat, ait Capitolinus. [g] Tandem Commodus, vt ipſe delitijs vacaret, Perennio Præfecto omnes curas commiſit, ut auctor eſt Lampridius. itaque demū iudicia, & appellationes in Præfecturam ſunt translatæ. [h] Alij poſt Tiberium exemplo Auguſti duos Pręfectos prætorio creauerūt, Commodus tres, ut idem Lampridius ſcribit. Poſteriores uerò inuadentibus fines Romani Imperij Barbaris, certis regionibus Pręfectos aſsignarunt. Sub Decio .n. Vectium Aquilium P. P. Orientis fuiſſe Metaphraſtes, & Martyrologiū affirmat. Sub Valeriano Q. Vicarium, & Ragonium Clarum P. P. Illyrici, & Galliarum, Spartianus [i] nominat. Sed hi certi non erant, nec perpetui, ſed pro temporum ac belli neceſsitate creati.

b Dion. lib. 55.
c in 4. poſt princ.
d in Tiberio. ca. 36.
e lib. 3. c. 5.
f cap. 33.
g in M. Antonino.
h l. præcipimus. 32. §. huic, C. de appellat.
i in Balliſta.

Conſtantinus uerò immenſa Præfectorum poteſtate diuiſa ac diminuta pro duobus quatuor conſtituit, vnumq; Orienti; alium Illyrico: tertium Italię, & Africę: quartum Gallijs, Hiſpaniiſq; & Britāniç prefecit, & ciuilia tantum negocia tractare iuſsit, ac militibus quibus antea imperabant, magiſtros militum prępoſuit. Zoſimus, [k] Cum eſſent, inquit, duo Prefecti pretorio, qui hoc officium communiter gerebant: nec palatini tantum ordines eorum cura poteſtateque gubernabantur, ſed etiam ij, quibus vrbis erat commiſſa cuſtodia, & quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim Prefectorum prętorio magiſtratus, qui poſt Imperatorem ſecundus exiſtimabatur, annonas erogabat, & contra militarē diſciplinam admiſſa conuenientibus pœnis corrigebat. Conſtantinus autem hunc magiſtratum in quatuor imperia diſcerpſit. Nam uni Præfecto pretorio totum AEgyptum cum Libya, Pentapoli, & Orientem ad Meſopotamiam vſque, & præterea Cilices, Cappadoces, Armenios oramque maritimam totā, à Pamphylia Trapezuntem vſque, & vſque ad Caſtella propter Phaſidem ſita, tradidit: eidem & Thracia commiſſa, & Myſia, AEmi ac Rhodopes ac Doberi oppidi finibus circumſcripta: preterea Cyprum adiecit, & Cycladas inſulas, Lemno & Imbro, & Samothracia exceptis. Alteri, Macedones attribuit, & Theſſalos atque Cretenſes, ac Gręciam, & circumiacētes inſulas, Epyrum vtranq;, Illyricos, Dacos, Triballos & Pannonios ad Valeriam vſque, & Myſiam ſuperiorem. Tertio, totam Italiam, & Siciliam, & circumiacentes inſulas, Sardiniam, Corſicam, Africam a Syrtibus Cyrenem uſque. Quarto, Tranſalpinos, Celtas & Hiſpanos cum inſula Britannica cōmiſit. Hac ratione diuiſo Prefectorum imperio, ſtudioſè conatus eſt alijs quoque modis eorū poteſtatem imminuere. Nam cum preeſſent ubique locorū militibus, non modo centurionibus & tribunis, uerum etiam Ducibus, (ſic enim appellabantur, qui quolibet in loco prætorum vicem obtinebant) Magiſtris militum inſtitutis, altero equitum, peditum altero, & in hos translata poteſtate militum ordinandorum, & coercendi delinquentes, hac etiam in parte Præfectorum auctoritati detraxit; Hæc Zoſimus. Sed etſi a Conſtantino militum cura Præfectis eſſet adempta, magnam tamen ſemper auctoritatem retinuerunt: edicta enim perpetuò obſeruanda promulgabant, niſi à Principe reuocata fuiſſent [l] regionum ſibi commiſſarum pręſidibus imperabant [m] eos delinquentes puniebant, aut inhabiles remouebāt, [n] ipſiſque ſalarium à Fiſco debitum ſoluebant. [o] Quare illi magiſtratus codicillos in præfecti actis inſinuabant, pro quibus præfecti officio plerunque aureos X L. [p] quandoque minus pendebant. [q] A præſidibus etiam ad præfectos appellabatur. [r] Spectabilium uerò ſententias Præfectus prætorio, qui erat in Principis comitatu, & Quæſtor palatij cognoſcebat; [s] Sed poſtea in milites aliquod imperium præfectū recepiſſe Caſsiodorus [t] ſcribit, qui ita de eius poteſtate differit: Magna quantitate mulctat errantes, fiſcum pro ſua deliberatione diſtribuit, euectiones ſimili poteſtate largitur, uacantia bona proſcribit, delicta prouinciarum iudicum punit, uerbo ſententiam dicit, quam ex ſcripto, ut alij, recitare non tenetur, [u] & paulò poſt, benè eſt ut leges poſsit cōdere [x] quando eius reuerentia poteſt negocia ſine appellatione finire: [y] poteſtate igitur nulla dignitas illi eſt æqualis: vice ſacra ubiq; iudicat, nullus ei miles de fori ſui auctoritate præſcribit excepto officiali magiſtri militū. curiales etiam uerberat, qui appellati ſunt legibus; minor ſenatus, & licet aliæ dignitates habeant titulos præfinitos, ab iſta tamen penè geritur, quicquid in noſtro imperio æquabili moderatione tractatur; Hæc ille: quod uero Caſsiodorus ſcribit magna quātitate Præf. Præt. mulctare, ea eſt uſq; ad 50. libras auri. Gratianus [z] Illuſtres, inquit uiros Præfectos Prætorijs, uſq; ad 50. librarum auri mulctā cū peccatū grauisſimū erit, peruenire ſinimus. ea erat ſumma 3600. aureorum noſtrorum fere 5500. Commeatum quoque militibus ſuppeditabat, uias eunti in expeditionem exercitui complanabat, & tentoria diſponebat. Conſtantinus Porphyrogenneta, [a] Præfecti, inquit, prætorio, Principibus expeditionem facientibus commeatum exercitui promptè procurabant, tentoria componebant, & uias purgabant. Suidas [b] Præfectis prætorio ſummam, & imperium vectigalium fuiſſe cōmiſſum ſcribit. Pro quibus erigēdis forma obſeruabatur, quam Iuſtinianus præſcribit [c] ſignificabat Princeps Præfectis quāta ſibi ſequente anno pecunia opus eſſet, illi facta eius

k libro ſecundo.
l l. formam. 2. C. de offic. P. P. Orient. & Illirici.
m l. 1. C. de offic. P. P. Africæ.
n l. 3. & 4. C. de offic. P. P. Orient. & Illyrici.
o l. 1. C. de annō. & capitat.
p Nouella. 8. in Notitia.
q l. 1. §. vlt. l. 2. in princ. C. de offic. P. P. Africæ.
r l. præcipimus 32. C. de appella.
s §. illud, & §. ille in Auth. de appellationib. d. l. præcipimus. 31.
t lib. 6. variar.
u l. pen. & vlt. C. de ſent. ex pericul. recit.
x l. 2. C. de offic. P. P. Orient. & Illyrici.
y l. 1. C. de ſent. P. P. & l. 1. §. de offic. præf. Prætor.
z in l. 4. C. de modo mult.
a de thematib.
b in ver ἔπαρχος πραιτωρίων.
c Nouella. 128.

eius diuiſione inter populos, menſe Iulio uel Auguſto apud acta ſcribebant, quantum quæq; prouincia, vel ciuitas, pro indicto à Principe tributo, ſequente anno ſoluere teneretur, quæ adærandæ ſpecies, quid in arcam largitionum inferendum; quantum in milites eſſet inſumendum. Hæc deſcriptio initio cuiuſque indictionis. i. menſe Septembri ad præſidū prouincias mittebatur. [a] Leo A. [b] Delegatio, inquit, ab ampliſsima præfectura, in diuerſas prouincias ex more quotannis emittitur. Hæc delegatio appellabat. [c] quam Præſides in ſingulis ciuitatibus legendam publicè proponebant: ipſi verò omne damnū fiſci, ob non ſeruatam hanc formam, ſi quid minus ſolutum fuiſſet, ex ſuo ſarciebant. Summa autem ſoluendorū tributorum hæc fuit; Tenebantur cuiuſq; prouinciæ homines quotannis tributum, veſtem militarem, & indictum ſoluere. [d] pro tributo quinquageſimam tritici, quadrageſimam hordei, & vini, laridiq; qđ colligiſſent viceſimam: fœnum præterea ac paleas conferebant, [e] quæ omnia in horreo publico condebantur, [f] quorū præcipua erat Præfect. prætorio cura. [g] Capitolinus enim [h] ſcribit, Meſitheū Gordiani P.P. & ſocerum tam diligentem fuiſſe, vt in maioribus ciuitatibus tantum frumenti, aceti, hordei, laridi, ac palearum eſſet, quantum toto anno ad alendum exercitum ſufficeret, in minoribus vrbib. XXX. aut XL. dierum, in aliquibus duorum menſium, vbi minimum XV. dierum. Hæc iuſſu Præfecti in oppida inferebantur: ob id pondera, & menſuras. i. modios æneos, vel lapideos, & ſextarios in ciuitatibus publicè propoſitos habebāt. [i] Seuerus Imp. hæc ipſe curabat, q, vt ſcribit Spartianus, moriens ſeptem annorum canonem ita vt quotidiana LXXV. millia modiorum expēdi poſſent, reliquit: Olei verò tātum, vt per quinquēnium non ſolum vrbis vſibus, ſed & totius Italiæ, quæ oleo egeret, ſufficeret. Hæc ille. Traianus quoque prouiderat, vt VII. annos canon frumentarius ſemper Romę eſſet. [k] Aliquæ verò prouinciæ oleum, aliæ diuerſas ſpecięs ſoluebant, vt Leptitani in Mauritania oleum, quos Cæſar [l] ſcribit, centū triginta millia pondo olei Romanis penſitaſſe. Galli, & Hiſpani equos, [m] Lucani ſues, Brutij boues præſtabant, pro quibus poſtea 1200. aureos penſitarūt. [n] Siculi decimam tritici, quæ erat DCCC. millium modiorum, & ſi opus fuiſſet, aliam decimā ſolutis à fiſco in ſingulos modios ternis H.S. & rurſus aliam, ſolutis quaternis H.S. in ſingulos modios cōferebāt. [o] AEgyptij quintam omnium fructuum. [p] Quare Conſtantinopolim 800. myriades medimnorū tritici mittebant. [q] Quæ omnia P. P. procurabant. Exigebant & ſingulas chlamydes, à prouincialibus in XX. aut XXX. iuga ſeu iugera pro regionis conſuetudine militibus dāda, vel pro ſingulis veſtibus aureum. [r] Indictam præter hæc à Principe prouincijs quotannis auri ſummam exigi curabant. [s] Capitationem quoque. i. didrachmū pro cuiuſq; capite ab Auguſto impoſitum [t] arcæ ſuæ inferebant, [u] quod onus poſtea ciuibus eſt remiſſum. [x] Omnia denique vectigalia, portoria, ſalinæ, [y] annonæ, ac claſſes ad ſpecies trāſuehendas, ſub eorum erant diſpoſitione, [z] ſoluebant autem negociatores pro rebus importatis, vel exportatis octauam mercium. [a] Iidem veredis currebant, & alijs currendi facultatem concedebant, quod nulli maiorum iudicum præter magiſtrum officiorum facere licebat. Gratianus A. [b] Ius, inquit, concedēdi euectionem. i. facultatem currendi, ſoli principi, magiſtro officiorum, & P.P. competit. Et ita interpretāda eſt notitia in P.P. Illyrici, dum ait, vterq; P.P. euectiones annuales non habet. i. non impetrat quotannis à Principe, vt vtatur curſu publico, quemadmodum Vicarij, qui denas aut duodenas euectiones obtinebant, & Præſides binas. [c] Sed ipſi PRAEFECTI, inquit, EMITTVNT. i. ſuo iure currunt, & alijs etiam concedunt currendi facultatem. Legēdum eſt autem PRAEFECTI non PRAEFECTOS, vt in impreſſo, quæ vox nihil ſignificat. In Codice Vrſini de P.P. Orientis, legitur PRAEFECTVRA. PRAEFECT. EVECTIONES ANNVALES NON HABET, SED IPSE EMITTIT. in fine officij P.P. Illyrici habet, PRAEFECTVS PRAETORIO ILLYRICI, IPSE EMITTIT. Vnde conſtat mendoſū eſſe codicem impreſſum.

a l. vlt. C. de can. largit. tit. l. vl. C. de annō. & trib. l. 1. C. de milit. ueſte.
b d. l. vl. C. de canon. largi. ti
c in l. 1. & 2. C. de indict. l. nulli 7. l. annonas. 15. C. de erog. milit. annon. l. 1. C. de annō. & capitat.
d l. vlt. C. ſi propter pub. penſit.
e l. modios. 9. C. de ſuſcep & arc.
f l. frumenta. 6. cum l. ſeq. eo. ti. l. fortiſſimi. 6. C. de ero. mil. ann.
g l. 1. C. de indi. l. 1. C. de ſuperindic. Nouella 128.
h in Gordiano iuniore.
i d. l. modios. 9. & d. Nouella 128
k Lampri. ī Heliogabalo.
l In S. de bello ciuili, ſub finem
m Strabo ī 5. Tacit. in ſecundo.
n Caſsiodorus in li. 11. ad Vitalianum.
o Cicer. in S. actio. in Verrem.
p Oroſius lib. 1. cap. 8.
q Vt ī edicto Iuſtiniani. 13.
r l. 2. & 3. C. de milit. ueſte.
ſ l. 1. C. de indic. l. 1. C. de ſuperindic. l. 3. C. de annon.
t D. Hieronym. in 17. Matth.
u l. cū antea. 10. C. de agric. & cēſit.
x l. 1. C. de capi. ciui. cēſ. eximē.
y l. inter publica. 17. in fi. de verbo. ſign.
z l. 8. l. 10. & ſeq. C. de vectig. l. 1. C. de claſſicis. Caſſiodo. in pfa. lib. rer. uariar.
a l. vniuerſi. 2. l. cū præſtatione. 7 C. de uectigal. & commiſſis.
b in l. iudicibus 9. C. de curſu publico.
c l. 12. C. de curſu publico.

Creatum Præfectum prætorio, primum Princeps parazonio accingebat, (ita enſis Zona alligatus, magiſtratus inſigne uocabatur.) Traianus. n. ut auctor eſt Dion, ſuo Præfecto prætorio nudum gladiū porrexit, dicens: accipe hunc enſem, quo ſi rectè imperauero, pro me uteris, ſin minus; contra me uertes. Olim ex equeſtri tantum ordine eligebantur, Senatores enim eſſe non poterant, fortè ne nimia potentia extollerentur. Quare Paternum ab adminiſtratione præfecturæ per honorem laticlauij à Commodo ſubmotum fuiſſe, Capitolinus ſcribit. Condoluit & Marcus Antoninus quòd Pertinacem, qui poſtea imperauit, Præfectum facere non poſſet, quia Senator erat. Sed hoc uſq; ad Alexandrū permanſit, ipſe primus ſuis Præfectis prætorio ſenatoriam dignitatem addidit, ut clariſsimi dicerentur, & ne non Senatores ſenatores iudicarent. Quare poſtea Clariſsimi, & illuſtres ſunt appellati, ſic Conſtantinus, [d] Rufinum, Valentianus, [e] Cynegium P.P. vocant: quod uero legitur P.P. à Seuero clariſsimos vocatos fuiſſe, id a cōpilatoribus additum puto. (in l. 1. C. de ſent. paſſ.) Quadriiugo curru & aurato vecti Præfecti in publicum prodibant, fauſtis præconum uocibus, & acclamationibus excepti. [f] acclamabant uerò, ipſos eſſe patres imperij, monebanturq;, vt ſe tales præſtarēt. Caſſiodor. [g] Pater, inquit, appellatur imperij, ipſūque hodie reſonat uox præconis inſtruens iudicem, ne ſe patiatur eſſe diſsimilem. Theodoſius quoque & Valentinianus Florentium Præfect. P. parentem appellant. [h] Florenti, inquiunt, parens chariſsime, & amātiſsime, illuſtris & magnifica auctoritas tua, quæ cōſtituta ſunt, edictis publicari præcipiat. Alijs quoq; titulis eos honorabant, ut MAGNITVDO TVA, CVLMEN, AMPLITVDO, [i] PRAECELSA MAGNIFICENTIA, [k] & ſimilibus. Scribentes autem ad eos Principes plerunque ita incipiebant HAVE HYPATI K. N. B. [l] i. chariſsime nobis. in fine uerò ſubijciebant: DIVINITAS TE SERVET PER MVLTOS ANNOS PARENS KARISSIME. [m] CELSITVDINIS quoq; titulo honorabantur, [n] & SVBLIMITATIS, [o] Græci ἐνδοξότητα dicūt. [p] Eius ſedes, ſublimiſsima & excelſa uocabatur, [q] q̄ à curiæ fortuna liberabat, inuiti enim P.P. patriæ curiales eſſe non cogebantur. [r] Amplum his à fiſco honorarium perſoluebatur, ſiquidē Iuſtinianus [s] P. P. Africæ centum libras auri aſsignauit, æquat ea ſumma undecim millia noſtrorum aureorum.

In foro P. P. olim erant CL. aduocati, [t] inter quos LXIV. primates pluribus honeſtati priuilegijs eminebant, [u] ex his duo ſingulis annis aut biennio fiſci patroni eligebantur, [x] qui LX. auri libras Calend. Octobris pro ſalario inter ſe diuidebant, [y] excedit ea ſumma 6600. noſtrorum aureorum. Iiſdem, Calend. Ianuarij Præfect. præt. ſtrenam tanquàm comitibus conſiſtorij ſoluebant. Anaſtaſius ad Euſtachium P.P. [z] Iubemus, ait, uiros clariſsimos fiſci pro tempore patronos fori tuæ celſitudinis ſolemni die feſtiuitatis Calendarum Ianuariarum ipſius tātummodo anni, per quem tale peragunt officium, inter ſpectabiles ſacri noſtri cōſiſtorij comites diuina noſtræ ſerenitatis manu punctos conſequi ſolatia: Hæc ille. Cum autem dicit punctos, intelligit, notis manu noſtra ſcriptis inter comites conſiſtorij relatos. Vnde Zoſimus hiſtoriographus exaduocatus fiſci comes nuncupatur.

Qui hodie Præfectis prętorio comparentur haud facilè inuenio. Apud Turcas duo Belerbei, alter Thraciæ. i. Romaniæ; alter Aſiæ. i. Anatoliæ, præfectis poſſunt eſſe ſimiles. Quos autem nos vocamus Præfectos, aut prouinciarum urbiumuè gubernatores,

d l. 6. c. Theo. de anno. & trib.
e l. 19. C. Theo. de petitio.
f l. 1. C. de quæſtorib. S. 1. auth. ut ordinen. pręſ. ſeu nouella 70.
g in formula Præfec. præt.
h ti. 12. 13. & 14 in nouellis.
i l. Nouella Valen. ti. 1.
k tit. ſeq.
l l. 7. C. de ſuſc. & arcar. l. 2. C. de his q̄ ex pudic. colla.
m Noue. Valen. ti. 1.
n l. vlt. C. de numerar.
o l. actuarios, 7. C. eo. ti. l. vlt. C. de fabricenſib. l. 9. C. T. de curſu publico.
p Nouell. 93. §. 1. ſeu Aut. de appel.
q In rubr. C. de numerar act. l. 2. C. de curſu publ.
r Nouel. 60. ſeu Auth. ut ad præſ. præt. Africæ.
ſ l. 1. §. hoc etiā C. de offi. præfe. præt. Africæ.
t l. 8. 13. & 17. C. de aduo. diuerſi. iudicior.
u l. poſt duos, 15 C. eo. l. per hanc 7. C. tit. ſeq.
x l. binos, 10. l. ſācimus, 12. C. eo. ti.
y l. reſtituendæ, 6. & l. ſeq. C. de aduoc. diuerſ. iudicum.
z l. 4. c. eo. ti.



res, minores ſunt, quàm ut his poſsint conferri. Noſtri iurium interpretes (quàm apte ipſi uiderint) illis reges æquant, [a] quos Imperatoribus antiquiores, & nemini ſubditos, ipſis præfectis longè digniores eſſe nō dubito; & aliàs Bartholi ſententia eſt, [b] potius in ſuo regno Imperatoribus, quàm Præfectis comparandos. Ceterum, quia ſicut monet notitia, P.P. auctoritas erat, ut non ſolum ipſi curſu publico, & ueredis uterentur, ſed etiam alijs currendi facultatem concederent, [c] hoc loco de curſu publico non omnibus noto differendum eſſe cenſui.

a Barto. in l. oēs populi nu. 8. ff. de iuſt. & iur. in l. 1. in prin. ff. qđ quiſq; iur. Iaſ. in l. 1. nu. 8. de offi. eius cum alijs.
b in l. infemem 7. de publ. iud.
c l. iudic. 9. C. de curſu publico.

Eod. de curſu publico, angarijs & parangariis.

## DE CVRSV PVBLICO, ANGARIS, & parangarijs. Cap. VI.

Curſum publicum primū à Perſis inuentum Herodotus [d] memorat, Xenophon [e] a Cyro inſtitutum fuiſſe ſcribit; is certas ſtationes in uia publica dimenſis itineribus ſtatuit, ubi equi & homines collocati unius diei iter celerrimè conficiebant. Cum uerò ad proximam ſtationem perueniſſent, quæ euenerant, ibi manentibus nunciabant, & illi ſtatim alijs ſequentibus, donec celeriter nuncius ad regem perueniret. Id genus currendi angariam Perſę uocabant. Horum exemplo Auguſtus primò iuuenes, qui acta in prouincijs ad ſe citò perferrent, modicis interuallis per uias militares diſpoſuit: deinde uehicula, quibus idem ſemper currens ad ſe nunciū perferret. Tranquillus. [f] Quo, inquit, celeriùs ac ſub manu annunciari cognoſcique poſsit, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militares uias, de hinc vehicula diſpoſuit, commodius id uiſum eſt, ut qui a loco eidem perferrent litteras interrogari quoq; ſi res exigeret poſſent: Hæc ille. Idem ceteri Principes Romani obſeruarunt, ut [g] auctor eſt Plutarchus, ſingulis enim circiter L. milliarijs ueredos & rhedas ad currendum certis locis diſpoſuerunt, ut iter diei conficerent. in Italia tamen remanſerunt, qui pedibus currebant. Tranquillus [h] Claſsiarios, ait, qui ab Hoſtia & Puteolis Romam pedibus per uices commeant, petentes conſtitui aliquid ſibi calcearij nomine, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, Veſpaſianus iuſsit poſthæc excalceatos curſitare, & ex eo ita curſitant. Curſum uerò equorum ità inſtituerunt, ut prouincialium pecunia equi, cum hominibus adcurrendum deſtinatis alerentur. Quod Seuerus Imperator poſteà aboleuit, id fiſci onus eſſe iubens: Spartianus: [i] Poſthæc, inquit, cùm ſe uellet commendare hominibus, uehicularium munus à priuatis ad fiſcum traduxit. [k] Stabula tamen, in quibus equi alebantur, prouincialium ſumptibus reficiebantur. [l]

De curſu publico Procopius in ἀνεκδότοις mihi à Io. Vincentio Pinello uiro doctiſsimo exhibitis, ita latinè uerſis ſcribit: Romani Imperat. qui antea fuerunt modum excogitarunt, quo cuncta ſibi quā celerrimè poſſent nunciari, & ut ſcirent, quæ ubiq; inter hoſtes agerentur, & ſi qua in ciuitatibus ſeditio, uel quid aliud improuiſum à Præſidibus, uel aliud quomodocunque oriretur, & ut annua tributa uelociter & tutò tranſmitterentur: Publicum ergo & celerem quendam ubique curſum hoc modo inſtituerunt. uiro expedito ad iter diei ſtationes conſtituerunt quandoque octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum eueniebat; quadraginta uerò equi in ſingula manſione ſtabulabātur, & ibidem hippocomi ad curandos quot poterant equos erant deſtinati: ſuccedentibus uerò ſibi ad ſtationes probatiſsimis equis, qui eos agebāt, decem fermè dierum iter uiciſsim conficiebant, agentes quo modo ſignificauimus. Hæc ille. Nec ſolùm equi, ſed & vehicula; ac varia animalia ad curſum publicum ſunt inuenta. Primò in uſu fuere rhedæ; hęc erant vehicula quatuor rotarum, in

d lib. 8.
e lib. 8. Pediæ.
f cap. 49.
g in Gal. c. 8.
h in Veſpaſiano.
i in Seuero.
k facit l. 2. C. de lucr. aduoca.
l l. in omnibus 7. l. comperimus C. de curſ. publ.

hoc à Birotis differentes, nec plus mille pondo ferebant, Birotę ducenta: Hę à tribus mulis trahebantur: illę ęſtate ab octo, hyeme à decem, quod Conſtantinus conſtituit: [m] Rhedę, inquit, mille pondo tantum modò ſuperponi iubemus, birotę ducenta, ueredo triginta, non enim ampliora onera perpeti uidentur. Octo mulę iungantur ad rhedam videlicet ęſtiuo tēpore, hyemali decem, birotis trinas ſufficere iudicauimus. Idem Valentinianus confirmauit, [n] qui etiam plures duobus aut tribus in his ſedere prohibuit. [o] Sed etſi multæ in eodem loco rhedę eſſent, ſingulę tantùm uno die emitti poterant. [p] Hanc opinor eſſe rhedam currentem à qua res cadentes dominorum permanere apud Iuſtinianum leguntur. [q] Carpentarij uocabantur qui carpenta ſeu rhedas agebāt. [r] Pręter has erant & veredi, uelociſsimi curſus equi; [s] à vehēda rheda dicti, ut ait Feſtus. Procopius, [t] Equis, inquit, publicis uectus quos ueredos vocant. Vnde apud Arcadium Iureconſ. in Pandectis Florentinis [u] legitur, VERHEDO, cum aſpiratione. Sed & qui ſine rheda currunt, veredi uocantur, hinc veredarij veredis uecti. [x] Qui uerò hos curabant hippocomi dicebantur [y] Veredorum ſella cum freno, pondus IX. librarum excedere non poterat, aliàs in fruſtra concidebatur. Auerta quoque hoc pondus excedere non debet, alioquin fiſco vendicatur. [z] Auertam Budæus interpretatur lora per tergum equi excurrētia: ſed ueriùs eſt, peram ſeu manticam fuiſſe ad ueſtes uiatorias, aliauè neceſſaria condenda. [a] Ita interpretatur antiquus Horatij commentator, [b] Pera, (inquit, mantica, auerta. hoc modo tùm loquebantur. Theodoſius quoque auertis nos pro itineris neceſsitate inſtrui ſcribit: [c] Sint ait, duo palatini proſecutores ſingularum rhedarum, habentes quinquagenarū librarum auertas & ſaga, quibus par eſt pro itineris neceſsitate muniri. Hic notandum eo primùm tempore ſellarum equeſtrium à Theodoſio Magno mentionem fieri: anteà enim in vſu fuiſſe non reperiuntur.

Viceni circiter veredi, in ſingulis ſtationibus fuere, [d] quorum non niſi deni ſingulis diebus emitti poterant, [e] ne publica neceſsitate ſuperueniente equi deeſſent. Hi quia turmatim incedebant, agminales vocabantur, [f] nec eos fuſtibus, ſed flagellis tantùm verberare licebat. [g] Hos arbitror eſſe equos, qui publici ab Vlpiano [h] appellantur; vocari, inquit, in ius non poteſt, qui equo publico in cauſa publica tranſuehitur, etſi Budæus aliter interpretetur. [i]

Muli quoq; & mulæ ad vſum curſus publici deſtinabantur, quę vulgò carrucis & plauſtris adiungebantur. [k] Nerò enim, inquit Tranquillus, nunquàm carrucis minùs mille iter feciſſe traditur, ſoleis mularum argēteis; & Sabina Neronis vxor, mulas quibus agebatur, aureis funibus ſubligabat. Harum cuſtodes muliones appellabantur. [l] Ternis uerò veredis aut mulis, unus hippocomus ſeù mulio aſsignabatur, [m] & eorum morbis medētes, mulomedici dicti. [q] annonas ideſt cibaria, & veſtes ex publico accipiebant, nec aliud nomine mercedis, petere poterant. [n]

Boues etiam curſui publico inſeruiebāt, [o] plauſtra ſarcinis onuſta vehentes, ſicut & aſini. [p] Iulianus verò apoſtata, mulos, boues, & aſinos, à vectura publica amouit, ſolùm equis ad currēdum vſus, ut auctor eſt Socrates. [q] Sed eos alij Principes ad vſum publicum reſtituerunt.

Quotannis veredorum quarta pars reparabatur, id eſt ſenioribus venditis, totidem iuniores ſubſtituebantur, [r] & ſi pecunia deerat, prouinciales ſupplebant, vt Pyrrhus, [s] & Antonius Auguſtinus [t] cenſent, quòd etiam aliquot iura probare videntur. [u] Pabula quoque, fœnum, paleæ, & hordeum, à prouincialibus pretio accepto ad id exhibebantur. [x]

Curſus publicus aliquando vehicularis vocatur, nonnunquam ambularis, [y] quandoque clabularis [z] à clabulo vehiculo, [a] clauularem Marcellinus [b] appellat; Eos, inquit, ad Orientem proficiſci pręcepit clauularis curſus facultate permiſſa.

Loca animalium curſus publici mutationes dicebantur

m l. 8 C. T. eod.
n l. 17. l. 28. & 30. C. T. eod.
o in l. 20. C. T. eodem.
p l. 35. & 40. C. T. eod.
q §. ult. Inſtit. de rer. diuiſione.
r l. 31. C. T. eod.
ſ l. in omnibus. 7. & l. ſeq. C. eod.
t lib. 2. de bello Perſico.
u l. ult. §. penult. de muneribus & honor.
x l. 50. C. T. eod.
y l. non patimur 13. C. eod. l. 37. & 50. C. T. eod.
z l. quoniam. 12. C. eod.
a l. 12. 48. C. T. eodem.
b in 6. ſatyr. Horatij lib. 1.
c d. l. 48. C. T. eo.
d l. 3. C. T. eod.
e l. ut agēdi. 8. C. eod.
f l. 3. tit. 6. C. T. eod.
g l. 1. C. eod.
h l. 2. de in ius vocando.
i & Coraſ. lib. 1. miſcell. c. 11.
k l. ſi ex plagis. 52. §. in cliuo. ad l. Aquil.
l l. 10. & l. 31. C. T. eod.
m l. 34. C. T. eod.
n d. l. 31. C. T. eo.
o l. 1. 2. & 53. C. T. eod.
p l. 38. & 53. C. T. eod.
q lib. 3. c. 1. ad fi.
r l. omnibus. 7. C. eod.
ſ in l. 1. C. quemadm. ciuit. mun.
t in l. 6. §. philoſophos de excuſat. tutor.
u l. ſi C. T. eodem l. maximarum 12. C. de excuſat. muner.
x l. 2. C. de lucris aduocat. l. 23. C. T. eod.
y l. ult. §. 1. de muneribus & honoribus.
z l. pen. C. T. eod.
a l. 23. & 26. C. T. eod.
b lib. 20.

bantur, [a] ab equis qui mutabantur. Caſsiodorus [b] ſcribit Iulianum Sabam cognouiſſe mortem Iuliani apoſtatę, licet, plus quam viginti mutationes ab eo loco vſque ad illius exercitum eſſe viderentur. Theodoretus [c] illud appellat iter viginti dierum. itaque veredi, & rhedę, iter diei unius facere conſueuerant. Marcellinus [d] ipſos veredos mutationem vocat. Prętectus, inquit, prętorio Taurus maturè diſceſsit vectus mutatione celeri curſus publici. Quandoque ea loca ſtationes vocantur. Arcadius A: [e] Per ſtationes ſingulas, inquit, idoneos mancipes uolumus collocari Gręci Σταθμοὺς appellãt. Suidas, diuerſoria sũt, ait currentium de ciuitate ad ciuitatem. Nonnunquam & manſiones dicuntur. Conſtantinus, [f] Pabula, inquit, ad mutationes manſioneſque ſingulas animalibus curſui publico deputatis, certo & denunciato tẽpore deuehantur. De his intelligit Arcadius Iureconſ. [g] dum dicit, qui ad manſiones deſtinantur, muneribus perſonalibus adſtringuntur. & Valentinianus; [h] nemo, inquit, poſſeſſorum ad inſtruendas mãſiones, vel conferendas ſpecies longius delegetur. Idem [i] Anthemio Pręſidi, cùm ad aliquam, ait, vrbẽ, manſionemuè acceſſeris, protinus horrea te inſpicere volumus. In his enim frumenta & pabula inter milites diuidenda ſeruabantur. Lampridius, [k] Milites, inquit, expeditionis tempore ſic diſpoſuit, ut manſionibus annonas acciperent, ne portarent cibaria decem & ſeptem, vt ſolent, dierum; niſi in Barbarico. ob id modios ad metiendum in manſionibus ęneos vel lapideos, cum ſextarijs, & ponderibus teneri, ac per ſingulas etiam ciuitates collocari Valentinianus iuſsit. [l] Ibi etiam hordeum, & laridum pro vſu militum reponebatur. Conſtantinus ad Eubulidem Vicarium Africę, [m] Multa ait, a prouincialibus indignè poſtulantur, non modo in ciuitatibus, ſed etiam mãſionibus, dum animalibus alimoniæ ſine pretio miniſtrantur. A numeris autem prima, ſecunda, & tertia manſio denominabatur. Tranquillus enim in Tito primam manſionem propè Romam, & Marcellinus [n] quadrageſimam Argentorati fuiſſe ſcribunt. Vnde fortè quædã hodie caſtra Tertij, Quarti, Quinti, Sexti, Septi, Noni, Decimi, Viceſimi, Triceſimi, Quadraginta, Nonaginta, Centum, Quadringenta, Milleſimi, & alia huiuſmodi nomina in Italia retinent. Itinerarium Antonini Imperatoris nomine editum, itinera, & plurium regionum manſiones, tàm maritimas, quàm terreſtres dinumerat, & Plinius [o] thuriferam regionẽ per manſiones metitur, quæ plurimum inter ſe circiter ſtadijs C L. ſeu miliarijs X X. Italicis diſtabant. Herodotus quoque [p] iter à mari Gręco ad Suſa Perſarum regiam per mãſiones CXI. diuidit; Vbique, inquit, ſunt regij ſtathemi. i. manſiones, ac diuerſoria pulcherrima, idem vult eſſe ſpatium caſtrametationum. Hoc etiam legitimum tempus viſum eſt prætori diurni itineris faciendi. [q] In has manſiones Imperatores diuertere conſueuerant. Tranquillus [r] enim Titum ad primam manſionẽ febri correptum fuiſſe ſcribit. Lampridius, [s] Itinerum, ait, dies publicè proponebantur, ita vt edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet, illa die, illa hora ab vrbe ſum exiturus, in prima manſione manſurus: deinde per ordinem manſiones, deinde ſtatiua, deinde vbi annona eſſet accipienda: Hæc ille. Vopiſcus Aurelianum Imperatorem apud Zenophorium manſionem, quæ eſt inter Heracleam, & Byzantium, occiſum fuiſſe ſcribit. Id etiam D. Ambroſius de obitu Valentiniani Imperatoris clarius explicat. Ecce, dicit, litterę de inſtruendis manſionibus, inuectio ornamentorum regalium, aliaque eiuſmodi, quæ ingreſſurum iter Imperatorem ſignificarent: Hactenus D. Ambroſius. Ex cuius verbis apparet, iter facturum Principem, aulæa, & alia ad inſtruendas mãſiones ad quas erat diuerſurus, præmiſiſſe. Præſides quoque prouincias obeuntes, cum ad priuatos ire non poſſent, ad manſiones diuertebant. Valentinianus; [t] Quiſquis inquit, prouinciæ præſidentem propria poſſeſsione ſuſceperit, ager, quem diuerſorium habuerit, prædictus in tranſitu fiſci iuribus vindicetur, ita enim iudices manſiones inſtruere, & inſtaurare nitentur. Hæc ille, qui indicat præſides inſtruendarum, & reparandarum manſionum curam habuiſſe. Multa ex his loca in Italia, & Gallijs etiam hodie antiquũ nomen retinent: Manſiones enim ſeu maſones vocãtur. Bona mãſio quoq; olim oppidi nomẽ fuit, vbi Valentinianus ad Victorẽ magiſtrũ militũ ſcripſit. [u] Curſus publici exercitatio mancipiũ, vel mancipatus dicebatur, [x] & mancipes qui ſtationibus præſiciebantur: [y] Hi ex proconſulis aut alterius pſidis officio ſinguli, ſingulis curſus publici mãſionibus per quinquennium præponebantur, [z] poſtea perfectiſſimatus dignitate honeſtati abire permittebãtur. Interea 30. tantũ diebus, quoq; anno, a ſtatione ſeu mutatione poterãt diſcedere. [a] Horum cura erat euectiones inſpicere, an eſſent legitimæ, ut alimenta animalibus neceſſaria ſubminiſtrarentur, nec permittere, vni rhedę deſtinata animalia, alij adiungi. [b] Præter hos ex Schola agentium in rebus, curioſi vocati, crebro ad inſpiciendas euectiones mittebantur, ne quis earum modum excederet. [c] Erant & alij, qui animalia publica curabant, & currentia comitabantur, catabulenſes vocati, quorum officium catabulũ dicebatur. Damaſus de Marcello Papa loquens, Dãnatus eſt, ait, in catabulum, cumque diebus multis ſeruiret in catabulo, iuſsit Maxentius plancas extrahi, vt ibidem animalia catabuli congregata ſtarent, & ipſis Beatus Marcellus deſeruiret. Hoc idẽ ſenſit Martyrologium [d] narrans Marcellum iubente Maxentio ad ſeruitium animalium, cum cuſtodia publica fuiſſe deputatum. De his qui hoc onere adſtringebantur ita Caſsiodorus, [e] Marmora, inquit, ad Rauennatem vrbem per catabulenſes dirigantur. Iiii cum ad manſionem perueniſſent, pecuniam Principis, quam ibi inueniebant, reuertentes ad ſuam manſionem portabant, vt ad locum theſauri, vel comitẽ largitionum mitteretur: Hæc in ſacculis qui tot centenaria capiebant, condebatur. [f] In Codice Theodoſiano. [g] Catabulenſes aliud ſunt.

Vſus curſus publici à Principe, vel Præfecto prætorio codicillis impetrabatur, qui, quod duplicata charta ſcriberentur, duplomata vocabantur. Vnde Modeſtinus eum, qui falſo duplomate vias cõmeauit, pro facti qualitate puniri ſcribit [h] eodẽ duplomate diebus ac noctibus iter continuari dicit Venuleius. [i] Plinius quoque Bythiniæ præſes Traiano ſcripſit, ſe duplomata nulli commodaſſe, neq; in rẽ alicuius, præterquam Principis, miſiſſe; ſe tamen neceſsitate coactum vxori ad amitam ob mortem aui excurrere volenti, eorum vſum dediſſe, quia hoc officij gratia in celeritate conſiſtebat. Capitolinus, [k] a Præſide, inquit, Syrię, quod ſine duplomate. b. curſum vſurpauerat, pedibus ab Antiochia ad legationẽ ſuã iter facere coactus eſt. Has indulgentias poſteriores Principes, euectiones nominarunt, quibus euehendi facultas dabatur. [l] Diem certum continebant intra quem veredis vti licebat, eoq; termino elapſo irrita erant, vt ad Plinium Traianus ſcribit. [m] D. Auguſtinus [n] ad docendam Rhetoricam Mediolanũ conductus euectionem publicam à Symmacho P. V. obtinuit. Dioſcorus epiſto. 55. inter D. Auguſtini epiſtolas, Zenobius, inquit, magiſter memoriæ factus eſt, & miſit mihi euectionem cum annonis. Qui euectionem obtinebat, eam Præſidi prouinciæ, per quã tranſiturus erat oſtendere tenebatur, & ille ſubnotabat ſeu ſubſcribebat. [o] Conceſſa euectione, vna aut duæ angariæ. i. vnus aut alter equus permitti cẽſebatur. [p] Cum verò tertius veredus indulgebatur, parhippus, aut parauередus dicebatur. [q] Comitibus quattuor veredi cum parhippo; Tribunis milītum tres cõcedi conſueuerant. [r] Vicarijs aſini XXX. veredi X. [s] Sed ſi præter equos, etiã viaticũ Princeps elargiebat, quod ijs fiebat, quos ipſe euocabat, hęc duplomata tractatoria appellabantur, [t] quorum formulam in Marculphi monachi libro inuentam

Cuiacius

a l. ſi quis. 15. l. nemo, 17. & ſeq. C. eo. l. 36. & 60. C.T. eod.
b in 6. tripart. c. 45.
c lib. 3. cap. 19.
d lib. 21.
e in l. pen. C.T. eod.
f in l. 9. C. T. de anno. & tributis.
g in l. ul. §. hi quoque. de munerib. & honor.
h l. nemo. 8. C. de ann. & tribut.
i l. 2. C. de cond. in public. horreis.
k in Alexãdro.
l l. modios. 9. C. de ſuſceptorib. & arcar.
m l. 2. C. de lucr. aduocat. & l. 119. C.T. de decur.
n in fi. lib. 16.
o l. 12. c. 14.
p in ſexto.
q l. j. §. ſi quis cautionib.
r in Tito. c. 9.
s in Alexandro.
t in l. 4. C. T. de offic. recto. puin.
u l. 12. C. T. de erogat. militar. annonę. l. 3. C. e. ti.
x l. 3. & l. 15. C. T. h. t.
y l. 24. 26. 36. & penul. C. T. eod.
z l. 34. 46. C. T. eod.
a 36. 22. c. C. T. e.
b l. 24. C. T. eod.
c l. 2. & ſeq. C. de curioſis.
d 17. Cal. Febr.
e libro 3. variar. epiſt. 16. & lib. 4. epiſt. 47.
f l. quoniam. 12. C. eod.
g lib. 14. tit. 3.
h in l. eos. 27. §. vlt. ad l. Corn. de falſis.
i l. continuus. 137. §. cum ita. de verb. ob.
k in pertinace.
l l. euictiones. 5. C. eod.
m epiſt. 6.
n D. Aug. lib. 5. confeſſ. c. pen.
o l. 22. C. T. eod.
p l. 45. C. T. eo. & l. vlt. C. eod.
q l. parhippũ. 4. C. eod. & clarius in l. 14. C. T. eod.
r l. 49. C. T. eod.
s l. 38. C. T. eod.
t l. 1. C. de tract.



Cuiacius uir doctiſsimus recitat, [a] & eſt ſequens.

ILLE PRINCEPS OMNIBVS AGENTIBVS IN ILLO LOCO. NOS GAIVM. I. V. PARTIBVS ILLIS LEGATIONIS CAVSA DIREXIMVS, IDEO IVBEMVS VT LOCIS CONVENIENTIBVS EIDEM A VOBIS EVECTIO SIMVL ET HVMANITAS MINISTRETVR, HOC EST VEREDI SIVE PARAVEREDI TOT, PANES TOT, VINI MOD. TOT, CEREVISIAE MOD. TOT, LARDI LIB. TOT, CARNIS TOT, PORCI TOT, PORCELLI TOT, VERVECES TOT, AGNI TOT ANSERES TOT, PHASIANI TOT, PVLLI TOT, OVA TOT, OLEI LIBRAS TOT, GARI LIBRAS TOT, MELLIS TOT, ACETI TOT, CVMINI TOT, PIPERIS TOT, COSTI TOT, CARYOPHYLI TOT, SPICI TOT, CINAMOMI TOT, GRANI MASTICIS TOT, DACTYLAE TOT, PISTACIAE TOT, AMYGDALAE TOT, CERAE LIB. TOT, SALIS TOT, OLERVM, LEGVMINVM CARRA TOT, FACVLAE TOT, PABVLI EQVORVM CARRA TOT, HAEC OMNIA TAM EVNDO, QVAM REDEVNDO EIDEM MINISTRARI IN LOCIS SOLITIS, ET IMPLERI SINE MORA PROCVRATE.

Præſides prouinciarum euntes ad aliquam ciuitatem vnam tantum angariam, & duos parauеredos, & totidem officium petere poterant. [b]

Budæus [c] ſynthema euectionem fuiſſe putat: locus tamen D. Hieronymi [d] ad Iulianum aliud innuit; Iam demiſſo, inquit, ſynthemate equus publicus ſternebatur, quæ verba ſtragulam, equis impoſitam, nõ duploma ſignificant. Traiano imperante, Præſides prouinciarum euectiones dabant: ſed Conſtantinus omnibus magiſtratibus eas prohibuit. [e] Vnde poſt ipſum à ſolo Principe, vel P. P. aut Magiſtro officiorum, & non ab alijs impetrabatur. [f] Quibuſdam tamen perſonis dabatur, vt legatis, qui ex diuerſis gẽtibus ad Principem mittebantur. [g] Vicarijs Iulianus Apoſtata duodenas ſingulis annis euectiones, & Pręſidibus prouinciarum binas, annuas verò ob publicas functiones permiſit. [h] Tributa etiã, & ſpecies ex prouincijs exactæ ad aulam Principis, aut exercitum rhedis, & iumentis curſus publici transferebantur. [i] Agentes quoq; in rebus ad negotia publica, & Principis expedienda miſsi, veredis ſed binis vehebantur. [k] Hodie curſus publici ratio aliter ſe habet. Caupones enim ſuos equos ad currendum cuicunque volenti locant, & priuatam rem potius, quam publicam curant, ſolam currendi facultatem à Principibus emunt, vel gratuito obtinent.

Angarias plerique curſum vehicularem eſſe exiſtimant, quoniam ita curſum publicum Perſæ vocabant, & id etiã Areta tradit, [l] ἵπποις δὲ, inquit, καὶ τοῖς διὰ τούτων ὀχήμασι, ἃ ἡ παλαιὰ μὲν φωνὴ ἀγγάρας, ἡ δὲ τῶν Ἑλλήνων δημοσίους ἱπποστάθμους, ἡ δὲ τῶν Ῥωμαίων ῥαίδην ἀφ' οὗ καὶ ῥαιδάριος, hoc eſt, Equis autem, & his ſimilibus, quos veteres angarios Græci equos ſtationarios, Romani verò rhedam appellant, a qua rhedarius deriuatur. Idem tenet Budæus, [m] Anton. Auguſtinus. [n] Pyrrhus, [o] Cœlius Rhodiginus, [p] & alij. Sed hæc Arcadius Iureconſ. vt diuerſa ponit. [q] Curſus, ait, vehicularis ſolicitudo, item angariarum præbitio, perſonale munus eſt: & infra. [r] Si immunitas aliquibus concedatur, neque ab annona, neque ab angarijs, neque a veredo excuſari poſſunt. Et titulus de curſu publico, angarijs, & parangarijs hæc differre demonſtrat. Iulianus quoque [s] non idem ſignificare innuit; Sardiniæ, inquit, curſus publici neceſsitas, ſed non angariarũ remittitur: & Valentinianus, [t] Lineæ, ait, veſtes Principis, non rhedis, ſed angarijs ad comitatum dirigantur. Angaria itaque erat tranſuehendarum rerũ Principis, armorum, veſtium militarium, & ſimilium neceſsitas, ob quas prouinciales, boues, plauſtra, Nautæ, naues pręſtare tenebantur, nulluſque ab hoc onere, nec Eccleſia excuſabatur. [u] Imperabantur enim tot iumenta, & animalia ad trahenda plauſtra, quot & ad tranſuehendas ſpecies pro locorum ſitu, atque itineris qualitate erant neceſſaria. [x] In primis ergo rhedis publici curſus per vias militares transferebantur, ſed cum hæ ſatis non erant: aut extra curſus publici limites eundum erat, priuatorum plauſtris, & iumentis vehebantur, quæ angariæ vocabantur. Hinc naues veteranorũ angariari poſſe Vlpianus [y] ſcribit; & in ſacris litteris legitur angariatum eſſe Simonem Cyrenæum, vt Domini crucem tolleret. At Græci angariam, quæ per viam baſilicam, & curſum publicum ducitur, appellant. Perangariam quæ per alias vias, vel tramites vehitur, quæ ex Iuliani præcepto ad viam curſus publici temerè agenda non erat. [z] Ob nominis tamen ſimilitudinem quandoque curſus publicus angaria vocatur; ſed propriè aliud eſt. Qui veredis currebant à recta curſus publici via quingentis paſsibus diuertere non poterant. [a] Plauſtris angariarum 1500. pondo imponebantur, equo tantum triginta. [b] Turcæ veredis non vtuntur, ſed præcones habent citiſsimo gradu maximos curſus peragentes: hi quemcunque obuium equitantem habent, deſcendere iubent, eiuſque equum conſcendentes quantum poſſunt impellunt, ſi alium inuenerint, idem agunt, & illi fatigatum equum tradunt, ut Laonicus Chalcocondilla ſcribit. [c] Hæc de antiquo curſu publico breuiter percurrere uolui: Nunc ad Præfectum Prætorio Orientis eſt ueniendum.

## DE PRAEFECTO PRAETORIO Orientis. Cap. VII.

DE Præfectis generaliter dictũ eſt: iam uerò de ſingulis tractandum, & primo de Præfecto prætorio Orientis qui numero prouinciarum & auctoritate eminens primus appellatur. Marcellinus, [d] Inter ordinarios iudices, inquit. Rufinus primus Præfectus prætorio, is autem præerat Orienti, quare plurimum in Principis comitatu reſidebat. [e] Nulla tamen eius inſignia, aut dioeceſeon prouinciarum effigies reprę ſentantur; unde aliquod folium deeſſe cenſeo: aut Pręfecti Illyrici inſignia ad utriuſque ornamenta oſtendenda ſatis eſſe Notitia credidit, quemadmodum unius Conſularis Paleſtinę, & Præſidis Thebaidis inſignia, & officia demonſtrantur, vt aliorum conſularium, & præſidum ſint exemplar. Sed magis eſt, vt aliqua hic deeſſe exiſtimem, quia ſi vnus eorum alterius typus eſſe debuiſſet, eũ Pręfectum Prętorio Orientis, tanquã priorem, & digniorem eſſe oportuit. Nos verò quę legimus de eo exponemus. Is a Cõſtantino, Auctore Zoſimo, inuentus, Prouincijs Oriẽtis, a me ſupra memoratis prępoſitus fuit, & quinq; latas diœceſes. i. quinas plurium ſimul prouinciarum regiones regebat, videlicet, Orientem, Aegyptum, Aſiam, Pontum & Thracias, quibus Pręfecti vice totidem maiores præerãt magiſtratus. [f] Comes enim Orientis Prouincijs XV. imperabat, Præfectus Aegypti alijs VI. Vicarius Aſianæ VIII. Aſiæ Proconſul alijs III. Vicarius Ponticæ XI. Thraciæ VI. quæ omnes erant Prouinciæ XLIX. & tot à Notitia ſub diſpoſitione huius Præfecti recenſentur: quemadmodum etiã ſub P P. quinq; Oriẽtis diœceſes recitat Leo A. ad Nicoſtratũ Præfectũ Oriẽtis ſcribẽs, [g] & Valẽs [h] ad Modeſtũ Zeno, [i] & alij. Sed hic nõ leue oritur dubiũ, nam in primo indice, i. catalogo ſub hoc pfecto prouinciarũ X I I. conſulares nominantur, & X X X I I. præſidum, duæ uero correctorum: nam reliquæ adſcribuntur Illyrico. ergo non ſunt niſi X L V I. prouinciæ: Sed indè error prouenit, quod in eo catalogo Aſia particularis ut proconſularis omittitur: Arabia uerò & Iſauria & ſi infra Aſianæ attributæ hic non ut arbitror, per obliuionem, ſed quia nec conſulares, nec clariſsimorum Præſidum, aut Correctorum, erant prouinciæ, ſed perfectiſsimorum, qui hic reticentur & ideo in illorum numerum non ſunt relatæ. De Arabia enim hoc conſtat ex inſcriptione reſcripti Valentiniani A. ad Theodorum V. P. hoc eſt uirum perfectiſsimum, Præſidem Arabiæ.



a in l. 1. C. de tracta. & an.
b Nouell. Maiorani tit. 1. de curialib.
c in d. l. eos. 27. §. vlt. de falſis.
d in epiſt. 34.
e l. 5. C. T. eod.
f l. iudicib. 9. C. eod.
g l. his tantummodo. 16. C. eo.
h l. 12. C. T. eod.
i l. vlt. Ge. l. 13. 18. 20. & 23. C. T. eod.
k l. 7. 9. 14. 49. C. T. eod.
l in c. 18. Apoc.
m ad d. l. eos. 27. §. vlt.
n in d. l. 6. §. philoſophos. de excuſat. tut.
o in d. l. 1. C. quemadmo. ciuita. mun. indic.
p lib. 18. c. 8.
q in d. l. vlt. §. 1. de munerib. & honorib.
r d. l. vlt. §. pen.
s in l. 16. C. T. e.
t l. 48. C. T. eod.
u l. Nullus. 21. C. eod. l. ſub inius. nullum 10. C. de ſacroſan. eccl. repetita in l. 2. C. de nauib. nõ excuſa. l. vlt. C. de fabri, & l. Maximarum 12. C. de excuſat. muner.
x d. l. 16. C. T. eo.
y in l. penul. de veter.
z l. 15. C. T. eod.
a l. 25. C. T. eod.
b l. 28. & 30. C. T. eod.
c lib. 9.
Cod. de officio P. P. Orientis.
d lib. 16.
e l. raptores. 54. C. de epiſ. & cle. l. precipimus 32. C. de appellationib.
f l. 1. C. vt nemo ad ſuũ patrocin. ſuſcip. ruſtic. & l. nulli. 10. C. de numerar.
g in d. l. 1. C. vt. nemo ad ſuũ patrocin.
h in l. 2. C. de militari veſte.
i in d. l. nulli. 10. C. de numerar.

biæ. [a] Et idem de Iſauria opinor, quod eſſet exigua, & tum a Barbaris oppreſſa, ut infra dicetur. Itaque P. P. Orientis XL IX. prouinciæ numerantur. Imperabat p̄terea hic p̄fe. XII. claſſib. Orientis, claſsicorum numerum, vt Valentiniani [b] uerbis utar, ex incenſitis, ideſt inopibus, atque accreſcentibus, ſeu filijs remigum complebat. Inter eas inſignis erat claſsis Seleuciæ in flumine Oronte quæ in Comitis Orientis uſu erat: [c] alia erat in Ponto Euxino nauium quadraginta, ait Hegeſippus de excidio vrbis Hyeroſolimitanæ. [d] Tacitus. [e] claſſem, inquit, è Ponto Byzantium adigi iuſſerat. Tertia a Traiano in mari rubro fuit inſtituta. [f] Quarta erat Alexandrina. Quinta Carpatia per Carpatium mare excurrens. [g] Alias VI. in Danubio Notitia recenſet, & unam Theſaurenſium, Leo A. [h] Sed ibi fortè ita moltitudo theſauros cuſtodientium appellatur. Iuſtiniano imperante in eius comitatu hic Præfectus degebat. [i] Numerus aduocatorum fori huius Præfecti erant centum, qui clarisſimi & ſpectabilis titulo gaudebant, immuneſque erant ab onere inſpiciendi, perequandi, extruendi operis, & ratiocinandi. [k] P R AE F E C T V S P R AE T O R I O, inquit Notitia in manuſcriptis, E V E C T I O N E S A N N V A L E S N O N H A B E T, S E D I P S E E M I T T I T, ideſt duplomata currendi non impetrat quotannis à Principe, ut Vicarij qui denas uel duodenas euectiones ſingulis annis obtinebant, [l] & Præſides binas, S E D I P S E E M I T T I T, ideſt ſuo iure currit, & hoc alijs permittit, ut in P. P. Illyrici explicabitur. Euectiones enim eſſe diximus, duplomata ſeu codicillos, quibus curſu publico utendi facultas datur. Conſtantinus ad Taurum P. P. [m] Euectiones, ſcribit, ab omnibus poſtulentur, & tam iudices, quam cuſtodes publici curſus minimè tranſire patiantur, antequam ſeriem euectionis aſpexerint. Iulianus A. [n] Euectionis datæ formam & licentiam non excedat, & alibi [o] ſæpè in hoc ſenſu accipitur. Quòd igitur ſubijcit, E M I T T I T, ſubauditur ſcilicet euectiones, quæ emitti dicuntur, cum alicui conceduntur. Valentinianus ad Conſtantium præſidem, [p] Euectionum, inquit, emittendarum etiam per cæteras prouincias duntaxat in tranſlationem ueſtium tua ſinceritas habeat facultatem.

Aliquādo P. P. dicit̄ facere euectiones ꝑ emittere. [q]

Notitia impreſſa officium huius præfecti, quemadmodum & inſignia prætermittit, ſed manuſcripti illud recitant, ideò hic totum eſt explicandum, at prius aliquid de eius aſſeſſoribus eſt dicendum, quorum & ſi nulla hic fit mentio, quia extra officium erant, nec à Principe confirmabantur, nec ex laterculis, aut ex ſcrinijs prodibant, primi tamen apud Præfectum cenſebantur.

a l. cum reis. 18. C. de pœnis.
b l. vnic. C. de claſſic.
c d. l. vnica.
d lib. 12. cap. 29.
e lib. 18.
f Sex. Ruffus.
g l. 4. C. de nauicular. ſeu naucler.
h l. vlt. C. de diuerſ. offic.
i l. raptores. 54. C. de epiſ. & cle.
k Nouell. Theo. tit. 16.
l l. 12. C. T. de curſu publico.
m l. 3. C. de curſu publ.
n l. 4. C. eo.
o in l. 6. q. 10. & 11. C. eod. tit.
p l. 33. C. T. d. t.
q l. 56. 57. 61. C. T. eod.

## DE ASSESSORIBVS. Cap. VIII.

De officio aſſeſſoris. ff. & C. de aſſeſſoribus.

Omnes prouinciarum magiſtratus unum aut plures Iureconſultos ſecum ducebant, [r] quorum conſilio ſecundum iura cauſas definiebant: Hi aſſeſſores & conſiliarij uocabantur, quia iudicanti aſſidebant, & conſulebant. [s] Vnde Vlpianus & Paulus, in Papiniani P. P. conſilio, ideſt eius aſſeſſores fuiſſe dicuntur. Quandoque iuris ſtudioſi appellantur. [t] Eorum erat officium cauſas cognoſcere, expoſtulationes audire, libellos ſupplices legere, & his reſpondere, circa edicta & epiſtolas ſcribendas, ac decreta interpretanda uerſari. [u] Criminales uerò cauſas, audiebant quidem, ſed non definiebant, verum Præfectis decidendas remittebant. ſententias tamen à Præfecto ferendas dictabant. [x] Denique quæcunque à Præfecto negocijs explicari nequibāt aſſeſſores expediebant, [y] his a Præfectis uel Præſidibus olim ſalarium dabatur. Papinianus, [z] Diem functo, inquit, legato Cæſaris, ſalarium comitibus à legatis præſtitutum debetur. Peſcennius uero Niger qui ſe in Oriente Imperatorem fecerat, & à Seuero occiſus eſt, inſtituit, ve à fiſco ſalarium aſſeſſores acciperent. Spartianus, [a] addidit, conſiliarijs ſalaria, ne eos grauaret quibus aſſidebant: dicens. iudicem nec dare debere, nec accipere. Id prius pro annonis & capitationibus in ſpeciebus præſtabatur. Theodoſius uerò Iunior, & Valentinianus, illud in ære dari iuſſerunt. [b] Idem obſeruari Iuſtinianus in Nouellis, [c] præcepit. Feſtinabis, inquit, aſſeſſorem aſſumere uirum optimum, & purum, & his contentum quæ a fiſco dantur. Sed diuerſa pro aſſeſſorum qualitate conſtituit ſalaria. [d] Aſſeſſori enim P. P. Africæ uiginti libras auri præſtitit, [e] efficerent fermè duo millia, & 200. noſtros aureos Alijs plus aut minus elargitus eſt ut infra dicetur. Peſcenius Niger uoluit præterea, ut aſſeſſores quibus in prouincijs aſſediſſent, in ijſdem poſteà adminiſtrarent & præeſſent. Quod & Seuerus, & alij Principes obſeruarūt. Aſſeſſores P. P. depoſito officio, à nullo magiſtratu perſonali munere onerari poterāt. [f]

r l. 1. de offic. aſſeſſor.
s l. penul. & vlt. eod. tit.
t l. 4. de var. & extraord. cognit.
u l. 1. in fi. & §. 1. in auth. de iudicib.
x l. ſolent. 6. de offi. proconſul.
y d. §. 1. in auth. de iudicib.
z l. diem funct. 4. de offic. aſſeſſor. l. 4. de varijs, & extraord. cog.
a in Peſcennio Nigro.
b l. 1. C. de annon. & capitat.
c §. feſtinabis. authen. de mandat. princip. ſeu Nouella 17.
d Nouella 25. & ſeq
e l. 1. §. hoc etiā. C. de offic. P. P. Africæ.
f l. nemo minus. 11. C. eod.

## DE APPARITORIBVS, ET Officio P. P. Domeſticis, & Cancellarijs. Cap. IX.

Cod. de apparitorib. Præfector Prætorio. Cod. de aſſ. Domeſticis, & cancellarijs.

IMPRESSAM Notitiam huius Præfecti officium non habere diximus: ſed in manuſcriptis reperitur, ideo hoc loco de eo priùs, generaliter diſſeretur: demum ſingulos eius gradus pro ingenij mei tenuitate explicabo: in re enim tàm obſcura, & iam multis annis extincta, non parum laborandum erit, ut luci reſtituatur. Eadem ferè erant Præſidum & præfectorum officia, idcirco quæ de his dicentur omnibus erunt communia.

In officio P. Prætorio plures militabant, quorum certus numerus ſciri non poteſt. Statuit Iuſtinianus ut officium P. P. Africæ eſſet 398. uirorum, qui in X. ſcrinia, & XI. ſcholas diuidebantur. [g] Sed aliorum numerus longè amplior fuiſse credendus eſt, cùm Comes Orientis DC. in officio homines haberet. [h] hi officiales ſeu apparitores dicebantur, & officium apparitio. [i] Hoc nomen etiam tempore Iuriſconſultorum fuit: nā & tum precepta iudicum, & ſentē tias exequebātur: Scæuola, [k] Miſſus inquit, ex officio annonæ centurio, culleos ad annonam ſuſtulit. Hermogenianus, [l] Si iuſſu, ait, iudicis rei iudicatæ pignus per officium diſtrahatur poſt euincatur, ex empto contra eum qui liberatus eſt, actio datur. Vlpianus (in l. i. §. ſiquis ultro de quæſt.) potes, inquit, ſeruum per officium diſtrahi iubere. Hæc ſunt officia, quæ etiam diebus feriatis admoneri poſſe à præſide Vlpianus ſcripſit. [m] Idem [n] ſi pignora, ait, ueneant per apparitores prætoris, danda non eſt in eos actio re euicta. ipſi ab officio officiales, [o] uel apparitores uocabantur. Iidem cohortales dicebantur, [p] quia formam cohortis ſeu legionis, & priuilegia habebant. [q] Vnde nomina ordinum, & promotionum in militia ad hos ſunt tranſlata, ut Aſconius monet. [r] Accenſus, inquit, nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur Princeps, uel Cōmentarienſis, aut Cornicularius: hæc enim nomina de legionaria militia ſunt. Hæc ille. Accēſus autem propriè ſcriba fuiſſe uidetur. Cicero, [s] Non reprehendo, ait, quod adſcripſit accenſus: cur. n. ſibi hoc ſcribæ ſoli aſſumant? cohortem apparitores intelligit etiam Horatius. [t]

*Perſius exponit cauſam, ridetur ab omni*
*Conuentu, laudat Brutum, laudatq; cohortem.*

Erat autem Brutus Aſiæ prætor, cuius cohortem ſiue officium Perſius laudabat. & Cicero [u] refert Verrem cohortem habuiſſe, in qua tum erant præfecti, ſcribæ, medici, aruſpices, præcones. Quandoque etiam Beneficiarij appellantur, [a] quod nomen & ipſum à milicibus legionarijs deſcendit, in quibus beneficiarij vocabantur beneficio Tribuni ad aliquod officium promoti. Vegetius, [b] Sic omnes, inquit, conſequuti aliquod munus in officio præfectorum, beneficiarii, uel ordinarij vocantur. ita emendandus, & intelligendus eſt Tacitus [c] loquens de proconſule Africæ, & legato legionis AEquatus eſt, ait, inter duos beneficiariorum numerus, ſic legendum pro beneficiorum.

g l. 1. §. item officijs. C. de offic. P. P. Africæ.
h l. 1. C. de
i l. 2. C. de comi. ſacr. largit. l. 1. C. de filijs offic. qui in bell. mort. & plurib. in locis.
k in l. vlt. §. vlt. de pign. act.
l l. antepenul. de euictionib.
m l. 2. de ferijs.
n l. ſi pignora. 50. de euictionib.
o in l. præſidis. 34. de reb. credit.
p in tit. & rubr. C. de cohortalib. principib. cornic.
q l. officia. 4. C. eod. tit.
r in 3. oration. contra Verrem.
s in 5. Actione in Verrem.
t Satyra 7. lib. 1.
u in 4. actione.



a l. officiales, C. 4. de epi. & cle. q̄ eſt l beneficiarii, 7. C. Theo. de cohortalib. & inde emendanda.
b li. 2. ca. 7.
c li. 20.

Ita etiam eos Tertullianus appellat. [d] Neſcio, inquit, dolendum, an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum, & curioſorum inter tabernarios, & lanios, & fures, balnearios, & aleones, & lenones Chriſtiani quoque vectigales continentur: eos intelligit, qui pecuniam dabant apparitoribus, ne tanquam Chriſtiani apprehenderentur. In hoc quoque ſenſu in actis D. Fructuoſi [e] accipiuntur: obſeruātibus, inquiunt, ex officio beneficiarijs.

Nonnunquam ijdem ſcriniarij nuncupātur, quia chartas ad ſe quiſque ſpectantes in ſcrinijs ſcribebant, & cuſtodiebant. [f] Officiales Præfectorum prætorio, & aliorum illuſtrium, & ſpectabilium magiſtratuum, codicillis Principis creabantur. Hæ probatoriæ vocabantur, quæ à Principe, ac magiſtratu, cui inſeruiebant, ſubſcriptæ, in officio relinquebantur: Theodoſius A. [g] In officijs, ait, virorum ſpectabilium Proconſulis Aſiæ, Comitis Orientis, Præfecti Auguſtalis, & Vicariorum nemo admittatur, niſi eum emiſſa probatoria ſacri ſcrinij conſecrauerit, [h] Hæc exemplaria ſeu probatoriæ non ex laterculo maiore, quemadmodum magiſtratuum codicilli, ſed ex ſcrinio Epiſtolarum prodibant, ſicut & officia Vicariorum. [i] Præſidum verò cohortales perpetui erant, [k] & officio obnoxij, [l] quos ſatis erat in matriculis, ſeu albo officialium deſcribi. [m] Die Natalis Domini quotannis Prætoriani apparitores mutabantur; ad gradum enim vel Cornicularij, vel Commentarienſis, prout erat opus, promouebantur, vt auctor eſt Caſsiodorus. [n] Horum munus erat iuſſa Præfecti implere, litigantes in iudicium introducere, acta ſcribere, recitare, & partibus edere, ſententias ſcribere, atque exequi, & alia neceſſaria iudiciorum peragere. [o] Iuſtinianus ad Mennam P. P. [p] loquens de iudicum officijs; Si litis, inquit, introductionem, vel examinationem diſtulerint, pœna vicenarum librarum auri ferian-tur. & infrà clarius patebit. Iidem infirmis mulieribus, & egregijs viris domi iuramentum deferebant. Iuſtinianus, [q] ſi aliqui litigantium nequeunt ad iudices uenire, iubemus dirigi ex officijs miniſtrantibus aliquos, vt eis præſentibus ſacramenta præbeantur.

d de perſecutione in fuga.
e apud Sur. 21. Ianuar.
f l. ſcriniarios 16 C. de teſt. mil. l. nulli, 10. C. de numer.
g l. in his, C. de diuer. offi.
h l. pe. & vl. C. d. tit.
i l. vlt. §. itē ſcrinii C. d. tit. de diuer. offic.
k l. præſidis 34. ſi cer. pet.
l l. antep. pen. & vl. C. de cohor.
m l. 10. C. de cohorta. d. l. 16. C. de teſt. mil.
n in 11. formula promotionis officij prætoriani
o l. 1. & 2. C. de prin. agen. ī reb. l. per Illyricum 9. C. de cohor. l. vl. C. de iu. dom. imp.
p l. vl. C. vt intr. cert. temp.
q Nouel. 124. §. 1 & §. ſinautem, auth. ut litigan. iurent.

Cum verò in aliquem locum ob publicas, vel priuatas neceſsitates mittebantur, lumine, & breui, ideſt, neceſſaria ſupellectili inſtruebantur. Vlpianus, [r] Ne tenuis, inquit, uitæ homines ſub prætextu aduentus officiorum lumine vnico, uel breui ſupellectile ad aliorum vſum tranſlatis iniuriis vexentur, Præſes prouinciæ prouidebit. Præterea in uia præfectum antecedebant, quemadmodum Lictores Conſulem: & hodie multis in locis apparitores Magiſtratus præcedunt. Lampridius [s] loquens de Ducibus militum, apparitores, ait, nullos eſſe paſſus eſt. Tribunis, & Ducibus niſi militem anteire uoluit, iuſsitque, ut ante Tribunum quatuor milites irent, ante Ducem ſex, ante Legatum decem. Curſus quoque publici curam habebant, tributa, reſque fiſcales exigebant: [t] latrones ſibi à ſtationariis indicatos capiebant; ſolebant enim hoc tempore in certis vrbis, aut territorii locis milites collocare, qui ortos tumultus ſedarent, factioſos vincirent, criminaque patrata Præſidi indicarent. [u] Id ab Auguſto inſtitutum fuit. Tranquillus. [x] Graſſatores, ait, diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit, eas poſtmodum Tiberius auxit. idem in Tiberio cap. 32. In primis, inquit, tuendæ pacis à graſſaturis, & latrocinijs, ſeditionumque licentia curam habuit, ſtationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Hi à ſtatione, in qua degebant, ſtationarii dicebantur. [y] Tertullianus, [z] latronibus, ait, inueſtigandis per vniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur; Item Conſtantius, [a] curioſi, uel ſtationarii, uel qui cunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint, & ſibi neceſsitatem probationis incumbere, nec citra periculum ſui, ſi inſontibus eos calumnias nexuiſſe conſtiterit. Ceſſet ergo praua conſuetudo, per quam carceri aliqui immittebantur. Hactenus ille. Tantum enim indicandi, non etiam cuſtodiæ reos tradendi facultatem habebant, in fuga tamen deprehenſos in carcerem detrudebant. Paulus [b] Limenarchæ, inquit, & ſtationarii fugitiuos deprehenſos rectè in cuſtodia retineant. Hos poſtea apparitores ſuſcipiebant aut ipſi inuentos capiebant, & carceri mancipabant; Martyrolog. [c] Doroſtorus in Myſia veteranus, & emeritæ militiæ comprehenſus ab officialibus Maximo Præſidi offertur, cum tormentis ſontes vrgendi erāt, apparitores cruciabant. Gratianus [d] ordo curialis, ait, ab ictibus plumbatarum habeantur immunes ſcituro iudice, ſi ipſe vel eius officium contra legem aliquid vſurpare tentauerit, grauiſsimo ſupplicio eſſe ſubdendum. Hæc ille. Denique quicquid illicitum publicè fieri videbant, prohibere tenebantur, veluti ne hæretici ad cœtum piorū, Litaniaſuè conuenirent, [e] ne quis alteri etiam impio iniuriam inferret, [f] ne idolis ſacrificaretur, [g] & alia huiuſmodi interdicta vetabant: Illud in primis in cohortalibus obſeruabatur, ut gradum, quem ſemel obtinuiſſent, repetere non poſſent, alioquin deportabantur. Arcadius & Honorius, [h] Nullus, inquiunt, Principatum, uel numeratum, uel Commentarienſis gradum, vel cætera officia repetere audeat. Officium græcè ταξὶς & ipſi officiales ταξεῶται vocantur. Specialiter uerò Præfectiani in Præf. Præto. officio merentes dicebantur, quibus ab inteſtato ſine ſucceſſore morientibus Præfecti prætorio arca ſuccedebat. [i] Magna uerò commoda accipiebant: nam à prouincijs annonas, ideſt cibaria habere conſueuerant, pro quibus poſtea pecunia à Principe quandoque 700. & plurium aureorū eſt conſtituta: [k] præterea pro ingreſſu litis ternos, quaternoſuè aut plures aureos pro locorum conſuetudine, aut priuilegio perſonarum à litigantibus exigebant, [l] pro his citandis, pro actis ſcribendis, edendis, recitandis, inſtrumentis exhibendis, ac deniq; pro ſingulis actibus totidem aut plures aureos, minuſuè pro hominum conditione, locorumuè uſu percipiebant: ſimiliter cum ſententias exequebantur, & pignora capiebant, & uendebant, mercedē ſeu ſportulas accipiebant: [m] vbi uerò ſine ſcriptis res agebatur, aureum tantum executor conſequebatur. [n]

r in l. illicitas, 6. ne tenuis, de off. præſ.
s in Alexandro.
t l. 2. C. de cohortal. d. l. officiales, 4. C. de epi. & cleric.
u l. 1. de of. præf. vrb.
x in ep. c. 32.
y d. l. 1. §. fi.
z in apologetico.
a l. 1. C. de cur.
b in l. limenarchæ 4. q. de ſer. fug.
c 27. Maii.
d in l. 80. C. Theo. de decur.
e l. 3. C. de hær.
f l. 6. C. de paga.
g l. 7. C. eo. ti.
h in l. 1. C. ad l. iul. de ambit.
i l. 3. C. de appa. præf. præt. li. 12.
k l. annonam, C. de erog. mili. anno.
l l. pen. §. pen. & ul. ff. de lega. 3. l. omnes, §. executorib. C. de epiſ. & cler.
m l. 1. C. de ſpor.
n l. in ſacris, C. de prox. ſac. ſcri. l. ul. C. de Prin. agen. in reb.

Huic officio ſinguli conſulares Orientis pro inſinuandis codicillis magiſtratus 40. ſolidos ſoluebant ſinguli. Præſides & Correctores 36. Comes Oriētis, & proconſul Aſiæ 80. Comites Phrygiæ Pacatianæ, & Galeatiæ 50. [o] cum igitur 49. prouinciarum magiſtratus, præter Comitem Orientis, Præfectum Auguſtalem, & 4. Vicarios, qui plus ſoluebant, pro inſinuandis magiſtratus Codicillis præſcriptam pecuniam penderent, exigebat id officium hoc nomine plus minus quatuor millibus aureorum. Nouella uerò 8. non niſi 48. Orientis, & Illyrici magiſtratus has ſportulas pendentes recenſet. Quia tum Imperio diminuto veterem formam non ſeruabant.

o Nouel. 8. ſeu auth. ut iud. ſine quoquo ſuffragiant.

Defenſores quoq; cuiuſq; Metropolis officio Præfecti quaternos aureos, alij minorum ciuitatū ternos pendebant, qui ſimul congeſti magnam ſummā colligebant. Nam cū 49. prouinciæ ſub Præfecto Prætorio Orientis, & totidē Metropoles fuerint, ab harum defenſoribus quotānis plus minus 200. aureos capiebant:

bant: Ab aliarum uerò ciuitatum, præfectis aureorum circiter 2000. Quælibet enim prouincia minimum 13. ciuitates, ſed ſæpe plures cõtinebat: [a] annonam præterea à fiſco ſicut & alij officiales habebant. Et cum officium P. P. Africæ aureorum 4253. à fiſco perciperet, nec minus his Præfecti Orientis officium conſecutum fuiſſe eſt credendum. Nummi quoque & anuli eorum, qui vltimo ſupplicio affecti fuerant, quinque aureorum precium excedentes in chartam officialibus emendam impendebantur. [b]

a Nouel. 28. & c. ſcitore, 6. q. 3.

b l. diuus, ad fi. ff. de bon. dam. Cod. de aſſeſ. domeſticis, & cancellarijs.

Cohortales extra ædes Præfecti aut Præſidum habitabant. Alij erant ipſi conuiuentes domeſtici appellati, [c] qui priuata iudicum negotia obibant, ac rationes tractabant. Ex his quidam erant Cancellarij dicti, qui ad priuatos homines Præfecti ſeu Præſidum nomine Epiſtolas ſcribebant, à cancellis, intra quos degebant, nominati, Caſsiodorus [d] Ioanni Cancellario, latere, inquit, non poteſt, quod intra cancellos egeris. Tenes lucidas fores, clauſtra patentia feneſtrata, ianuas, & quàm uis ſtudiosè claudas, neceſſe eſt, vt te cunctis aperias; vndique conſpiceris, qui in illa claritate verſaris. Ad noſtra monita aures animumque conuerte, Fige menti omnia, quæ iubemus. Hactenus Caſſiodorus. Procopius [e] Domeſticum, inquit, Romani arcanorum ſocium appellant, is hodie ſecretarius vocatur. Hi actibus publicis officialium aut cohortalium ſe immiſcere non poterant, quod ſi feciſſent, à maiori iudice puniebantur, [f] Lictoribus tamen, & officialibus Præfecti mandata ſignificabant. Caſsiodorus diuerſis cancellarijs prouinciarum [g] faſces, inquit, iudicum tibi parent, & dum iuſſa prætorianæ ſedis portare crederis, ipſam quodammodo poteſtatem reuerendus aſſumis. Hæc ille. Honorius poſtea prohibuit cancellarios à Præſidibus in prouincias duci, ſed illos ex officijs eligi præcepit, [h] qui depoſito à iudice magiſtratu, quinquaginta diebus, & ipſi in prouincia morari tenebantur, accuſationibus reſponſuri, [i] nec ſub alio officium continuare poterant. [k]

c C. de offi. aſſe. & domeſt. l. 3. l. 1. C. ad l. Iul. repetund.

d lib. 11.

e in 1. de bello Vandalico.

f l. 3. de aſſeſ. & domeſt. & cãcel.

g li. 12. varia. prima formula.

h l. nullus, C. eodem tit.

i l. 3. C. eo. ti.

k l. 5. & 6. C. eo. tit.

Cohortalium officia cum imperio Romano fermè vniuerſa ſunt extincta, aliqua tantum eorum permanent veſtigia; pauci enim hodie relicti ſunt nuncij ſeu viatores, qui olim Principis minſtri, litigantes citabant: neque hi hodie ſemper à magiſtratibus, ſed à Decurionibus ciuitatum plerunque eliguntur. Permanſerunt, & ſatellites, qui delinquentes capiunt, & in carceres detrudunt. Commentarienſis quoque carcerum cuſtos eſt in vſu; ſed magnam priſtinæ auctoritatis partem amiſit. Numerarij cum Singularijs, & Cornicularijs Adiutoribuſque, omnino in deſuetudinem abiere, Et alij ab actis, hodie inuentis noſtris tabularijs, parum frequentantur. Exceptores etiam, qui litigantium acta ſcribebant, nunc extra magiſtratuum officia ex collegijs tabulariorum ciuitatum eliguntur, & ipſi inter ſe hoc munus partiuntur, vnde ſolum executorum litium, & quorundam apparitorum, & Commentarienſis veſtigia permanent. Nunc ſingula officij capita ſunt explicanda.

Cod. de cohortalibus, principib.

## DE PRINCIPE.
### Cap. IX.

IN OFFICIO Præfectorum Prætorio hos gradus Notitia recenſet, videlicet, Principem, Cornicularium, Adiutorẽ, Commentarienſem, Ab actis, Numerarios quatuor, in his auri vnum, operarum alterum, Subadiuuam, Curam Epiſtolarum, Regendarium, Exceptores, Adiutores, & Singularios, quorum plures ſæpe in iure nominantur. [l] Princeps ipſe eſt caput officij, vt ait Suidas, qui omnibus imperat, & quid agendum ſit vbique diſponit: Hunc Primicerium, in officio Præfectorum eſſe, Vegetius ſcribit. [m] Loquens enim de Primipilo primæ cohortis militaris, ait, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda conſequitur, ſicut Primicerius in officio Præfectorum Prætorio ad honeſtum, quæſtuoſumque militiæ peruenit finem. De hoc autem officij Principe intelligit. Marcellinus quoque, [n] Ruſinum apparitionis præfecturæ prætorianæ Principem appellat. Quandoque Primiſcrinius officij vocatur: cùm enim quiſque primas cohortalium proprium ſcrinium haberet, huius primum dicebatur ſcrinium. [o] Gratianus [p] Primiſcrinijs, inquit, officij tres libras auri perſoluet. Idem [q] ad Potitum Vicarium; Exhibitus, ait, ab eo apparitore, cui primum traditus fuit, obſeruari eum decernimus, primiſcrinio, qui iuſſa temerauerit, quinque librarum auri condemnatione mulctando; ita vulgò accipitur, ſed adiutorem ibi primiſcrinium dici puto. Alias pro numerario primiſcrinius accipitur.

l l. 1. C. ad l. Iul. de ambi. & ii. C. de nume. chartular. Adiutor. ſcriniar. & excep. in l. 1. & ul. C. de appar. præf. præto. & C. de princip. agen. in reb. lib. 12. & alibi.

m li. 2. cap. 21.

n lib. 15.

o l. 1. §. ĩ ſcrinio primo & ſeq. C. de off. præf. prætor. Afric.

p l. 3. C. de diu. offi.

q l. 1. C. de ſportul.

Princeps vero hic appellatur exemplo Principis primæ cohortis, qui præerat centum quinquaginta militibus; eum Pædianus Accenſo legionis comparat. [r] Accenſus eſt, inquit, nomen ordinis, ac promotionis in militia, nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Hæc ille. Exemplo ergo Principis legionis, propè omnia, quæ in iudicijs ordinanda ſunt, ad hunc pertinent. Vegetius [ſ] ab hoc Princeps, inquit, in officio nomen habuit, quia & ipſe omnia, quæ ab officialibus agenda erant, ordinabat; illi enim ſine ipſo nihil exequebantur; Nullus in carcerem detrudi, nullus aduocatus introduci, ipſo inſcio, poteſt. Gratianus. [t] Agentes, inquit, in rebus poſt palmam laboris emeriti Principatus honore muneramus, atque ideo officiales, tam ad neceſſitates publicas, quàm priuatas, non niſi Principe mittantur auctore, nullarum ſine ipſo cuiquam mandetur exhibitio perſonarum. Hæc ille. Ex agentibus in rebus Principes quorundam officiorum creabantur, vt Vicariorum, [u] Comitis Orientis, Proconſulis Achaiæ, Præfecti Auguſtalis, & Limitaneorum Ducum. Hic ergo Princeps litigantes ad Præfectum citari iubebat, omniaque iudiciorum acta exequebatur, [x] Symmachus, [y] cum ad eius ædes, inquit, Princeps officij commeaſſet, & obſtinatam hominis contumaciam non poſſet inflectere, inanem Syngrapham reportauit. & paulò poſt. Hoc vbi Princeps officij comperit, paucis comitatus excurrit, retinet Felicem celebri vrbis loco, nec tamen eripit: Deinde à Principibus vtriuſque officij perducitur. Hæc ille. ex quibus conſtat reos criminis iuſſu huius Principis ſolitos comprehendi. Idem iudicia actori dictabat, & libellum reo edendum componebat. Martianus. [z] Qui inquit, iudicium dictauerint hæredi, ſeparationem, quaſi hæreditarij poſſunt impetrare, quia ex neceſsitate hoc fecerunt, ſcilicet cùm eſſent officiales, vel huius Principis miniſtri. Sed præcipua exigendorum tributorum illi cura incumbebat, vt Caſsiodorus [a] refert. Multa verò conſequebatur commoda; Nam præter ſuperius dicta omnium ſportularum, quæ à litigantibus ſoluebantur, particeps erat. [b] Ipſe uerò cum litigabat, leuiores ſportulas ſoluebat. [c] Maius etiam ſtipendium, quàm ceteri officij ſummates percipiebat. In officio enim P. P. Africæ ſex annonas ideſt alimenta pro totidem perſonis, & quatuor capita ideſt pabula pro totidem equis capiebat: Pro ſingulis verò annonis quinos ſolidos, pro ſingulis capitibus quaternos Iuſtinianus [d] taxauit. Alij cohortales pauciores annonas, & capita conſequebantur. Proprium hic Princeps ſcrinium habebat, cui plures ſeruiebant, qui ſingulis diebus ab eo acta, vt rerum geſtarum veritas appareret, diligenter ſcribebant. Hi in officio P. P. Africæ erant numero 10. inter quos primicerius, ſecundo, tertio, & quartocerius præ cæteris annonarum & capitationum numero, auctoritateque eminebant. [a] Domeſticum etiam cancellarium Princeps habebat, cui ſecretiora ſcribenda committebat, [b] clariſsimuſque vocabatur, [c] & alijs gaudebat honoribus, de quibus in Principe officiorum Comitis Orienſis dicetur. Hic hodie non eſt in vſu, ſolùm quædam eius, vt diximus, miniſtrorum veſtigia extant. Viatores enim ſeu Nuncij nunc litigantes citant, ſententiaſque exequuntur.

r in iij. contra Verrem.

ſ lib. 2. c. 8.

t in l. 1. C. de prĩcip. agen. in reb.

u l. eos. C. de prĩcip. agen. in reb.

x l. 1. & 2. C. eo. ti. de prin. agen. in reb. li. 12.

y li. 1. epiſt. 22.

z in l. ul. de ſep.

a in 11. in delegatoria principis

b l. ult. C. de re milit. l. ul. C. de prin. agen. ĩ reb.

c d. l. fi. C. de prĩcip. agen. in reb.

d l. 1. C. de offi. præf. præt. Afric.



a l. 1. in Notitia C. de offi. præfe. præt. Aric.

b l. 4. C. de princ. agent. in reb.

c l. vlt. C. eo. tit.

Cod. de cotur. princ. cornicularijs.

## DE CORNICVLARIO.
### Cap. XI.

PRINCIPEM ſequitur Cornicularius, quem Accurſius [d] ſimplicem prætorium apparitorem eſſe opinatur. Alciatus Principis miniſtrum. Sed eum inter primates officij tam Notitia quàm iura collocant. Valentinianus [e] Sciant, inquit, Principes, Cornicularij, & primates officiorum, ternas libras auri è ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis viris ſecretarij iudicum non patuerit ingreſſus. Ego illum fuiſſe puto, qui iuſſa, ſententias, & decreta Præfecti prætorio, aut Præſidis ſcribebat & publicabat. Caſſiodorus lib. 11. variarum ad Anatolicum loquens de Corniculario; Præfuit, ait, iuribus ſecretarij prætoriani, ita enim legendum eſt, pro curribus, vt vulgo habetur. Secretarium verò pro vſu illorum temporum tribunal appellat, in quo ſenſu & iura poſteriorum Principum accipiunt. [f]

d in l. 2. C. de proxi. ſacro. ſcrinio.

e in d. l. 2. & in l. ſin. C. de offi. diuer. iudi.

Cornicularij nomen eſt antiquum: Tribuni enim plebis illum apud ſe habebant, quorum acta, plebiſcita, iuſſaque ſcribebat, & ſeruabat. Valerius [g] nanque auctor eſt, Letorio Tribuno militari à Caminio Trib. plebis diem dictam, quòd Cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet, diuque hoc nomen permanſit. Cornicularius autem quòd pro inſigni cornu vteretur, vel fortè ex eo ſilentium litigantibus indiceret, denominari potuit. Iulius Firmicus [h] eum ſententias in delinquentes latas ſcripſiſſe innuere videtur. Erunt, inquit, Cornicularij aut Commentarienſes, quibus damnatorum cura committebatur, ſeu Clauicularij vel carcerum cuſtodes, & quibus publicarum catenarum cura mandatur. Hæc ille. Intererant & quæſtionibus, quæ de reis criminum habebantur, & fortè torquebant, vt ex actis martyrum conſtat. [i] Maximus, inquiunt, præſes dixit, tangite corpus eius: Anaxius Cornicularius dixit, conſenti præſidi. Hactenus acta. Maternus quoque [k] eos ſententijs damnatorum exequendis præfuiſſe ſcribit. Corniculario præconem paruiſſe puto, per quem ſtatuta iudicum publicabat, & in iudicijs neceſſarius erat, per ipſum enim abſentes vocabantur. Marcellus, [l] ſi citatus non reſpondit, confeſtim autem iudicem pro tribunali ſedentem adijt, exiſtimari poteſt, parùm exaudita voce præconis defuiſſe. Iuſtinianus A. [m] iubemus, ait, ordinarios iudices non ſolùm uoce præconis, ſed & propoſitis edictis abſentem vocare in iudicium, quia vox præconis paucis innoteſcit. Edictum autem citationem appellat, quia ſecundum edicti ritum fiebat: & ita appellant Iureconſulti. Vlpianus, [n] Ad peremptorium, inquit, edictum hoc ordine peruenitur. Hac ratione & litteræ, quas de aduentu ſuo Proconſul in prouinciam per præconem mittit, edicta vocantur. Vlpianus, [o] Antequàm, ait, prouinciæ ſibi decretæ fines Proconſul ingrediatur, edictum debet de aduentu ſuo mittere, & poſt pauca. Rectè & ordine faciet, ſi edictum deceſſori ſuo miſerit, ſignificetque qua die fines ſuos ſit ingreſſurus, quod per præconem quemadmodum & alia multa facta fuiſſe veriſimile eſt. Aſconius [p] in Verrem, apud veteres, inquit, & iudices, & reus, & accuſatores, & defenſores dicebantur à præcone, ideſt, alta voce enunciabantur. Officium præconis egregiè Apuleius in Floridis [q] deſcribit. Præco, inquit, cum Proconſule & ipſe tribunal aſcendit, & togatus illic videtur, & quidem perdiu ſtat, aut ambulat, aut plerunque attentiſsime clamitat. Enimuerò ipſe proconſul moderata voce rarenter, & ſedens loquitur, & plerunque de tabella legit, quippe præconis vox garrula miniſterium eſt proconſulis. Hæc Apuleius. ſolebat & præco tempore, quo ſontes plectebantur, ſupplicij cauſam enunciare. Gordianus A. [r] Fuſtibus, inquit, cæſum, cui per præconem dictum eſt, ἐσυκοφάντησας ideſt, calumniatus es, vt calumniatorem videri notatum. Spartianus quoque auctor eſt Seuerum, cùm Africæ Proconſulis legatus eſſet, quendam Leptitanum olim ſuum contubernalem, qui ſe amplexus fuerat, fuſtibus iuſsiſſe cædi cum hoc præconis elogio. LEGATVM POP. ROM. HOMO PLEBEIVS TEMERE AMPLECTI NOLI. D. Ambroſius ſermone XC. iuſſit, inquit, ad lupanar duci ſub voce præconis dicentis Agnem ſacrilegam virginem dijs blaſphemiam inferentem ſcortum lupanaribus datum. & iſtud eſt ſuperdicere. [ſ] Vlpia. ſi quis, inquit, peierauerit, fuſtibus eum caſtigandum, & ita ei ſuperdici. προπετῶς μὴ ὄμνυε. Hæc de præcone latius differui, quia ipſum Cornicularij miniſtrum fuiſſe puto.

f l. vl. C. vbi ſena. vel clariſſ. l. 2. & 5. C. de proxi. ſacr. ſcrin. l. vlt. C. de offi. diuerſo. iudic.

g lib. 6. c. 1.

h lib. 1. matheſ. l. cap. 6.

i Cæſar Baro. in anna. 290.

k lib. 2.

l in l. diuus, in prin. de in integ. reſt. minor.

m in Nouella 122. ſeu §. iubemus, in auth. de litigio.

n in l. ad peremptorium cũ ſeqq. de iudi.

o in l. obſeruare, §. 2. de offi. proc.

p in tertia oratione in princ.

q lib. 1. in fi.

r in l. fuſtibus. C. ex quib. cauſ. infa. irrog.

ſ l. ſi duo, §. vlt. ff. de iur. iur.

Sed, vt ad Cornicularios reuertamur, Magiſtri militum, aut Comites vel Duces eis carebant, quòd paucis decretis, aut ſententijs inter milites ferendis non eſſent neceſſarij: Sed Princeps officij eo munere facili poſſet fungi. Anno tantùm Cornicularius vſque ad feſtum Domini Natiuitatis manebat in officio, tùm pro ſtrena VII. ſolidis acceptis exibat. Caſsiodorus [t] Illi, inquit, qui inculpabiliter Cornicularij eſt perfunctus officio, VII. ſolidos longæua conſuetudo deputauit. Emeritus etiam Comitis dignitate honeſtabatur, [u] & immunitatem à iudicum indictionibus habebat? [x] Hic, vt alij apparitores Præfecti Prætorio, proprium habebat ſcrinium, in quo plures miniſtrabant, qui iudicum ſententias, decreta, iuſſa, & edicta ſcribebant & conſeruabant. Apud P. P. Africæ. in Cornicularij ſcrinio erant decem, quibus ex publico annonæ dabantur. Hic ab Imperatore, vt alij huius officij homines in ſcrinio epiſtolarum probandus erat. [y]

t in 11. variar.

u l. vlt. C. de numerar. & actuar.

x l. Cornicularii, C. de apparito. præf. præto.

y Symmach. epiſto. 42. lib. 1. l. vl.

C. de diuer. offi. Cod. de numera. actua. Cart. & adiutoribus.

## DE ADIVTORE.
### Cap. XII.

POST Cornicularium erat Adiutor, is vulgò intelligitur, qui alterius vices ſeu locum implet. Caſſiodorus, [z] Adiutor, inquit, etiam noſtris præſentatur obtutibus, vt vicaria ſorte beneficij, eligamus eius præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatium: Hæc ille. ſic Scæuola [a] Adiutores actoris ſerui appellat, qui eius vice fungebantur, & illum adiuuabant. Liuius, [b] Marcus Tullius, inquit, Syllanus pro prætor ad res gerendas adiutor datus. Cæſar. [c] Huic, quòd valetudine minus

z lib. 6. variar. in magiſteriæ dignita. for.

a l. Sticho. §. item quæro, an ea quæ exacta ſunt, ff. de ſtatu lib.

b in 6. 3. decadis

c in 3. de bello ciuili.

commoda utebantur. Fuluium Poſthemium adiutorem ſubmiſerat. erat uelut qui datur coadiutor Epiſcopo. [a] Id clarius ſignificat Valentinianus. [b] Ad Commentarienſem, inquit, receptarum perſonarum cuſtodia obſeruatioque pertineat. Si Commentarienſis neceſſitate aliqua procul ab officio egerit, adiutor eius pari cura inuigilabit: Ibi adiutor aliud quam vices Commentarienſis gerentem ſignificare non poteſt. In hoc ſenſu accipit, & Paternus, [c] Adiutores, ait Corniculariorum grauiorum munerum immunitatem habent. Sed etſi negandum non eſt Cornicularium adiutorem habuiſſe, hic tamen, ut apud alios magiſtratus adiutor totius officij intelligitur, cuius capita tantùm in Notitia nominantur. Nec ſtatim poſt Cornicularium adiutor ſemper ponitur; ſed ſæpe poſt Commentarienſem & alios locatur. Hunc Gratianus adiutorem officij uocat, [d] Adiutores, inquit, officiorum libram auri fisci iuribus ſoluent, niſi ſtatuta fuerint cuſtodita: Theodoſio [e] primicerius adiutor officij P. V. tanquam in eo præcipuus uocatur, ita enim, [f] ad Conſtantinum P. vrbi ſcribit, Primicerius, adiutor tuæ ſedis officij curam perſonarum ſuſcipiat, ideſt reorum: ſic etiam Conſtantinus perſonam pro reo accipit. [g] ne quis, inquit, perſonam licet pro manifeſto crimine apud ſe habeat in cuſtodia. hic Adiutor delinquentes plerunque capiebat, & carceri demandabat, torquebat, & fortè ſupplicio afficiebat: Non ſolum enim officij ſed & Commentarienſis plerunque erat adiutor, [h] olim optio eſt dictus ab optionibus, qui erant in Legione, Vegetius, [i] optiones, inquit, ab optando appellati, quod antecedentibus ægritudine præpeditis, hi tanquàm adoptati eorum, atque vicarij ſolent uniuerſa curare, hęc ille. Adiungebantur autem centurionibus, & ordinarijs quibusque optiones in legione, ut eorum uicem ſubirent. Feſtus, optio, inquit, qui nunc dicitur, antea appellabatur accenſus, his adiutor dabatur centurioni à Tribuno militum, qui ex eo tempore, quem uelint, permiſſum eſt centurionibus optare, & nomen ex facto ſortitus eſt. Tranſlatis uerò in officia magiſtratuum nominibus præcipuorum legionis, etiam commentarienſis & officii adiutor, optio eſt nuncupatus: Vlpianus, [k] loquens de nummis & anulis, quos habent damnati ad ultimum ſupplicium. Nec ſpiculatores, inquit, ultro ſibi uendicent, nec optiones ea deſiderent, quibus ſpoliatur, quo momento quis punitus eſt. Hanc rationem non in compendium ſuum debent Præſides uertere, ſed nec pati optiones, ſeu Commentarienſes ea pecunia abuti, optiones hic Commentarienſium adiutores appellat, ſic optiones auxiliares milites quaſi exercitus adiutores uocantur. [l] Hi à Gratiano, [m] & Theodoſio, [n] adiutores primiſcrinii in officiis magiſtrorum militum nominantur: cum uerò in torquendis reis eorum opera uerſaretur, non abs re fuerit quædam circa hoc breuiter percurrere; Non enim antiquitus, ut nunc, rei olim quæſtionis habendæ gratia torquebantur, cùm prohibiti eſſent cruciatus, quibus articuli, aut membra diſſoluntur, [o] ſed unguibus ferarum reorum latera perſecabant, aut laminas ferreas, ignitaſque carni admouebant, [p] Quandoque neruo, fuſtibuſuè, [q] aut plumbatis [r] cædebant: ſunt autem plumbatæ uirgæ pilis plumbeis, aut Martiobarbulis, ut appellat Vegetius. [ſ] infixę. Zoſimus, [t] plumbeis, inquit, pilis in ceruicem uerbera dari iubet. Metaphraſtes. [u] iuſsit eum uerberari globis plumbeis: Alibi has virgas plumbeas uocat. Fidiculis quoque membra conſtringebant, x ex neruis hæ fiebant, quibus citharæ ad pulſandum inſtruuntur. Tranquillus in Tiberio, [y] ueretris, inquit, deligatis reos fidicularum, ſimul urinæque tormento diſtenderet; Eculeo etiam rei cruciabantur. [z] Id erat lignum in ſummo acutum, quo nudi inſidentes diſtendebantur: Diuus Auguſtinus ad Marcellianum Comitem. [a] Tantorum, inquit, ſcelerum confeſsionem, non extento eculeo, non ſulcantibus ungulis, non urentibus flammis, ſed uirgarum verberibus eruiſti. Hæc ſunt tormenta in iure nominata. Ioſephus uerò de Machabæis recitat rotas, radios, ungulas, rotabula, catapultas, lebetes, cataſtas, frixoria digitaria, pugillaria, manus ferreas, ſubulas, ſuccenſoria, ollas æneas & ſartagines. ſed hæc rarò in uſu fuiſſe cenſeo. Quæ uero ſuprà ex iure recenſuimus, plurimum uſitata fuiſſe puto. Succenſorium autem Ioſephus appellat quoddam ad flammam excitandam ferrum. Quandoque etiam plumbum liquefactum axillis infundebant, quod ad inteſtina uſque perueniebat, ut in Samona Metaphraſtes tradit. Impuberes uerò ad eruendam ueritatem habena uel ferula cædebantur, [b] Eodem modo in Clericos, & Doctores quæſtio ex ercetur. [c]

Inter homines Adiutoris ſpeculatorem fuiſſe exiſtimo, qui carnificis officio fungebatur, ut ex Diuo Mattheo conſtat. [d] Miſſo, ait, ſpeculatore, iuſsit afferri caput ipſius, & ille abijt, & decollauit eum in carcere. Diuus Chryſoſtomus ibi ſpeculator, inquit, miles eſt carnifex deputatus ad hoc, ut occidat, & hic gradus erat in officio. Valentinianus, [e] ordinariorum, inquit, iudicum apparitores, qui uel ſpeculatorum, vel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero laxentur, priuſquam primipili pactum compleuerint. Hæc ille. Dictus autem uidetur ſpeculator, quia armis ſpeculatorum utebatur, hi erant milites legionis I. & II. haſtis utentes, Tranquillus in Claudio. Neque conuiuia inire auſus eſt, niſi & ſpeculatores cum lanceis circumſtarent. & in Galba, Deſcendentem Galbam ſpeculator impulſa turbæ lancea propè uulnerauit, & Tacit. [f] loquens de Othone, tres & uiginti ſpeculatores conſalutatum imperatorem ſellæ feſtinanter impoſitum, ſtrictis mucronibus rapiunt. & in marmore antiquo legitur SCHOLA SPECVLATORVM LEGIONVM. I. & II. ADIVTRICVM PIARVM FIDELIVM.

Hic Adiutor ſuum habebat ſcrinium, in quo decem homines apud Prefectum Prætorio Africæ militabant. [g] qui delinquentium nomina, ſtatum, exitumque notabant, & in ſcrinio ſeruabant. Alibi Adiutores pro Quæſtoris miniſtris accipiuntur, [h] quos ille ex diuerſis ſcrinijs ſumebat, [i] Horum exemplo inductum, ut infirmis epiſcopis coadiutores uocati dentur. [k]

a can. ſcribit. 7. q. 1.
b l. ad commentarienſem, C. de cuſto. reor.
c l. fin. ad ſin. ff. de iur. immunit.
d in l. 3. in fi. C. de diuer. off.
e l. ul. C. de off. Præf. urb.
f in d. l. ult.
g in l. 1. C. de cohortalib.
h d. l. ad commẽtarienſem.
i li. 2. ca. 7.
k in l. diuus §. 1. ff. de bon. damnato.
l in l. ult. C. locatio. Nou. 116. ad medium in nomocan. tit. 13. c. 3
m in d. l. 1. C. de ſportul.
n in le. 31. C. de appari. præf. præ.
o §. quia ueritas, Aut. ut nulli iud. ſeu Nouel. 134.
p l. 2. C. de emẽdat. ſeruor. l. 7. C. de malefic.
q l. nullam, C. ex quib. cauſ. infam. ir rog.
r l. quilibet 40. C. de decurio. C. de ex acto. tributo.
ſ li. 1. ca. 17.
t in S. poſt prin.
u in d. cæcilia,
x l. 4. c. ad l. Iuli. Maieſt.
z cap. 62.
y l. 1. C. de pun.
a C. 2. 23. q. 5.
b l. 1. §. impuberis. ff. de ſena. cõ. Sillania.
c c. 1. §. pen. 23. q. 5. Abb. in c. in contemplatione q. 5. de reg. iur.
d cap. 7.
e in l. 7. C. de cohortal.
f li. 17.
g l. 1. C. de offi. P. p. Afr. in Noti.
h in l. comperimus, C. de prox. ſacr. ſcrinior.
i in l. nulli C. de numer. lib. 12
k c. 1. cum ſeq. 7. q. 1. Cod. de numara. actua. & chartul.

## DE COMMENTARIENSI. Cap. XIII.

SEQVITVR in officio Commentarienſis, qui carceribus præerat. [l] Vlpianus [m] de pannicularia, & veſtibus damnatorum ad mortem loquens. Hanc, inquit, rationem non in compendium ſuum, debent Præſides uertere, ſed nec pati optiones, ſiue Commentarienſes ea pecunià buit. Id clarius explicat Valentinianus, [n] Ad commentarienſem, inquit, receptarum perſonarum cuſtodia obſeruatioque pertineat. Iulius Firmicus [o] erunt, inquit, Cornicularij, aut Commentarienſes, quibus damnatorum cura committitur. Hi verò, quos cõmentarienſis carceri includebat, ſi criminis qualitas vincula exigebat, latioribus catenis vt cruciatio deeſſet, vinciebantur. Nec manicis ferreis oſsibus inhærentibus conſtringebantur. [p] Neruo etiam, id eſt vinculo ferreo, ut Feſtus interpretatur, pedes, & quandoque ceruicem impediebant: Sed verius eſt hunc Neruum bubulum fuiſſe; ſiquidem Metaphraſtes auctor eſt Diuum Chryſanthum à militibus, neruis madefactis vinctum fuiſſe, vt illis areſcentibus, & ad oſſa vſque penetrantibus angeretur. Ii vſque ad ſeptem foramina habuiſſe dicuntur, & quem maximè torqueri volebunt, vſque ad ſeptimum punctum arctabant. [a] Carceri incluſis, Commentarienſis, ſi erant inopes duas, aut tres diurnas libellas pro alimentis dabat, ex annona, quo pauperes alebantur: [b] libella verò eſt argenteus nummus fermè aſſem æquans, & decima denarij, inquit Varro. [c] Proſpicere etiam commentarienſem oportebat, ne in carceribus viri cum fœminis permiſcerentur; [d] Item triceſimo quoque die numerum perſonarum carceri incluſarum, varietatem delictorum, clauſorum ordines, ætatemque vinctorum Præfecto aut iudici ſuggerere tenebatur, ne rei diu in carcere macerarentur, [e] Plures verò miniſtros ſub ſe habebat Stratores nuncupatos, qui carceribus mancipatos cuſtodiebant, illiſque neceſſaria præbebant. Vlpianus, [f] In eadem cauſa ſunt, inquit, vt reſtituantur, qui à militibus, ſtratoribuſque adſeruantur.

l l. carceri C. de cuſto. reor.
m in l. Diuus. §. 1. ff. de bon. damnator.
n in l. ad cõmentarien. C. de cuſt. reor.
o l. 3. mathuſeos cap. 6.
p l. 1. C. de cuſt. reor.





In actis quoque D. Cypriani legitur eum à Stratore, & equiſtratore ex cuſtodijs officij currui impoſitum, & ad proconſulem Africæ Galerium Maximum perductum. Hi ex domeſticis proconſulis eſſe non poterant, vt Vlpianus ſcribit. [g] Nemo, inquit, proconſulum ſtratores ſuos habere poteſt, id eſt ex ſuis, ſeu domeſticos, vt ego interpretor; & hoc, ne corrupti pecunia eos dimittendi occaſionem quærant, aut aliam ob cauſam pecuniam extorqueant. His ad comprehendendos delinquentes vtebatur; nam & quandoque hoc fuit Commentarienſis officium; Iuſtinianus enim [h] præcipit Præfecto Auguſtali, ut Commentarienſem ad comprehendendos delinquentes mittat, idem Metaphraſtes teſtatur, [i] cum cognouiſſet, inquit, proconſul, quæ facta erant in ciuitate, mittit Commentarienſem cum magno auxilio, & conijcit eos in cuſtodiam, qui gerebant res publicas, & adducit Cæſaream ad P. P. Africæ.

Cum autem examinandi erant criminum rei, Commentarienſis eos ad Tribunal Præfecti, uel præſidis ducebat, vt ex actis D. Claudij Aſterij, & Neonis martyrum ſub Diocletiano Imperat. apparet. [k] Lyſias, inquiunt, Achaiæ proconſul ſedens pro tribunali dixit, adducantur examini meo Chriſtiani, qui huius vrbis AEgeæ magiſtratibus traditi ſunt ab officio. Eulalius Commentarienſis dixit, iuxta præceptum tuum domine, quos huius Vrbis magiſtratus comprehendere potuit Chriſtianos, offert tres pueros fratres, & duas fœminas atque infantulum: ex his vnus aſtat in conſpectu claritatis tuæ, poſtea ſequitur: cum D. Claudius interrogatus, & tortus eſſet, Lyſias dixit, deponite, & in carcerem ducite, & alium adhibete. Eulalius Commentarienſis dixit, quemadmodum præcepit poteſtas tua, Aſterius adſtat frater ſecundus. Et infra, perducta eſt à Commentarienſi Domina. dixitque Eulalius Commentarienſis. Adſtat Domina. & paulò poſt. Eulalius Commentarienſis ait, Theonilla adeſt. Acta etiam delinquentium, & eorum ſponſiones ſcribebat, in Commentariaque referebat, & ob id Commentarienſis vocabatur; Id ex epiſtola Aſterij Amaſeæ Epiſcopi, [l] liquet; loquens enim de D. Euphemiæ martyrio, ait, Adſunt & Commentarienſes tabulas, & ſtilos geſtantes manibus, quorum alter abducta à cera manu ſerio admodum Virginem aſpicit, faciem ad illam inclinans, quaſi iuberet, vt altius loquatur, ne auſcultatione impeditus vitiosè ſcribat, falſauè aut dubia. Hæc ille. Heſychius Græcus iuris interpres, Commentarienſis, inquit, eſt, qui inſcriptiones ſeu titulos criminum recipit, & ideo Paulus, [m] Quoties, ait apud fiſcum agitur, actorum poteſtatem petendam eſſe, vt his vti liceat, eaque manu Commentarienſis adnotanda eſſe. Quòd ſi aliter proferantur, is qui ita protulit, cauſa cadat. Commentarium verò liber eſt, in quo res ſummatim, & quaſi per capita deſcribuntur. Cicero in Bruto, Non eſt oratio, ſed quaſi rerum & orationis Commentarium. paulò plenius Seneca, [n] Nunquam ſine Commentario dixit Seuerus Caſsius, nec hoc contentus erat, in quo res nudæ ponuntur. Quintilianus vix diſplicet mihi quæ ſcripſerimus in ſummas, ſiue commentaria, & capita referre. Torquebat & quandoque ipſe Commentarienſis ſontes, vt ex actis D. Guriæ, & Sonnonæ martyrum apud Metaphraſtem conſtat. [o] damnatos quoque puniri curabat, nam aſtans ſpiculatori, iubebat, vt iudicis ſententiam exequeretur, vt ſuperiora acta oſtendunt. [p] Lyſias, inquiunt, introgreſſus obduxit velum, & poſt exiens ex tabella recitauit ſententiam dicens, Claudius, Aſterius, Neon fratres Chriſtiani Deos blaſphemãtes, & ſacrificare renuentes ante atrium cruci affigantur, & corpora eorum auibus laceranda relinquantur. & ſubijcit. curent hæc Claudius Commentarienſis, & Archelaus ſpiculator. Is verò erat, qui criminales ſententias exequebatur, & condemnatos puniebat, vt aliàs diximus. Adiutorem Commentarienſis habebat, qui eius abſentis officium implebat. Valentinianus, [q] ſi Commentarienſis, inquit, procul ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus vigilare cura. Idem ſcrinium habebat, in quo erant xij. homines, qui ſingulas ex publico annonas percipiebant. Exceptores peracto tempore officij ſui, Commentarienſes fiebant. [r] Hi hodie ab aula receſſerunt, ſolus permanſit miniſter carcerem cuſtodiens. Acta criminalia recitat Simeon Metaphraſtes. [ſ]

a Euſeb. li. 5. hiſto. eccl. c. 1. & in Vita S. Vectii pagati ſecundæ charix presbyteri, & Diaconi martyris
b l. iudices, 9. C. de epiſ. audien.
c lib. 5. de ling. latin. de qua Cice. in 3. in Verrem. Bud. in 1. & 2. de aſſe.
d l. 3. C. de cuſt. reor.
e l. de his, S. C. de cuſto. reor.
f in l. 10. ex quibus cau. maio.
g in l. 4. §. 1. de offi. proconſ.
h Edicto 13. cap. 12. 17. & 23.
i 26. Februa. in S. Porphyrio.
k Sur. 23. Augu. Cæſ. Baro. in anna. 285.
l in 7. Synodo actio. 4.
m in l. fraudem, §. quoties, ff. d iu re. fiſc.
n li. 3. declamatio.
o 15. Nouẽb. & Surium.
p 23. Augu. apud Surium.
q in l. ad Commentariẽſem. C. de cuſto. reor.
r l. 2. C. Theo. de numerar.
ſ primo Apri.
Cod. de nume. actua.

## AB ACTIS. Cap. XIIII.

PRAECIPVVS ac neceſſarius in Præfecti aliorumq; magiſtratuum officijs erat actuarius, uel ab actis dictus, [t] qui non litigãtium acta in iudicio ſcribebat, illa enim ab exceptoribus notabãtur, [u] ſed diuerſa contrahentiũ, & aliorum negocia coram iudice fidẽ apud oẽs factura chartis mandabat. Neceſſarius autem fuit antiquitus horum vſus, quia & ſi tabelliones rerum periti contractus ſcribebant, [x] nondum tamen eam auctoritatem, quam nunc habent, obtinuerant, ut teſtibus non interrogatis, ipſorum inſtrumentis crederetur, quod ex noſtris legum interpretibus aliqui, vt Bal. & Iaſon rectè ſenſerunt, [y] id etiam a Iuſtiniano [z] apertè declaratur, qui teſtes inſtrumentis à forenſibus cõditis ſubſcriptos vult de illorũ ueritate interrogari, & ſi mortui ſint, ſcripturã carere fide, & alios qui haberi poterũt, examinari; ac comperta veritate, rem actis inſinuari, quæ perpetuam fidem facient. Inuenti ergo ſunt actuarij, vt eorum ſcripturis publica, i. iudicis præſentia munitis, [a] firma, indubitataq; fides adhiberetur, [b] vnius enim hominis ſcripturæ extra iudicium factæ fidem adhibere minus tutum videbatur; Conſtantinus [c] denũciari, inquit, apud prouinciarũ rectores, uel apud eos, quibus conficiendorum actorũ ius eſt, decernimus, ne priuata teſtatio mortuorum, aut in diuerſis terris abſentium, aut eorum, qui nuſquam gentiũ ſint, ſcripta nominibus falſam fidem rebus non geſtis affigant. Hæc ille. Itaq; teſtamenta, contractus, aliique actus, & inſtrumẽta ab actuariis publicè conſcripta, etiam mortuo iudice ubiq; plenam, & indubitatã fidem faciebant: [d] Honorius [e] geſta, inquit, quæ ſunt trãſlata in publica monumẽta, habere volumus ppetuã firmitatem, neq;. n. morte cognitoris perire dẽt publica fides. Hinc legimus donationes actis inſertas

t l. per hãc, §. quorum, C. de aduo. diuer. iud.
u l. in ſacris ſcriniis militantes, C. de prox. ſacro. ſcrinio.
x Auth. de tabel. §. 1. ſeu nouel. 44.
y in l. prætor in prin. ff. de eden.
z in §. ſi verò nullus, aut. de inſtr. caut. & fid. ſiuè nouel. 73.
a l. 2. C. de cuſto. reor. l. in hac C. de don. gl. in l. acta. C. de re iud.
b l. vl. C. de re iudica.
c in l. 2. C. Theo. de denuncia.
d l. teſtamẽta 28 C. de teſta. l. ĩ hac in fi. C. de don. l. vl. C. de re iud.
e l. ul. C. de re iudic.

etiam ſi amplæ ſint, & quingentos aureos excedāt, non poſſe amplius, vt fictas & ſimulatas argui, cum firmum robur ex publicis geſtis acceperint, [a] ſic multi de iniuria ſibi illata, vel dolo apud acta conteſtabantur, [b] iudicem ſuſpectum recuſabant, [c] ſe falſa ſpe pecuniam ſibi numeratam cōfeſſos querebantur, [d] vt perpetuum, & inconcuſſum rei teſtimoniū permaneret. Nautæ etiam Romam frumentum vehentes, ſe id incorruptum accepiſſe in actis Præſidum teſtabantur, vt perpetuum facti monumentum ſemper appareret. [e] Epiſcopus quoque qui pecuniam ad redimendos captiuos relictā exigebat, id in actis maniſeſtabat. Leo A. [f] cum Epiſcopus, inquit, pecunias fuerit conſecutus, ſtatim geſtis interuenientibus, earum quantitatem, & tempus, quo ſuſcepit, apud Rectorem prouinciæ publicare debebit. ſimiliter nomina cuiuſque fori aduocatorum, quorum certus erat numerus, in actis ſcribebantur, [g] teſtamenta reuocabantur, [h] leges inſinuabantur, [i] & alia plurima ad æternam memoriam conſeruandam in eis fiebant, quæ paſſim in iure occurrunt.

Hæc acta aliquando geſta, [k] quandoque publica monumenta, [l] nonnunquam inſtrumenta forenſia, vel ſimpliciter publica, [m] aut publica teſtificatio, [n] vel publicæ chartæ tabulæue appellantur, [o] quoniam coram magiſtratibus, quæ publicæ erant perſonæ, conficiebantur: vnde & acta publicè fieri dicebantur, [p] & ob id qui acta ſcribebant, perſonæ publicæ nuncupabantur, [q] Hinc publicare erat acta ſcribere. Leo A. [r] Donator, inquit, habeat facultatem donationes rerum ſuarū vbicunque poſitarum apud magiſtratus publicare, ideſt inſinuare; & ſubdit, hæ donationes, quæ fuerint publicatæ, obtineant inconcuſſam, & perpetuam firmitatem: idem Nicoſtrato P. P. [s] ſcribit Epiſcopum pecunias pro redimendis captiuis exactas apud rectorem prouinciæ publicare, ideſt actis inſerere teneri. In eodem ſenſu Arcadius [t] accipit ad Africanum P. V. teſtamenta, inquit, ac cetera, quæ apud officium cenſuale publicari ſolent, in eodem loco reſeruentur; vnde in acta relata dicuntur publicata: Alexander A. [u] Publicati, inquit, ſemel teſtamenti fides, quāmuis ipſa materia interdicit, nihilominus valet; Leo [x] quoque donationes apud magiſtratus publicatas incōcuſſam, & perpetuam firmitatem obtinere ſcribit, ita in actis inſertas appellans. [y] Huius ſcripturæ ſolemnitas vocabatur etiam inſinuatio, [z] inſinuare enim eſt in acta referre; Leo A. [a] donationes, inquit, apud magiſtrum cenſus inſinuentur, id eſt, actis inſerantur, quod & ſæpe alibi reperitur, [b] idem dicebatur intimari, Leo A. Conſtantino P. P. [c] donanti, liceat donationem ſuam apud quemcunque voluerit magiſtratum intimare. Iuſtinianus, [d] & ipſe ſcribit donationes pijs cauſis factas, licèt non fuerint intimatę, tamen valere. Idem [e] contractus, ait, donationum, quas intimari non eſt neceſſe, vires non habeant, niſi in mundum recepti; & alibi, [f] in eodem ſenſu accipit; Hinc intimatio vocatur ipſa inſinuatio. [g] Acta gręcę ὑπομνήματα vocantur, [h] & actuarius Hypomnimatarius.

Forma verò in ſcribēdis actis hęc obſeruabatur; in primis neceſſaria erat ſcriptura, [i] in qua nomen
„ contrahentis, vel teſtantis, ſiue aliud agentis po-
„ nendum erat, tempuſque actus geſti, denique ip-
„ ſe actus totus, vel contractus ordine deſcribēdus, [k]
„ Hęc omnia coram iudice agenda erant, aut ſaltem
„ legenda: Cōſtantinopoli apud magiſtrum cenſus, [l] in prouincijs apud earum prę́ſides, vel magiſtratus municipales: [m] cum enim Prę́fecti Prætorio, aut Prę́ſides, eorumque actuarij omnibus, quę in prouincia gerebantur, intereſſe non poſſent, nec facilè eſſet longè degentibus eos adire, data eſt duū viris, ac ciuitatum defenſoribus actorum conficiendorum poteſtas, [n] quorum forma tum obſeruata à Venuleio traditur, [o] curent, inquit, magiſtratus cuiuſque loci teſtari volentibus, & ſe ipſos, & alios teſtes, & ſignatores prębere, quo facilius negocia explicentur, & probatio rerum ſalua ſit. Hęc uerba innuunt, in actis teſtes, & ſignatores tum adhiberi ſolitos fuiſſe, quod poſtea Zeno ſuſtulit, [p] ſtatuens teſtes actis non eſſe neceſſarios, cum publica monumenta ſufficiant: ob magiſtratuum itaq; præſentiam hęc acta quaſi in forma iudicij ſcribi dicebantur; [q] Non tamen requiritur, ut in loco iudicij, vel pro tribunali legantur, ſed quocunque in loco id fieri poteſt; quia hic non eſt actus contradictorij iudicij, qui cauſę cognitionē deſiderat, ut apud iurium interpretes eſt receptum, [r] qui nullum etiam in hoc iudicis decretum requiri exiſtimant, [s] conſuetudineque obſeruari aſſerunt, vt actus inſinuandus in ſcripta redigatur: tum coram iudice palam legatur; demum tota illa ſcriptura rurſus deſcribatur, & alijs actis annectatur; quanquàm hoc vltimum nolunt eſſe neceſſarium, ſed ſolam primā ſcripturam ſufficere; idque dicunt longo vſu ſeruatum, & vulgò receptum eſſe: [t] Verius tamen eſſe videtur, authenticam et originalem vt vocant, contractuum ſcripturam monumentis eſſe deſcribendam, [u] vbi uerò nulla apparet, ſatis eſt res geſtas in publica geſta retuliſſe, ſed ut hoc clarius pateat, formulam teſtamenti actis inſerti ſubijciā, quā ex Marchulphi monachi libro de formulis publicorum priuatorumq; negociorum Cuiacius [x] recitat, & eſt ſequens. Anno illo, ſub die illa, ciuitate illa, adſtante defenſore, & omni curia illius ciuitatis, TITIVS proſecutor dixit, Peto optime defenſor, voſq; laudabiles curiales atq; municipes, vt mihi codices publicos patere iubeatis. Quędam enim in manibus habeo, quæ geſtorum cupio allegatione roborari. DEFENSOR & curiales dixerunt, patēt tibi codices publici, proſequere quæ optas. PROSECVTOR dixit, Caius uir illuſtris mihi mandauit, teſtamentum, vt mos eſt, geſtis municipalibus inſinuarē. DEFENSOR dixit, Amanuenſis mandatum accipiat, & recitet. POST recitationem mandati, Defenſor dixit, Mandatum quidem recitatū eſt, ſed teſtamentum, quod prę manibus te habere dicis, etiā nobis prę́ſentibus recitetur, &, ut poſtulas, geſtis publicis firmetur. POST recitationē teſtamenti, Defenſor, & curiales dixerunt, Teſtamentum, qđ recitatum eſt, geſtis publicis inſeratur. PROSECVTOR
dixit, Hoc amplius peto, optime defenſor, vt mihi „
geſta publicè edantur. Defenſor, & ordo curię dixe- „
runt; Quia teſtamentum & mandatum ritè condita, „
& bonorum virorum ſubſcriptionib. firmata cogno „
uimus, ęquum eſt, vt geſta cum à nobis fuerint ſub- „
ſcripta, & ab Amanuenſi edita, tibi ex more tradan- „
tur, eademque in archijs publicis conſeruentur. Hęc „
ille: pariq; modo acta in donationū inſinuatione con „
ficiebantur. cum uerò hęc geſta omnium probatio- „
nem habeant, atque apud omnes fidem faciant, teſti- „
ficationes appellantur; [y] & ideo qui res aliter atq; „
geſtę ſunt, conſcripſerit, vel falſum recitando ſcribi „
fecerit, lę́ſæ maieſtatis crimen incurrit. Vlpianus [z] „
qui ſciens, inquit, falſum conſcripſit, vel recitauerit „
in tabulis publicis, capite primo lę́ſę maieſtatis e- „
numeratur. Accurſius vim publicarum tabularum „
non percipiens, de notario illud dici putat, qui in in- „
ſtrumento aliquid contra Rempublicam ſcripſerit; quod à vero alienum eſſe arbitror, maius enim delictum eſt circa acta publica, quàm tabulariorū inſtrumenta. Cum uero ſcribēdis actis ſoli ſufficere actuarii non poſſent, adiutores habebant, [a] quibus merces pro labore ſoluebatur, exceptis quibuſdam pijs cauſis: [b] quibus operam gratuito prę́ſtabant: inter has erant teſtamenta de hęreditatibus, quę centum aureorum ſummam non excedebant, [c] aut alia leuiora negocia [d] Iuſtinianus, Ne inquit, in hęreditate, cuius ſumma centum aureorum pretium non excedit, mercedis quicquam aut ſumptuum cenſum adminiſtrantes, aut cenſualis apparitio ſuper inſinuandis elogijs audeat adſequi.

a l. donatio in fi. l. lata, l. in hac in fi. C. de donat.
b l. iubemus, C. de defenſo. ciui. l. honores, §. vlt. ff. de decurio. l. 4 C. de numerar.
c l. vlt. C. de iud.
d l. in contractibus, §. vl. C. de nō num. pec.
e l. 1. C. de cano. frum. vrb. Rom.
f in l. nulli, C. de epiſ. & cler.
g l. per hāc §. quorum, C. de aduo. diuer. iud.
h l. ſancimus, C. de teſta.
i l. 4. in fi. C. fini. regun. l. 23. C. de procu.
k l. 27. 31. pen. C. de don. l. pen. C. de don. int. vir. & vxo.
l l. vl. C. de re iudi. l. 31. C. de do. l. cenſus, ff. de ꝓbat.
m l. 10. C. de fid. inſtrum.
n l. 3. C. de bon. vacan.
o l. 3. C. de tab. l. 2. ff. ad l. Iul. maieſt.
p l. 2. in fi. ff. de ſer. fug. l. 1. C. de his qui per met. iud. non appel. l. ſcripturas cū auth. ſubſeq. C. qui potior, in pign. hab.
q l. 31. C. de epi. & cle. l. vlt. C. de dona. ca. mor. §. cum autem. Inſt. de adopt.
r l. 30. in hac, C. de dona.
ſ l. 28. nulli, C. de epi. & cler. l. 18. teſtamēta C. de teſtam.
u in l. 2. C. de teſtam.
x in l. 30. in hac, C. de dona.
y ita ēt in l. nulli C. de epi. & cler.
z l. 32. l. pe. in fi. C. de don. §. perficiuntur, inſt. co.
a d. l. 30. in hac.
b l. 32. C. de do.
c in d. l. 30.
d in l. 19. illud, C. de ſac. ſan. ec.
e in l. cōtractus, C. de fid. inſtru.
f in l. cōſulta 23. C. de teſt.
g d. l. conſulta.
h §. ſi uero null[9], auth. de inſt. cau. nouel. 73.
i c. quoniam cōtra de prob. l. cōparationes, C. de fid. inſtr.

K l. nulli, C. de epi. & cle. l. donatio. C. de dona.
l l. teſtamēta, C. de teſta. l. in hac, & l. ſecundū, C. de dona.
m d. l. nulli, C. de epiſ. & cler. l. donatio, d. l. in hac l. vlt. C. de adop. §. ſed & ſi in ſti. qb. mod. ius pat. pot. ſoluit.
n l. vl. C. de mag. municip. l. 1. C. de offi. iurid. Ale. l. iubemus, C. de defen. ciuit.
o in l. curent. ff. de teſtib.
p in l. in donationib. C. de dona.
q l. 1. §. ſimiliq; modo, 2. C. de latin. libe. toll.
r Io. And. in addi. ad ſpec. de donat. §. porrò ſub nu. 4. in fi. Imo. ī c. cum contingat ſub nu. 93. de iu. iur. Clar. in §. donatio, q. 15. verſ. vlterius.
ſ Bar. in l. Modeſtinus ſub nu. 3. ff. de don. Corn. cōſ. 36. ī 3. Clar. in loco ſupracitato.
t Io. And. in addi. ad ſpec. de dona. d. porro, ſub nu. 4. Guid. Pap. conſ. 23. ſub nu. 11. Imol. in c. cū contingat nu. 9. de iur. iur. Corn. conſ. 36. in 3. Anto. Canai de inſinuatio. in 1. par. nu. 4. clarus in d. §. donatio, q. 15. uer. quæro etiā.
u l. 3. C. de diu. reſcri.
x in li. 4. ſenten. Pauli ti. 6.
y l. lata. C. de donat.
z in l. 2. ad l. Iuli. maieſta.
a d. l. per hanc §. pen. C. de adu. d. uer. iudi.
b d. l. nulli, §. poſt unius. C. de epiſ. & cler.
c l. conſulta. 23. C. de teſtam.
d in d. l. cōſulta. C. de teſta.

Magiſtri



Magiſtri militum, aut Comites Ducesuè, quia iuriſdictionem in populos non habebant, actuariis carebant: & ideò in eorum officiis non leguntur. Ceterum inuentis noſtris tabulariis, quorum inſtrumentis coram duobus teſtibus ſcriptis fides adhibetur, hęc acta frequentari deſierunt, & loco actuariorum illi ſucceſſerunt, quorum inſtrumenta eādem fidem obtinent, quæ olim actis habebatur. Hi contractus quidem ſemper ſcripſerunt, qui negociorum periti ſtationes in foro habebant, & ſuam poſtulantibus operam præſtabant, ſed ſcripturas ab illis factas uiua teſtiū uoce confirmari oportebat, ex ſe. n. nihil probabant. [a] Actuarii P. P. Africę ſcrinium habebant decē hominū, quibus à fiſco annonæ præſtabātur. [b]

Alibi Actuarius accipitur pro eo, qui excipit, quæ ab alio proferuntur, uel dictātur. Trāquillus in Caio Iul. Cęſare, Orōnes, inquit aliquot reliqt, inter quas temerè quędam fertur pro Q. Metello, quem non immeritò Auguſtus extenuabat, magis ab actuarijs exceptam, male ſubſequentibus uerba dictantis, quàm ab ipſo editam. Seneca multum, inquit, uiua uox facit, non quidem quæ alienis uerbis commendatur, & actuarij uice fungitur; Erant & alij actuarij, qui nomina militum in pyctatio deſcribebāt quantum cuique annonę, quodque præmium eſſet, ut Vegetius ſcribit: [c] qui ad hunc locum non pertinent.

a Auth. de tabellio, ſeu Nou. 44. §. 1. & 2. de inſt. caut. & fid. ſeu Nouel. 73
b l. 1. C. de offic. P. P. Afr. in Not.
c li. 2. ca. 19

Cod. de numera.

## *DE NVMERARIIS.*
### *Cap. XV.*

PROXIMI actuarijs ſunt Numerarij, qui in Præfecti officio quatuor reperiebantur, in prouincijs bini, tabularij uocati, [d] qui cum his eaſdem rationes tractabāt. Eorum unus bonorum, quæ ex delictis uel ſucceſsionibus, alijſque huiuſmodi cauſis ad fiſcum deferebantur, & ad Comitem rerum priuatarum ſpectabant, rationes tractabat. Alius res tributorum notabat quæ ad largitiones pertinebāt[e] Duas enim Princeps arcas habebat, quibus duo Illuſtres Comites erant præfecti, ſcilicet Comes largitionum, & alter rerum priuatarū Romæ antea Prę́fecti ærarij uocati. [f] Largitionibus aſsignata erat ex tributis & vectigalibus certa auri, argentiq; quantitas, & alię ſpecies, quę canones largitionum dicebantur. [g] Eas rationes in primis Numerarij apud Præſides in prouincijs tractabant. Orientis uerò Præfecti numerarius ad ſe tranſmiſſas recognoſcebat, & ne quid debitę ſummæ deeſſet, proſpiciebat, aurique ad theſauros prouinciarum delati partem ad arcam prętorianam ſpectātem, reliquam ad Comitem Largitionum tranſmitti curabat. Alter Comes priuato Principis patrimonio. i. prædijs & domibus prę́erat, & aliqua etiam pauca tributa ſibi aſsignata exigebat, & quicquid ex cauſis fiſcalibus & bonis publicatis percipiebatur, & ſi qua alio modo ad fiſcum cadebant, quorum rationes alteri in prouincijs Numerarij conficiebant, ſcribebantque bonorum genera, & quantitates publicatas, quantū ex prædijs Principis exactum eſſet, quæ oīa Oriētis Præf. Numerarius diligēter colligebat. Gratianus [h] In prouincijs, inquit, ſingulis duo numerarij, qui & tabularij, collocentur; quo ad unum fiſcalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur. Numerarij uerò ſunt appellati, quia numeros ſupputabāt, ut in ſecūdo de libero arbitrio [i] D. Auguſtinus ſignificat, Multos, inquit, noui Numerarios, aut numeratores, aut ſi quo alio nomine, uocandi erant, qui ſummas mirabiliter computant: eorum enim officium erat publicas rationes ſcribere. [k] Iſidorus uerò uult [l] Numerarios dictos, quia publicum nummum ærario inferunt. Hi duo præfecti Numerarij quemadmodum & alii prouinciarū rationes tantum & ſcripturas tractabant. Tertius numerarius auri nuncupatus. [m] aurum ex prouinciis exactum, & ad largitionum arcam deſtinatum ſuſcipiebat. [n] uel monetam argenteam in aurum permutari curabat: item auri fodinarum rationes tractabat, à ſinguliſque aurilegulis ſeptenos ſcrupulos auri exigebat, [o] colligit hæc ſumma plus minus tertiā unciæ auri ſiquidem 24. ſcrupuli unciā æquāt. Legebatur uerò ī Aſiana, à uolētib. aurū ex Pactolo flumine, & in Pontica ſub hoc Præfecto. [p] Vltimus Numerarius erat operū publicorum, inter quæ prætoria, domus publicæ, [q] portus, aquæductus moenia, [r] thermæ [s] recenſentur, ad quę extruenda tertia pars redditũum ciuitatum erat deſtinata, [t] ſi ea non ſufficiębat, ciues pro modo iugerum ad opus conferebant. [u] Hæc opera ædificari, aut inſtaurari Prę́f. Prætorio iubebat, [x] quorum impenſas & rationes hic numerarius ſcribebat, & ita interpretatur Iuſtinianus [y] ſcriniarios operum huius P. P. ueluti inquit, aquæductus. Legendum eſt aute Numerarius operum, ut appellat hunc ſcriniàrium Anaſtaſius, [z] non operarum, ut habet Notitia in officio P. P. Illyrici, quia opera eſt diurnum operantis officium. [a] Poſſet etiam intelligi de operibus, quæ terra effoſſa fiebant, nam & id opus publicum uocabatur, ad quod delinquentes damnabantur: [b] diuerſimodeque fiebat, Quandoque enim metalla effodiebant, & id opus metalli uocabatur, [c] & ſi aliqua ſit inter eos, qui in metallum, & opus metalli damnātur differentia. Aliquando ſaxa ad coquendam calcem cædebantur, quod calcarium opus dicebatur. [d] Nō nunquam ſulphur extrahebatur, quod erat ſulphurarium opus. [e] Lapides etiam cædebantur, uel creta, aut arena fodiebatur. [f] Erat & opus ſalinarum, ſeu ſalis conficiendi, ad quod mulieres damnari conſueuerant. [g] Qui marmora in priuato alterius ſolo cædebant, & ipſi decimam fiſco ſoluebant, [h] quæ in huius numerarii rationes referebatur. Opus quoq; publicum erat, cum quis fabricis inſeruire cogebatur, ut dendrophori, carbonarii, & ſimiles. Valentinianus. [i] Qui, inquit, publicorum ſeruorum fabricis, aliisuè operibus publicis deputati. Hæc ſunt opera, quorum rationes hic Numerarius ſcribere poterat. [k] In ſcrinio operum Præfecti Prætorio Aphricæ erant homines XX. qui ſalarium ex publico percipiebant. [l] Cum uerò magnus eſſet numerariorum labor, nec poſſent tanto oneri ſufficere, poterant ex aliis ſcriniis eiuſdem officii adiutores accipere, modo ex numero XXX. primorum eos extraherent. In Aſiana ex primis L. accipiebant, alibi ex toto corpore, nec niſi quaternis uicibus, in ſingulis intermiſſo biennio, adiutores eſſe poterant, ne longior apud numerarios mora fraudis occaſionem daret. [m] Numerarii peracta militia à functionibus perſonalibus erant immunes. [n] & Comitum primi ordinis dignitate honeſtabantur, ita Præfecto prætorio pronūciante. [o] Neque hi hodie apud noſtros magiſtratus frequentantur.

d l. 2. C. de num. li. 12. l. 1. C. Theod. eo.
e l. ī prouin. eo. tit. & l. duos C. de ſuſcepto, & arcar.
f l. 1. C. de quæſt.
g l. 1. C. de cano. largit. tit.
h l. in prouin. C. de numer.
i cap. 12
k l. numerar. C. Theo. cod. tit. de numerar.
l in 9. orig.

m l. duos C. de ſuſcepto. & arca.
n l. ult. C. de numerar.
o leg. per annos c. de metallis
p d. l. per annos
q l. 3. c. de oper. publ.
r l. 6. c. eo. tit.
ſ l. 10. c. eo.
t d. l. 10
u l. 11. C. eo. ti.
x toto tit. C. de oper. pub. & tit. ſeq. in inſcript.
y Noue. 128. ſeu anth. decollatio. §. ac cum de urbibus, §. Ad hæc.
z in l. ult. C. de numerar.
a in l. 1. ff. de oper. liber.
b l. annonam in fin. ff. de extrao. crimin. & l. ult. de eſtractorib. l. in ſeruorum. §. 1. de pœnis.
c l. quidam ſunt ſerui l. aut damnum, §. inter eos de pœnis.
d d. l. aut damnum, §. in calcariam, l. cæſar. de publican.
e d. §. in calcariā l. ſi cuius, alias incipit, ſi uſusfru. §. inde quæſitum eſt, ff. de uſufru. l. ſiquis uxori. §. ſi ſulphurariæ, de furtis.
f d. §. inde quæſitum eſt.
g l. mulier. de capti. & poſt lim. reuer. d. l. aut dānum, §. in miniſterium.
h l. 3. C. de met.
i l. ult. C. de ſer. fugit.
k d. l. ult. C. eo. & memini, No. 128. πρὸς τ ὅτῃ.
l l. 1. §. in ſcrinio operū C. de offic. præf. præt. Afr. in le. nulli c. de numerar.
n l. 3. c. de appar. P. P. li. 12.
o l. ult. c. eod.

## *DE SVBADIVVA.*
### *Cap. XVI.*

ET ſi Numerariis adiungatur Subadiuua, non tamen illorum, in rationibus pertractandis miniſter erat, ſed Adiutoris officii adiutor, & ob id Subadiuua eſt appellatus, quaſi adiutorem adiuuās: in officiis magiſtrorum militum à Notitia primiſcrinius uocatur & à Gratiano, [p] & Theodoſio [q] in cuius ſcrinio ſub adiuuam Iuſtinianus de officio P. P. Africæ tractās, ſtatuit, [r] ſic in officio Magiſtri officiorum adiutor de ſchola Agentiū in rebus Subadiuuas duos habebat. In ſingulis quoque fabricarum ſcriniis, quaterni Subadiuuæ reperiebantur, adiutoris Magiſtri officiorum locum obtinentes. Syneſius etiam, [s] ſub

p in leg. 1. C. de Sportulis.
q in l. 3. C. de app. P. P.
r l. 1. §. in ſcrinio primi ſcrinij C. de off. P. P. Afr.
s Epiſtol. 145.

adiuuam

adiuuam exponit pro eo, qui adiutori opitulatur. Harpocration, inquit, quidam eſt, ex Heracliani ſatellitibus, ordinem habens, vt adiutori opituletur; Nam dictio, ſubadiuua, hoc interpretari creditur. Hæc ille. Sed in Notitia credo legẽdum, ſubadiuuę, in plurali, vt habent codices manu ſcripti, quia cum adiutor criminoſos cuſtodiret, pluribus ſubadiuuis īdigebat, & in Occidẽte in officio P.P. Italiæ, & Galliarum, & Præfecti Vrbi legitur, ſubadiuuæ, & eodẽ modo in Ducibus tàm Orientis, quã Occidentis. Adiutores adiutorũ vocãtur à Suida in verbo ῥουβαῖουβος quæ dictio eſt corruptè ſcripta pro σουβαδιύβα Sic ſubcurator appellatur curatoris adiutor.[a] Poſt numerarios adiutoris ſubadiuuæ ponuntur, quia illi, vt puto, dignitate præcedebant. In officio P.P. Africæ ſubadiuua ſeu primi ſcrinius decem miniſtros habebat, quibus annonæ à fiſco ſoluebantur.[b]

a in l. ex facto ff. de nego. geſt.

b d. l. 1. §. in ſcrinio primi ſcrinij C. de offic. præf. præt. Afri.

## *DE CVRA EPISTOLARVM. Cap. XVII.*

ALIVS poſt hos erat, cui cura epiſtolarum demandabatur: ſæpe enim ob occurrẽtes neceſsitates, epiſtolas Principi, vel alijs ſcribere Præfecti cogebantur, aut cauſa euectionum, vbi alicui equis publicis currendi facultatem dabant, vel vbi quis munere officij functus cũ honorarijs epiſtolis mittebatur, quæ teſtimoniales vocabantur,[c] vel vbi ad annonam, tributave publica ſpectantia, aut alia ad Rempublicam pertinentia ordinabant, Caſsiodorus[d] epiſtolas canonicas nominat ad canonem tributorũ pertinentes. Qui harum curam habebant, epiſtolares ſunt vocati: Hi introducta ad Præfectum cauſarum appellatione, geſta coram priore iudice accipiebant, & ſequentia acta ſcribebant.[e] Horum loco ſucceſſere apud Venetos magiſtratuum cancellarij, qui quandoque etiam exceptoris officio funguntur.

c l. 2. C. de deſertorib. l. vlt. C. de profeſſor. & me. lib. 12.

d in 11. variar.

e l. vlt. §. in his. C. de tẽp. appel.

## *DE REGENDARIO. Cap. XVIII.*

REGERENDARIVS quoque in Præfecti officio reperiebatur, quem dubitandum non eſt à libellis fuiſſe, vt ſæpe Notitia indicat, quem in officio Ducum Orientis ſubſcribendariũ appellat. Libellis enim ſupplicibus Præfecto porrectis ſubſcribebant. Regerendarius dicebatur, quòd ea ſcripta regereret, ſeu in codicem referret: à regerere, quod eſt loco ſubtracti aliud reponere. Iabolenus:[f] Nec, ſi ſumma terra, inquit, ſublata ex meo fundo, & alia regeſta eſſet, idcirco meum ſolum eſſe deſinit: Vnde regiſtrum vocatur codex, in quem ſcripta referuntur; vt regiſtrum D. Gregorij. Regerendarius etiam à Caſsiodoro[g] appellatur, fortè legendum Referendarius, quem Procopius[h] eum eſſe ait, qui ſupplicãtium preces Principi explicat, & eius reſponſionibus præeſt. Ita etiam interpretatur Iuſtinianus.[i] Nouella XI. de referendarijs tractans.

f in l. cum vſum fructum in fi. ff. quib. mod. vſuſfruct. amitt.

g in 11. variar.

h lib. 2. de bello Perſico.

i Nouell. 11. de referendarijs.

Idem apud Magiſtrum militum Orientis ſcriniarius vocatur, A Theodoſio Libellenſis,[k] ab alijs, à libellis: libellus verò inde dictus videtur, quia in pagellas, & parui libri formam complicabatur: Suetonius in C. Iulio Cæſare: Epiſtolæ, inquit, eius ad Senatum extant, quas primus videtur ad paginas, & formam materialis libelli conuertiſſe, cum antea Conſules, & Duces, non niſi tranſuerſa charta mitterent ſcriptas. Per libellum autem ſupplicem lites expediebantur, quæ de plano. i. extra tribunal cauſæ cognitionem non deſiderabant, & vbi aduerſarius non contendebat. Vlpianus:[l] vbi decretũ, inquit, neceſſarium eſt, per libellum id Proconſul expedire non poterit, quæcunque enim cauſæ cognitionẽ deſiderant, per libellum non poſſunt expediri: Multa verò per libellum expediebantur, vt excuſatio tutoris dati: Modeſtinus,[m] oportet, inquit, excuſari tutorem, vel ante tribunal, vel apud acta: poteſt autem, & libellos dare. Hæc ille. Similis excuſatio ex numero liberorum in libello facta eſt apud Calliſtratum.[n] Et hæc per aſſeſſores plerunque expediebantur. Papinianus. Quoniam, inquit,[o] de plano quoque libellus dari poteſt: In his perpendendis ſtudium aſſeſſorum verſabatur.[p] Scrinium libellorũ P.P. Africæ ſex ſcribas habebat, quib. ex publico annonæ ſoluebantur.[q] His carebant Præfectus Auguſtalis, Vicarij, Correctores, & Præſides, qui per ſe libellis ſubſcribere tenebantur. Conſtantinus,[r] Præſides, inquit, non per aſſeſſores, ſed per ſe ſubſcribant libellis: & licet Præſidis vocabulo vtatur, illud latius intelligitur, & ad alios magiſtratus extenditur. Conſulares tamen Orientis miniſtros à libellis habebant, vt aliquid ex conſulum imagine haberent, etſi aliud in Occidente obſeruabatur, vbi his non vtebantur.

K in l. præcipimus. §. vlt. C. de appellat.

l in l. nec quicquam. §. 1. C. de offic. proconſ.

m in l. ſcire etiã oportet. §. oportet. de excuſat. tutor.

n in l. ſemper. §. 2. de iure immunita.

o in l. miles. §. ſexaginta, de adulter.

p l. 1. ff. de offi. aſſeſſor.

q l. 1. C. de offi. P.P. Afri.

r in l. 2. C. de aſſeſſor.

## *DE EXCEPTORIBVS, ET EOrum adiutoribus. Cap. XVIX.*

Cod. de numera. actu. chart. & exceptoribus.

ERANT, & exceptores in P. P. officio, qui acta iudiciorum coram eo in cauſis appellationũ ſcribebant. Anaſtaſius,[s] Iubemus, inquit, pro editione actorum exceptoribus dimidiam ſoli partem dari: Loquitur de ſcriniarijs Palatinis, quos vult exceptoribus, qui acta ſcripſerunt, tenues ſportulas ſoluere. Alij pinguiores dabant: Nam pro actis, vel ſcribendis, aut edendis, recitandove inſtrumento ſæpe ſolidum, quandoq; plus, aut minus pro hominum conditione, & vſu locorum[t] ſoluebant.

s in l. ſacris. 12. §. modum inſuper ſportularum C. de prox. ſacro. ſcrini. lib. 12.

t d. l. in ſacris. l. vlt. C. de Caſtrenſianis. l. vlt. C. de priuil. ſchola.

Actorum formam ſæpe recitant Iureconſulti, vt Scæuola,[u] inter curatorem minoris, inquit, & creditorem acta facta ſunt apud procuratorem Cæſaris infraſcripta. Priſcus Procurator Cæſaris dixit, Facias iudicata, Nouellus curator dixit, abſtineo pupillum. Priſcus Procurator Cæſaris dixit, reſponſum habes, ſcis quid facere debeas. Aliaque plura huiuſmodi in iure breuiter recitata reperiuntur,[x] quorum hodie immenſa, & verboſa ſcribuntur volumina. Nec ſententijs ſolùm acta iudiciorum coarctabantur, ſed vt celerius expedirentur, notis ſcribebãtur. Modeſtinus,[y] eos, inquit, qui notis ſcribunt acta præſidum, Reip. cauſa non abeſſe certum eſt. Metaphraſt.[z] Cornelius, ait, Diaconus ſciens notis ſcribere, quibus vtuntur in iudicio, notabat omnia, quæ dicebantur, & opponebantur. Cum verò cauſa examinabatur, exceptores acta, quæ ſcripſerant, præfectis aut præſidibus recitabant, vt ex actis cuiuſdam iudicij relatis à D. Auguſtino[a] apparet. Conſtantio Maximo Auguſto, ait, & Conſtantino iuniore nobiliſsimo Cæſare Conſulibus, Idibus Decembris, ex tota Meciacienſi inducto, & applicito Victore grammatico, aſtante etiam Nundinario Diacono, Zenophilus conſularis dixit. Quis vocaris? Reſpondit, Victor, & Paulò poſt alio loco reſpondit, Nundinarius, legantur acta, zenophilus conſularis dixit, legantur, & legit N. exceptor ea, quæ Diocletiano imperante, acta fuerant, quæ longum nimis eſſet referre. Hæc acta exceptores conſeruabant, & tunc dicebantur in memoriam redigi, vt apparet ex actis recitatis à Surio,[b] & Cæſare Barone his verbis, Proconſul parce, eiuſq; confeſsionem in memoriam cum cæteris confeſsionibus rediges. i. ſeruabis. Sic P. Victor memoriam prouinciarum in Baſilica Antoniana in X. vrbis regione fuiſſe ſcribit. Alij volunt memoriã locum eſſe, vbi acta conſeruabantur: Solebant & Principum edicta exceptores deſcribere. Hi neque apud præſides erant cohortales, neque illorum cõditioni obſtricti nullaſq; à fiſco annonas capiebãt.

u in l. penul. de aucto. tuto.

x in l. 1. ff. de his quæ in teſta. de len. in l. 1. C. de veteran. in l. extat. ff. de eo quod met. cau. in l. creditores. ff. ad l. iul. de vi. priua.

y in l. inter eos. §. 1. ex quib. cau. maior.

z 26. Febr. in 5. Porphyrio epõ.

a contra Creſconium. lib. 5. c. 29.

b 11. Februar.

Gratia



Gratianus[a] exceptores, ait, omnibus prouincialibus obſequentes, qui nec cohortalem militiam ſuſtinere videntur, nec à fiſco ullam conſequuntur annonam, abſque metu coeptis dare operam, etiam ſi Decuriones ſint, minimè prohibemus, dummodo munera propriæ ciuitatis agnoſcãt; & peracto ſecundum morem exceptionis officio, ad propriam ſibi curiam redeundum eſſe non neſciant. Verùm Iuſtiniano imperante, à Principe annonas perceperunt.[b] Dicti autem ſunt exceptores quòd acta excipiãt. Zeno[c] geſtorum, inquit, excipiendorum cauſa agentes in rebus duos tantùm ſolidos dabunt. Aliquando ab actis videntur appellari[d] Exceptores vni parebant Primicerio, ita enim Caſsiodorus[e] appellat, qui adiutores habebat abſentis, aut aliàs impediti vices implentes, vel ipſum etiam ſcribendo adiuuantes[f] græcè βοηθοὶ dicuntur,[g] vnde nomen traxiſſe Boethium Accurſius opinatur. Metaphraſtes in Mena martyre, Simmachus, inquit, Boethus actorum Præfectus. Quicquid ex hoc officio filijfamilias acquirebant, caſtrenſe erat peculium, perinde ac ſi in legione prima adiutrice militaſſent.[h] Quod & in omnibus apparitoribus locum habere legum Interpretes opinantur. Schola exceptorum P. P. Africæ erat hominum ſexaginta. Hi hodie ex tabularijs ciuitatum, non ex magiſtratuum officio eliguntur.

a in l. exceptores. C. de numer.

b l. 1. §. in ſchola exceptorum, C. de offi. P.P. Afri.

c in l. ulti. C. de pri. agen. in reb. lib. 12.

d l. per hanc. C. de aduocat. diuerſ. iudic.

e in 11. variar.

f d. l. per hanc.

g l. Boethos. C. de tabular. li. 10.

h l. ult. C. de caſtre. pecul. milit. lib. 12.

## *DE SINGVLARIIS, Ducenarijs, Centenarijs, & Sexagenarijs. Cap. XX.*

HACTENVS de ſcriniarijs, qui chartas tractabant, & ſcribebant, eſt dictum, nunc de cohortalibus eſt videndũ: qui in prętoriano officio nominantur ſingularij, vel ſingulares, vtroque enim modo in Notitia legitur. Hi ſunt qui à Iuſtiniano à ſcriniarijs diſtinguuntur[i] his verbis. Hęc ſtatuimus pro officijs, ideſt, tam ſcriniarijs ampliſsimæ præfecturæ, quàm cohortalibus. Caſsiodorus[k] illos militares excubias peregiſſe ſcribit: vnde milites, ac ſtipatores P. P. aliorumque magiſtratuum fuiſſe videntur, & fortè Præfectos ambulantes præcedebant, erantque velut milites, & illos fuiſſe puto, qui tribuni prætoriani partis militaris à Theodoſio appellantur[l] & alio nomine frumentarij vocabantur, exemplo enim frumentariorum Principis, mandata Præfecti per prouincias nunciabant, & delinquentes inquirebant, inuentoſque in carcerem ducebant. Euſebius[m] enim epiſtolam Dionyſij Alexandriæ Epiſcopi recitat, qua ille narrat ſub Decio Imp. à Sabino Præfecto Auguſtali frumentarium ad ſe perquirendum miſſum. D. quoque Cyprianns[n] ſcribit à Proconſule Africæ frumentarios miſſos, qui eum Vticam perducerent. Nomen habuerunt à frumentarijs militibus frumenta procurantibus, quorum crebra in antiquis monumentis eſt mentio; nam quemadmodum illi frumenta perquirebant, ita iſti ſontes quærebant, eoſque ad carcerem comitabantur, quos Macer proſecutores vocat[o] ſolent, inquit, præſides prouinciarum, in quibus delictum eſt, ſcribere ad collegas ſuos, vbi factores agere dicuntur, vt cum proſecutoribus ad ſe remittantur. ita etiam Tertullianus appellat.[p] Nullus in Oriente, præter Præfectos ſingularios habebat. In Occidente verò omnes prouinciarum magiſtratus ſpectabiles ſiue ciuiles ſiue militares, ſed non clariſsimi. Ordo ſingulariorum Præfecti prætorio Africæ Schola vocabatur, qui erant homines L. à Principe annonas percipientes.[q] Horum caput erat Primicerius[r] eum gradu ſequebatur ſecundo, pòſt tertio, ac quarto cerius[s] qui duo Ducenarij vocabantur[t] poſt hos erant & centenarij, deinde ſexagenarij.[u]

i l. 1. in fin. C. de offi. P.P. Afr.

k lib. 11.

l l. pen. C. de apparitor. magiſtr. milit.

m lib. 6. cap. 33.

n epiſto. 83.

o in l. ſolent, de cuſtod. reor.

p de virginibus velandis.

q l. 1. §. in ſchola ſingulariorũ. C. de offi. P. P. Afr.

r Caſſiodor. in ult. uariar.

ſ d. §. in ſchola ſingulariorum.

t l. ſcrinijs. §. 1. C. de palati. ſacr. arg.

u l. 1. C. de exacto. tributo.

Hi etiam tributa exegiſſe videntur, quod munus erat Ducenariorum & Centenariorum[x] Singulares verò fortè ab ala equitum ſingularium appellata ſunt dicti. Tacitus[y] acceſsit, inquit, Ala Singularium excita olim à Vitellio, deindè in partes Veſpaſiani tranſgreſſa. hæc ille. Aliqui volunt hos ſingulis, ſeu ſinglis, ideſt, ſingulis literis ſcripſiſſe, ueluti R. P. de quo Gellius, quod mihi non placet, quia non uideo, quem vſum genus hoc ſcribendi efficere poſſet, vt hi pars officij P. P. eſſe debuerint. Sed cùm non tantùm in hac ſchola, ſed, & alijs Ducenarij, Centenarijque continerentur, de his aliquid eſt dicendum. Præfectorum aliorumque magiſtratuum officia, imaginem militaris cohortis, & nomina habuere, cuius exemplo ad gradus promouebantur. Aſcon. in 3. contra Verrem. Accenſus, inquit, nomen eſt ordinis & promotionis in militia, ut nunc dicitur Princeps vel Commentarienſis, aut Cornicularius, hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Hęc ille. Erant autem in quaque legione X. cohortes quarum prima M C V. pedites continebat, CXXXII. loricatos equites. Aliæ D L V. pedites, equites loricatos LXVI. Vt Vegetius[z] ſcribit. Hinc cohortes, magiſtratuum officia dicta eſſe arbitror, quòd ad exemplum primæ cohortis, quæ in legione militabat, eoſdemque habebat Præfectos, eſſent inſtituta. Illa à quinque ordinarijs regebatur. Ita appellabantur qui in pręlio primos ordines ducebant. Vegetius,[a] ordinarij, inquit, dicuntur, qui in prælio præſunt, & primos ordines ducunt, & poſtea primus erat, qui Centurio Primipili uocabatur, is non ſolum Aquilę pręerat, verum etiam quatuor centurias, hoc eſt, quadringentos milites gubernabat in prima acie. Hic tanquàm caput totius legionis merita conſequebatur, & commoda. Secundus erat primus haſtatus, qui duas centurias ideſt ducentos homines ducebat in acie ſecunda; quem nunc Ducenarium vocant. Tertius erat Princeps centuriam, & ſemis, hoc eſt, centum quinquaginta homines gubernans, ad quem in legione propè omnia, quę ordinanda ſunt, pertinent. Poſt hunc ſecundus haſtatus centuriam & ſemis, hoc eſt, centum quinquaginta homines gubernabat. Vltimus centum homines. Sic decem centuriæ cohortis primę à quinque ordinarijs regebantur, quibus magnæ vtilitates, & magnus honor eſt à ueteribus conſtitutus, ut ceteri milites ex tota legione, omni labore & deuotione contenderent ad tanta præmia peruenire; Erant & Centuriones, qui ſingulas curabant centurias, qui nunc centenarij nominantur. Erant Decani, qui decem militibus prępoſiti, nunc caput conturbenij vocantur. Hęc Vegetius. Horum inſtar erant prędectorũ aut Prędidum cohortes, in quibus ſua capita, alij gradus ſequebantur, ueluti Ducenarius, mox Centenarius, & Sexagenarius. Conſtantinus[b] Ducenarij, inquit, & Centenarij ſiuę Sexagenarij non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire, quàm à Tabulario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum. Ab eo, qui CC. militibus in prima cohorte pręerat, ducenarius eſt appellatus; ſic exemplo Centurionis cẽtenarius. Hunc Scæuola[c] in officio Pręfecti annonę Centurionem vocat, miſſus, inquit, ex officio annonæ Centurio culleos ad annonam ſuſtulit. Sexagenarius illum imitatur, qui ſexaginta milites regebat, & hi in P. P. aut Prędidis cohorte ſuis cohortalibus imperabant. Ducenarii, & Centenarij in omnibus officijs Palatinorum, & alijs reperiebantur, ut & ipſi milites viderentur. A Iuſtiniano ſecundo,[d] tertio, & quarto cerij vocantur. Gratianus[e] quoque Ducenarios eſſe tertio cerium, & quarto cerium in officio largitionum interpretatur, nec plures tribus, aut quatuor erant, Centenarii quandoque ſex vel octo. Sed plures[f] in officio Ducum Africæ. Ad primos uerò gradus promoti ordinarii nuncupabantur,[g] ſicut & in cohorte militari eueniebat. Vegetius[h] ſic decem, inquit, centuriæ cohortis

x d. l. 1. C. de exacto. tributo.

y lib. 20.

z in lib. 2. de re milita. cap. 7.

a eo. lib. c. 7.

b l. 1. C. de exactoribus tribu. libro 10.

c in l. ult. §. vlt. de pignor. actio.

d in lege ſecũda in Notitia C. de off. P.P. Afric.

e l. ſcrinijs omnibus C. de palati. ſacr. largit.

f d. l. 2. in Notitia C. de off. P.P. Afr.

g l. ordinariorum C. de cohortal. libro 12.

h cap. 8.

primæ

primæ à quinque ordinarijs regebantur. Hi erant, Primipilus, Primus haſtatus, Princeps, ſecundus haſtatus, & qui magnus Prior dicebatur, eodem modo primates officiorum ordinarij nuncupabantur, à Valentiniano [a] ordinariorum, ait, iudicum apparitores, qui uel ſpeculatorum, vel ordinariorum gradum attigerint, ideſt officij hominibus prȩfuerint, nullo annorum numero laxentur, priuſquàm primipili paſtum digeſta ratione compleuerint, quia non poſſunt antè ab officio liberari. Speculatores autem videntur dicti, quaſi in ſpecula ante alios poſiti, vel quòd aliorum geſta, tanquàm Prȩfecti ſpeculentur, niſi malimus legere ſpiculatorum, qui ad mortem damnatos occidentes carnificis officio fungebātur [b] ſpiculatorque à ſpiculo, q gerebat, eſt dictus. Id fuit haſtile pedum quinque & ſemis, cum ferro triangulo vnciarum 9. Quod pilum ueteres appellabant, ut ait Vegetius. [c]

a l. ordinariorum C. de cohorta. li. 12.
b l. diuus. §. 1. ff. de bon. damnat.
c lib. 2. c. 15.

## DE PRIMIPILO. Cap. XXI.

Eod. de primipilo. C. de cohor. princip. corni. & primipilaribus.

INTER cohortale Notitia Primipilum nullibi nominat, nec Iuſtinianus in Africȩ officijs ordinandis, [d] quia apparitor non erat, ſed in prouincijs præcipuā annonȩ militaris curam habebat. Prȩſidum apparitores, etiam omnibus officij gradibus completis, à cohortalium neceſſitate, qua adſtringebantur, liberari non poterant, niſi Primipili officium peregiſſent; Præfectorum uerò, aut maiorum iudicum apparitores hoc onus ſubire non compellebantur. [e] Primipilum prȩfecti prȩtorio prȩceptis & publicis utilitatibus perpetuò obnoxium eſſe oportebat [f] is ab armatȩ legionis primipilo nomen habet, qui primȩ cohorti ideſt milliariȩ prȩerat, & à pilo, ideſt haſta, quam manu gerebat, eſt dictus, id poſtea ſpiculum eſt vocatum: [g] Quemadmodum ergo Primipilus annonam inter milites diuidebat, ita huius erat munus, annonam ad exercitum ferre, & inter milites diuidere, Modeſtinus, [h] Qui Primipilum, inquit, expleuit; ſi cum tutelam ſuſcepiſſet vnius filij, rurſus in militares neceſſitates aſſumptus erit, deponet ſolicitudinem tutelȩ; Sed clarius id explicat Conſtantius. [i] Primipilaribus, inquit, qui ad paſcendos milites ad limitem deſtinantur, grauia ſuſtinentibus detrimenta credidimus eſſe conſulendum, ita ut ſpecies à Primipilaribus præſtentur, nec in nummum aureum redigantur, actis apud Rectorem prouinciȩ conficiendis, per quȩ deſignabitur, quatenus ſpecierum modus in uſum alimoniæ militaris à Primipilaribus præbeatur, & qui ob munera Ducibus mittenda, ſportulamuè, cuius habet notitiam, officium Præſidale. Hactenus Conſtantius. Sportulæ autem, de quibus loquitur, erant argenti libræ quinquaginta, quas Ducibus dari nomine doni Iulianus Apoſtata permiſerat, [k] aut quaternos aureos pro ſingula libra [l] argenti, quæ ſumma colligit aureos CC. Species uerò, quæ militibus exhibebantur, erant duobus diebus, bucellatus, tertio panis, alternis vinum, & acetum, uno die laridum, biduo ueruecina, ſal, & oleum. [m] Hæc ex horreis publicis militibus comitatēſibus in ſpeciebus dabantur. Limitaneis in auro, nempe pro octogenis libris laridi, & olei, & duodenis modijs ſalis, ſinguli aurei. [n] Hæc annona quandoque primipilus, aliquando paſtus primipili vocabatur. [o] Cùm verò omnium grauiſsima eſſet hæc cauſa; ſtatutum eſt, vt etiam dotes coniugum primipilorum pro ea in ſubſidium ſint obnoxiȩ. [p] cauſa enim publica priuatȩ præfertur. Debitores quoque primipili in diem ob hanc cauſam, eius deficientibus facultatibus ſtatim ſoluere compellebantur. [q] Plures annonæ & capitationes Primipilo, & alia commoda tribuebantur. [r] Vnde Licinius Rufinus [s] proponit quendam ex commodis Primipili CCC. aureos filiæ reliquiſſe, quæ erat portio eius, quod ex primipilaris officij adminiſtratione debebatur. Quantum uerò id eſſet, ſciri non poteſt. Primipilaris verò dicitur, primipili officio functus, ſic Iulius Agrippa patruus maior Iuliȩ Manneȩ Auguſtæ à Scȩuola primipilaris nominatur, [t] & alij plures. [u] Officio Prȩfecti prȩtorio Orientis explicito, nunc ad eius inſignia eſt ueniendum: ſed prius generaliter de inſignibus diſſerendum.

d in l. 1. C. de off. P. P. Afric.
e l. ordinariorū, l. ſi cohortalis, l. pen. & ult. C. de cohortal. lib. 12. l. 6. C. Theo. de diuerſ. offic.
f l. quiſquis. C. de epiſ. & cleric.
g Veget. li. 2. c. 15
h in l. non ſolum §. qui primipilū, de excuſa. tutor.
i in l. 6. C. Theo. de cohortal.
k l. ſecundum. C. Theodo. eod. de cohortal.
l l. pro ſingulis. C. Theo. eod. de cohortal.
m l. 1. C. de erogat. milita. anno.
n l. 17. C. Theo. eod. de cohortal.
o in l. 3. l. ordinariorum, cū ſeqq. C. eo. de cohort.
p in l. 3. & 4. C. de primipil. l. 4. C. in quib. cau. pign. uel hypo. tacite contrahatur.
q l. 1. C. de condict. ex lege.
r l. 1. C. de primipil.
ſ in l. pater, de adim. legat.
t in l. pater. §. Iulius Agrippa, de leg. 3.
u in l. pediculis. §. quidam. ff. de aur. & arg. leg. l. ult. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor.

## DE INSIGNIBVS Dignitatum & Præfecti Prȩtorio Orientis. Cap. XXII.

PRAECIPVA Notitiæ intentio eſt, non ſolum diſtinctas dignitates recenſere, ſed & cuiuſque inſignia graphicè repræſentare, & ideo antequàm ad eorum interpretationem accedam de his quædam generaliter ſunt percurrenda. Inſignia ſunt propria alicuius ornamenta, quibus ab alijs diſtinguitur, quemadmodum definit Accurſius in hoc non contemnēdus: [x] conſularia, inquit, inſignia ſunt, quibus Conſul ab alijs diſcernitur: ideò autem inuenta ſunt, ut his honeſtatus, cæteris ſpectabilior videatur. Quare qui alijs excellit ab inſignibus inſignis dicitur [y] inſignia Grȩci σύμβολα, & σημεῖα dixerūt [z] Apian⁹ in Syriaca παράσημα Dion ἐπίσημα καὶ κοσμήματα Valerianus A. [a] ornamenta. Inſignia verò magiſtratuū in primis fuere toga prætexta ideſt purpura circumtexta, & cū ſecuribus faſces prȩlati, & ſella curulis; Cicero in L. Piſonem: Tum Lictoribus in toga & prȩtexta conſulatum eſſe putas, quæ ornamenta in Sex. Clodio te conſule eſſe voluiſti. Huius tu Clodiani canis inſignibus conſulatum declarari putas? Id & Virgil. [b] ſignificauit, dùm dixit: Et ſellam regni, trabeamque inſignia noſtri. De his intellexit Vlpianus [c] ſcribens, Luminibus orbatum à poſtulando prȩtor repellit, quòd inſignia magiſtratus uidere, & reuereri non poſsit. Et alibi [d] Proconſul, inquit, vbique proconſularia inſignia habet; Sed de his Notitia non agit: verum de illis, quȩ depicta in codicillis dignitatis à Primicerio notariorum magiſtratibus exhibebantur. Iuſtinianus enim [e] Loquens de Prætore Piſidiæ, ait, vt autem cognoſcant, quomodo prouincias gubernare conueniat, uiſum eſt nobis non tantum ſymbola præbere adminiſtrationis in codicillis, ſed modum præſcribere, quo prouincias adminiſtrent, ſcilicet in libro mandatorum; ſymbola adminiſtrationis in codicillis magiſtratus delineata inſignia appellat. [f] Idē [g] inſtituens Lycaoniæ Prætorē; Nobis, inquit, ſtudium fuit, non tantum adminiſtrationis ſymbola ex codicillis, & mandata Principum exhiberi. Item de Prætore Thraciæ [h] tractans ſymbola, ait, magiſtratus erunt codicilli à nobis prodeūtes more ſpectabiliū magiſtratuū. Et alibi [i] vult nouum Comitem Iſauriæ ciuili ac militari poteſtate præditū duplicis magiſtratus ſymbolis uti, ut habeat ciuilis magiſtratus appellationem; ſumat uerò, inquit, militaris poteſtatis ſigna: quæ ibi appellauerat ſymbola, mox uocat σημεῖα. itaque minus rectè vertit, qui pro ſymbolis codicillos, & probatorias interpretatur. De his etiam inſignibus Iuſtinianus [k] intelligit loquens de Proconſule Cappadociæ; Dedimus inquit, illi ſymbola magiſtratus; & alibi, [l] Sancimus, ut iudices modicum dent pro ſymbolis, & chartis, ſubiecimus etiam deſcriptionem declarantem, quid dandum ſit in ſacro noſtro laterculo cauſa codicillorum, uel ſymbolorum, uel mandatorum; ex quibus verbis apparet codicillos à ſymbolis diſtingui. Idem alibi, [m] Si dentur, inquit, ſymbola magiſtratus Præfectis, liberantur à curia; ſecus

ſi

x in l. 2. in princ. in verſi. inſignib. ff. de his qui not. infam.
y l. quicunque. C. de procura.
z Nouell. 24. & ſeq.
a in l. 4. C. de iniurijs.
b in 11.
c in l. 1. §. caſum de poſtulan.
d in l. 1. ff. de offi. proconſ.
e Nouell. 24. §. ult.
f Nouell. 25.
g in d. Nouel. 25
h §. 2. Nouell. 26.
i in Nouell. 27. §. 1.
k §. ulti. duarum Nouell. ſeqq. & §. antepen. ſeu c. 9. Nouell. 30.
l in Nouell. 70. §. primo, & Nouell. octauo §. primo, ſeu Auth. ut iudic. ſine quoquo ſuffragio fiant.
m Nouell. 70.



ſi nudi præbeantur codicilli honoris tantum gratia ſine adminiſtratione. Nudos appellat codicillos, qui his inſignibus carent; & idem ex alijs Nouellis conſtat. Quæ uero in codicillis depingebantur, a Gratiano [a] codicillorum inſignia appellantur, Iudices, inquit, qui ſe furtis, & ſceleribus maculaſſe fuerint condicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti inter peſsimos quoſque plebeios habeantur. De his etiam Valentinianus intelligit, [b] quicunque ſit Prætorianæ uel vrbanæ præfecturȩ ſublime faſtigium, vel magiſterium militare, uel conſiſtorianæ comitiuæ inſignia meruerit dignitatis, ſi quod ab eo infertur iurgium, uel refertur, procuratoris perſonam ſubſtituat. & alter Valentinianus, [c] qui inſignia dignitatis ad hoc exercet, ut iniurijs adficiat eos, qui officia cum poteſtate moderantur, nō declinabit noſtræ indignationis aculeos. Tria uerò ut plurimum hæc inſignia continebant. Nam ſi erāt maiores magiſtratus prouinciarum ut præfecti, proconſules, & uicarij, mulierū imagines habebant, quæ prouincias ipſis ſubiectas inſinuabāt: alij oppidorū. præterea Codices, qui librum mandatorum repræſentabant, & uultus Principum auratæ pilæ præfixos præferebant. Alij ſigna rerum tenebant quas tractabant, puta magiſtros officiorum ſcuta, lanceas, gladios, & thoraces, quæ illum fabricis in quibus arma fabricabantur, præeſſe ſignificabant. Magiſtri largitionum, & rerum priuatarum, aureos, arcas, & ſimilia. Comes caſtrenſis menſas, & abacos, vaſis vinarijs, & panibus onuſtos. Primicerius Notariorum & Magiſtri ſcriniorum laterculum, codices, & codicillos, quos tractabant, pro inſignibus geſtabant. In codicibus uerò mandatorum, viri illuſtres in hoc ab alijs differebant, quod ipſi in libri dorſo vultus Principum ſculptos tenebant, quibus alij carebant. Eorundem codicum terga manuſcriptæ Notitiæ in illuſtribus argento tecta aureiſque faſcijs cincta, aut in angulis auro ornata repræſentant; Spectabilium uero tota aurata oſtendunt, exceptis Proconſulibus, Comite Orientis, & Auguſtali, in quibus argentata, ut Illuſtrium apparenti. Alia, præſertim in Ducibus, ſunt varia. Clariſsimi plurimum auro tecta habent; Comites rei militaris, & Duces, Primicerius notariorum, Vicarius Ponticæ, & Thebaidis Præſes, quaſdā notas his inſcriptas habent, quæ infra explicabuntur

a le. iudices 12. C. de digni. li. 12
b in l. quicunque C. de procur.
c in l. 5. C. de off. rector. prouin.

Magiſtris militum, non tantum ipſorum magiſtratuum inſignia tradebantur, ſed & legionum, cohortium, & uexillationum equitum ſymbola, quæ ipſi in clypeis aut uexillis depicta gerebāt, nec mutare, aut deſerere poterant. A Principe enim inuenta ex laterculo mittebantur: Hæc Vegetius. [d] δείγματα uocat, quæ diuerſis imaginibus deſcripta, uelut ænigmata myſticum ſenſum continent: Hæc pro teſſeris Honorius uſurpat, clandeſtinum, inquit, ad collegas digma mittat: [e] Ab his inſignibus Itali militum uexilla hodie inſignia appellant. Hæc uero in codicillis magiſtratus depicta illos eſſe legitimos faciunt, ac uerè à Principe prodire, probant, quemadmodum hodie plumbo, aut cera impreſſa ſigna chartis auctoritatem tribuunt.

d lib. 2. ca. 18.
e in l. 9. C. The. de ſuarijs.

Vultus Principum magiſtratibus in publicum prodeuntibus præferebantur. quemadmodum ſacerdotibus prouinciarum, eorum dignitatis ornamenta prælata fuiſſe Valerianus A [f] ſcribit, & illos alijs, ut à potentum iniuria ſe tuerentur, præmittebant. [g] Caſſiodorus, [h] vultus etiam, inquit, regnantium genia ta obſequij pompa præmittit. Codices etiam mandatorūm Magiſtratibus prælatos fuiſſe credendum eſt, certè in auditorijs iudicantium ſemper adſtabāt, pro ut in Paleſtinæ & Campaniȩ conſularium tribunalibus cernuntur. Martyrologium [i] hȩc inſignia uexilla prȩſidalia appellat, quȩ cum D. Fabius ante prȩſidem geſtare noluiſſet, tanquam chriſtianus capite punitus fuit: illi fortè religio fuit uultus principū conſecratos, qui adorabantur, aut alias idolorum effigies geſtare.

f in l. 4. C. de iniur.
g l. capituliū. §. ad ſtatuas. ff. de pœn.
h li. 6. uar. in formul. cōſularitatis
i prid. cal. Aug.

Quando inuenta fuerint hȩc inſignia, non conſtat: nullibi enim eorum, quod ſciam, in Pandectis ſit mē tio. Primus Gratianus illorum meminit, [k] & Vegetius, [l] ſymbolorum, quȩ in ſcutis depicta milites geſtabant. Quare prope eſt, vt ſub Valentiniani, & fortè Cōſtantini tempora illa introducta fuiſſe exiſtimem. Prȩter hȩc faſces cū ſecuribus argēto cȩlatis præfectis prȩferebantur, quibus ēt Proconſules, & Prætores ipſis inferiores vtebātur: [m] Sidonius Apollinaris; [n] Confeſtim, inquit, priuilegij geminȩ prȩfecturȩ, quam per quinquennium repetitis faſcibus rexerat, exauctoratus. Claudianus quoque [o] Prȩfectos ſecurib. vſos fuiſſe memorat, de quibus in prouinciarum magiſtratibus latius diſſeretur. Trabeas etiam Præfecti gerebant, Sidonius, [p] elaboratas, inquit, curules, & geſtatorias trabeas, & faſtos recolis purpuriſſatos. Auſonius in Protreptico ad Heſperium filium.

Vt præfecturam duplicem, ſellamque curulem,
Vt trabeam, pictamque togam, mea præmia conſul
Indueret

Erat autem trabea toga auro purpuraque intexta, Auſonius in Panegyrico ad Gratianum, a quo Præfectus Illyrici creatus fuerat, in eius perſona ita loquitur. Vt ſellam, ait, curulem cuius ſedem frequenter ornabis, vt prætextam meam purpuræ tuæ luce fucatam, vt trabeam non magis auro ſuo, quàm munere tuo ſplendidam præſtes. Hæc ille; Scipionem quoque eburneum pro ſceptro, quemadmodum alij magiſtratus, Præfecti Prætorio gerebant. Nam conſulares, & Duces apud maiores cū ſceptris curiā ingrediebāt, vt auctor eſt Seruius. [q] Hæc inſignia Tarquinius Priſcus a Tuſcis ſumpſit. Iornand. de regno. & tēpor. ſucceſſio; Tarquini⁹, inquit, XII. Tuſciæ populos frequentib. armis ſubegit: Indè faſces, trabeȩ, curules, annuli, faleræ, paludamenta, prætextæ: Indè quòd aureo curru quatuor equis triumphator, togæ pictæ, tunicæque palmatæ, omnia denique decora, & inſignia, quibus imperij dignitas eminet, ſumpta ſunt. Hæc Iornandes. Sed & aureo torque collū circundati, & cingulo purpureo, aureis bullis diſtincto Præfecti conſpicui incedebant, quemadmodum in prouinciarum rectoribus dicetur. Verum hæc inſignia, vt vetuſta, Notitia prætermittit, ſed ea tantum repræſentat, quæ in codicillis depicta, à laterculo proueniebant.

k in d. l. iudices. 12. C. de decur.
l lib. 2. ca. 18.
m l. antep. ff. de off. proconſ.
n lib. 8. ad viuentium.
o lib. 2
p lib. 8. ad Syagrium, qui Præfectus fuerat.
q in 11. æneį. Et primis ſceptris autlȩta.

Prȩfecti Prætorio Orientis apud Notitiam nulla apparent inſignia; ſed dubitandum non eſt fere eadem fuiſſe quæ & Præfecti Illyrici, nempe librum mandatorum, inter quatuor ardentes cereos, ſuper abaco mappa inſtracto erectum, vultus Principum, & ſellam curulem a quatuor albis equis tractam; Ab altera parte quinque mulierum imagines, uaſa aureis plena tenentes, quæ totidem diȩceſis eius nomine adminiſtratas referebant, ſcilicet Orientem, AEgyptū, Aſianam, Ponticam, & Thraciarum. Ipſe in publico quadriga inſigni, & aurato uehebatur, fauſta præconibus acclamantibus, [r] Cȩtera magiſtratus inſignia in eius auditorio conſpiciebantur, & illi prodeunti præmittebantur. egrediens cum inſignibus in publicum Præfectus dicebatur procedere, ſicut & Imperator, quando prȩlato igne cum pompa exibat, nam in actis Antonini legitur, cum ipſe ſalutatus eſſet, & proceſſiſſet, oblatus eſt ei Iulianus Licinius. Hinc Licinius, Ruffinus, ad proceſſus, inquit, [s] viri vxor ei donare poteſt, ideſt ad parandam pompam in procedendo. Hȩ magiſtratuum & conſulum proceſsiones [t] etiam à Iuſtiniano, & Grecis πρόοδοι appellantur. [u] Alia vero ad prȩfectorū inſignia pertinentia in ſequente Præfecto cum Notitia oſtendentur, De his enim, quȩ non apparent, hoc loco diffuſius differere nolui. Nunc igitur ad Prȩfectum Prȩtorio illyrici eſt veniendum.

r Auth. ut ordo Præf. Nou. 60.
ſ in l. i. C. de sē ten. paſſ. & reſt.
t l. 41. nam & imperator de dona. inter vir. & uxo.
u in l. de his 41. §. ſin autem, C. de epiſ. & cler. & nouel. 105. §. 1. ſeu aut. de conſulib.

NOTI-

## NOTITIA.

*SVB diſpoſitione virorum illuſtrium Præfectorum* PRÆTORIO PER ILLYRICVM DIOECESES INFRASCRIPTÆ.
*Macędonia, Dacia.*

### Prouinciæ Macedonię. VI.

*Achaia, Macedonia, Creta.*
*Theſſalia, Epyrus uetus. Epyrus noua, et pars Macędoniæ ſalutaris.*

### Prouinciæ Dacię. V.

*Dacia Mediterranea. Dacia ripenſis. Moeſia prima.*
*Dardania. Præualitana; et pars Macedonię ſalutaris.*

C. de præfecto prætorio ori. & Illyrici.

### DE PRAEFECTO PRAETORIO *Illyrici, & Iuſtiniana prima.* *Cap. XXIII.*

### COMMENTARIVM.

SECVNDVM in Septentrionali regione Præfectum Prætorio Conſtantinus inſtituit, Illyrici dictum. Id olim erat, quicquid eſt à Danubio ad Italiam, vſque ad oram Iſtri, nunc Sclauonia vocatur. Zonaras ſcribit Illyrici nomen prius alijs locis attributum poſt in ſuperiorem continentem ſupra Macedoniam, & Thracias, intra Hemum & Rhodopen tranſiſſe. Deinde ſitum fuit Illyricum inter dictos montes citra Hemum atque Iſtrum, vſque ad Pontum Euxinum; Tempore verò Claudij ſecundi, vt in eo Pollio ſcribit, Illyricũ, Thracias, Myſos, Dalmatas, Pannonios, & Dacos continebat. Huic Præfecto, inquit Zoſimus libro ſecundo, Conſtantinus eius inſtitutor Macedones attribuit, Theſſalos, Cretenſes, Græciam, & circumiacentes inſulas, Epirum vtranque, Illyricos, Dacos, Triballos, & Pannonios, Valeriam vſque & Myſiam ſuperiorem: Itaque Illyrici factæ ſunt octodecim prouinciæ, ait Iornandes de regnor. & temp. ſucceſsio. Norici duę, Pannonię, duę, Valeriæ, duæ, Sueuia, Dalmatia, Moeſia ſuperior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epyrus, Præualis, Creta. Sext. verò Rufus vniuerſam Illyricum in ſeptemdecim prouincias diuidit. Habet, inquit, Illyricus XVII. prouincias, Noricorum duas, Pannoniorum duas, Valeriam, Sauiam, Dalmatiam, Moeſias, Daciæ duas. In ditione verò Macedoniæ ſunt ſeptem, Macedonia, Theſſalia, Achaia, & Epyri duæ, Præualis, & Creta. Ceterùm diuiſo inter poſteriores Principes Imperio, duplex factum eſt Illyricum, Orientale, quod Macedoniam, & Daciam in XI. prouincias diuiſas continebat, & Occidentale, quod Italiæ Prçfecto attributum Dalmatiam, duas Pannonias, Noricum ripenſe, Sauiamque complectebatur. Adrius mons, mediam Illyricum diuidit, quemadmodum Apẽninus Italiam; qui tamen pro varietate regionum mutat nomina, vt ait Strabo.

Illyricum inter alia pro tributo vinum in vſum militum prçſtabat, & equos quos præſtantiſſimos generabat, quòd ſignificat Claudianus in ſecũdo Panegyrico in laudem Stiliconis.

> Reſtituit teneras, & opacum vitibus Iſtrum
> Conſerit, & patrium vectigal ſoluere gaudet.

Et in laudem Serenę vxoris Stiliconis.

> Illyricis ſudant & equitibus alæ.

Soluebant præterea Illyrij, pro ſingulis triginta iugeribus agri, ſolidum, ob veſtem, ſeu clamydem militibus debitam. [a]

a l.3.C.de milit. ueſte.lib. 12. iuncta, l.2.

Sub hoc Præfecto duæ erant dioeceſes, ſeu binæ plurium prouincialium adminiſtrationes, quibus duo præerant Vicarij, Macedoniæ alter, alter Daciæ, ille V I. prouincias regebat, Achaiam, Macedoniam, Cretam, Theſſaliã, Epyrum ueterem, Epyrum nouam, & partem Macedoniæ ſalutaris. Sub Vicario Dacię erant: Dacia mediterranea, Dacia ripenſis, Moeſia prima, Dardania, Præualitana, & pars Macedoniæ ſalutaris, quæ inter ipſum, & alium Vicarium diuiſa erat. Itaque hic Prçfectus, prouincias. XI. regebat, & ſi duas partes Macedonię ſalutaris inter duos Vicarios diuiſas coniungamus, erunt prouincię. XII. quę iunctę prouincijs Prçfecti Orientis, conſtituent prouincias imperij Orientalis LXI. ſed ob numeri çqualitatem, eas LX. poſuimus. Cçterum Achaia, etſi Macedonię ſub Illyrico attribuitur, eius tamen Proconſulem Notitia, Aſię Proconſuli coniungit, non vt eam regionem Orienti adſcribat, ſed vt ſpectabilium & Proconſulum ordinem continuet. Certum enim eſt Achaiam ad Præfectum Illyrici, & non Orientis pertinuiſſe, ſicut nec Creta, quæ non longè ab ea diſtat. Nec poterat ea Europæ pars ab Aſia diſtans, & à mari Mediterraneo diuiſa, Orienti applicari.

Dacię & Macedonię Vicarij, inſignia, aut officia à Notitia non ponuntur, ſed tantum prouincię recitantur, quòd tum à Barbaris eſſent deuaſtatę, vt Illyrici Prefectus coactus eſſet retrocedere. Is habebat anteà ſedem Firmi vel, vt ego lego, Sirmij. Verùm cum Attila Gotthus ex Gepidarum gente Numidij filius Illyricum fœdè incendiſſet, Pennius tum eius regionis Prçfectus Theſſalonicam ſe recepit, quę vrbs eſt Mygdonię partis Macedonię, inter Echedoram & Diabrium fluuios, non longè à mari, vulgò Seloniche vocatur. Ea tum caput prouincię facta fuit; [b] prius Halis dicta, inquit Stephanus, & à Caſſandro condita: Aliqui volunt a Philippo Amynthę filio çdificatam: Grçca inſcriptio indicat Pennium fuiſſe tum Prçfectum prçtorio; ſed fortè legendum Aetium, qui fuit P.P. Honorio & Theodoſio iuniore imperantibus, [c] quo tempore hçc ciades eſt accepta. Multa itaque Theſſalonicenſi Eccleſię, tanquàm omnium eius regionis Metropoli indulta fuerunt priuilegia & immunitates; [d] Prædictam Illyrici cladem D. Ambroſius deplorat, [e] Nota ſunt, inquit, hæc nimis Illyrici vaſtitate & Thraciæ, quanti vbique venales erant toto captiui orbe, quos ſi reuoces, totius prouinciæ numerum explere non poſsint. Cùm verò Iuſtinianus Sclauis in Illyrico deuictis, vtranque Daciam & Pannoniam recuperaſſet, [f] patriam ſuam Metropolim totius regionis fecit, ac Iuſtinam primam ad alterius, quam propè extruxit, differentiam appellauit, nunc Acreda dictam, ac mirificè exornatam auxit, forma quadrangulari, mœnibus extructis, munitiſsimiſque turribus in angulis cingens, & eam Præfecti Illyrici ſedem eſſe voluit, ut ait Procopius. [g] Eidem Archiepiſcopum dedit primatem Epiſcoporum Daciæ Mediterraneæ Ripenſis, Præualitanæ, Dardaniæ, Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ; quarum Antiſtites ab ipſo, illum verò à proprio prouinciarum concilio ordinari iuſsit, ac locũ Romanæ Sedis apud illos tenere. [h] Multi verò contendunt, quęnam eſſet patria Iuſtiniani, Bartholomæus Brixienſis, [i] eam eſſe Sclauonicam

b Nouella 11.

c l.pen. C. de cõmer. & mercat. Nicephor. lib. eccleſiaſt. 12. c. 17. & alij.

d l. id ab vnaquaque. C. de anno. & tribut. lib. 10. l. ſacroſancto. C. de ſacr. ſan. eccle.

e li. 2. de officijs.

f Nouella. 11.

g lib. 4. de ædif. Iuſtiniani, & d. Nouella 11.

h §. 1. in aut. de eccleſi. tit. quæ eſt Nouella 131.

i in can. te ipſis 7. q. 1. in glo. 1.





nicam affirmat, quæ eſt vrbs Dalmatiæ prope Daciam, & Pannoniam ſecundam quæ Bulgaria vocatur, & id audio ex pluribus marmoribus ibi adhuc extantibus deprehendi. Verùm Agathius [a] eam Bederinam Illyrici vrbem fuiſſe aſſerit, Nicephorus autem [b] Achrido: Patriæ quoque ſuæ, inquit, Achrido præcipuum honorem habens Iuſtinianus, Archiepiſcopali dignitate eam decorauit, eccleſiam que ibi liberam, quę ipſa ſibi caput eſſet, cum plena poteſtate conſtituit, & primam Iuſtinianam vocauit, quemadmodum & in inſula Cypro poſtea ſecundam Iuſtinianam, eandemque Archiepiſcopalem, parem ei cum Achrido honorem tribuens fecit, in cõiugis ſuæ Theodoræ Auguſtę inde ortę fauorem. Porrò Achrido vrbs eſt in excelſo tumulo conſtructa, prope lacum maximum, qui Lychnedus appellatur; Antiquitus autem Baſſaritis vocatus eſt. Hæc ille. Locus, quem Nicephorus deſcribit, Salonianę conuenit, quam varijs nominibus appellatam fuiſſe arbitror. Eſt enim prope Drinum circa Liburniam, & Dalmatiam, vbi poſtremò P. P. ſedes fuit. Eadem Cedrenus in Baſilio Romani filio, vbi hanc Bulgarię regiam vocat. Verum ipſe Iuſtinianus [c] dicit eam eſſe in Pannonia ſecunda ſeu inferiore. Sed fortè ita appellat Dalmatiam. Nicephorus uerò Gregora lib. ſecundo ſcribit Iuſtiniani patriam fuiſſe Bulgariam à flumine Bulga, quod totam regionem interſecat, dictam, & prouincię Bulgariæ caput conſtitutam. Guilielmus etiam Tyri Archiepiſcopus [d] teſtatur eam ſuo tempore Acredam vocatam, & tum erat annus ſalutis 1167. Sophotatus quoque curopalata de officialibus palatij in patriarchæ deſignatione Archiepiſcopum Iuſtinianæ primæ, ideſt Achridos, & totius Bulgariæ vocat, nam Iuſtiniana ſecunda, inquit, eſt Cyprus, & tertia Calcedon. Achridon Regiam Bulgarorum Zonaras in Baſilio Porphyrogenneto appellat. Verùm Procopius [e] & Ioannes Langus interpres ad finem lib. 17. Iuſtinianam primam in Dardania Europea ponit; Apud Dardanos, inquit, Europeos, qui ad Epidamni fines accolunt, regio Taureſia dicta fuit, vbi Iuſtiniani, qui orbem terræ edificijs exornauit, patria: locum eum breui muro circumdedit, in quadranguli formam ſtructura redacta, atque in angulo quoque turri excitata τετραπυργίαν. hoc eſt quatuor turres habentem effecit, & à ſe nominari curauit, atque hanc præclariſsimam condidit, quam Iuſtinianeam primam vocauit, Nutritia hæc præmia altrici ſuæ tribuens, Ibi verò & aquæductum, vt ciuitas lymphis affatim abundaret, fieri fecit. Addidit alia inſuper egregia opera, Dei templa, plurima domicilia, Principum virorum magnifica, porticus amplas, Iudicum curias pulchras, pontes, plateas, vicos, balnea, rerum uenalium fora; vrbs ipſa ingens & frequens, & tractus eius totius metropolis; ut quæ Illyrici vniuerſi Archiepiſcopum ſit ſortita, cuique oppida eius gentis, reliqua omnia pro magnitudine ſua debitum exhibuerint honorem; Et auxit illa Imperatori ei gloriam, quę alumno tanto celebretur, atque ipſe ambitione, & liberalitate quadam illi, qui eam ita çdificijs excoluiſſet, gratiam referre contendit. Erat Præterea in Dardania oppidum vetus Vlpianum nomine. Huius mœnia, quòd nulli uſui eſſent, demolitus ad eam, quæ nunc ſpectatur, pulchritudinem perduxit. Vrbem hanc ſecundam Iuſtinianam appellauit, non longè ab hac urbe aliam, ubi nulla antea fuerat, condidit; quam de auunculi nomine Iuſtinopolim uocauit. Hactenus Procopius. Hęc de poſtrema Metropoli Illyrici, & ſede eius Prçfecti. Nunc reliqua Prçfecti Prçtorio Illyrici proſequamur.

a lib. 5.

b lib. 16. c. 37. & lib. 17. cap. 28.

c in d. Nouel. 11.

d lib. ſacr. belli 20. c. 4.

e lib. 4. de ædif. Iuſtin.

## NOTITIA.

*OFFICIVM uirorum Illuſtrium, Præfectorum* PRÆTORIO PER ILLYRICVM.
PRINCEPS.
*Cornicularius.*
*Adiutor.*
*Commentarienſis.*
*Ab actis.*
*Numerarij quatuor. In his auri unus, Operarum alter.*
*Subadiuua. Cura Epiſtolarum.*
*Regerendarius.*
*Exceptores.*
*Adiutores.*
*Singularij.*
*VTERQVE Præfectus Prætorio euectiones annuales non habet; ſed ipſi præfecti emittunt.*

### COMMENTARIVM.

OFFICIVM habet P.P. Illyrici, Principem, Cornicularium, Adiutorem, Commentarienſem, Abactis, Numerarios quatuor, Exceptores, Adiutores, Singularios, quorum ſeptem finito officio ſunt Comites ordinis primi ex Anaſtaſij reſcripto, [f] nempe Cornicularius, chartularius ſiue Adiutor, Primiſcrinius, ſeu ſubadiuua, & quatuor Numerarij, vnus ſcrinij Macedonię, alter ſcrinij Dacię, tertius ſcrinij operarum, quartus ſcrinij auri. Illud verò reſcriptum ad P.P. Illyrici miſſum explicat, quid ſentiat Notitia, dum nominat Numerarios quatuor; inter quos auri vnum, operarum alterum: Alios uerò duos reticet, quos Anaſtaſius aperit eſſe duorum Numerarios ſcriniorum Macedonię, & Dacię: & loco operarum legit operum, & rectius, ita enim nouella 128. [g] appellat ſcriniarios operum prçfecti prçtorio, veluti aquæductus, aliorum operum publicorum: Qui verò hi eſſent, in P.P. Orientis expoſui, ſicut & ſequentia etiam verba Notitię, quę ſunt. VTERQVE P. P. EVECTIONES ANNVALES NON HABET SED IPSI PRAEFECTI EMITTVNT. quæ ſignificant P.P. quotannis non impetrare à Principe facultatem currendi, ut ipſorum Vicarij, qui duodenas annuas euectiones habent, [h] & præſides qui binas, ſed ipſi currunt, & alijs currendi facultatem concedunt. Legendum eſt enim Præfecti non Præfectos Prætorio, ut antea in impreſſo habebatur. in mannuſcripto codice Vrſini, poſt enumeratos officiales legitur Præfectus Prætorio Illyrici ipſe emittit. Eius inſignia ſequuntur.

f in l. ult. C. de Numer. actuar. & chartular. lib. 12.

g ſeu auth. de collatoribus. §. ciuitatum, & §. ad hoc iubemus.

h l. 22. C. Theo. de curſ. publie.

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRORVM
## ILLVSTRIVM PRAEFECTORVM
### Prætorio per Illyricum.










## COMMENTARIVM.

HVIVS Præfecti præcipuum inſigne fuit eburnea ſella curulis & deaurata, atque in Hemycyclum incurua, quæ quadriroto currui impoſita a quatuor equis albis trahebatur: pedes Auriga rubētes ocreas altè indutus, coccineoq; pallio ſupra praſſinum ſagum, in ſiniſtrū humerum reiecto, flagello equos agebat. Quemadmodū in mea Notitia impreſſa ſpectatur, in manuſcriptis auriga deeſt. ſed in his ab anteriori parte ſummi currus, latum lorum in dextrum equi latus deſcendit, & faſciæ pectus cingenti cōiungitur. Aliæ purpureæ tęniæ dorſa, ac pectora, collaque equorum cōplectuntur. In impreſſo pro faſcijs aureæ phaleræ cernuntur; hæ ſunt ouales orbiculi, & auro diſtincta lora. A pectore aureus nodus dēſis filis demiſſis pendet. Proprium aūt hoc inſigne Præfectorum fuit, vt curru aurato vterentur. Alijs.n. magiſtratib. intra vrbem quidem carrucis vti concedebatur, ſed argentatis, [a] vt Piſidiæ Prætori, qui curru argento cęlato vehebatur. [b]

Præfecti vultus ēt Imperatorū auratos præmittebant, ſub quib. mulieris cornu copię ſiniſtra gerentis imago ſculpta erat. Ea eſt Imperij felicitas, q̄ hac forma deſcribebatur. Caſſiodorus, [c] vultus ēt, inquit, regnantium geniata obſequij pōpa præmittit, vt nō ſolū ſummi Iudicis, ſed & dn̄orum reuerentia cumulatus orneris, Hæc ille. ſpectatur ēt abacus, alba mappa, aureo limbo circumdata inſtratus, qui librū erectū ſuſtinet, cuius in medio Auguſti imago cernitur, cum binis vtrinq; ardentib. cereis auratis cādelabris infixis. Is eſt mādatorum liber, quem Princeps magiſtratib. dare conſueuerat. Ea ab Auguſto inuenta fuiſſe Dion [d] ſcribit, quæ intermiſſa Iuſtinianus [e] renouauit; & ſex capitibus explicata Græcè & Latinè ſcribi, ac laterculo inſeri iuſsit, inde deſcriptus Pręfectis tradebatur, vt ab ipſis inſtruerentur, quid ſibi in adminiſtrando officio agēdū eſſet, [f] Iuſtinianus, [g] ut aūt ſciant, inquit magiſtratus, quomodo oporteat eos prouincias gerere, uisū eſt nobis nō ſolū illis tradere ſymbola, i. inſignia magiſtratus in codicillis, ut uocant, ſed ēt præſcribere, quomodo magiſtratū adminiſtrare deberēt. Hæc anteriores legū latores mandata Principis appellabāt, ut ipſi ad hæc reſpicientes rectè ſuū adminiſtrarēt magiſtratū, & undiq; noſtris ſubditis proſint. Igitur hæc ſacra mādataiusſimus in ſacro noſtro Laterculo reponi, ut vnà cū codicillis, Præſidibus exhiberētur. Idē in alijs Nouellis [h] repetit. Pars mādatorū ab Vlpiano, [i] & alijs recitatur. ſed fermè uniuerſa in Nouellis à Iuſtiniano explicātur [k] Pierius, [l] hāc aram ex ære nō abacum fuiſſe credidit, quo liber hic ſuſtinetur. Pro cereis quatuor lampades ſuo ære idem Iuſtinianus Vicarijs Præfectorum & alijs exhibebat, [m] quæpro eius inſignibus recenſentur, & in auditorio tempore, quo cauſas audiebant, ad augendam Principis & magiſtratuum maieſtatem accendebantur. Notitia enim in conſula

a l. ult. C. de honorator. uehic. l. 1. C. de quæſtor.
b Nouell. 24.
c in 6. uar. de formula conſularit.
d lib. 53.
e in Nouell. 17. ſeu auth. de mandat. princip.
f d. aut. de mād. Princ. §. pen. & l. ult. C. eo.
g Nou. 24. §. 1. & Nou. 26. §. 2.
h Nou. 25. §. ult. & Nou. 26. §. 2. & 27. §. 1.
i in l. ſolēt, In fi. de off. proconſ.
k in Nou. 24. ſeu aut. de mād. Prin. & d. l. ult. C. eod.
l lib. 46. de igne Auguſtali.
m ut in edicto 8. Iuſtin. de Vicario Ponticæ Nou. 41. Iullianus nou. 38

ri Paleſtinę & Campanię prope eorum tribunal codicem mandatorum alto tapeto ſubnixum, ſed ſine cereis, quibus minores magiſtratus carebant, repręſentat. Simile eſt, quod iuſſit Iuſtinianus, vt ante ſedem iudicialem ſacroſancta deponerentur euangelia, & ibi ab initio litis in omnibus cognitionibus vſque ad terminum & definitionem ſententię permanerent. [a] Duarum pręterea mulierum effigies P. P. Illyrici habebat, quę vaſa aureis plena in manibus, & in capite coronam ſeu tutulum prominētibus pinnis gerebant: earum capitibus inſcriptum eſt, alteri MACEDONIA, alteri DACIA: illa nudis pedibus, hæc cum calceis more veterum, ligulis pedibus alligatis incedit, vtraque tunicam, illa albam, hæc purpuream aureo limbo circumtextam, & infra crura demiſſam, coccineo, breuique ſuper iniecto palliolo geſtat. Vrſini codex vtranque rubentibus calceis altè indutam, cum talaribus tunicis longiſq; pallijs repræſentat. Sed quia omnium præcipuum inſigne Principum vultus fuerunt, proprium his caput dicandum eſſe cenſuimus.

a l. rem non nouam. in fi. princ. C. de iudic.



Cod. de ſtatuis & imaginibus.

## DE IMAGINIBVS PRINCIPVM. Cap. XXIIII.

AVRATI quoque Principum vultus auratæ pilæ impoſiti, quemadmodum prouinciarum magiſtratibus, ita & P. P. pro inſignibus præferebantur. Hi in foro vel alio loco publico, ac priuatis ædib. aliàs locabantur, quod ab Auguſto initium habuit; Hūc enim honorem antea in vſu poſitum in principio ſui principatus Tiberius ſibi fieri vetuit: Tranquillus, [b] prohibuit, inquit, etiam ſtatuas, atque imagines niſi permittente ſe poni, permiſitque ea ſola conditione, nè intra ſimulachra Deorum, ſed intra ornamentum ędium ponerentur. Ioſephus [c] ſcribit Pilatum, cum in Iudęā veniſſet, circa annum nati Domini XXVII. nocte intempeſta opertas Hieroſolymam intuliſſe imagines Cęſaris, quæ res poſt triduum ingentem inter Iudæos excitauit tumultum; & ſi Philo de legatione ad Caium illos aureos clypeos nulla imagine inſignes fuiſſe tradit. Principum imagines poſtea per totum imperium circumferri ſolenne fuit, cum quis Auguſtus creabatur. Zoſimus, [d] Maxētius, inquit, ſe iam conſtabilitum putans hre imperium, mittebat in Africam & Carthaginem, qui eius imaginē circumferrent: & libro 4. Theodoſius dat in mādatis Cynegio, vt imaginē Maximi conſpiciendā Alexandrinis exhiberet, publiceq; reponeret, & populo indicaret conſortem Imperij hunc factum. Idē ſcribit Conſtātini imagines Romæ pro more exhibitas: Herodianus 8. Aquilieſium, ait, Duces proponunt Maximi & Balbini, āc Gordiani Cæſ. imagines coronis & lauro redimitas, quibus ipſi acclamātes ēt hortabantur exercitum, vt agnoſcerēt, ſalutarentq;, & lætis exciperent vocib. quos S.P.Q.R. Imperatores elegiſſet. Idē 7. ciuitates pleraeq; imagines Gordiani ſtatuaſq; poſuere. Similiter Capitolinus Maximini ſtatuas atq; imagines depoſitas fuiſſe ſcribit. Deinde milites, inquit, recepti ſunt ab oppidanis, ita vt ante imagines Maximi, Balbini, & Gordiani adorarēt. Blondus [e] quoq; auctor eſt, cū Imperator creatus eſſet Focas in Oriēte, eius & vxoris Leontiæ imagines in oratorio S. Cæſarei inter alios Auguſtos Romę locatas fuiſſe, quod ſignū erat ipſum pro Principe recipi. Quęlibet legio eādē cum aquila pro inſigni hēbat, & ſigno militari pfixas venerabatur. Herodianus [f] loquens de Maximino de ſignis militaribus, inquit, illius imagines detraxerunt, & in primo loquens de Didio Iuliano creato Imperatore ſignis, ait ſublatis, impoſitiſq; illis imaginib. deducere hoiem tendunt. Modeſtus de vocabulis rei militaris, Totius, inquit, legionis inſigne ſunt imagines Imperatorū, quas tanq̄ diuina & præſentia ſigna ſinguli venerantur. Vegetius in [g] ſecunda acie, inquit, poſt aquilam & imagines cohors ſexta cōſiſtit, & ſubijcit, imaginarij, vel imaginiferi ſunt, qui imagines Imperatoris portant. Tranquillus in Tiberio, largitus eſt, ait, quædā munera Syriacis legionib. ꝙ ſolæ nullā Seiani imaginem inter ſigna coluiſſent; Seianus enim pro Imperatore hri voluerat. Idem in Caligula [h] Artabanus, ait, aquilas & ſigna Romana Cæſarumq; imagines adorauit. è diuerſo, qui à Principe deficiebant, primū eius imagines deijciebant, & cōminuebant. Tacitus, [i] primam, inquit, quintamq; turbidi adeo, vt quidam ſaxa in Galbæ imagines iecerint. & paulò poſt. Quarta & duodeuiceſima legiones ijſdem hybernis tendentes ipſo cal. Ianuarij die dirūpūt imagines Galbæ. Herodianus, [k] ſtatuæ, inquit, atq; imagines Maximini, cęterique honores ſtatim conuulſi: vt vero honeſtius colerētur, velut idola alijs dicata conceptis verbis cōſecrabantur, nec eas amplius cuique vēdere licebat, qui læſæ maieſtatis crimen incurrere nolebat, cū alias a ſtatuarijs publicè venire poſſent. Martianus. [l] Non videtur, inquit, contra maieſtatem fieri, ob imagines Cęſaris nondum conſecratas venditas.

b cap. 26.
c lib. 2. de bello Iudaic. cap. 8.
d lib. 2.
e lib. 9. deca. 1.
f in 8.
g lib. 2. c. 6.
h cap. 14.
i lib. 17.
k in 7.
l in l. 5. ad leg. Iuliam maieſta.

Illas aūt imagines his ſimiles fuiſſe credendū eſt, q̄ à Notitia repræſentantur, & magiſtratib. pmittebantur, non ſecus ac hodie Archipræſules & Patriarchæ crucē aureā vel argenteam præferunt. Solebāt & priuati has imagines ſecum ferre, aut ad eas cōfugere, vt ſe ab alicuius potentis vi tuerentur, qđ in alicuius inuidiā, vel ad aliquem ſugillandū fieri prohibetur. Calliſtratus. [m] Ad ſtatuas, inquit, cōfugere, vel imagines Principū in iniuriā alterius prohibitū eſt; eumque qui imaginē Cęſaris in inuidiā alterius prætuliſſet, in vincula publica coerceri. Nec de alijs imaginibus quā hic à Notitia repſentatis intelligit, de quib. multa Imperatorum extāt reſcripta. [n] Ex ære inaurato, vt Notitia oſtēdit, & qñque auro & argento cōflari ſolebant. D. Ambroſius, [o] ſola, inquit, ære ſua Principū capita, & ducti vultus de ære adorātur. Lāpridius in Diadumeno, fecitq; Baſſiani ſimulachra ex auro & argento. Hæc ille. Qñque ēt ex cera fingebantur, Nazarius in Panegyrico Conſtātini loquens de eius imaginibus, à Maxentio tyranno deiectis, Aboleri, inqt, hic vultus nō pt, vniuerſorū pectorib. infixus eſt, nec cōmendatione cerę, aut pigmentorū fucis renitet. Prędictę effigies ꝓpria fiſci pecunia, nō prouincialiū fundebātur. [p] Dieb. vero feſtis, & Pręſide pñte erigebātur, ita tñ, vt adorationis faſtus abeſſet, quā Theodoſius A. [q] ad Aetium P.P. ꝓhibuit: Quando, inquit, noſtræ ſtatuæ, vel imagines eriguntur, ſiue dieb. (vt adſolet) feſtis, ſiue cōibus, adſit iudex, ſine adorationis ambitioſo faſtidio. Lego faſtu. Hoc aūt ſtatuitur, quia Iulianus Apoſtata eas adorari iuſſit, vt ait Cedrenus, & ethnici adorabāt. In Notitia oſtēdūtur duorū Principū aurati vultus, ſe reſpiciētes vſq; ad Lūbos formati, quos P. P. alijq; ciuiles prouinciarum magiſtratus præferebant, non militares, ut Magiſtri militum, Comites, Duces, & Palatini iudices, qui pro illis capita Principum dorſo libri inſculpta tantum habebant, columella imagines Principum ſuſtinebat: in imo erat tripus ut ſolo poſſet conſiſtere. Sed & porticibus aut aliis ædificiis publicis atque adeo priuatis eædem imagines affigi cōſueuerant. Arcadius A. [a] ad Aemilianum P. P. ſi quando inquit, uſus exegerit, uel porticus, uel quaſlibet ædes ætatis ſenio, ſeu fortuitis concuſſas caſibus reparari, liceat, etiam inconſulta clementia noſtra, cum reuerentia ſui imaginem deponere uel noſtram, uel retro Principum, reportatamque poſt refecta ædificia, loco proprio denuo collocare. Has imagines tranſeuntes uenerabantur, honoremque exhibebant. D. Gregorius Nazianzenus in prima in Iulianum oratione. Parum, ait Imperatores ſibi habent adorari, niſi idem quoque in imaginibus, picturiſque præſtetur, quo cumulatior & perfectior, ipſis ſit ueneratio.

m in l. capitalis. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis.
n toto tit. C. de ſtatuis & imaginibus.
o lib. 6. cap. 9. in examero.
p l. pen. C. de ſtatuis & imaginib.
q in l. 2. C. eo. ti.



a in l. ſi quando C. de oper. pub.

Plinius minor ad Traianum ſcribens, cum imagini tuæ, inquit, quam propter hoc iuſſeram cum ſimulachris numinum afferri, thure ac uino ſupplicarent, & infra. Omnes & imaginem tuam Deorum ſimulachra uenerati ſunt. Vndè honorem ijs exhibitum fuiſſe conſtat. Hodie loco imaginum arma Principū ſolent affigi. Paleologis imperantibus, magiſtratus, imaginem Principis in tunica ante pectus, & à tergo auro depictam geſtabant, aliquando ſtātis, quandoq; throno aut equo inſidentis. Ac tum capitijs, auro, gēmiſq; ornatis, ac uariè pro dignitatum diuerſitate uti cœperunt, ac ſceptrum ligneum nodis aureis, & quandoq; nigris, coccineiſuè exornatum gerere, ut Suphotatus Curopalata in officijs palatinis recitat.

Nobiles priuati & ipſi quandoq; ſuas, aut aliorū imagines publice ponebant. Pomponius [b] cū quis ait, iuſsit in municipio imagines poni, ſi non honoris municipij gratia id feciſſet ſed ſua, actio eo nomine nulli competit. certe maiorum imagines muris ædium affixas nobiles habebant. Conſtantinus ad populum, [c] ne uero domum inquit uendere liceat, in qua pater deficit, minor creuit, in qua maiorum imagines aut non uidere fixas, aut reuulſas uidere ſatis lugubre eſt. Marcellus [d] hæredem meum uolo in patria faciat porticum publicam, in qua poni uolo imagines argenteas: item marmoreas: Plinius, [e] placuit lugere filium, luget vt nemo: Placuit ſtatuas eius & imagines quàm plurimas facere: Hoc omnibus officinis agit, illum coloribus, illum cera, illum ære, illum argento, auro, ebore, marmore effingit. Viris illuſtribus, & bene de Republica meritis in publico imagines poni ſolebant & domi priuatim conſeruari. Plinius, [f] apud maiores, inquit, hæ erant, quæ ſpectarentur, non ſigna externorum artificium, nec ærea aut marmorea. expreſsi cera vultus ſingulis diſponebantur armarijs, ut eſſent imagines, quæ comitarentur gentilicia funera, ſemperque defuncto aliquo aderat totus. familiæ eius, qui unquam fuerat, populus. Aliæ in foribus, & circa limina animorum ingentium imagines erāt, affixis hoſtium ſpoliis quæ nec emptori refringere liceret, quæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant. Has in publico viuentibus Caligula poni prohibuit. Tranquillus, [g] uetuit poſthac, inquit uiuentium cuique uſquam ſtatuam, aut imaginem niſi ſe conſulto & auctore poni.

b in l. 7. Quintus de annu. legat.
c in l. lex quæ tutores. §. ne autem & §. ne uero C. de admin. tutor.
d in l. ſeia §. ult. de aur. & arg. leg.
e epiſt. 7. li. 4.
f li. 35. ca. 2.
g ca. 34. in Caligula.

Alia præterea P. P. habebat ornamenta, quibus & Proconſules, & Præſides utebantur. Annonas, ut alij magiſtratus, ex publico, Sed longè pinguiores, qualē in Claudio Trebellius Pollio olim fuiſſe ſcribit, uide licet frumētū, uinū, oleū, laridū, acetū, olera, hordeū fęnum, ligna, paleas, cerā, aurū, argentū factū ueſtes mulos, equos, & alia, quæ ibi referuntur. Sed pecunia poſteà pro his dari iuſſa. Iuſtinianus P. P. Africæ centum libras auri præſtitit. [h] Nūc ad aliū illuſtrē i. Præfectū urbi ſecundū Notitiæ, & Codicis Iuſtiniani ordinem, qui eum P. P. ſubnectunt, eſt ueniendum.

h in l. 1. C. de offic. P. P. Afric.

## DE PRAEFECTO VRBIS Conſtantinopolis. Cap. XXV.

CONSTANTINOPOLIS antea Byſantium dicta, quod Peſennio Nigro [i] fuiſſet, à Seuero Imp. planè diruta, ac theatro, thermiſque, ac omni cultu atq; honore detracto, in vici formā redacta fuerat, & Perinthijs adiudicata. Poſtea vero imperij ſede eò trāſlata, in antiquū ſplendorē reſtituta, & noua Roma à Cōſtantino eſt appellata, [k] omnibuſque Romæ veteris priuilegijs eſt potita. [l] Id conſtituit ſecunda Synodus Conſtantinopolitana, [m] imperante Theodoſio magno, & Chalcedonenſis [n] confirmauit, quod & Suidas, Euſtachiuſque memorant. In omnibus igitur Romam æmulata, quemadmodum illa, & ipſa in regiones XIIII eſt diuiſa. [o] Aureum quoque miliarium pro vrbis vmbilico habuit Capitolium, pōtem ſublicium, obeliſcum, theatra, circum maximum, horrea, amphitheatra, piſtrina, thermas, columnas intus peruias, duas Baſilicas, porticus, & multa alia, quæ Romæ inſignia reperiebantur. Itaque & vrbi Præfectum exemplo Romæ obtinuit, qui ciuiles, & criminales cauſas in vrbe, & extra intra aliquot ſtadia etiam Senatorum iudicaret, [p] ex prouincijs etiam ad eum prouocabatur, quemadmodum a Præſidibus, & Proconſulibus ad Pręfectum vrbis Romę appellari ex Mœcenatis ſententia Auguſtus induxit, vt auctor eſt Dion, [q] & Caſſiodorus: Vopiſcus in Floriano, omnis prouocatio, inquit, Præfecti vrbis erit; quæ tamen à Proconſulibus, & ordinarijs iudicibus emerſerit: Idem paulò poſt. Præfecturæ vrbanæ appellatio vniuerſa decreta eſt: & rurſus. Redierunt ad præfectum vrbis appellationes omnium poteſtatū & dignitatum. Verum pluribus Præfectis prætorio inuentis, ad ipſos prouinciarum cauſæ ſunt deuolutæ, [r] eas tantum, quæ Romæ à Prætoribus cognitæ fuerant, vrbi Pręfectus retinuit. [s] At Conſtātinopoli, quo maiorem eius Præfecto auctoritatem adderet, Conſtantius ſtatuit, vt à duobus Ponticæ diœceſeos rectoribus, id eſt, Bithyniæ, & Paphlagoniæ, & totidem Aſianæ, i. Lydiæ, & Phrygiæ ſalutaris, & duobus Procōſulib. Aſiæ, Helleſponti, & inſularum, & à tribus Thraciarum diœceſeos, Europæ, Rhodope, & Hæmimonti, quę ſunt nouē prouinciæ, ad ipſum appellaretur. [t] Exemplo etiam Præfecti Romæ idem paucos milites in vrbis ſtationibus ad ſedandos tumultus diſponebat. [u] Ad eundem diſciplina & editio ſpectaculorum pertinebat, & ideo mulctæ ſępe arcæ theatrali Præf. vrbi applicabantur. [x] Ad ipſum & cura carnis, vt iuſto pretio venderetur, & fori aīalium ſpectabat. [y] Imo totius annonæ prouidentia ipſi, & Præfecto annonę erat commiſſa. [z] Liberalium quoque ſtudiorum diſciplinam Conſtantinopoli exerceri curabat, vbi tres Rhetores, decē vtriuſque lingue Grāmatici, quinq; ſophiſtę, vnus philoſophus, & duo legum interpretes quemadmodum Romę à Pręfecto conducti docebant. [a] Procurabat etiam, vt mille centum tabernę eccleſię magnę a Conſtantino & Anaſtaſio donatæ ſarcirentur. [b]

i Herodianus in 3.
k l. 5. C. de operib. publ. l. generaliter. in fi. C. de epiſc. & cler.
l l. 6. C. de ſacroſan. eccle. l. 2. C. de priuileg. vrb. Conſtant.
m in can. 3.
n can. 28.
o §. antep. nouel. 43.
p l. 1. in princ. ff. de off. præfe. vrb. l. 4. C. Theod. de iuriſd.
q lib. 52.
r l. à Proconſulibus. l. addictos. l. præcipimus. C. de appellatio.
s l. ſi apud. C. de appellatio.
t l. cum appellat. C. de appellat. l. 23. C. Theo. eo. l. vlt. C. de his, qui per inet. iud. non appella.
u l. 1. §. vlt. ff. de off. præfe. vrb. & Dion.
x l. nouel. 63. in fine.
y d. l. 1. §. cum carnis.
z d. l. 1.
a l. 1. C. de ſtud. lib. vrb. Roma. & Conſtant.
b nouel. 59. §. 1.

Primus Honoratus ex Pręfecto Galliarū Conſtantinopoli Pręfectus eſt, Anno ſalutis 362. & penultimo Cōſtantij imperij, vt D. Hieronymus in chronicis, Caſſiodorus, Socrates, & Sozom. tradunt. Is conſularis Byzantij eſt appellatus, qđ nomē aliquot annis, vſq; ad Valentiniani, & Valētis imperiū permanſit. [c] ſcribit. n. Gregorius Presbyter D. Gregoriū Nāzianzenū, dū eccleſię Conſtantinopolitanæ præeſſet per calūniā accuſatū, ad conſularē vrbis perductū, abſolutūq; fuiſſe: Itaq; cōſtat eū magiſtratū, tū cōſularē vocatū, quare inſcriptio reſcripti Valētiniani [d] ad Honoratū rectè hēt Conſularē Byſantij, vt olim legebatur, non Byzatij, vt poſtea eſt mutatum, quæ vrbs Byzazenę prouincię erat caput, cuius vniuerſę cōſularis nō vnius Byzatij vrbis fuiſſet appellādus.

c l. 1. C. de offic. comit. rer. priua.
d in d. l. 1.

Vterque Pręfectus vrbi P. P. dignitate æqualis

a l.1. C. de P. P. ſiue urb.lib.12.
b l.vl. C.de appa ritorib.pręf.vrb.
c l. 1. & 2. C. de P.P. ſiue vrb.
d l.3. C. de offi. præſ. vrb.
e d.l.1.& 2.
f li.14.cap.58.

cenſebatur, [a] & illuſtris erat, [b] In ſenatu tamen ſupra illos ſedebat, [c] & in vrbe omnibus antecellebat: [d] depoſito vero officio ex Præfectis prior magiſtratu functus pręcedebat. [e] Præerat ſenatui, in quo etiam primus ſententiam dicebat iura à principe condita ibidem legi curabat. (l.1.C.de bon.mater.) Sedebat autem Conſtantinopoli Senatus plerunque eo in loco, qui ſeptimus vocabatur. Niceph. enim [f] ſcribit Pulcheriam Theodoſio fratre defuncto, conuocatis ad ſeptimum Senatoribus Martianum Imperatorem creaſſe. Vnde plura in ſeptimi conſiſtorio, iura recitata dicuntur. [g] Sed vitio librariorum, ſæpe ſcriptum eſt ſepties, pro ſeptimi. In eo vero Præfectus vrbi Præfecto Prætorio erat inferior, q ab [h] eo, non à prætorianis ſententiis appellabatur. [i] Inſignia eadem quæ Romæ Præfectus habebat, nempè vultus Principum, librum mandatorum inter quatuor ardentes cereos abaco impoſitum, quadriiugū currum auratum, quo per vrbem vehebatur, præconibus eum imperij patrem acclamantibus. [k] Caſsiodor. [l] de præf. vrbi loquens Carpento, inquit, vehe ris per nobilem plebem, publica te vota comitātur; fauores gratiſsimi, conſona tecum voce præcedūt: Hæc ille. Non tantum enim præcones, ſed & plebs eum fauſtis manibus excipiebat. Alij quoque maiores magiſtratus, vt Magiſtri militum, Magiſter officiorum, & alij Illuſtres curru intra vrbem vehebantur. Gratianus, [m] Omnes, inquit, honorati, ſiue ciuilium ſeu militarium vehiculis dignitatis ſuę, & carrucis intra vrbem ſacratiſsimi nominis ſemper vtantur. Appellat autem vehicula dignitatis, quia ob dignitatem ita in publicum prodibant, qui mos hodie ab aula receſsit; Cetera huius magiſtratus inſignia, in Præfecto Romæ explicabuntur. Alexander A. [n] P. V. vrbi amicum vocat. Alii Imperatores hac appellatione ad eum ſcribebant TVA MAGNITVDO, [o] SINCERITAS, [p] ILLVSTRIS AVCTORITAS TVA, [q] SVBLIMITAS, [r] & ſimilia quibus erga Præfectum prætorio vtebantur: Eius etiam ſedes AMPLISSIMA vocabatur, quemadmodum, & Prætoriana, & ipſe GLORIOSISSIMVS [s] eſt dictus. Eius fori aduocatorum numerus octuaginta fuiſſe videtur, ita enim Iuſtinus diffiniuit ad Theodorum P. V. ſcribens [t] quem alij P.P. fuiſſe volunt quorum. X V. eminebant, & Primates vocabantur, iſtorum primus fiſci aduocatus cum ſalario publico fiebat, & hi omnes iiſdem priuilegijs, q- bus Fiſci patroni gaudebant. [u] Clariſsimique vocabantur.

g vt l. pen. C.de ſacroſan.eccleſ.l. 19.C. de iure delib. l. ſancim*.C. de donat.l. 30.C. de fideicom.
h l.1.C.de ſent. Præf. Præto.l.17. præfecti.ff.de minor.l.1.ff. de off. præf. præt.
i Aemilius 38.ff. de minor.l.vl.C. de his qui p mēti iud.non appel.
k l.1. C. de quæſtorib.nouel. 70.
l in formula præfecturæ vrbanæ.
m l.1. C. de honora.vehic.
n in l.1.C.ſi mācip.
o l.ad ſimilitudinem. C.de aduo. diuer. iudicio.
p l.2.C.de offic. præf. urb.
q l.3.C.de ſpect. & ſcenic.& lenonib.
r l. 1. C.de ſtud. liber.urb.Romę.
ſ l.1.C.de rapto. virgin.
t in l.antepe. C. de aduoc. diuer. iud.l.13.C.de nō num. pecu.
u d.l. ad ſimilitudinem.

Nulla huius Præfecti extant inſignia, cum tamen vſq; ad tēpora Notitię, & Iuſtiniani & vltra hic magiſtratus continuauerit, Theodoſius enim minor, & Valentinianus circa annū ſalut. ccccxxvij. Theophilo P.V. Conſtātinop. ſcribit, [x] & Iuſtinianus ſępe cūdem Præfectum nominat, [y] forte exiſtimauerūt ea, quæ in Occidente in Præfecto Romæ repreſentātur, pro hoc ſufficere. Aut aliquod folium deeſt. Eiuſdem officium omittitur. Idem tamē fuiſſe arbitror, quod erat Præfecti vrb. Romæ, nempe habuiſſe Principem, Cornicularium, Adiutorem, Commentarienſem, & alios. Adiutor primicerij titulo honeſtabat, & priuilegium habebat, ut captarū perſonarū delinquentiū curā ſuſciperet, bienniōq; tantum in officio permanebat. Theodoſius. [z] Primicerius, inquit, adiutor tuæ ſedis officij curā, inſuper perſonarū ſuſcipiat. De aliis non pōt intelligi, q̃ de cuſtodię traditis, & erat adiutor totius officij, & Cōmentarienſis, delinquenteſq; capiebat. Vult aūt Theodoſius, ut non tantum ſontes capiat Adiutor, ſed & eorum curā habeat, ex cōſuetudine Conſtātinopolis, cum aliàs hęc cura eſſet Commentarienſis. Præter officiū alios ſub ſe hic Præfectus habebat, qui in Præfecto vrbi Romę a Notitia recenſiti commodius explicabuntur. Duos tamen Præfectos, videlicet annonæ, & vigilum, non ocioſè hic repetemus, quorum uſus ab Occidentalibus diuerſus reperiebatur. Vicarium urbis Conſtantinopolis, q Romę erat, Notitia nullū nominat. Quòd vero Valentinianus, & Valens ad Voluſianum. V.C. Vicarium ſcripſiſſe leguntur, [a] ſuſpectum eſt: ijs enim imperantibus Præf. vrb. nō Vicarius fuit. [b] Aut certe de vrbis Romæ Vicario eſt intelligendum, vbi illud [c] reſcriptum eſt conditum, [d] quod cum Taracinenſes, & Tuſcos calcem in vrbe vehere iubeat ad Conſtantinopolim longe ab eis populis diſtantem non poteſt referri.

x in l.1.C. de p feſſo.qui in urbe conſt.
y in l.1.C.de rapto.virg.
z in l.vl. C.de offi.præf. urb.

a l.3.C.Theo.de calcis coctorib.
b l.28. C. de decurionib.
c l.2.C.Theo.de inceſt.nup.
d d.l.3.C.Th.de calcis cocto.

## DE PRAEFECTO ANNONAE. Cap. XXVI.

C. de offi. Præfecti annonæ Græca conſtitutio.

PRAECIPVA cura P.V. erat annonæ, qui cum pluribus negocijs occupatus, huic cōmode intētus eſſe non poſſet, proprius eius rei gratia creatus eſt magiſtratus, Præfectus annonæ vocatus. Is inter alia, q̃ in Præfecto Romę dicētur, panes inter pauperes diuidebat. Conſtantinus enim, diuerſis hoīum generib. eos eſt elargitus. [e] Primo illis qui domos Conſtantinopoli habuiſſent, [f] & hi panes palatini dicebantur. [g] Suidas uero, [h] quemcunq; panem ex Principis palatio exeuntem, palatinum vocatum fuiſſe autumat. De his interpretandum eſt Theodoſij reſcriptum [i] ad Proculum P. V. Annonas, inquit, publicas, non tam titulis dignitatum, quàm ſingulorum meritis attributas Conſtātini liberalitate claruit, ideoq; nihil ex his ſcholarum nomine vendicetur, ſed pro cuiuſq; merito conceſſa ſeruentur. Merita autem eorū intelligit, qui ædificaſſent, & ob id ciuicæ annonæ appellant, [k] uel publicæ. Hæc enim uocabula confunduntur. [l] Alios panes Conſtantinus aſsignauit militibus, qui & ipſi vrbem ædificijs exornaſſent. [m] Hi in pane cocto exhibiti domibus aſsignabantur. [n] & panes ædificiorum dicebantur, [o] Alios præterea panes quo anno Conſul fuit Conſtantinus, ſingulis diebus inter plebem diuiſit, quibus ēt uinum, carnem, & oleū addidit, vt ait Suidas, [p] & ita per multos annos obſeruatum fuit. Octuaginta millia panum, eū quotidie pauperib. elargitū Metaphraſtes [q] ſcribit: Socrates octuaginta millia modiorū frumēti. [r] Sordidus erat hic panis, duas vncias, & ſemis pēdēs. Valentinianus uero buccellas mundas ſex vnciarū dedit. [s] His alios addidit Theodoſius Magnus, [t] & alios Martianus, [u] Tribunalibus aūt varijs in locis ciuitatis erectis illos p gradus aſcendentes pauperes accipiebāt. Cum enim vnus locus ad diuidendos inter tantam plebē panes, non ſufficere, centum & decem ſeptem per xiiii. Cōſtantinopolis regiones, marmorei gradus ſunt cōſtructi, ut in antiqua Conſtantinopolis deſcriptione ante Notitiam legitur. vnde hic panis gradilis appellabat, quem aliunde q̃ à gradibus cuiq; aſsignatis populus accipere nō poterat. [x] Valentinianus: ne qd, inquit, ſuper gradili pane fraudis oriatur, iuſsimus omne illud, qđ populo penditur, palam in gradibus, non cītā piſtorib. miniſtrari. Erant igitur ſui cuiq; tribui gradus deſtinati, quos mutare nō licebat, nec alter ad alterius gradū tranſire poterat, idq; officiales Præfecti annonæ prohibebāt. Idem Valentin. [y] Panis, ait, gradilis in aliū gradū tranſlatio inhibetur, & cognoſcat officiū Præfecti annonæ, ſeueriſsima ſibi imminere ſupplicia, ſi vlterius tranſlationē per gradus permiſerit commutari. Ciuiles ēt hi panes vocantur, [z] qa ciuibus dabantur, ad palatinorū differentiā, & aliorum, qui quibuſdā ſcholarum hoībus præſtabantur. [a] Hę populares ēt annonæ, & ciuicæ ſunt dictæ. [b] Eādē olim Romę liberalitatē, ſed nō tanta largitate Traianus exercuerat, [c] quinq; millib. n. puerorū, & puellarū inopū alimenta decreuerat. [d] Eorū numerū Aurelianus auxit, vt ait Vopiſcus. Quare in pluribus numiſmatis Traiani, & Hadriani hi gradus viſuntur, p quos populus aſcendit panē accepturus. In ſummo eſt ſcriba, & alius cū teſſera, q panes diuidit. Hi olim neq; alienari, neq; in aliū transferri poterant. [e] Sed illis a multis alienatis, Theodoſius eos contractus confirmauit,

e l.8.& 9.C.Th. de anno. ciuit.
f l. 12. & 13.C. Theo.eo l.
g l.7.C. Theo.d. tit.
h in uerb. παλατῖνοι.
i in l. 1. C.de annon. ciuil.li. 12.
k l.1.&ſeq.C.T. de anno. ciuil.
l in l.1.C.eo.ti. & l.10. C.eo.
m l.2.C.T.eo.ti.
n l.1.C.de canoſtum. urb. Conſtant.li.11.
ti. in l.5. C.T.d.
o de anno.ciuil.
p in d.uerb. παλατῖνοι.
q 6. Nouemb.in Paulo Patriarcha Conſtantinopolitano.
r li.2.c. 3.
ſ l.5.C.Th. d.ti.
t l.pe.C. Th.eo.
u l.ul.C.eo.ti.
x l.3.& 4.C.Th. eo.ti.
y l.2. C.The.eo. ti.
z d.l.ul.§.præterea, C.de iu. dot. l.ul.§.& nemo, C. de quadrien. præſcrip.
a l.2.C.de annō. ciuil.
b d.l.2.
c Plin.in panegyrico.
d Dion & capitoli.in pertinace.
e l.6.& 7.C.Th. eod.tit.



a in l.vl.C.de annon.ciuilib.
b d.l.vl. §.præterea, C. de iur.do.

confirmauit, & diſtrahi permiſit. [a] Quare poſtea alienari, & in dotem dari potuerunt. [b] Nunc alios ſub hoc Præfecto magiſtratus proſequemur, qui etſi ſub Romæ Præfecto erunt explicādi, diuerſam tamē Conſtantinopoli formam habebant; & ideo hic de ipſis neceſſariò eſt dicendum.

## DE PRAEFECTO VIGILVM. Cap. XXVII.

ff. & C. de officio Præfecti vigilum

QVEMADMODVM ſub Romæ Præfecto erat Præfectus vigilum, ſeptem cohortibus imperans, quæ incendia in vrbe orta arcerent, ita & ſub Conſtantinopoli Præfecto, alter vigilū, quingentis ſexaginta tribus collegiatis nuncupatis imperabat. Erant hi ex diuerſis artificum corporibus delecti, per xiiij. vrbis regiones, ad arcenda incendia diſpoſiti, in quibus plures, vel pauciores locabantur; prout amplæ, anguſtæuè regiones erāt, vt docet antiqua vrbis Cōſtantinopolitanæ deſcriptio, quæ collegiatos in quaque vrbis regione 25. 80. aut 90. pro cuiuſq; latitudine recenſet. In vltima regione errore librarij deſunt 38. qui aliarum regionum collegiatis aggregati, numerum 563. conſtituunt, quot ab Honorio, & Theodoſio in reſcripto ad Aetium. [c] P.V. recēſentur. De his in prima Conſtātinopolis regione, ita legitur. Prima regio continet collegiatos XXV. qui è diuerſis corporibus ordinati incendiorum ſolent caſibus ſubuenire. Secunda regio continebat collegiatos XXXV. Aliæ plures uel pauciores alios. His ergo imperabat Præfectus vigilum, quorum opera arcebantur incendia, & in defuncti locum præſentibus corporatis, alium ſubrogabat, nec his alij addi, nec ipſi mutari poterant Honorius, & Theodoſius, [d] Ceſſante, inquiunt, omni ambitione, omni licentia, quingentorum ſexaginta trium collegiatorum numerus maneat, nulliſq; his addendi, mutandi, vel in defuncti locū ſubſtituendi pateat copia, ita, vt iudicio tuæ ſedis, ſub ipſorum præſentia corporatorum in eorū locum, quos humani ſubtraxerint caſus, ex eodem, quo illi fuerant corpore, ſubrogentur, nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate conceſſa. Ad Aetium P. P. eſt illud reſcriptum, ſed legendum eſt P.V. vt habent emendati Codices, nam ipſe functus eſt hoc magiſtratu Conſtantinopoli. [e] Deligebantur uero hi collegiati, ex XXXV. corporibus artificum, qui à Conſtantino in reſcripto ad Maximum [f] recenſentur, eoſque ab alijs muneribus perſonalibus, præterquam ab arcēdo incendio immunes facit. [g] Corporati autem artifices ſunt, architecti, [h] medici, pictores, ſtatuarij, marmorarij, lectarij, ſeu arcarij, id eſt, qui lectos ſiue fulcra lectorum, & arcas fabricant, clauicarij, qui claues, quadrigarij, qui currus, uel quadratarii, quos græco vocabulo πύκτους appellant, vermiculatum opus facientes, ſtructores, ideſt ædificatores, ſculptores ligni, muſarij, deauratores, albini, quos Græci κονιατὰς appellant, id eſt parietum dealbatores, argentarij, barbaricarij, qui ex filis auro elaboratis hominum, brutorumuè imagines effingunt, ait Donatus, [i] Diatretarii, margaritas perforantes, uel calices torno polientes, aut cęlantes, [k] ærarij, fuſores, ſignarij, fabri, bracarii, aquæ libratores, figuli, qui græcè κεραμεῖς aurifices, vitriarij, plumbarii, ſpecularij, pelliones, fullones, carpentarii, i. ſculptores, dealbatores, cuſores, linarii, qui linum curant, tignarii, bractearii, græcè πεταλουργοί. His omnibus P.V. imperabat, ex eorumq; corporibus 563. ad arcenda Conſtantinopoli incendia eligebat. Symmachus P. V. [l] Valentinianum A. rogat, ne noua equorum collatione ad vſum exercitus, plebem Romanam oneret. Hi ſunt, inquit, qui fabriles manus Auguſtis operibus accommodant, per alios fortuita arcentur incendia: quibus verbis motus Imperator indictum onus remiſit. [m] Sed quod ad Præfectum Vigilum pertinet, is magiſtratus vilioribus dari cœptus, conſpirantibus etiam cum eo furibus, paulatim deſpectus eſt. Quare Iuſtinianus eius loco Prætorem plebis creauit, cui etiam in eos, qui nocte mœchando, uel furando, uel alio modo deliquiſſent, gladii ius dedit. [n] Imperabat hic Præfectus, & Vicomagiſtris, quos ab Auguſto inuentos Tranquillus [o] ſcribit, ſpacium vrbis, inquit, in regiones, vicoſque diuiſit, inſtituitque, vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur, hos magiſtri è plebe cuiuſque viciniæ electi. Hi Cōſtantinopoli numero LXX. inſtituti per noctem quini xiiii. vrbis regiones cuſtodiebant, quemadmodum in deſcriptione urbis Conſtantinopolitanæ legitur.

c l.pen. C.de cōmer. & mercato.
d in d.l. pen.
e l.ul. C. The.de calcis coctorib.
f in l.1.C.de excuſ.artifi.
g l.1.C. de priu. corp.& l. 1. C.de collig.li. 11.
h l. 1.C.de excu. artif.
i in 11. Aeneid.
k l. ſi ſeruus, §.ſi calicem, ff.ad leg. Aquil.
l li.1.epiſt.
m l.1. C. The.de priuil.corporato.
n in nouel.13.
o in Augu. c.30.

## DE DECANIS SEV LECTICARIIS. Cap. XXVIII.

DEcanorum etiam, ſeu Lecticariorum, qui lectis [p] impoſitos mortuos efferebant, curam Præfectus vrbi habebat. Hi a ferendis lectis nomē traxerūt. Alio nomine Decani ſunt dicti, fortè quòd in decades eſſent diuiſi. A Conſtantino Pio Principe ſunt inuēti, ut gratuitā exportandis defunctis operā præſtarent, eamque ob cauſam maiori Eccleſiæ Cōſtantinopolis 950. ergaſteria donauit, alia 150. Anaſtaſius cum quibuſdam aliis reditibus addidit, quæ numerum M C. ergaſteriorum efficiebant, ex quorum penſionibus ſumptus funerum fiebant. [q] Itaque Iuſtinianus mandauit Præfecto vrbi, ut præfata ergaſteria ab aliquibus vſurpata Eccleſiæ memoratæ reſtitueret, octingentaque eius defenſoribus, trecenta Oeconomis aſsignaret, qui ex eorum reditibus aureos CCCC. ſingulis menſibus religioſis darent, videlicet decanis 182. aſcetriis, ideſt, monialibus VIII. quæ pſallentes lectum ſequebantur, aureos XCI. Acoluthis lumina præferentibus, aureos XCI. canonicis mulieribus, quæ ſeruiebant Xenodochio, & ipſæ, quoq; pſallebant, aureos 36. aſcendit annua hæc sūma ad quatuor millia, & octingentos aureos; Qui vero volebat plures lectos, & ſpecioſiores, pluraq; aſcetria, pecuniam in Nouella Iuſtiniani definitā ſoluebat: Aſceterium autem vult conſtare ex octo monialibus, & tribus acolythis.

Lecticarii uero ſeu decani à defenſore Eccleſiæ ex 800. ergaſteriorum pēſione alebantur. Horum numerus cum in immenſum excreuiſſet; ſtatutū eſt à Theodoſio iuniore [r] ne 950. excederent, poſtea ad M C. excreuerunt: & Iuſtinianus [s] 800. pauciores nō eſſe ſtatuit. Hi ferebant caducer, ſepulchrum extruebāt, & in alijs huiuſmodi laborabāt, vnde κοπιαταὶ. ideſt laborantes vocantur, [t] a Præfecto vrbi creabātur. Nullum tamen ipſis certum locum Conſtantinopoli deſtinatum fuiſſe inuenio, ſed ut facilè inueniri poſſent, credendū eos in certo loco congregatos māſiſſe, quemadmodum Romæ; ubi in unis caſtris degebant in xiiij. urbis regione, quæ caſtra lecticariorum appellabantur, ſed illorum numerus non apparet.

p nouel. 59.c.4.
q nouel. 59.§.1. Leonis nouel.12
r l.4.C.de ſacroſan. eccl.
ſ nouel.43.ī principio.d.nouel.59.
t in d.nouel. 59. cap. 2.

## DE CVRATORIBVS OPERVM Conſtantinopolis. Cap. XXIX.

QVemadmodum Romæ, ita & Conſtantinopoli credendum eſt curatorem operum fuiſſe, quæ ante Notitiam in Conſtātinopolis deſcriptione in xiiij. regiones diuiſæ īcerto auctore recitātur, vt Fora IIII. Theatra II. Circus I. Thermæ VIII. Baſilicæ II. Horrea V. Luſoria II. Ciſternę IIII. Nymphęa IIII. Porticus LII. Piſtrina publica xx. Gradus CXVII. de qbus ſupra. Colūna purpurea I. Aliæ intus peruię II. Coloſſus I. & plura alia, q̇ pprio opuſculo me interpretaturū ſpero. eorumq; oīum ſolicitudo apud hūc curatorē fuit. Alios quoq; magiſtratus, q nunc. xv. Præfecto urbi Romæ parebāt, ſub hoc Cōſtantinop. Præfecto fuiſſe credēdū eſt, vt magiſtrū cenſus, q ibi

acta ſcribi iubebat: [a] ſed & agitatores, ac ſcenici, omniaq; ad ludos ſpectantia ſub hoc Præfecto fuere: [b] Denique lenones, [c] & tota ciuitatis politia ei committebatur, vt in præf. Romæ dicetur. [d] Verum quoniam aliquod ius in Prętores Conſtantinopolitanos eius vrbis Præfectus habebat, & eorum iura meminerunt, de his eſt videndum.

a l. teſtamenta, l. conſulta, C. de teſta. l. in hac ſacratiſſima, l. ſecundū C. de dona.
b l. 1. 4. & ſeq. C. Theo. de ſcenic. l. vlt. C. Theo. de expen. lud. l. 1. & 2 C. Theo. de equis curul.
c l. 1. C. Theo. de lenon.
d l. 1. C. Theo. de vſu.
Cod. de officio p̄toris, de prætoribus li. 12.
e l. ſi apud. C. de app.

## *DE PRAETORIBVS CONSTANtinopolis. Cap. XXIX.*

ROMAE Conſtantino Imperante duo tantum Prætores erant, a quibus ad Præfectum vrbi appellabatur. [e] Byſantium vero ſede Imperij tranſlata, Conſtantinus nullum illi vrbi Præfectū, ſed tres prætores dedit, primum a ſe Flauium nuncupatum, quem in ludos, & theatra vigintiquinque millia Follium, & libras argenti quinquaginta ad oblectandum populum impendere voluit: quæ ſumma eſt plus minus noſtrorum 500. Aureorum. Follis autem ſecundum Suidam ęquat fermè dimidium noſtrum quadrantem. Secundum Prætorem etiam à ſe Conſtantinianum appellauit, quem viginti millia follium, & quadraginta argenti libras inſumere iuſsit. [f] hic eſt Prętor Conſtantinianus, qui alienantibus prædia minorib. decretum interponebat. [g] Tertium Prętorem vocauit triumphalem à victorijs, quas ſæpius obtinuerat: & hunc xv. millia follium, & triginta argenti libras erogare præcepit. [h] Nec niſi Senatores, & à Senatoribus eligebantur, [i] Poſtmodum ſub Conſtantio quinque facti ſunt prætores, quorū primus fuit Conſtantinianus, qui in honorem magiſtratus libras argēti mille in aquæductus ſeu fabricas publicas impendebat. Alter erat Flauialis, qui & ipſe in eaſdem fabricas libras 500. erogabat. [k] Alij ludos edebant. Hæc autem officium Præfecti vrbi exequebatur. [l] Deinde ſub Valentiniano ad numerum quatuor redacti ſunt Prætores, qui kal. Ianuarij magiſtratum inibant, [m] Gratianus alios quatuor addidit. Demum Valentinianus III. & Martianus tres tantum ex Senatoribus Conſtantinopoli habitantibus creari mandarunt, [n] qui cauſas liberales, & liberorum cognoſcebant, ac decreta minoribus prædia alienantibus interponebant, [o] minoreſq; captos in integrum reſtituebant: eos fortè tum intermiſſos Notitia prætermittit. Imperante Iuſtiniano vnus Cōſtantinopoli Prætor plebis nuncupatus fuiſſe videtur quem ipſe magnificentiſsimum appellat, & apparitorem habuiſſe dicit. His, quæ ad Præfectum vrbis Conſtantinopolis pertinent, explicatis, cum huic ordini illuſtrium continuato tam Notitia, quam Codex Iuſtiniani magiſtros militum ſubnectant, de his eſt videndum.

f l. 5. C. Theo. de præto.
g l. vl. C. de præ. minor.
h lib. 5.
i l. vlt. C. de offi. præt. l. 12. C. Th. de præto.
k l. 13. C. Theo. de præto.
l d. l. 13. & 20.
m l. 20. C. Theo. de prætor.
n l. vl. C. de offi. præto.
o l. 1. C. eo. ti. in prin. ff. de ventre inſpiciendo.
p l. nouel. 89. §. 2 ſeu auth. de teſtibus.

C. de offic. magiſtrorum militū.

## *DE MAGISTRIS MILITVM. Cap. XXX.*

PRIMA pars Breuiarij imperij, quod Auguſti manu ſcriptū fuiſſe Tacitus, Tranquilluſq; ſcribūt, continebat, res militum, & quot ſub ſignis vbiq; eſsēt, quotq; claſſes reperirentur. Hæc poſtmodū per latercula diuiſa rurſus in Notitia ſunt tranſcripta. cum de his igitur atq; eorum Præfectis ſit dicendum illorum origo hic altius eſt repetēda. Ante inuentos magiſtros militum, conſulares vocati tanquā Imperatoris legati, ad regendum exercitum mittebantur, quibus milites tam pacis, q̄ belli tempore obtemperabant. Tranquillus in Tiberio, [q] corripuit, inquit, conſulares exercitibus præpoſitos, ꝙ non de rebus geſtis Senatui ſcriberent: & in Domitiano [r] Oppium Sabinum conſularem à Dacis oppreſſum ſcribit. Conſularem appellatum Vlpianus tradit, [s] quia conſularibus inſignibus vtebatur: ēt is, ait, qui exercitui præeſt, licet conſularibus inſignibus vtatur, ignominiæ cā ab Imperatore miſſus, hac nota laborat. Vegetius uerò, qa ex cōſularibus viris exercitibus præfici ſolebant, cōſulares appellatos fuiſſe innuit. [t] Legati nomen adhuc Alexandro imperante erat in vſu, Lampridius, [u] Apparitores, inquit, nullos eſſe paſſus, iuſsit, vt ante tribunum milites quatuor ambularent, ante Ducem ſex, ante Legatū decem: legatis Magiſtri militum ſucceſſerunt. Vegetius. [x] Legati, ait, Imperatoris, ex cōſularibus ad exercitum mittebātur, quibus legiones, & auxilia vniuerſa obtemperabant in ordinatione pacis, vel neceſsitate bellorum, quorum loco nunc illuſtres viros conſtat Magiſtros militum ſubſtitutos, à quibus non binæ tantū legiones, ſed & plures gubernabantur. Hæc ille. A quo vero Magiſtri militū inuenti fuerint, non conſtat. Certum eſt, poſt Alexandrum à poſterioribus Principibus introductos. Metaphraſtes Theophilum Magiſtrum equitum ſub Decio, & Veturium ſub Diocletiano nominat Magiſtrum peditum. Aurelianū quoq;, qui mox imperauit, Magiſtrū militum p̄ Thracias Fl. Claudij fuiſſe Vopiſcus ſcribit. Et Euſebius Cæſarienſis Saturninū vnum ex xxx. tyrannis Carino imperante. Magiſtri autē dicti ſunt, quibus alicuius negocij cura præcipuè demandabatur, [y] Indeq; magiſteria hæc poteſtas eſt appellata. [z] Ita ēt Paulus Diaconus vocat. Cæterum cum Præfecti prætorio ubiq; ordinandi, & puniendi milites poteſtatem haberent, Conſtantinus militari imperio ipſis adempto, duos magiſtros militum inſtituit, alterū equitum alterum peditū, qui omne ius in milites haberent, vt auctor eſt Zoſimus, [a] quod in Occidente ſemper eſt obſeruatum. Magnus uerò Theodoſius, vt oībus ex partibus hoſtibus occurreret, plures Magiſtros militum creauit, ut in 4. Zoſimus ſcribit, q mox ad numerum quinq; in Oriente ſunt redacti. In Occidente duo permanſerunt, alter equitum, peditum alter; qui in Principis comitatu degebant, & tanq̄ apud eum manentes, in Præſenti ſunt vocati, [b] His Iuſtinianus in Polemoniaco Ponto, Armenijs, alijſq; adiacentibus regionibus, Zetam magiſtrum militū addidit. [c] Horum fermè eadem poteſtas erat in milites quæ Præfectorū Prætorio remanſit in prouinciales, [d] Ciuiles enim criminaleſq; illorū cauſas audiebant, [e] & terminabant, [f] Ab ipſis tamē prouocare licebat. [g] Qui verò eorū uice exercitibus imperabant, in caligatos tantū, ſeu gregarios milites, non tribunos aut Centuriones, ius gladij exercebant. Hanc ſecundam poſt Principem dignitatem fuiſſe D. Hieron. [h] ſcribit. Triſtatæ, inquit, apud Græcos nomen eſt, ſecundi gradus poſt regiam dignitatē, quos nos Magiſtratus vtriuſq; militiæ, & Præfectos annonarij tituli vocamus. inter alia comitibus, & magiſtris militum indultum erat priuilegium, ut gratis in balneis publicis ciuitatum lauarētur, C. l. 1. c. in rei mili. cani. vel trib. laua. pręf. Ad Magiſtrum militum ſcribēs Imperator hoc titulo eum alloquebatur. INSIGNIS AVCTORITAS TVA, [i] vel PRAECLARA, vel ILLVSTRIS MAGNIFICENTIA TVA, [k] aut MAGNITVDO TVA, [l] vel GLORIA TVA, [m] vel ſimili appellatione.

Milites antea a Magiſtris Ducibuſq; eligebātur, & probabantur. Poſtea Zeno hoc ſibi reſeruauit, atque oē militum genus a ſe probari uoluit, [n] Magiſtris ſucceſſere, qui hodie Generales exercitus vocantur: magiſtrorum enim nomen hodie ab vſu receſsit, & ad publice docentes eſt translatū, qui vulgò a Summis Pontificibus, magiſtri vocanť, [o] ſicut & Doctores. [p] Eodē noīe, equitum religioſorū Præfecti appellanť.

Notitia quinq; Magiſtros militū in Oriente recenſet, qui mixtim equitibus, peditibuſq; imperabant; & ſi ſecus eſſet in Occidente, vt dixi. Horū duo erāt in p̄ſenti, vnus p̄ Orientē: Quartus p̄ Thracias; Quintus p̄ Illyricum. Sed iuxta Notitiæ ordinem, prius de p̄ſentalib. eſt differendū. Vt vero Oriētis collectæ uires appareāt, in fronte prius totius Oriētalis militiæ, numeros hoc compendio deſcriptos repræſentabo.

q cap. 32.
r cap. 6.
ſ in l. 2. in princ. de his qui not. in fam.
t li. 2. c. 9.
u in eod.
x li. 2. de re militari. cap. 9.
y l. quibus, ff. de ver. ſign.
z l. 3. C. de appa. mag. mili. l. 3. C. de offi. magi. milit.
a li. 2.
b l. pen. C. de apparitor. mag. milit.
c in l. ult. C. de offi. mag. mili.
d l. pen. C. de of. P. P. Orien. d. l. 1. & 2. C. de offic. mag. mili.
e l. 1. & 2. & toto tit. C. eo.
f l. de militib. C. de cuſtodia, & exhib. reor.
g l. vlt. C. de his qui per metum iud. non appe.
h in 23. Ezech.
i l. 56. C. Theod. de curſu pub.
k nouel. Theo. ti. 14. l. 2. C. de offi. mag. mili.
l l. ul. C. de offi. mag. mil. l. 2. §. 1. C. de offic. præf. præ. Africæ.
m d. l. 2. in fi.
n l. pen. C. de re milit.
o eo. ti. de magiſtris, c. literis. de conſtitutionibus c. pen. & ul. de iudic.
p c. olim de reſc.





# IN ORIENTE.

*Magiſter militum præſentalis. 1.*
- *Legiones Palatinæ.* VI.
- *Vexillationes Palatinæ equitum.* V.
- *Vexillationes comitatenſes equitum.* VII.
- *Auxilia Palatina.* XVIII.

*Magiſter militum in præſenti. 2.*
- *Legiones Palatinæ.* VI.
- *Vexillationes Palatinæ, equitum.* VI.
- *Vexillationes Comitatenſes equitum.* VI.
- *Auxilia Palatina.* XVII.

*Magiſter militum per Orientem.*
- *Legiones Comitatenſes.* IX.
- *Legiones Pſeudo comitatenſes.* X.
- *Vexillatiotiones comitatenſes equitum.* X.
- *Claſſes.* VI.
  - *Seleucia hæc ſub Comite Orientis.*
  - *In ponto Euxino nauium. 40.*
  - *In mari rubro.*
  - *Syriaca.*
  - *Alexandrina*
  - *Carpatia.*

*Magiſter militum per Thracias.*
- *Legiones Comitatenſes.* XXI.
- *Vexillationes Palatinæ equitum.* III.
- *Vexillationes comitatenſes equitum* IIII.

*Magiſter militum per Illyricum.*
- *Legiones comitatenſes.* VIII.
- *Legiones Pſeudo comitatenſes.* IX.
- *Legio Palatina.* I.
- *Auxilia Palatina.* VI.
- *Claſſes.* VI.
  - *In Schytia. I. nauium* 125.
  - *In Moeſia prima. II.*
  - *In Moeſia ſecunda. I. nauium* 100.
  - *In Dacia. II.*

| | |
|---|---|
| *Sunt omnes legiones.* | 70. |
| *Vexillationes equitum.* | 41. |
| *Auxilia.* | 41. |
| *Claſſes.* | 12. |

## *DE PRIMO MAGISTRO militum in præſenti. Cap. XXXI.*

EXEMPLO duorum P. P. initio duo magiſtri militum in præſenti creati ſunt, vt ſi vnus noua moliretur, alter obſtaret. Hi non ſimul, ſed diuiſis inter ſe copijs, militibus imperabant. [a] Hāc vtrāque militiam in præſenti Leo A. vocat, [b] quia in comitatu Principis degebant. Sic magiſtratus qui ſunt in vrbe, Arcadius Iureconſultus, in præſenti eſſe dixit. [c] Non tantum, inquit, priuati, ſed & magiſtratus, ſi ſunt in præſenti teſtimonium dicunt. Vocabantur & præſentes. [d] Arcadius & Honorius: Nemo, inquiunt miles ex his, qui præſentes diuino obſequio noſtrę clementiæ deputati ſunt, & qui in hac eſſe vrbe, præſente comitatu ſunt conceſsi, ad aliena obſequia ſine nutu principali accedere audeat. De his intelligere Tacitus poteſt, cum ait [e] Lupercus, legionarios è præſentibus, Vbios è proximis Treuirorum equites haud longè agentes, raptim tranſmiſit. Aliquando præſentes numeri nuncupantur. [f] Hinc prætorium in quo hi Magiſtri militum controuerſias, aut delicta cognoſcebant, præſentum Iuſtinianus vocat. [g] Ex his domeſtici, qui ſemper Principem comitabātur, quandoq; præſentales nominabantur, [h] Hos maximos ordines appellat Nicephorus, [i] olim ſtipatores ſeu prætoriani nuncupabantur. Herodianus, [k] A Macrino, inquit, corporis cuſtodes, ac ſtipatores, quos prætorianos vocant, fortiter ſtantes, reliquum omnem exercitum ſoli ſuſtinebant, videlicet proceri homines, atque ex omni numero delecti. His duplum ſtipendium eius, quod alijs dabatur, à Senatu olim fuit decretum. [l] Binos enim denarios diurnos accipiebant, cum alij nec vnum quidem haberēt, vt Tacitus [m] refert. Hos Auguſtus X. millium cōſtitutos in x. cohortes ſub totidem Tribunis diuiſit, vt [n] Dion refert, quibus poſtea 3500. electorum Armeniorum ſucceſſere, qui in ſcholas IX. ſub totidē Præfectis diuiſi palatium Principis cuſtodiebant, & ob id magiſtrum officiorum illi præfectum iudicem habebant, in ceteris Magiſtris parebant, qui præter hos, plures copias infraſcriptas præſentales nuncupatas habebant. Cum verò magiſtris præſentalibus rei bellicæ onus incumberet, ad alios magiſtros, &

a l. nemo. C. de re mili.
b in l. vl. C. de diuer. offi. li. 12.
c in l. ob carmē de teſtib.
d in d. l. nemo, C. de re milit.
e li. 2.
f in l. vl. C. eo. ti. l. 4. C. de apparitorib. mag. milit.
g Nouel. 22. in fin.
h l. reſtituendæ, C. de aduo. diue. iud. l. vlt. C. de dom. & protect. l. 2. C. de curioſis
i li. 17. cap. 1.
k li. 5.
l Dion. li. 53.
m lib. 1.
n lib. 55.

Duces limitaneos aliquem ex ſuis apparitoribus mittebant, qui à ſe miſſa mandata impleri curarent. Hęc reſponſa vocabantur, [a] & qui mittit, Ad reſponſum, vel reſponſalis; ſic Prætores Piſidiæ, [b] Lycaoniæ, [c] Thraciæ, [d] Moderator Hellenoponti, [e] & alij copiarum duces [f] inter milites reſponſalem tenebant, qui à ſe iuſſa exequeretur, quæ & mandata vocabantur. [g] Hi erant, vt ſunt nunc apud Principes Nuncij Summi Pontificis, Apocriſarij à Græcis dicti, [h] ſic D. Gregorius Conſtantinopoli apud Tiberium Imper. pro Pelagio Reſponſalis fuit. D. Gregorius, [i] Tempore, inquit, quo pro explēdis reſponſis ad Principem ipſe tranſmiſſus; & in dialogis, [k] dum ait, iuſsione Pontificis mei in Cōſtantinopolitanæ vrbis palatio reſponſis eccleſiaſticis deſeruirem. Idem [l] Anatolium, quem ad facienda reſponſa eccleſiæ in vrbem regiam transmiſſi, charitas veſtra viſitet, vt labores, quos in cauſis ſecularibus patitur, nobiſcum requiem inueniāt. Hæc ille. Hi quandoque Vicarij Summi Pontificis ſunt appellati. Innocentius enim III. Conſtantinopoli Vicarium habuit apud Baldouinum, qui Romam nunciabat, quæ ibi agebantur. [m] Præſentalibus militibus Anaſtaſius [n] priuilegium indulſit, vt litigantes pro ſportulis executoribus ſolum aureum ſoluerent. Hos, vt ſupra diximus, per cohortes antea in vrbe diuiſos Seianus Præfectus prætorio Tiberij ſeorſum muro incluſit. [o] Hæc caſtra prætoriana vocat Plinius. [p] Ad extrema, inquit, tectorum in caſtris prætorianis ab eodem milliario per vicos omnium viarum menſura colligit paulò plus ſeptuaginta millia paſſuum.

a l.vl.C.de re milit.
b Nouel.24.c.4.
c Nouel.25.§.1.
d Nouel.26.c.2.
e Nouel.28.c.3.
f edicto 8. Iuſti.
[g] l.pen.
[h] Procop.in 3.de bello Vādalic.
[i] Zoſimus in 1.
[k] in c.cauēdum.§.1
[l] prima. q.7.
[m] li.14. moral. c.
[n] 1.& li.3. dialo.
[o] 2.
[p] cap.35.
epiſto. 191.

m c.4.de cōſuet.
n in d.l.vl. C. de re mil.
o Dion in li. 57. Tranq. in Tibe.
p li.3.cap.5.

# NOTITIA

## INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS MAGISTRI Militum Præſentalis.











BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

## NOTITIA.

SVb diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri militum PRÆSENTALIS VEXILLATIONES.

### Palatinæ. V.

EQVITES, promoti ſeniores.
COMITES Clibanarij.
COMITES Sagittarij iuniores.
COMITES Taifali.
EQVITES Arcades.

### Vexillationes Comitatenſes. VII.

EQVITES Cataphractarij Biturigenſes.
EQVITES Armigeri ſeniores Gallicani.
EQVITES quinto Dalmatę.
EQVITES nono Dalmatæ.
EQVITES primi ſcutarii.
EQVITES promoti iuniores.
EQVITES primi clibanarij Parthi.

### Legiones Palatinæ. VI.

LANCEARII ſeniores.
IOVIANI iuniores.
HERCVLIANI ſeniores.
FORTENSES.
NERVII.
MARTIARII iuniores.

### Auxilia Palatina. XVIII.

BATAVI ſeniores.
BRACCATI iuniores,
SALII.
CONSTANTIANI.
MATTIACI ſeniores.
SAGITTARII ſeniores Gallicani.
SAGITTARII iuniores Gallicani.
Tertij SAGITTARII Valentis.
DEFENSORES.
RETOBARII.
ANGLEVARII.
HIBERI.
VRSI.

FELICES HONORIANI *iuniores*.
VICTORES.
PRIMI *Theodoſiani*.
TERTII *Theodoſiani*.
FELICES *Theodoſiani Iſauri*.
OFFICIVM *autem ſupraſcriptæ Magiſteriæ in Præſenti poteſtatis, in numeris militat, & in officio deputatur*.

COMMENTARIVM.

INSIGNE huius magiſtri fuit liber ſupra abacum, albo tapeto inſtratum erectus, cuius tegumentum ferrugineum eiuſdem coloris, faſcijs in capitibus, & medio cingitur, in umbilico aurea tabella, aureos duorum Principum vultus ſculptos tenet. In manu ſcriptis longus codex, cum argenteo tegumẽto, & faſcijs aureis cincto, ſuper abaco coeruleo tapeto inſtrato uiſitur; in Medio Principum imagines includuntur, quibus Vrſini exemplar caret. Hic Magiſter vexillationes quinque equitum palatinas habebat, Comitatenſes VII. Legiones uerò palatinas VI. Auxilia palatina XVIII. quæ ut planius intelligantur, aliqua de uexillationibus ſunt præmittẽda.

*DE VEXILLATIONIBVS Magiſtri militum in præſenti. Cap. XXXII.*

VEXILLA tàm peditum, quàm equitum fuere. [a] his enim Romani, & ſignis in legionibus utebantur. Romulus pro ſignis manipulos fœni in ſummitate, haſtæ legatos habuit, poſteà pro his Aquilam, Lupum, minotaurum, & aprum geſtarunt, [b] qui in acie ſimul ordines præibant: Sed Marius in ſecundo conſulatu, Aquilam uniuerſæ legioni præfecit, ut Plinius, [c] & Vegetius [d] referunt. Cętera animalia cohortium ſigna fuere, quibus additus eſt Draco manus, & pila ab Auguſto inuenta, ut orbem Romano imperio hoc typo ſubeſſe indicaret. [e] Aquila primo argentea, & ſacello incluſa, longæ haſtę eſt præfixa. [f] poſteà aurea facta, [g] fulmen aureum pedibus, tanquam Iouis armiger tulit: Demum facta eſt imperij inſigne; Vexillum uerò tàm centuriæ peditum, quàm equitum turmæ fuit, ait Vegetius. [h] Hic tamen uexillatio pro equitum tantũ turma, aut cuneo ſub uno uexillo militante accipitur. Vexillum diminutiuum eſt, a uelo quaſi paruum uelum, ut ait Feſtus. Id erat quadratum, auro & purpura contextum, quod longo conto ſuſpenſum, circa Principem f[...]ebatur. Georgius Cedrenus, Vexillationes, inquit R[o]mani equites appellantur, & vexilla, uela purpura & auro quadrata forma facta. Hæc longis haſtis ſuſpendentes, circum Principem geſtant, & eum protegunt. Simile habebat Imperator exercitus, quod bandum uocabant. Procopius. [i] Belliſarius, inquit, inſignè, quod Romani bandum uocant, Ioanni Armenio commiſsit, & ſi fuerit occaſio, iaculari mandauit; id infra uexillum appellat. Flammulæ etiam uocantur, Vegetius, [k] Equitum inquit, Alæ dicuntur ab eo, quod ſimilitudinem alarum utraque parte protegant acies, quæ nunc uexillationes dicuntur, à uelo, quia uelis, hoc eſt, flammulis utuntur. Hæc ille. [l] Flammulæ autem dicuntur quia erant flammei, ideſt violacei coloris, ait Feſtus In his vexillis ſcribebatur, quæ turma, ex qua cohorte, & quota eſſet centuria. [m] Principis etiam nomen, & fortè imago depicta ſpectabatur, ut auctor eſt Dion. [n] Tacitus [o] Laceratis, inquit, uexillis nomen Vitelli preferentibus. Tranquillus in Veſpaſiano. Cum Veſpaſianum, ait laudibus ferrent, aſſenſere cuncti, nomenque eius uexillis omnibus ſine mora inſcripſerunt. Lampridius in Diadumeno, Vexilla fieri Antonina iuſsit, fecitque Baſsiani ſimulacra, ex auro atque argento. ſtante verò Repub. in vexillis animalia pingenbantur, Appianus [p] enim ſcribit V. Legionem Cæſaris uexillo elephantem depinxiſſe, quod his animantibus in prælio occiſis, uictoriam retuliſſet. Conſtantinus verò ſignum crucis, quod in cœlo uiderat, in militaria uexilla tranſtulit, ut ait Eutropius, Inde Eccleſia poſtea uenerando crucis ſigno uexillum appendit, duobus ſignis militaribns ſeu ceroferarijs cum ardentibus cereis mediam comitantibus, Hæc ſunt ſigna quæ militantem eccleſiam repræſentant. Vexillatio in legione 32. equites continebat. Vegetius, [q] Quemadmodum, inquit inter pedites centuria uel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur, habet equites 32. Huic qui præeſt, Decurio nominatur. Centum. n. pedites ſub uno Centurione. ſeu uno uexillo gubernantur, ſimiliter 32. equites ſub uno Decurione, ſeu uexillo reguntur: ſed Vegetius de legionarijs turmis loquitur. Vexillatio uerò extra legionem uix 300. continuiſſe poteſt: Cum enim Magiſter militum in præſenti 24. Legiones regeret, & 12. uexillationes, proportione peditũ pauciores quatuor millibus vix credendum eſt habuiſſe, ſecundum quam rationem, vexillatio circiter 300. continuiſſet. certum tamen earum numerum non fuiſſe puto. Ala propriè erat in legione, quam uelut ala tuebatur, Vnde in Germania 2. itinerarium VI. VII. VIII. IX & X. legionum alas fuiſſe dicit; extra legionem etiam & cohortes ſæpè reperiuntur. [r] Nam quæ de minore laterculo emittuntur, omnes ſunt alæ ſine legione, [s] ſed tum plures equites cõtinebat, Liuius enim [t] alam CCC. equitum fuiſſe ſcribit. Alibi, [u] CLXXX. Zoſimus. [x] Iulianum contra Germanos alam DC. equitum duxiſſe refert. Vnde patet eas certum numerum non habuiſſe.

a Veget. lib. 2. c. 13. & ſeq.
b Plin. lib. 10. c. 14. & Iſidorus, lib. 13. cap. 3.
c lib. 10. c. 4.
d lib. 12. c. 6.
e Iſidor. lib. 17. c. 3. orig.
f Salluſtius ĩ Catilina.
g Dion. lib.
h lib. 2. cap. 4.
i in 2. de libello Vandalico poſt princip.
k lib. 2.
l Idem li. 2. c. 1.
m Veget. lib. 2. cap. 13.
n [...] 40.
o [...] 18.
p iu 2. de bello ciuili.
q lib. 2. c. 14.
r l. 2. in princip. ff. de his qui not. infam.
s Veget. lib. 2. c.
r. l. pen. C. quando prouocare nõ eſt neceſ.
t lib. 39.
u lib. 8.
x lib. 2.

Alã in turmas diuiſam fuiſſe Tacitus [y] ſignificat. Vniuerſam enim Treuirorum Alam cum Iulio Claſſico præfecto, in Coloniarum auxilium miſſam fuiſſe ſcribit, & paulò poſt. Treuirorum, inquit, turmæ obtulere ſe hoſti incaute. Hæc quandoq; CCCL. equites continebat. Marcelli. [z] Duarum, inquit, turmarum equites circiter. 700. ad ſubſidium Meſopotamiæ recens ex Illirico miſsi. Vexillationem cuneum Conſtantius appellare videtur. [a] Vexillationibus ait, comitatenſibus, ſeu cuneis inſinuare debebis; Sed ibi pro equitum numeris vtroſque promiſcuè accipit. Ego tamen vexillationem in cuneos diuiſam fuiſſe puto. Vexillatio enim Stablaſianorũ ſub magiſtro militum per Orientem, in cuneos diuiſa reperitur, quorum duo Ducis Scythiæ obtemperabant, & alij comiti Aegypti. Vegetius alam vexillationem ſuo tẽpore appellatam ſcribit: [b] coitio in vnum cuneus nominatus eſt, quaſi couneus, inquit Diuus Auguſtinus. [c]

Equitum porrò alij Cataphracti, alij leuis armaturæ dicebantur. [d] Cataphracti erant, qui ſeipſos, & totos equos loricis, & ſquammis ferreis contegebãt. Leuis armaturæ, aut haſtati, aut ferentarij, vel ſcutati vocabantur. Haſtati ſeu contati ſunt dicti, qui aduerſis haſtis cominus pugnabant, qui vero præter lanceas ſcuta ferebant, ſcutati appellabãtur. Ferentarij, qui procul iaculis, ſagittiſue hoſtes feriebant. [e] Horum alij Scythiæ, uel Sagittarij, alij Tarentini, nonnulli iaculatores nuncupabantur: Sagittarij vel Scythæ erãt, qui ſagittis feriebant, hos Italicum vulgus Arcerios nominat; Tarentini verò qui iaculis procul dimicabant, Qui bis terue iaculati, mox cominus pugnabant, Iaculatores dicebantur. Vniuerſæ Alæ præerat Tribunus, quandoque Seuir dictus. Capito in M. Antonino, Pius, inquit, Marcũ Seuirum turmis equitum Romanorum creauit. Hunc ſequebatur ſenator, mox Ducenarius, dein Centenarius, Biarcha

Circitor,

y lib. 18.
z lib. 18.
a in l. 2. C. de hæredit. Decurio. ne ui. cohor. milita.
b lib. 2. cap. 1.
c lib. 2. de ordine cap. 18.
d Aelianus de ĩſtruen. actibus.
e Varro in 6. de lingua latina.



Circitor, Eques, Tiro, vt ait D. Hieronymus, [a] quæ nomina ad gradus officiorum Ducum militariũ ſunt tranſlata; de quibus infra dicetur.

a epiſt. 61. ad Pãmachium.

*DE VEXILLATIONIBVS Palatinis. Cap. XXXIII.*

INVENTIS à Cõſtantino Magno Comitibus quorum tres ordines ſunt facti, vt Euſebius Cæſarienſis memorat, [b] tres etiam militum ordines ſunt inſtituti, & nouis titulis inſigniti. Omnes enim, tam equitum, quàm peditum numeri aut palatini, aut comitatenſes, vel pſeudo comitatenſes vocati. [c] Sed hoc nomen tantum in legionibus reperitur. Palatini ſunt dicti, tanquàm cuſtodiendi palatij Principis honorem conſecuti, & ideo cæteris digniores habiti. Comitatenſes à comitatu. i. aula Principis, in qua degunt, ſunt appellati, & in prætorianorũ, quibus ſucceſſerũt, numero habiti, vt infra dicetur. Vltimi ſunt pſeudo Comitatenſes. i. falſi comitatenſes, quos imitantur. eoſdem enim præfectos, ordines, & Symbola, vt illi, habebant. Sed non ijſdem honoribus aut priuilegijs gaudebant. Palatini enim & Comitatenſes, maius his ſtipendium percipiebant. Nam & eorum actuarij ſex annonas. i. ſex hominum cibaria, & totidem capita ſeu equorum pabula, a Principe conſequebantur. [d] Pſeudo Comitatenſium uerò actuarij, quaternas tantum annonas capitationeſq; capiebant. Comitatenſi quoq;, ſine legitimo hærede, inteſtato defuncto, ſua uexillatio, nõ fiſcus ſuccedebat; [e] quod in pſeudo comitatenſibus non obſeruabatur. Et ne fraus committeretur, nulli ab uno ordine ad alium ſine principis iuſſu licebat tranſire. [f]

b li. 4. de ciu. Cõſtantinop. c. 1.
c l. 10. C. Th. de numer.
d in d. l. 10. C. T. de numer.
e l. 2 C. de hær. decurion.
f l. 14. C. de re milit.

In Notitia auxilia tantum Palatina reperiuntur. Equitum vero vexillationes tam Palatinæ, quàm comitatenſes, legiones, palatinæ, comitatẽſes, & pſeudo comitatenſes recenſentur.

In Oriente vexillationes Palatinæ erant XIV. in Occidente IX. comitatenſes Orientis XXIX. Occidentis XXXII. pluresque vtrobique ſuum nomen conſeruaſſe reperiuntur. Quandoque tamen quæ in Oriente vocantur palatinæ, in Occidente inter Comitatenſes ſunt commixtæ. Cauſam vero, quòd eadem copiarum nomina in vtroque imperio inueniantur, hanc eſſe puto: Cum Valentinianus Valentem fratrem collegam Imperij feciſſet, atque illi Orientẽ conceſsiſſet, cum ipſo etiam numeros militum diuiſit, vt auctor eſt Marcellinus. [g] In eaque partitione euenit, ut plura vexillationum corpora, & legionum ſeparata, vtrobique priſtinum nomen retinuerint: vnde equitum Symbola, quæ in Oriente deſunt, ab Occidentis ſocijs ſumi poſſunt. itaque plures eiuſdem nominis vexillationes diuiſæ, in duo imperia cũ ſuis nominibus tranſiere. Veluti comites, quorum ſenioribus ſub ſecũdo magiſtro præſentali in Orientẽ abductis, iuniores in Occidente permanſerunt. Idem Iouianis legionibus Palatinis euenit, iuniores enim Occidentis, ſeniores Orientis partes tenuerunt. Sic equites armigeri ſeniores ſub primo magiſtro militum p̃ſentali in Orientem tranſierunt, armigeris iuniorib. in Occidẽte relictis, idem in Herculianis, Braccarijs, Aſcarijs alijſq; legionibus, & auxilijs euenit.

g li. 26.

Habebat hic Magiſter quinq; vexillationes Palatinas, & VII. comitatenſes. A palatio, quod tuebãtur dictæ ſunt Palatinæ; palatium autem primum vocata eſt domus Auguſti, a monte Palatino, in quo habitabat, idq; nomen poſtea inditum eſt cuicunq; loco, in quo Princeps habitaſſet, ut auctor eſt Dion. [h] Vexillationes aũt Palatinæ ſub hoc Magiſtro erãt iſtæ.

h li. 13.

EQVITES PROMOTI SENIORES.
COMITES CLIBANARII.
COMITES SAGITTARII IVNIORES.
COMITES TAIFALI.
EQVITES ARCADES.

Hi & legionarij, aut ab honore in eos collato nomen habuere, ut promoti, & comites fœlices: aut ab armorum genere quo vtebantur, vt Clibanarij, ſagittarij, Cataphractarij, Armigeri, Scutarij, Baliſtarij, Funditores, & ſimiles, uel a loco vnde ſunt deſumpti; ſeu quem tuebantur, vt Arcades, Batauì, Armeni, Perſæ, Neruij, Iſauri, Tranſtigritani, & alij huiuſmodi: uel ab ordine temporis, quo ſunt electi, vt primi ſeu primani, Secundi, Quarti, Vndecimani; Tertio Dalmatæ, Quinto, Sexto, & Nono Dalmatæ, Tertiodecimani, Quartodecimani, ſeniores, iuniores, & ſimiles. Aut ab eorum auctore, vt Auguſtenſes, Conſtantini, Valentinianenſes, Theodoſiani, Arcadiani, Honoriani, Iouiani, Herculiani, Gratianenſes & huiuſmodi. Vel à virtute, vt Victores, Inuicti, Rapaces à rapiendis hoſtium ſignis, Martiarij, Vindices. Aut ab officio, ut Defenſores, Propugnatores, Præuentores, Superuentores. Quandoque a moribus, ut petulantes, Legio pia, fidelis.

Promoti forte dicti, quia ad hanc vexillationem, non niſi per quoſdam alios gradus promoti aſcendebant, quod in alijs non ſemper ita obſeruabatur: ipſi vero inter ſe ſibi gradatim ſuccedebant. Vegetius [i] Legionum, inquit, nomen in exercitu manet hodie, ſed per negligentiam ſuperiorum temporum robur infractum eſt, cum uirtutis prẽmia occupet ambitio, & per gratiam promoueantur milites, qui promoueri conſueuerant per laborem. [k] Quaſi enim in orbẽ quendam per diuerſas cohortes, & diuerſas ſcholas promouentur milites, ita vt ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus, vadat ad decimam cohortem, & rurſus ab ea creſcentibus ſtipendijs, cum maiore gradu per alias recurrit ad primam. Ideoq; Primipili Centurio poſtquam in orbẽ omnes cohortes per diuerſas adminiſtrauerit ſcholas; in prima cohorte ad hanc peruenit palmam, in qua ex omni legione infinita commoda cõſequitur; inde ad equeſtrem militiam tranſibat: & ſubijcit, Ita legionarii equites cohortes ſuas contubernali affectione venerãtur. Hæc ille. Promotos eos, qui aliquem gradum obtinuerunt vocat Arcadius. [l] Suidas promotum & p̗cedentem apud Romanos idem eſſe ſcribit: ſed forte a FL. Promoto. P.P. & Magiſtro equitum Theodoſij Magni, eorum auctore, nomen habuere: Is fuit conſul Anno ſalutis CCCXCI. Promotorum Marcellinus, [m] meminit.

i li. 2. c. 3.
k & cap. 21.
l in l. 1. C. ad l. iuliam de ambitu.
m li. 31.

Seniores verò hi appellantur, quia prior hæc uexillatio, alia iuniore inſtituta fuit; quæ una eſt ex VII. Comitatenſibus ſequentibus. Ad altiorem gradum promotis augebatur ſtipendium, Lampridius, [n] Habere, inquit, commilitones p̗ imperio aureos ternos, pro Antonini nomine aureos quinos, & ſolitas promotiones, ſed geminatas: De Promotis ita Marcellinus. [o] Inter hos etiam Promotorum tribunus Potentius cecidit, in primæuo ætatis flore, bono cuiq; ſpectatis meritis Vrſicinij patris Magiſtri quondam ac morum, ſuiſq; commendabilis. Hi ſub Ducibus Paleſtinæ, & Moeſiæ primæ, in limitibus earum regionum excubabant. Nulla uero huius aut ſequẽtium uexillationum Symbola hic apparent; Sed in Occidente apud eos, qui ibi huius nominis ſunt reperiuntur.

n in Diadumeno
o li. 31.

CLIBANARII apud Perſas, a Latinis Cataphracti dicuntur. Hi ſe, & equos undique ferro tegebant, grauiſq; armaturæ milites erant. Lampridius. [p] Centum viginti millia equitum fudimus, Cataphractarios quos illi, ſcilicet Perſæ, Clibanarios vocant. Marcellinus. [q] Sparſique Cataphracti equites, quos Clibãnarios dictitant Perſæ; Thoracum muniti tegminibus, & lumbis ferreis cincti, vt Praxitelis manu polita crederem ſimulachra, non uiros, quos laminarum circuli tenues, apti corporis flexu ambiebant, p̗ omnia membra deducti, vt quocunque arcus neceſſitas commouiſſet, ueſtibus congrueret, iunctura cohærenter aptata. Hæc ille. Vegetius. [r] Bini, inquit, Cataphracti equi iungebantur ad currum, quibus inſidentes clibanarij, Sariſſas. i. longiſsimos contos in

elephantos

p in Alex.
q li. 16.
r li. 3. c. 24.

elephantos dirigebant. Clibanus uero Latinis eſt uas æneum, ſub quo flamma ardet. D. Hieronymus. [a] Clibanus, ait eſt coquendis panibus ænei uaſculi deducta rotunditas, quæ ſub urentibus flammis ardet intrinſecus. Comitis autem titulo tertij, ut credo, ordinis hi honeſtabantur. Conſtantinum enim Comites primi, ſecundi & tertij ordinis, ad plures honeſtandos homines inueniſſe, ex Euſebio Cæſarienſi. [b] diximus.

a in oratione Hierem.

b lib. 3. de uita Conſtantini c. 1.

COMITES SAGITTARII IVNIORES, ità nuncupati, quia poſt alios ſeniores ſagittarios inuenti.

Hi ſunt ſchytæ, ex genere Ferentariorum, ſagittis utentes: Marcellinus, [c] Aderat, inquit, comitum ſagittariorum pars maior, equeſtres uidelicet turmę ità cognominatæ, ubi merent omnes ingenui Barbari, armorum, uiriumque firmitudine inter alios eminentes, Idem. [d] Pedeſtres inquit, lentis inceſsibus educuntur, earumque lateri equeſtres coniunctæ ſunt turmæ, inter quas cataphracti erant, & ſagittarij: formidabile genus armorum, Hypotoxotæ Græcè appellantur a Cæſare. [e] Nunc ſagittarij, inquit Procopius, [f] in bellum theracati procedunt, tibialia uſque ad genu, induti. Ab uno latere pharetra, ab altero enſe adcincti. ſunt & qui haſtam ferāt & paruum ſupra humerum ſcutum: ut ora ceruicemque tueantur. Equitant inſuper peritiſsimè, ut uel equo currente obiter hoſtem & perſequendo poſsint & fugiendo ferire. Arcum ipſum longè ualidiorem uſque in dextram tendunt aurem. Hæc ille. Hi ſub Ducibus in limitibus excubabant. A Cereali Magiſtro militum Honorij, hos equites pedites factos fuiſſe Syneſius. [g] affirmat. Reperiuntur etiam alij ſagittarij ſub alijs Magiſtris militum. Et ſagittarij Parthi iuniores in Occidente.

c li. 16. & 18. ſub finem.

d lib. 16.

e in 3. de bello Ciuili. & alibi.

f in 1. de bello Perſico.

g epiſtol. 130. & 133.

TAIFALI Septentrionales populi ſub Fernobio Duce Thracias populati, cum Frigiderno Gothorum Principe conſerta manu ſunt magna ex parte trucidati, reliqui in hoſtis poteſtatem uiui peruenere: captos Valens circa Mutinam, Regiumque, & Parmam, Italica oppida, rura culturos exterminauit; quemadmodum Marcellinus, [h] ſcribit. Id fuit circiter anno CCCLXXIX. & ſubdit; Hanc Taifalorum gentem, turpem, obſcoenæ vitæ, flagitijs ita accepimus merſam, ut apud eos nefandi concubitus fœdere, copulentur maribus puberes ætatis uiriditatem in eorum uſibus conſumpturi: porrò ſi quis iam adultus aprū exceperit ſolus, uel interemerit urſum immanem, colluuione liberatur inceſti. Hæc ille. Ex his poſtea equites Comites factos Gratianus ſtipendio aluit, & Comites Taifalos uocauit. Inter uexillationes comitatenſes in Occidente ſunt Taifali iuniores: Hodie extare audio in Germania nobilem Taifalorum familiam, quæ etiam quibuſdam in caſtris iuriſdictionem exercet.

h lib. 32.

ARCADES, a loco unde conducti, nomen obtinuerunt: Eſt àutem Arcadia Peloponeſsi regio, ex qua hi equites ſunt electi, & ipſi Comites dicti, ut honeſtiores apparerent. Eſt & Arcadia Aegypti prouincia unde hi contrahi potuerunt: ſub Duce Schytię in oppido Telamonij degebant. comitatenſes uexillationes ſequuntur.

*DE VEXILLATIONIBVS VII. Comitatenſibus. Cap. XXXIIII.*

HAE Vexillationes a Principis comitatu, ubi degebant, & unde euocabantur dictæ ſunt Comitatenſes, ſicut & alij milites, [i] Arcadius & Honorius [k] Comitatenſes, inquiunt, ac palatini numeri, ad alios numeros transferri non poſſunt. Palatinos uocat, qui palatium cuſtodiunt, Comitatenſes qui in comitatu Principis, & urbe degunt: Iidem Principes. [l] Nemo, aiunt, miles ex his, qui præſentes diuino obſequio deputati ſunt, & qui eſſe in urbe præſente comitatu conceſsi ſunt, quiuè de al js numeris, uel legionibus ſunt, ſibi uacet, uel aliena obſequia peragere audeat. Petrus quoque Alexandrinus apud Theodoretum [m] & Nicephorum [n] Magnum Comitem largitionum ex comitatenſibus fuiſſe dicit ideſt ex Principis comitatu. Comitatus autem eſt aula Principis, uel ubi ipſe eſt. AEmilius Macer. [o] Qui inquit, ignominia miſſus eſt, neque Romæ, neque in ſacro comitatu agere poteſt. [p] Græcus interpres quem citat Alciatus. [q] Palatini inquit, communi nomine dicuntur omnes habitantes in palatio, Alij ſemper in domo Auguſti perſeuerantes, comitatenſes. comitatum autem locum appellant, in quo uitam ducebat Imperator Hæc ille. Sic & Argentarij comitatenſes dicti ſunt, qui ſtant in Principis comitatu. [r] Vexillationum comitatenſium meminit Conſtantius. [s] quæ ſub magiſtro militum præſentali erant, VII. ſequentes.

i l. 2. §. pro limitaneis. C. de offi. P.P. Africæ.

k l. contra. C. de re militari. li. 12.

l in l. nemo. C. eod. tit.

m li. 4. ca. 20.

n li. 11. cap. 28.

o in l. milites. §. ignominioſa. ff. de re militar.

p & l. 2. C. quib. non obſt. long. temp. præſcript.

q C. de palat. ſacra. largit.

r l. ſcrinijs. in fi. C. de palat. ſacra. largit.

ſ in l. 2. de hære. decurion. ſeu l. 1. li. 5. ti. 4. C. Theodoſiani.

EQVITES CATAPHRACTARII, Biturigenſes, qui ſunt populi Galliæ in Aquitania, non longe à Ligeri fluuio, nunc Burdegalenſes appellati. Quemadmodum hodie conducuntur Heluetij pedites, Albani equites, & qui Vallones appellantur, ita & Biturigenſes equites alebantur ab Imperatoribus Roma. Cataphractarij uerò ſunt dicti, ideſt totis armis tecti cum equis, ut ſupra dictum fuit: Quot eſſent, ſciri non poteſt. Legitur apud Vopiſcum in Aureliano ei Valerianum dediſſe equites Cataphractarios 800.

EQVITES ARMIGERI GALLICANI ſeniores quos ab armis quibus utebantur, armigeros dictos fuiſſe arbitror, quemadmodum enim grauis armatura dicebatur peditum, qui rotundo Clypeo, Galea, & Sariſſa, ideſt longa haſta more Macedonū pugnabant, ſic auctor eſt Suidas, [t] ita hos equites, q capite & Thorace ipſi, ſed non equi armti eſſent; armigeros uocatos fuiſſe cenſeo. Gallicani uero a gallica, quod genus eſt calceamenti, uel a Gallijs ſunt nuncupati, ſeniores dicti, quia ante iuniores ſunt inſtituti. Horum aliquot cunei ſub Duce Scythiæ, & Mœſiæ ſecundæ militabant. In Occidente reperiuntur inter uexillationes Comitatenſes equites armigeri ſeniores. Schola armaturarum iuniorum ſub eſt Magiſtro officiorum, & una eſt ex XI. ſcholis, quæ ab his differt.

t in uer. ὁπλῖται.

EQVITES QVINTO DALMATAE, & EQVITES NONO DALMATAE. Primus ex Dalmatia Marcus Antoninus milites delegit. Capitol. Dalmatiæ, inquit, atque Dardaniæ milites fecit, quos natura feroces fuiſſe ex Salluſtij ſententia Tertullianus [u] ſcribit. Hi uero quinto Dalmatæ ſunt appellati, quia cum ex Dalmatia multoties equitum cunei eſſent extracti, qui tertio loco, quinto ſexto, & nono collecti erant, Tertio, quinto, ſexto, & nono Dalmatæ uocabantur: uel potius IX. eorum ſcholæ fuerunt; quæ a numero nomen habuerunt; Nam qui ſecundi ſcutarij iuniores ſub magiſtro equitum præſentali Occidentis appellantur, apud comitem Africæ, ſub quo merebant ſcutarij ſecundæ ſcholæ uocantur, ſub Magiſtro militum per Orientē merebant tertio Dalmatæ, & ſub alio Magiſtro præſentali ſexto Dalmatæ, & equites octauo Dalmatæ, ſub magiſtro equitum præſentali Occidentis.

u in li. de anima

EQVITES PRIMI SCVTATI, ordine præcedunt ſecundos ſcutatos, qui alij Magiſtro militum præſentali parebāt, aut quod eſſent primæ ſcholæ ut dixi. ſcutati autè uocantur, quod ſcutis grādioribus uterentur. Sicut enim ſcutati nuncupabantur pedites, qui ſcutis tecti, plumbatis, vel gladijs & miſsilibus accincti pugnabant, vt [x] Vegetius memorat. Sic equites, qui thorace, ocreis, galea haſtaq; armati, [y] etiam ſcuto ſe muniebant; ſcutati nominabantur. Scuta autem ſunt oblonga, ſicut clypei rotundi Virgilius. [z]

*Scutis protecti corpora longis.* Ouidius. [a]

*Tacta ſuper galeas, longaſq; ſcuta ſonant.*

x li. 2. ca. 13.

y Suida in utru. ὁπλῖται.

z in 8.

a in 6. faſtor.

Hi



Hi equites etiam ſub magiſtro militū per Orientem reperiuntur, & in Occidente inter vexillationes comitatenſes. Scutatorum ſchola ſub magiſtro officiorum eſt ab his diuerſa.

EQVITES PROMOTI IVNIORES, poſt promotos ſeniores ad militiam lecti, quos vidimus eſſe vnam ex V. vexillationibus palatinis. Reperiuntur equites promoti iuniores & in Occidente, cum ſuis inſignibus.

EQVITES PRIMI CLIBANARII PARTHI, è Parthis acciti. Primi & ipſi ſunt dicti, quia equites ſecundos clibanarios Parthos, tempore præcedebant, qui ſub alio Magiſtro militum Præſentali merebant. Hæ ſunt vexillationes V. Palatinæ, & VII. Comitatenſes, quarum nulla nec in impreſſa, nec in manuſcripta Notitia apparēt inſignia, quod fortè equitibus minus eſſent neceſſaria, qui facilius conſpici, & ad ſigna poſt conflictum reuerti poterant. Legiones verò & Auxilia quæ ſequuntur, illis vt ſibi neceſſarijs vtebantur, de quibus priuſquàm dicatur, de legionibus aliquid eſt diſſerēdum.

*DE LEGIONIBVS. Cap. XXXV.*

LEGIONEM ex ſex millibus peditum, & DCCXXXVI. equitibus cōſtare Vegetius [a] refert, & ſi maiorem aliquando numerum, quandoque minorem reciperet. In X. autem cohortes diuidebatur, quarū prima Milliaria vocabatur, quæ cēſu, genere, literis, & virtute præſtabat. Huic Aquila, quod præcipuum erat in exercitu ſignum, & Romanorum Principum vultus committebantur: pedites mille centū quinque; equites verò loricatos centum & triginta ſex continebat. Reliquæ, pedites qningenos LV. & equites loricatos LXVI. habebant. Vnde quingenariæ cohortes dicebantur, præter quartam & ſeptimam quæ 600. pedites continebant, quod & Accurſius nouit. [b] Ita legionem C. Marius diſpoſuiſſe dicitur: ante ipſum enim erat quatuor millium, vnde quadrata vocabatur. Verum Conſtantinus porphyregenneta de thematibus legionem vel exercitum circa hæc tempora in præfecturas diuiſum fuiſſe ſcribit, quarum ſingulæ ex mille, aut 500. capitibus conſtabant. Legio autem dicta eſt, quod viritim milites, & tantum ciues Romani, & Claſſici legerentur, vt Varro, & Nonius ſcribunt. Capite enim cenſi à militia immunes erant Cohòrs à cohorte villæ eſt dicta, ſicut enim illa ex pluribus tectis coniungitur, ſic cohors ex pluribus manipulis copulatur, inquit Varro. Solebant autem Coſs: vt plurimum, cum binis legionibus militare, quibus vbi opus erat, auxiliares copias addebāt. A Caio vero Iulio Cęſare legionum numerus & nomina originem traxere: Is enim functus conſulatu, cum Illyricum & Galliam Ciſalpinam, cum tribus legionibus, & Tranſalpinam cum vna in quinquennium obtinuiſſet, alias addidit. Auctores Dion, Appia. [c] & Plutarch. Tranquillus. Qua fiducia, inquit, ad Legiones, quas à Republica acceperat, alias priuato, alias publico ſumptu addidit. Hæc ille. Sex. Ruffus cęſarem cum X. legionibus quaternorum millium italicorum Gallias, per annos IX. ſubegiſſe ſcribit & decimo feciſſe tributarias. pro temporis verò quo legebantur ordine ſecundam, tertiam, & quartam legiones appellauit. Nam & Decimanos uocauit, quos poſt nonam legionem elegit, & cæteris ſemper chariores habuit, Dion, [d] præcipuam uero, inquit, Decimanam legionem fecit, quia beneuolè erga ipſum Cæſarem ſe habebant, ita enim ciuiles legiones, ſecundum delectum ordinem nominabantur. Vnde quæ nunc ſunt legiones denominationem habent: Hæc Dion, Decumani non tantum apud Cæſarem, ſed & alios Principes ſemper in præcipuo honore fuere, Vopiſc. in Probo, Vt ſeias, inquit, quanti te faciam, Decumanos meos ſume, quos Claudius mihi credidit; Iſti ſunt, qui quadam fœlicitatis prærogatiua præſules, niſi futuros Principes habere non norunt. Hactenus ipſe. Sed & alia legionibus cognomina addita fuerunt, vt MARTIA, quam & quartam legionem à Pompei partibus ad Cęſarem tranſijſſe Dion [e] ſcribit. Hæc autem, quod bellicoſa videretur a Marte cognomentum tulit. Appia. [f] Duas legiones, dicit, Martias ob audaciam dictas quæ Cęſarem ſunt ſequutę. Hæ, etſi magna ex parte conſumptæ, poſtea renouatæ, antiquum nomen retinuerunt. Cęſar alij legioni, quam in Gallia Tranſalpina conflauit, ALAVDAE, nomen impoſuit, quod galeam inſtar capitis illius auis erectam haberet, quam etiam olim Galeritam appellauere. Hæc enim auis in capite plumam eleuatā criſtæ, galeæ ſimilem tenet: Galli Alaudam nominant: Plinius, [g] Galerita, inquit, appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam Legioni nomen dederat Alauda. Tranquil. Addidit ait, vnam ex Tranſalpinis cōſcriptam vocabulo quoque Gallico, Alauda enim appellabatur, quam diſciplina cultuque Romano inſtitutam & ornatam, poſtea vniuerſam ciuitate donauit. Cicero ad Atticum. Antonius cum legione Alaudarum ad vrbem pergit: & iterum huc accedūt Alaudæ, cęterique veterani. Et in Philippicis accuſat M. Antonium, quod iudicum Decuriam ex legione Alaudarum feciſſet. Antonini verò nomine emiſſum itinerarium, tres legiones Alaudarum recenſet, videlicet, quintam, nonam & decimam; ſed decima Pannonica & Germanica, Pia, Fidelis, Alauda, Prætoria & Fabiana eſt nominata. Sunt qui volunt Alaudam legionem vocatam fuiſſe, quia ſignum Alaudæ auis geſtabat, quod non recipio. Nam Aquilam ſemper generale ſignum legionum fuiſſe Vegetius tradit. Cicero vero in Antonium, ab auſpicio auis, eam legioné vocatam ſentit.

a lib. 2. c. 6. gl. in l. 2. in pri. iu ver. cohortis. ff. de his qui no. infam.

b in l. 2. in prin. ff. de his qui not. infam.

c in 2. de bello ciuili.

d lib. 38.

e lib. 43.

f lib. 4. de bello ciuili.

g lib. 11. cap. 36.

Erat & Gemella legio, ita à Pompeio Magno nominata, quod ex duabus facta eſſet; auctor Cæſar. [h] Aliæ legiones, alia habuere nomina, de quibus infra dicetur.

h in tertio, de bello ciuili, paulò poſt principium.

Auguſtus vero rerum potitus XXIII. ciuiles legiones, vel vt alij malunt XXV. aluit: quarum nomina Dion [i] ponit. Et nunc, inquit, ſolæ nouendecim ex illis permanent. Earum ſecunda Auguſtalis nominata, hybernans in ſuperiore Britannia tertia tripartita; Pars enim Gallica dicta in Phœnicia, Cyrenaica in Arabia, Auguſtalis in Numidia. Quarta Scythica in Syria, V. Macedonica in Dacia: VI. in duas diuiditur, quarum altera Victrix appellata eſt in inferiore Britannia, altera Ferrea in Iudæa. VII. in Myſia ſuperiore: Huic Claudiana nomē eſt, quæ Claudium Cęſarem à coniuratione Camilli defendit. VIII. Auguſtalis in Germania ſuperiore. X. in ſuperiore Pannonia, ea Gemina appellata, quæ conſtat ex duobus exercitibus permixtis inter ſe, & confuſis. XI. Claudiana in Myſia inferiore. (Habuere enim duæ legiones nomen à Claudio, propterea quod, vt dixi, illi in coniuratione Camilli affuerunt) XII. Fulminatrix in Cappadocia. (Hæc legio à Veſpaſiano inſtituta, poſtea Chriſtiana facta, Fulminatrix imperante M. Antonio eſt cognominata. Cum enim à Quadis obſeſſus eſſet, & ſiti cum exercitu conficeretur, precibus à Chriſto pluuiam impetrauit, & viginti millibus hoſtium fulmine extinctis, Fulminatrix eſt appellata, vt auctor eſt Euſebius, Nicephorus, & ipſius Antonini epiſtola. Inde Chriſtianos Marcus perſequi deſijt.) XIII. in Dacia. Gemina XIV. in ſuperiori Pannonia. XV. Apollonia in Cappadocia. Poſtrema eſt viceſima, quæ & Valeriana, Victrixq; appellabatur. Hæ reſtant ex Auguſti legionibus, cęteræ diſperſæ, aut omnino ſublatæ, aut cum alijs, tum ab Auguſto, tum alijs Principibus permixtæ ſunt; quæ ob hāc cauſam dicuntur duplices: Hæc ille: qui XVI. tantum nominat legiones. Poſtea Nero primā Italicam legit: in inferiore Myſia hybernantem. & Galba primam Adiutricem in Pannonia inferiore, & ſecundam

i lib. 55.

in

in Iberia. Veſpaſianus ſecundam adiutricem in Pannonia inferiore,& quartam Flauiam in Syria. Domitianus primam Mineruiam in Germania inferiore. Traianus ſecundam Aegyptiam Traianam,& Triceſimam Germanicam Vlpiam. M. Antoninus ſecundam in Norico,& tertiam in Rhetia, quæ Italicę cognominantur. Seuerus primam ſecundam & tertiam Parthicam in Meſopotamia. Hæ ſunt legiones præter ciuicas & ſtiparrices, quæ erant cohortes Prætorianæ X. Millium. Vrbanæ IIII. ſexmillium, & Vigilum VII. quæ ſimul excedebant numerum 20000. militũ. Præter legiones 23. aut 25. quas Auguſtus alebat,& auxiliares copias peditum, & equitum, ac nauium, quæ præciſe dici non poſſunt: delecti etiam erant equites externi Batauí dicti à Batauia, quæ inſula eſt ad exitum Rheni fluminis: nunc Hollandia vocata; hi ſunt equites optimi. Hæc Dion. [a] Primæ legionis adiutricis meminit Theodoſius. [b] Tacitus quoque de his latè differit. [c]

a li.55
b in l.ulti. C.de Caſtrenſi pec. & l.ul.C. de apparitorib. P.P.
c lib.4.

Præter ſupradictos Iulius Capitolinus in M. Antonino, Bucolicos milites in Aegypto nominat, quos ingruente peſte ſeruos armauit, quemadmodum inquit, bello punico factum fuerat, quos voluntarios exemplo Volonum appellauit. Armauit etiam gladiatores, quos obſequentes vocauit,& latrones. Dalmatiæ atque Dardaniæ Diocmitas emit, & Germanorũ auxilia contra Germanos. Erat & XXII. legio in Germania Primigenia appellata, cui præfuit Didius Iulianus antequam imperaret. Quartanæ etiam, & Primanæ legioni præfuit Clodius Albinus, ut Spartianus & Capitolinus referunt. Erant quoque Oſtenſionales milites, qui ſpecioſis ueſtibus induti olim Imperatorem comitabantur. Lampridius in Alexandro, Milites inquit, quos Oſtenſionales uocant, non precioſis, ſed ſpecioſis clariſque ueſtibus ornabat: nec multum inſignibus, aut apparatum regium auri & ſerici deputabat, dicens Imperium in uirtute eſſe, non in decore. Oſroenorum item ſagittariorum meminit Capitolinus in Maximino: & Voccuntiorum Polliò in Poſthumio Tyranno. Degebant & duæ legiones ſenum millium in Illyrico, Martiobarbuli uocati, quod plumbatis, quos Martiobarbulos appellabunt, ſcienter & promptè uterentur, auctor Vegetius, [d] Erant & Herculeani ſeniores, & iuniores.

d lib. 1. cap. 17.

Tertiam Legionem Felicem nuncupatam fuiſſe, in Probo Vopiſcus tradit. Aliæ erant legiones Solenſes, Cornutæ, Prætextatæ, Fortenſes, alijſque nominibus appellatæ, de quibus infra dicetur. Sed hic ſatis eſt, inſigniores, uetuſtioreſque indicaſſe. quæ nõ omnes permanſere, ſed plures ex his eſſe deſiere.

Peditum uerò alij grauis armaturæ dicti, Macedonum more Clypeos rotundos,& fariſſas, ſeu longiores lanceas gerebant. Hi erant in legione numero D. C. grandiores natu Triarij uocati. qui in ultima acie, & tertio ordine locabantur, & indè Triarij dicti. [e] Alij erant velites iuniores numero M. C. qui nec thoraces, nec arcus, nec ſcuta habentes, procul iaculabantur, aut lapides funda uel manu contorquebant. Hi in Legione Pilani, extra legionem Auxilia dicebantur, aliàs nudi,& inermes,& ob id expediti, in prima acie collocabantur; Infimæque conditionis homines primi cædebantur, ut ait Suidas. [f] Hos. inquit, Auxilia Romani uocant, a ſocijs & fœderatis gentibus contracta, de quibus & Vegetius. [g] Eos Poeta [h] graphicè deſcribit.

e lib.4. de lingua latina.
f in uerb. ψιλός.
g li.2. ca.1.
h in 7.

*Non illis omnibus arma,*
*Non clypei, curruſue ſonant, pars maxima glandes*
*Lucentis plumbi ſpargit, pars ſpicula geſtat*
*Bina manu, fuluoſque lupi de pelle galeros*
*Tegmen habent capiti, veſtigia nuda ſiniſtri*
*Inſtituere pedis, crudus tegit altera pero.*

Alij erant in legione Peltati, & ipſi numero circiter M. D. CCC. adultiores, Erulos, Batauoſque, & Mœxicos uelites fuiſſe Ammianus refert, qui pelta, ideſt parua leuique parma,& contis, ideſt ſariſsis breuioribus pugnabant, prout tradit Aelianus, [i] & Suidas. [k] Romani haſtatos uocabant. Poſteriores lancearios dixerunt, de quibus infra tractabitur. Alij uocabantur Principes ætate ac robore præſtantes, & ipſi numero ferè M DCCC. Horum primus Princeps, ſequens ſecundus Princeps,& deinceps tertius & quartus nominabantur, ſicut primus, ſecundus, & tertius haſtatus. Sic centurio primi pili, & centurio primi haſtati dicebatur, & in Triariis primum pilum ſecundum & tertium appellabant. Ab his principibus capita officiorum Præſidum, qui militum imaginem referebant, Principes ſunt uocati. Hic non omittendum olim neminem in militem potuiſſe eligi, cuius ſtatura quinque pedum,& ſeptem unciarum non fuiſſet. [l] Valentinianus, in quinque, inquit, pedibus,& ſeptem unciis, delectus habeatur, quod ab Vrbe condita obſeruatum fuiſſe fertur. Vegetius, [m] dixit, X vncias. Hinc colligitur, quid ſibi uelit Lãpridius ſcribens Alexandrum Imper. militaris ſtaturę fuiſſe, intelligit enim eum quinque pedum & unciarum VII. altitudinis fuiſſe. Vt uero facilius legionum numerus,& nomina cognoſcantur ex uetuſto marmore, earum catalogum Romę inuentum ſubieci cui aliam ego tabulam appoſui, ut quo tẽpore ſingulæ,& a quibus inuẽtæ fuerint clarius appareat.

i de inſtruendis aciebus in princ.
k in uerb. ὁπλῖται.
l l.3.C.T. de Tironib.
m li.1. ca.5.

## ROMAE IN AREA CAPITOLII IN MARMOREA columna legionum nomina leguntur poſt Diocletianum.

### NOMINA LEGION.

| | |
|---|---|
| II. AVGVSTA. | VI. CLAVDIA. |
| II. ADIVTRIX. | II. TRAIANA. |
| IIII. SCYTHICA. | XXX. VLPIA. |
| VI. VICTRIX. | XIII. GEMINA. |
| IIII. FLAVIA. | III. AVGVSTA. |
| XVI. FLAVIA. | I. ADIVTRIX. |
| XX. VICTRIX. | XII. FVLMINATRIX. |
| VII. CLAVDIA. | VII. GEMINA. |
| VI. FERRATENSIS. | X. GEMINA. |
| VIII. AVGVSTA. | XV. APOLLINEA. |
| I. ITALICA. | III. ITALICA. |
| X. FRETENSIS. | XIIII. GEMINA. |
| XXII. PRIMIGENIA. | III. GALLICANA. |
| V. MACEDONICA. | III. PARTHICA. |
| III. CYRENSIS. | I. PARTHICA. |
| I. MINERVIA. | II. PARTHICA. |
| II. ITALICA. | CLAVDIA PIA FELIX FIDELIS. |
| PRIMANA. | III. FELIX. |
| MATTIOBARBVLI. | |

LEGIO-



## LEGIONES XXV. A CAESARE Auguſto per Romanum orbem conſtitutæ.

*IN Hiſpania legiones III.*
*Legio III. Gallica.*
*Legio VI. FERRATA.*
*Legio X. Fretenſis,*
*In Germania inferiore legiones IIII.*
*Legio prima Iulia.*
*Legio V. Macedonica.*
*Legio XIX.*
*Legio XX. Valeria victrix.*
IN GERMANIA SVPERIORE LEGIONES IIII.
*Legio II. Auguſta.*
*Legio XIII. Gemina, Pia, Fidelis.*
*Legio XIIII. Gemina. Martia. Victrix.*
*Legio XVI.*
IN DALMATIA LEGIONES II.
*Legio II. Adiutrix. Pia. Fidelis.*
*Legio VII. Gemina, Pia. Felix.*
IN PANNONIA LEGIONES III.
*Legio VIII. Auguſta.*
*Legio IX. Hiſpanienſis.*
*Legio XV. Apollinaris.*
IN MOESIA LEGIONES II.
*Legio VII.*
*Legio XI. Claudia poſteà dicta.*

*In Syria Legiones IIII.*
*Legio IIII. Scythica.*
*Legio VI. victrix.*
*Legio X. Gemina. Pia. Fidelis.*
*Legio XII. Fulminatrix.*
IN ÆGIPTO LEGIONES II.
*Legio III. Cyreneica.*
*Legio XXII. Primigenia. Pia. Fidelis.*
IN AFRICA LEGIO I.
*Legio III. Auguſta.*

MARI SVPERO.

*Claſſis Rauennas.*

MARI INFERO.

*Claſſis Miſenas.*
*Claſſis Actiaca in Gallia Narbonenſi apud forum Iulij.*

ROMÆ.

*Cohortes Vrbanæ IIII.*
*Cohortes vigilum VII.*
*Cohortes prætoriæ X.*

| | |
|---|---|
| *Legiones IIII. additæ à Claudio.* | *Legio Claudia in Moeſia.* |
| | *Legio XV. ....... in Germania.* |
| | *Legio XIX. Victrix in Germania ſuperiore. Tacit.* |
| | *Legio. XXI. Rapax in Germania ſuperiore. Tacit.* |
| *Legiones III. additæ à Nerone. Tacit.* | *Legio I. Italica in Lugdunenſi Dion.* |
| | *Legio. I. Claſſica in Gallia Narbonenſi. Tacit. 17. quoq. ex remigibus iuſtos milites Nerò fecit. Tranq. in Galba. c. 12.* |
| | *Legio. Hiſpanica Romæ, a Galba exauctorata. Tacit. 17.* |
| *Legiones II. à Galba institutę.* | *Legio. I. Adiutrix, Victrix. Pia, Fidelis, Romæ. Tacit. Dion.* |
| | *Legio. VII. Galbiana in Pannonia. Tacit. in 17. 18. & 19.* |
| *Legiones V. à Fla. Veſpaſiano additę* | *Legio. XII. Fulminatrix.* |
| | *Legio. XV. Appollinaris Cappadocia. Tranquil. Dion.* |
| | *Legio. II. in Germania. Tacit. 20. & 21.* |
| | *Legio. IIII. Flauia Felix Fidelis in Syria.* |
| | *Legio. XVI. Flauia Fidelis in Syria.* |
| *Legio. I. addita à Domitiano.* | *Legio. I. Mineruia, Pia, Fidelis in Germania. Spar. in Hadriano.* |
| *Legiones II. à Traiano additæ.* | *Legio. II. Traiana Fortis in Aegypto. Dion. lib. 55.* |
| | *Legio. XXX. Vlpia, Victrix, in Germania. Dion. 55. Marcell. 18.* |
| *Legiones II. à M. Antonino additæ.* | *Legio. II. Italica Diuit. in Norico. Dion. 55.* |
| | *Legio. III. Italica in Rhetia. Dion.* |
| *Legiones III. additæ à Seuero.* | *Legio. I. Parthica in Meſopotamia Dion. 55. Marcell. 20.* |
| | *Legio. II. Parthica in Italia Dion. 55.* |
| | *Legio. III. Parthica in Meſopotamia. Dion. 55.* |

Legio.

**Legio. I. ab Alexādro addita.**
- *Iulia Alexandria, ex Comitatenſibus XXI. ſub Magiſtro militum per Thracias*
  - *Cohortes vigilum VII.*
  - *Prætorianæ, XII.*
  - *Vrbanæ. XIIII.*

**Legiones V. additæ à Diocletiano, & Maximiano.**
- *Iouiani ſeniores in Occidente ex XII. legionibus palatinis.*
- *III. Diocletiana Thebæorum ex XXI. Comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias in Oriente.*
- *Maximiana Thebæorum ex XXI. Comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias.*
- *Herculiani ſeniores ex XII. palatinis in Occidente.*
- *III. Herculea ex XXXII. Comitatenſibus in Occidente.*

**Legiones X. additæ à Conſtantino.**
- *Conſtantini ſeniores ex XXI. comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias in Oriente.*
- *Conſtantini Daphnenſes ex XXI. comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias in Oriente.*
- *I. Flauia Gemina ex XXI. comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias in Oriente.*
- *II. Flauia Gemina ex XXI. comitatenſibus ſub eodem magiſtro in Oriente.*
- *Flauiæ victricis Conſtantinæ, ideſt Conſtantiniani ex XXXII. comitatenſibus in Occidente.*
- *II. Flauiæ Conſtantinianæ tertio, ex XXXII. comitatenſibus in Occidente.*
- *I. Flauia pacis ex XXXII. comitatenſibus in Occidente.*
- *II. Flauia virtutis, ex iiſdem in Occidente.*
- *III. Flauia ſalutis, ex iiſdem in Occidente.*
- *I. Flauia Mitis ex iiſdem in Occidente.*

**Legiones V. additæ à Conſtante.**
- *I. Flauia conſtantia ex IX. comitatenſibus ſub magiſtro militum per Orientem.*
- *II. Flauia Thebæorum ex iiſdem, ſub eodem.*
- *Martiarij Conſtantes ex VIII. Comitatenſibus ſub magiſtro militum per Illyricum in Oriente.*
- *I. Flauia Gallicana conſtantia ex XVIII. pſeudo comitatenſibus in Occidente.*
- *Conſtantiaci ex iiſdem in Occidente.*

**Legio. I. addita à Valentiniano.**
- *Valentinianenſes ex XXI. comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias in Oriente.*

**Legio. I. addita à Valente.**
- *II. Felix Valentis Thebæorum ex IX. Comitatenſibus ſub magiſtro militum per Orientem.*

**Legio. I. addita à Gratiano.**
- *Gratianenſis ex XXI. Comitatenſibus ſub magiſtro militum per Thracias in Oriente.*

**Legiones V. additæ à Theodoſio.**
- *I. Flauia Theodoſiana ex IX. Comitatenſibus ſub magiſtro militum per Orientem.*
- *Baliſtarij Theodoſiani ex X. pſeudocomitatenſibus ſub eodem magiſtro.*
- *II. Theodoſiani ex IX. pſeudocomitatenſibus ſub magiſtro militum per Illyricum in Oriente.*
- *Felices Theodoſiani iuniores, ex iiſdem, ſub eodem magiſtro in Oriente.*
- *Baliſtarij Theodoſiani iuniores ex iiſdem, ſub eodem in Oriente.*

**Legiones II. additæ ab Honorio.**
- *Lancearii, Gallicani, Honoriani ex XXXII. comitatenſibus in Occidente.*
- *Honoriani, Felices, Gallicani ex iiſdem in Occidente.*

DE



## DE PRÆFECTIS LEGIONVM. Cap. XXXVI.

LEGIONVM numero, ac nominibus expoſitis, de earum Præfectis, eſt dicendum, qui plures in Limitaneis Ducibus a Notitia referuntur.

Vniuerſæ Legioni olim Tribunus præfuit. Alis equitum Præfectus. Auguſtus adoleſcentibus ſenatoribus, cum uirilem togam induerent, non modo legionum tribunatus, ſed & alarum præfecturas dedit. Tranquillus, [a] liberis, inquit, Senatorum, quo celerius Reipublicæ aſſueſcerent, protinus virilem togam, latum clauum induere, & curiæ intereſſe permiſit: militiamque uſpicantibus non tribunatum modo Legionum, ſed & præfecturas alarum dedit. Ac ne quis expers caſtrorum eſſet, binos plerunque laticlauios propoſuit ſingulis alis. Hactenus Tranquillus. Hi ſunt, qui tribuni lati clauij in iure appellantur, [b] & in hoc marmore Tiburi ædi Sancti Pauli affixo C. POPILIO TR. LATICLAVIO LEG. III. CYRENAICAE. ita uocabantur, quia tribuni Senatores gerebant latum clauum, ideſt tunicam purpuream quæ erat inſigne ſenatoriæ dignitatis, [c] Tribunos Legionum uocat, & Marcellus, [d] Titius, inquit, priuſquam Tribunus Legionis factus eſſet teſtamentum fecit. Et Vlpianus [e] Dimiſſum, ait accipere debemus tribunum, ſiue cohortis, ſiue Legionis. Papinianus, [f] Præfectus, inquit, cohortis, uel equitum, aut tribunus ſi contra interdictum eius prouinciæ, in qua officium gerebat, duxit vxorem, matrimonium non erit. Poſtea is Præfectus eſt dictus: Notitia enim in Ducibus limitaneis Legionum, & alarum equitum, uel earum partium, & claſsium præfectos appellat: Tribunos uero cohortium. Iuſtinianus & ipſe Præfectos legionum uocat, [g] Hi ciuiles militum cauſas diffiniebant, & crimina etiam leuiter caſtigebant, flagelliſque cædi iubebant. Nam Tribunus D. Paulum flagellari iuſsit. [h] capitaliter uero non puniebant. Abſente tamen Magiſtro militum, uel generaliter exercitus Præfecto, ſi comites primi ordinis erant, in milites animaduertebant. Vegetius. [i] Proprius autem, inquit, iudex militum erat Præfectus legionis, habens comitiuæ primi ordinis dignitatem, qui abſente legato tanquam Vicarius ipſius poteſtatem maximam retinebat. Centuriones, ceterique milites eius præcepta ſeruabant. Vigiliarum ſeu profectionis teſſeræ ab eodem petebantur, ſimiles crimen aliquod admiſiſſet, auctoritate Præfecti exercitus, à Tribuno deputabatur ad poenam. Arma militum, ueſtes, equi, annona, ad curam eius pertinebant. Diſciplinæ ius, & ſeueritas, exercitus, non ſolum peditum, ſed etiam equitum legionariorum præcepto eius quotidie curabatur, ipſe autem cuſtos diligens, & ſobrius legionem ſibi creditam, aſſiduis operibus, ad omnem deuotionem reformabat, & induſtriam, ſciens ad Præfecti laudem ſubiectorum redundare virtutem: Hæc ille. Quia ergo uices Magiſtri militum gerebant Tribuni, Vicarij appellantur, ab Arcadio. [k] Conſtantino & Conſtante. [l] Præfecti itaque limitum, quia comites primi ordinis erant, ius animaduertendi in milites habebant: eo enim titulo ſupremam in milites poteſtatem nanciſcebantur. Hi ſunt qui Comites rei militaris appellantur, [m] uel comites militum. [n] Ceteri uero Tribuni, qui primi ordinis comites non fuiſſent, cauſas quidem ciuiles militum terminabant, & modice coercebant, ſed in eorum caput ius animaduertendi non habebant. Alia præterea militiæ neceſſaria curabant, quæ ab AEmilio Macro [o] referuntur, officium, inquit, tribunorum eſt, uel eorum qui exercitui præſunt milites in caſtris continere, ad exercitationem perducere, claues portarum ſuſcipere, uigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonum intereſſe, frumentum probare, menſuræ fraudem coercere, delicta ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, principiis frequenter intereſſe, querelas commilitonum audire, ualetudinarios inſpicere. Hactenus ille. Quod autem dicit, principijs intereſſe, ſignificat eos qui ſunt in legione præcipui. Principia enim principales appellantur. Vegetius, [p] Principalium, inquit, militum, & ut proprio uerbo utar, principiorum nomina, ac dignitates ſecundum præſentes matriculas indicabo. Sub quibus fermè viginti quattuor militum gradus comprehendit, nempè Tribunos, Maiorem & Minorem ordinarios, qui primos ordines ducunt, Auguſtales, & Flauiales his adiunctos, Aquiliferos, Imaginiferos, qui imaginem Imperatoris portant, optiones, Prædictorum adiutores, Signiferos, & alios quos ſub Principijs comprehendit. Ita & Principia Anaſtaſius intelligit. [q]

Et quia de Signiferis incidit ſermo, non abs re fuerit monere, eos torque ornatos ſolitos fuiſſe incidere. Marcellinus, [r] Maurus, inquit, nomine quidam, poſtea comes, tunc haſtatus abſtractum ſibi torquem, quo vt draconarius vtebatur, capiti Iuliani impoſuit. Hi etiam a muneribus militiæ erant immunes. Tribuni auctoritatem dimittendi ad tempus milites habebant, [s] prætterquam expeditionis tempore imminente, [t] tunc enim capitis periculum ſubibant, ſi militem abire permiſiſſent. Sed nec niſi triginta militibus, commeatum dare poterant, quibus interim ſtipendium debebatur. [u]

Tribuni maiores legionum præfecti vocabantur, ad minorum qui cohorti legionis ideſt peditibus 500. præerant differentiam; & per gradus promouebantur. Hi à ſcrinio epiſtolarum codicillos magiſtratus accipiebant. Vegetius, [x] Tribunus, Maior, inquit, per epiſtolam ſacram Imperatoris iudicio deſtinatur. Tribunus autem vocatur à tribu, tribuendoque iure; præeſt enim militibus, quos ex tribu primus Romulus legit. Hæc ille. Itaque Tribuni maioris nomen, in Principis commentario, ſeu ſcrinio epiſtolarum ſcribebatur, & conſeruabatur. Vlpianus, [y] Abeſſe, inquit, Reipublica cauſa intelligimus, & tribunos militum, & Præfectos, qui ad ærarium, aut in Commentarium Principis delati ſunt. Tribuni verò minores gradum non à Principe, ſed ex labore & ordine proximis ſuccedendo acquirebant. Nam vt Vegetius [z] ſcribit in orbem quendam per diuerſas cohortes promouentur milites, ita vt ex prima cohorte, ad gradum quempiam promotus, vadat ad decimam cohortem, & rurſus, ab ea, creſcentibus ſtipendijs, cum maiore gradu per alias recurrit ad primam, atque hoc modo per labores peruenitur ad hunc tribunatum. Decem itaque in qualibet legione erant minores Tribuni, quot erant cohortes; Vnus primæ Milliariæ, inquit Vegetius, [a] Tribunus præerat, armorum ſcientia, virtute corporis, morum honeſtate præcipuus: Reliquæ cohortes prout Principi placuiſſet, à Tribunis vel Præpoſitis regebantur. Præcipua vero eorum cura erat, vt ſibi creditos milites exercerent, & ſub oculis ſuis iuberent quotidie meditari, Sed & ipſi armorum arte perfecti, ceteros ad dimicationem, proprio cohortabantur exemplo. Tribuni autem ſollicitudo per hanc laudatur induſtriam, cum miles ueſte nitidus, armis bene munitus ac fulgens, exercitij vſu, ac diſciplina eruditus incedit. Hæc ille. Præ-

D erant

a in Aug. ca. 38.
b in l. ſi Rufinus C. de milit. teſta.
c l. 42. nuper. ff. de donat. int. ui. & uxor.
d in l. Titius. ff. de milit. teſt.
e iu l. 2 princ. ff. de his qui not. in fam.
f in l. præf. ff. de ritu. nuptiar.
g in l. ulti. C. de inoff. teſta. d. l. 1. C. de off. quæſt.
h 22. act. apoſt.
i li. 22. cap. 9.
k in l. in crim. C. de iuriſ. om. iud.
l in l. 1. C. de cōmeatu li. 12. & l. ult. Græca conſt. C. de erogat. milit. anno.
m in l. 1. C. de comit. re milit.
n ī l. 1. C. de off. uicar. l. nemo C. de aſſeſſo.
o in l. offic. §. ult. de re milit.
p li. 1. ca. 9.
q in l. iubemus. 2. C. de erogat. milit. anno.
r lib. 20.
ſ le. nemo. C. de re milit.
t l. 1. C. de commeatu.
u le. iubemus. 2. C. de erog. milit. anno.
x d. cap. 9.
y l. abeſſe. ff. ex quibus cauſ. ma. maior.
z li. 2. ca. 21.
a lib. 2. cap. 12.

erant autẽ plurimum 500. militibus ex quot cohors conſtabat, itaque Zoſimus [a] mille quingentos exploratores, tres tribunos habuiſſe ſcribit. Sed Theodoſius Magnus, inquit, [b] præfectos alarum, turmarumque duces & legionum tribunos ita adduxit, vt duplo plures quam prius eſſent, poſt ſe reliquerit. Eo vero defuncto præfecturæ mille & quandoque 500. militum fuere, vt author eſt Conſtantinus Porphyrogenneta, [c] agmen, inquit, militum diuidebatur in præfecturas, quarum aliæ mille, aliæ 500. capitibus conſtabant, & de Arcadij tempore loqui videtur. Quantum Tribunis legionum olim ſolueretur, Valeriani epiſtola apud Vopiſcum declarat, [d] Miraris, inquit, quòd imberbem tribunum fecerim contra conſtitutum D. Hadriani; ſed non miraberis, ſi Probum cogitas adoleſcentem verè probum, huic igitur dabis.

a lib.5.
b Zoſimus li. 4.
c de themath.
d in probo.

*Tunicas rufulas. 2.*
*Pallia Gallica fibulata. 2.*
*Interulas paragaudas. 2.*
*Patinam argenteam*
*Specellatam librarum 10.*
*Aureos Antonianos. 100.*
*Argenteos Aurelianos 1000.*
*Aereos Philippeos 10. Millia.*
*Carnis bubulæ diurnæ pondo 1.*
*Porcinæ pondo 6.*
*Caprinę pondo 10.*
*Olei per biduum ſextarium 1.*
*Vini ueteris ſextarios diurnos 10.*
*Laridi bubalini, ſalis, holerum.*
*Lignorum quantum ſatis eſt.*
*Hoſpitia præterea eidem ut*
*Tribunis legionum præberi ei*
*Iubebis. Hæc ille.*

Horum exemplo decem Notarij, qui ſub Primicerio laterculum maius tractabant, tribuni ſunt uocati, [e] alijs enim ſub ſe ſcriniariis quemadmodum cohortium præfecti præerant; vnde hæc litterata militia uocatur, quia armatam imitatur. [f] Hæc de legionum Præfectiss. Cum uerò infraſcriptorum numerorum peditum obſcura ſymbola Notitia repræſentet, ut faciliora appareant, aliqua de his generaliter præmiſi, cætera ſuo loco infra opportunius exponentur.

e l.pen. C. de metal.li.12.
f l.2.C.de primi.

## *DE NVMERORVM MILITVM ſymbolis, & eorum coloribus.*
## *Cap. XXXVII.*

LEGIONIBVS cohortibuſque peditum, & auxilijs à Principibus Romanis ſua quibuſque data ſunt ſymbola, ut prælio turbatis aciebus, ſe inuicem agnoſcentes, facilius unirentur uniuerſaque legio aut cohors, eodem ſymbolo, & ab alijs numeris diuerſo clypeum pingebat. In his primo ueteres, præclara a ſe, uel parentibus geſta præſentarunt, quod Virgilius [g] ſignificat. parmaque inglorius alba. Et, [h] Clypeoque inſigne paternum Centum anguens, cinctamque gerit ſerpentibus hydram.

g in nono.
h in ſettimo.

Hinc deſcendit, familiarum inſignia, in ſcutis depingendi uſus. Poſtremo Romani Principes quædam militibus ſymbola hic repræſentata tradiderunt. Vegetius. [i] Sed ne milites, inquit, aliunde in prælij tumultu à ſuis contubernalibus aberrarent, diuerſis cohortibus, diuerſa in ſcutis ſigna pingebant, quæ ipſi nominant δείγματα, ſicut etiam nunc moris eſt fieri: Præterea in aduerſo ſcuto uniuſcuiuſque militis erat litteris nomen adſcriptum, addito, & ex qua eſſent cohorte, & ex qua centuria. Hæc ille. Claudianus. [k] Nomenque probantur inuicti; Clypeoque animoſi teſte Leonis.

li.2.c.18.
k in bello Gild.

In Notitia tota legio clypeum eodem modo pictum habebat. Aliæ quoque extra legiones cohortes, & peditum Auxilia idem obſeruarunt, & fortè etiam in uexillis depinxerunt. Fabricenſes, qui clypeos & ſcuta fabricabant, hæc pingebant quæ in inſignibus Magiſtri officiorum fabricas referentibus, cum ſuis ſymbolis ſpectantur. Itaque hæc à Principe, non ex ſe milites accipiebant, quæ magna conſeruata diligentia, ex laterculis emittebantur, [l] & latentem ſenſum continebant. Id enim apud ueteres non modo Aegyptios, ſed omnes alios populos & Principes obſeruatum fuiſſe uidemus, ut, animali, fructu, uaſe, aliouè ſigno, dēpicto occultum aliquid ſignificarent. Sic Bizantij uuæ racemum nummis imprimebant. Ilienſes ſuem, Thebani teſtudinem, Chij, & Africani ſpicam, his ſe abundare indicantes. Auguſtus gubernaculum pilam ſuſtinens, aut capricornum cudebat, cuius beneficio orbis Rom. adminiſtrationem ſibi creditam eſſe inſinuabat; aliaque huiuſmodi ſexcenta extant exempla, ex quibus myſtica eſſe ſymbola, poteſt intelligi. Notitia uerò ea diligenter exprimens, firma ac perpetua Numerorum ſymbola fuiſſe ſignificat, quæ nec mutari, nec in alia transferri poterant. Vnde temere aut ſine ratione, excogitata dici non poſſunt, tanquam enim tacita ænigmata inſtar Aegyptiorum hieroglyphicorum, myſticum ſenſum occultant, multiſque emblemata, confingendi argumentum poſſunt ſuggerere. Hæc mihi tenuis ingenij homini interpretari difficile eſt, pro uiribus tamen eorum ſenſus oſtendere tentabo, aut ſaltem alijs aptiora dicendi uiam aperiam. In primis igitur generaliter quibuſdam præmiſsis uelut prima quædam delineamenta ducam, ex quibus plurium, quæ ſæpe occurrunt, facies & ſenſus cognoſci poterit, poſtmodum ſingula, & Numerorum propria ſuo loco interpretabor.

l §.ult. Nou. 24. 25. & §. penult. Nou.26.

Præcipua Principum in his ſymbolis intentio eſt, vt Romani imperij perpetuitatem, ac firmum aduerſus hoſtes robur, arctamque Orientalis, atque Occidentalis Imperatorum concordiam, eorumque in Orbem prouidentiam inſinuent; quæ multis formis ac typis repræſentant, veluti cippis ſeu Columellis quæ globum præfixum tenent, ſæpe cum circulis & animalibus hiſque interdum dimidiatis orbem regentibus, ſed quia pila omnium ſymbolorum eſt frequentiſsima, ab ea exordiemur: Hæc orbem Romani imperij ſignificat: quod ab Auguſto inuentum fuiſſe Iſidorus [m] ſcribit; Vt nationes, inquit, ſibi in toto Orbe ſubiectas figura orbis oſtenderet. Globus plerunque, vno aut altero circulo includitur, qui duo vnius Orbis Romani connexa imperia declarant. Idem inſinuant ſub Magiſtro militum per Illyricum, Aſcarij ſeniores duos purpureos hemyciclos coniunctos pro inſigni geſtantes, qui haud dubiè duo dimidia, ſed ea cōiuncta demonſtrant imperia. Vallo acutiſque cuſpidibus, Rom. Orbis ſeptus, vndique ab hoſte tutus eſſe indicatur: Plerunque cippo, ſeu columellæ præfixus, firmus, inconcuſſuſque oſtenditur. Stipes enim firmum ſolidumque inſinuat. Diuiſus aut decuſſatus, inter duos quidem Principes ſciſſum videri imperium, ſed concordibus animis adminiſtratum, vnum eſſe denotatur. Idem inter duo gubernacula poſitus, aut duobus funibus conſtrictus portendit. Dimidiati ſerpentes, aut in cippo iuncti, globum includentes, Duo dimidiati equi, gemini accipitres feles, aut cornua orbiculum circumdantia, & ſimilia, eundem ſenſum occultant. Duæ ſtellæ Orbi imminentes, duorum Principum genios indicant. Huc perti-

m li.18.etymol. cap.3.



pertinent & dimidiatæ lunæ, quæ ad complendum orbem tendunt, & huiuſmodi multa alia, quæ ſuo loco explicabuntur. Circuli vero clypeorum, marginem complexi, & ipſi perpetuitatem, unitatemque Imperij denotant. Iidem duplicati, arctam duorum Principum connexitatem, Triplicati arctiſsimam, ob ternarium numerum, coniunctionem inſinuant. Vultus cippis præfixi, eorundem in orbem prouidentiam, quemadmodum interpretatum inuenitur in armarijs in medio Notitiæ, inter utrunque Imperium depictis. Animantia uero, ferè ubique Principes Romanos repræſentant, ſicut & apud Danielem Prophetam. Sed nè præcoce diligentia, quæ ſuis locis erunt dicenda, præuertere uidear, hæc frequentiora adumbraſſe, & rudius delineaſſe ſufficiet, ut aliquo præuio lumine ſequentia clarius illuſtrentur. Nunc de coloribus quibus depinguntur aliqua ſunt proponenda, nam etſi ad diſtinguenda inter ſe ſymbola adhibiti poſſunt uideri, id tamen non ſemper nec temerè, ſed proprie ad aliquid ſignificandum appoſiti fuiſſe apparebunt.

Apelles, alijque inſignes pictores, ut auctor eſt Plinius, [a] antiquitus quatuor tantum coloribus, albo, ſiliceo, rubro, & nigro, nobiliſsima quæque opera pinxerunt, poſteà inuenta purpura, cinnabaro, alijſque coloribus, ars latius euagari cœpit. In hoc opere militum ſcuta, decem coloribus depictis reperiuntur, qui ſunt aureus, argenteus ſeu albus, luteus, puniceus, uiridis, coeruleus, niger, purpureus; rubeus, ferrugineus; In his aurum & argentum, inter metalla potius, quàm colores numerantur.

a li.35.ca.7.

AVREVS fœlix ſeculum, aureumque repræſentat. Virgilius. [b]

b in eeglo. 4.
c & in 6. Aenei.

*Tota ſurget gens aurea mundo.* [c] *&*
*Aurea condet Secula.*

Aurum Soli aſsimilatur, & gemmis Topatio & Chryſolito. Ex ſignis Leoni, & Iulio menſi reſpondet, roburque & adoleſcentiam denotat.

ALBVS ſeu argenteus, animi candorem puritatemque, uel ut alij, fidem inſinuat. Virgilius enim ait cana fides. Ex planetis Lunam, ex ſignis Cancrũ, ex lapillis margaritam, berillumque, ex elementis aquam flegma, infantiamque refert.

LVTEVS lætum ſeculum ſignificat: eſt enim color uelut croceus, qui in roſarum medio micat, de quo Plinius. [d] Hic color oculorum aciem lędit ut & croceus: unde peritiores Architecti, inquit Iſidorus, [e] neque aurea lacunaria ponenda in bibliothecis putant, neque pauimenta alio, quam Caryſtio marmore, quod auri fulgor hebetet, & caryſti uiriditas reficiat oculos.

d in 20.cap.
e li.6.orig.

PVNICEVS honorem indicat, & uictoriam, quod & Virgilius [f] innuit.

f in 5.Aeneid.

*Iamque adeò donati omnes opibusq; ſuperbi*
*Ibant puniceis cuncti tempora tœnis.* [g]

g ubi Seruius.
h Plat.in Timeo
i in 6.Aeneid.

VIRIDIS qui ex fului nigrique temperie naſcitur, [h] Spem, uel, ut alij uolunt, robur & uigorem portendit. Virgilius, [i] Sed cruda deo uiridiſque ſenectus.

Quod tractum eſt ab herbis, quæ dum uirent, uigent. Planetam Mercurium, ſigna Geminos, & Virginem refert, ac uer, iuuentutemque, & ſmaragdum qui plus cæteris oculorum aciem recreat, & argentũ uiuum, ex quo hic color producitur.

COERVLEVS ex ſplendido, albo, nigroque creatus [k] iuſtitiæ, & claritatis, famæque eſt ſymbolum, planetæ Veneris reſpondet, & ſignis cœleſtibus Tauro & Libræ, & elemento Aeris, item ſanguini, pueritiæ, æſtati, & æri, ac ſapphyro, qui poſt ſmaragdum mirificè aciem oculorum recreat, & clarificat, eumque gerentem caſtum, fortem, mitemque efficit; & ad obtinendam ab aliquo gratiam efficax eſt.

k Pla.in Timęo.

NIGER eſt prudentiæ firmitatiſque ſignum, quod is color in alios amplius non uertatur: planetæ Saturno reſpondet, ſignis coeleſtibus, Arieti, & Aquario, & Geminis, item Adamanti, Agathę & Chelidoniæ, Elemento terræ, hyemi, melancholiæ, ætatique decrepitæ, & plumbo, ex quo fit color niger.

PVRPVREVS ex rubro, albo, nigroque commixtis generatus [l] uim Imperij ob purpuram, quæ Principis, eſt propria, ſignificat: Refert hic color Iouis planetam, Sagittarium, & Piſces, ſtannum, gemmam, opalum, irim florem, ſenectutem, & fulgur.

l Pla. in Timęo.

FERRVGINEVS roboris duritiem portendit.

RVBEVS magnanimitatem, & Marti, Arieti, & Scorpio, carbunculo & coralio, igni, autumno, bili, ætati uirili, rubentibus roſis, & ferro reſpondet. In ſymbolis amoris ardorem plerunque indicat, aliquando ſanguinem, ut in Cruce rubea, Chriſti ſanguine tincta.

Generaliter obſeruandum eſt, animantia quæ ferè omnia Principes referunt, cum ſuis coloribus non repræſentantur, uel purpureo, uel aureo, luteouè, uel candido depingi. priora regium Principis habitum indicant: ultimus animi candorem. Vbi alio colore exprimuntur, quod raro euenit, aliud inſinuant. Eodem modo inanimata Imperium referentia, ueluti duo funes Orbem conſtringentes, trabes eum munientes, aut peltæ tuentes, purpureo colore tinguntur. idem in alijs ſimilibus plerunque accidit; Clypei, orbes, & circuli, coloribus pro arbitrio uarijs pinguntur, & fortè ut alij ab alijs differant: quandoque tamen non ſine ratione, ponuntur circuli & orbes rubei ſæpe connexi, ob purpureum colorem Principis proprium, utrunque Imperium perpetuò coniungi ſignificant: Virides, illud ſemper uigere: Albi ſingulari animorum candore gubernari; Nigri ſtabile ac firmũ fore inſinuant. Ceteri colores ſuam ſignificationem retinent.

Hinc armorum, ſeu familiarium inſignium colores, & ex metallis aureus, argenteuſque emanarunt. Neque enim uera inſignia pluribus depinguntur. Hinc etiam prodijt ut in ſcutis coeruleis, aut albis luteiſuè, prout Rom. milites habebant, hodie ſerpent aquila, equus, uel aliud animal ſignumuè depingatur; fortè etiam aliqui ex his militibus deſcendunt, qui adhuc ijſdem inſignibus, & nominibus utuntur. Nunc Legiones. VI. Palatinas Magiſtri militum Præſentalis cum earum inſignibus, pro exigui ingenij mei uiribus exponam; Deinde XVIII. eius auxilia item palatina explicabo.

## *DE VI. LEGIONIBVS PALATInis Magiſtri militum præſentalis.*
## *Cap. XXXVIII.*

LANCEARII, ſeniores primi ſub Magiſtro militum Præſentali in Luteo Clypeo, Luteum item globum, luteo circulo incluſum tenent: quod orbem Romanum uno Imperio cōtineri ſignificat. Idem ubique color eiuſdem imperij unitatem denotat. Manuſcripti duos globos circulo cinctos tenent, & coloribus uariant. Circulum X. purpurei ſtipites circumfixi firmant, quod tutum eſſe à ui hoſtium Roman. orbem indicat. Purpureus color in trabibus ad Imperium, & eius robur refertur. Marginem duplex circulus cingit, quorum interior XXIIII. circum, denſas teſſerulas ordine diſpoſitas continet quę plumbatas ſeu Martiobarbulos referre poſſunt, quibus hæc legio pugnabat, & de his in Iouianis ſubſequentibus, & Scythis ſubaltero Magiſtro in pręſenti diſſeram.

in manu ſcriptis plumbatæ deſunt. Duorum quoque circulorum connexitas, utriuſque Principis, arctam, æternamque coniunctionem indicat. Simile emblema gerunt Lancearij iuniores, & Solenſes Gallicani. Lancearij dicti ſunt, quia ſariſſis ideſt haſtis more Macedonum longis, ijſque leuioribus utebantur: De quibus Marcellinus [a] loquens de Valente cum Gotthis pugnante; Ad lancearios, inquit confugit & Martiarios. Erant in legione Lancearij circiter M. D. CCC. quos peltatos, uel haſtatos uocatos fuiſſe diximus, ut ait Suidas. Appianus, [b] Numidas, ait, equites, ad uiginti millia, Lancearios quoque multos, elephantes 60. alios etiam habebat. item Marcellinus: [c] Iter ſuum inquit lancearijs, & Mattiarijs, & cateruis expeditorum præcepit. Alij ſunt Lancearij iuniores in Thracijs.

IOVIANI iuniores poſt ſeniores qui degebant in Illyrico Occidentali, lecti à Diocletiano; qui ſe Iouem cognominabat, ſunt appellati, Sozomenus [d] enim ſcribit, Iouianos & Herculianos, duas fuiſſe cohortes, ex primarijs militibus conſtitutas, à Ioue, & Hercule nominatas, quæ Imperatorem proxime à tergo, prçſidij cauſa ſequebantur. Idem. & Nicephorus, [e] Vetus inquit, conſuetudo erat, ut qui Iouianæ, atque Herculianæ, ita ab Ioue, & Hercule dictis Legionibus præeſſent, Principem à tergo ſequerentur. Zoſimus & ipſe, [f] de Iouianis & Herculianis hæc ſcribit, Sunt, inquit, à Diocletiano & Maximiano profectæ legionum appellationes, habentium cognomina Principum illorum, quorum alter Iouis, alter Herculis cognomentum uſurpauit. His ſub Iuliano Apoſtata præfuit Valentinianus, qui poſtea imperauit; Vegetius [g] quoque ſcribit, hos cunctis prælatos Martiobarbuloſque uocatos, quòd plumbatis dictis Martiobarbulis telis ſcitè uterentur. Plumbatarum quoque, inquit, exercitatio, quos Martiobarbulos uocant, eſt tradenda iunioribus: Nam in Illyrico dudum duæ Legiones fuerunt, quæ ſena millia militum habuerunt, & quod his telis ſcienter uterentur, & fortiter, Martiobarbuli uocabantur. His longo tempore per legiones ſeuiſsime conſtat omnia bella confecta, uſque adeo, ut Diocletianus & Maximianus cum ad imperium perueniſſent, pro merito uirtutis hos Martiobarbulos Iouiarios, atque Herculianos cenſuerint appellandos, eoſque cunctis legionibus prætuliſſe dicuntur. Quinos autem Martiobarbulos ſcutis inſertos portare conſuerant, quos ſi opportunè milites iacerent, propè ſagittariorum ſcutati mutuari uidentur officium. Nam hoſtes, equoſque conſauciant, priuſquam non modo manu ad manum, ſed ad ictum miſſilium potuerit perueniri. Hæc ille: apud quem pro Iouiarios, legendum Iouianos, quod nomen fuit uni legioni ex duabus, quæ in hoc genere pugnæ ſtrenuè ſe geſſerunt.

Horum inſigne erat Aquilæ apotheoſis redimiculo ſupra caput impoſito. Ales ipſa natiui coloris, alij dicunt aurei, Alciatus Flaui. [h] In parma lutea, quæ rubro primum circulo claudebatur; Inde alter ſapphirei coloris totam marginem complectebatur, è pectore autem aquilæ aureus extabat, umbilicus; Hæc Pierius ex Maffeorum codice, qui parùm ab impreſſo differt. Aquila Principem, qui orbem tuetur, denotat, ob id auro exornatur. Duo Circuli duplicis imperij coniunctionem, perpetuitatemque demonſtrant. colorum ſignificationes expoſuimus, quos aliquando pro arbitrio, & ad ſymbola diſtinguenda poſitos fuiſſe non inficior, ſæpè tamen appoſitè adhibiti, aliquid inſinuant. Aurum in umbilico, aureum eius temporis ſeculum in orbe demonſtrat. Iouianorum ſeniorum legio, & ipſa palatina erat in Occidentis imperio, cuius Marcellinus meminit.

HERCVLIANI iuniores à Maximiano uocati; qui ſe Herculem ab eius cultu nominabat. Sex. Aurelius Victor loquens de Maximiano: Huic inquit, poſtea cultu numinis Herculei cognomentum acceſſit, uti Valerio Iouij. Vnde etiam, militaribus auxilijs longè in exercitu præſtantibus nomen impoſitum. Hæc Victor, de Cæſaribus. Herculiani luteam Aquilam, luteo item trunco inſidentem geſtabant in parma lutei ſapphirei, cuius marginem eodem colore, ſed admodum dilutiore, circulus ambibat, ita [i] Pierius: Truncus firmitatem Aquilæ, ideſt, imperij ſignificat. In alijs Codicibus parma rubet, in alijs intercurrentibus lineis uiret. In meo impreſſo Aquila, luteo baculo pedibus nititur. Iouiani, & Herculiani ſub magiſtro peditum in Occidente, eadem geſtant Aquilæ inſignia. Hi in Illyrico Occidentali prius reſidebant, quorum ſæpè Marcellinus meminit.

FORTENSES à Fortia oppido Sarmatiæ aſiaticæ denominati, alias FRETENSES ſunt dicti; Quidam Comagenos Eufratenſes eſſe putant: & prima dempta ſyllaba Fratenſes, ſeu Fretenſes appellatos. Sed Marcellinus Fortenſes uocat, [k] Triceſimani, inquit, Decimanique Fortenſes.

Fortenſis etiam, eſt limes Mauritaniæ. ab his fortè denominatus. In coerulei clypei umbone, rubrum globum uinculo luteo cinctum geſtabant, qui octo acutos mucrones coeruleos emittit. In codice impreſſo, ſubtus, plures aquæ glomerantur in orbem. Marginem luteus & uiridis circuli cingunt. Hoſtes in Romanum orbem duplici, unicoque imperio munitum irruentes confodiendos eſſe indicat. idque terra ac mari euenturum. Duo coniuncti circulli, ferè ubique, duplicis imperii perpetuam connexitatem oſtendunt. Alciatus mucrones rotam interpretatur, [l] quod ſymbolo impreſſi exemplaris, & aliorum, quę uidi, non conuenit.

NERVII, propè Scythas ſunt. Marcellinus [m] eos ad Tanaim locat. Inter hos, inquit, Neruii Mediterranea incolunt loca, vicini uerticibus, celſis, quos præruptos, geluque torpentes Aquilones aſtringunt.

Sed hic Galliæ Belgicæ populos Neruios intelligi arbitror, ex quibus delecta eſt hæc legio. Depictum ferè ut Fortenſes habent clypeum, exceptis quibuſdam coloribus, qui alterutros diſtinguunt; Hi enim paruum luteum umbilicum, rubro latoque circulo incluſum, quem alius luteus cingit, in coerulea parma, uel, ut apud alios, uiridi geſtant. Marginem luteus circulusa mbit. In impreſſo, ſub mucronibus mare uidetur. Portendunt duo circuli duo in unum orbem Romanum imperia, quæ in terras, & mare extenduntur. Luteus color in exteriore circulo, luteo umbilico reſpondet. Duplex circulus luteus & uiridis, qui clypeum ambiunt, duplicis Imperii connexitatis ſunt typus.

MARTIARII, iuniores, uel potius Mattiarii ſequũtur quorũ etiam infra inter auxiliarẽs fit mentio. Zoſimus, [n] Martiarios. cohortem ſub Iuliano Apoſtata fuiſſe ſcribit. Erant ex Mattio oppido, Metropoli Cattorum, ubi hodiè eſt Magdeburgum, olim Haſsia paucis litteris mutatis, antiquum ſeruans nomen. Tacitus. [o] Cattis, inquit improuiſus aduenit Cæſar incenſo Mattio (id gentis caput eſt,) aperte populatus uertit ad Rhenũ. Ita etiam Marcellinns, [p] appellat, loquens de Valente, Ad lancearcos, inquit confugit & Mattiarios. Si legamus Martiarios à Martia legione, de qua ſupra dixi, deriuabuntur. Sed teneo legendum MATTIARII.

In horum luteo clypeo rubrum pedamentum orbem coeruleum & decuſſatum, rubroque circulo; cinctum ſuſtinet, in cuius ſummo, duæ dimidiæ, luteæque lunæ cornibus ſurſum uerſis, crucẽ amplectuntur: duo utrinque ad dexteram, & ſiniſtram erecti canes terga orbi uertunt, inuerſiſque capitibus ſe inuicem reſpiciunt. Hi referunt duos Principes imperium orbis tuentes, & ſe reſpiciendo mutuum ſibi auxilium promittentes. Orbis cruce diuiſus, &

rubro

a lib. 31.
b in 2. de l. ciui.
c li. 21.
d li. 6. ca. 6.
e li. 11. ca. 1.
f lib. 3.
g li. 1. c. 18.
h Alc. li. 5. parer. cap. 13.
i li. Hieroglyph.
k li. 18. ſub fin.
l li. 5. parer. c. 13
m lib. 31.
n lib. 3.
o li. 1.
p li. 31.



rubro circulo circumductus, terrarum, mariſque imperium inſinuat, quod etſi diuiſum, unum tamen eſt, & unitum, quod globum ambiens circulus rubeus innuit. Dimidiæ Lunæ, & ipſæ ſymbolum ſunt duplicis imperij, quod etſi dimidium uidetur, integrum tamen eſt permãſurum, quemadmodum luna primo uiſa deficere in orbem completur. Crux ſuperior, id Chriſti ope futurum pollicetur: Romani uero imperij ſtabilitatem columna ſignificat, Alias luna cruci iuncta, Eccleſiæ Chriſti ſponſæ eſt typus. Simile emblema gerunt Martij ſeniores. Sequuntur XVIII. auxilia Palatina.

## *DE XVIII. AVXILIIS PALATINIS. Cap. XXXIX.*

INTER legiones & auxilia, olim hoc interfuiſſe Veget. [a] ſcribit quod legiones ex Romanis ipſis ſcriberentur; Auxilia uero à ſocijs, & fœderatis gentibus mittebantur, legionibuſq; tanquam leues armaturæ adiungebantur. Sed rebus in Principem tranſlatis, etiam extraneis ex gentibus Legiones fieri coeperunt, aliquando adiutrices nuncupatæ tanquam ex auxilijs complatæ. Quid autem, inquit Vegetius, [b] inter legiones & auxilia uideatur intereſſe expediam Auxiliares conducuntur ad prælium ex diuerſis locis, ex diuerſis moribus uenientes, nec diſciplina inter ſe, nec noticia, nec affectione cõſentiunt. Suidas [c] uult, auxilia eſſe expeditos milites, qui nudi & inermes in prima acie collocabantur, primique cædebantur. Erat enim gregaria & ignobilis manus. Legiones uero ex X. cohortibus conſtabant, quæ in centurias diuiſæ, ſingulæ ſua, cum ſuis centurionibus, habebant uexilla. cohortes enim ſingulæ Dracones, uel aliud animal cum ſuis Tribunis præferebant; Vniuerſa uero legio Aquilam, quæ à Præfecto, uel Comite regebatur. At Auxiliorum una erat multitudo, quę ſoli Tribuno parebat, puta mille, uel plures. Alias inter hos differentias Plinius, [d] tradit. Sunt adhuc inquit, aliquæ in auro non omittendæ differentiæ; Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere, ciues non niſi argenteis; præterquam quod armillas ciuibus dedere, quas non habent externi. Iidem, quod magis miremur, coronas ex auro dedere ciuibus: Cicero cum Ciliciæ præeſſet, de Auxilijs ad Atticum ita ſcribit. Exercitum infirmum habebam, Auxilia ſane bona, ſed ea Gallatarum, Piſidarum, Lyciorum. Hæc enim ſunt noſtra robora. Probus Imperator, ſexdecim millia Tyronum Germanorum, per diuerſas prouincias ſparſit, ita ut Numeris uel Limitaneis, ſexagenos, aut quinquagenos interſereret, quæ Auxilia Barbara eſſe appellata, Vopiſcus refert. Auxilia uidentur à Iuſtiniano [e] nominari optiones, a quo iubentur foederati in priuatorum prædijs degentes, ad ſuas redire optiones, ideſt ordines ſeu auxilia. Ab obtionibuſque militibus denominata videntur, quos tribuni ſibi adiutores & Vicarios eligebãt, ut Vegetius (lib. 1. c. 7.) & Feſtus tradũt. Horũ Præfectus quandoq; Tribunus, quandoque Phylarcha appellatur. [f] Procopius: [g] Nullus autem, inquit, Romanorum militum Præfectus, quos Duces uocãt, nulluſque Saraceni, qui Romanis foederati ſunt Præpoſitus, qui Phylarchi uocantur. Quot milites ſingula continerent Auxilia non conſtat; Vopiſcus quandoque quinquagenis, aut ſexagenis, quos Probus Numeris Limitaneis inſerebat, Auxilia conſtaſſe ſcribit. Sub Magiſtro in prenſenti hęc merebant Auxilia.

BATAVI ſeniores, ex Batauia, quã nunc Hollandiam uocãt acciti, equites Batauos præſtãtiſſimos inde ſumpſiſſe Auguſtũ Diõ ſcribit ſed hæ fuere VIII. Cohortes, aut Auxilia legionis XIIII. quæ diſcordia tẽporũ à legione digreſſa, cõtra Vitellianos infœliciter pugnarunt. Poſteà miſſa in Britãniã in itinere Auguſtæ Taurinorũ, ob odiũ antiquũ rixati ſunt. Legio in Britãniam eſt miſſa, Batauos agmini ſuo Vitellius iunxit, mox in Germaniam ire iuſſit. [h] Velitaria auxilia Herulos, & Batauos Marcellinus [i] uocat.

In parma coerulea, globum rubrũ gerunt, pedamẽto eiuſdem coloris coniunctum, quem coeruleus limbus denſis orbiculis circundatus complectitur. In umbone luteus globulus, acutam cuſpidem emittit ut manuſcripti clarius oſtendunt. Supra duplex dimidia, & lutea Luna, cornibus ſurſum uerſis crucẽ lutei coloris amplectitur: Orientis Occidentiſq; imperium crucis ope, inſtar Lunæ in plenum orbẽ qui dimidius uidetur, compleri inſinuat: ex medio globi exiens cuſpis telum principis Rom. refert, quo tãtã hoſtibus cladem minatur, ut orbem ſanguis ſit inundaturus, quod forte rubeus color quo tingitur, portẽdit. Coeruleum lymbum orbiculi ſtipantes, ſunt milites undiq; orbem Rom. aduerſus Barbaros defendẽtes; uel forte plumbatæ, quibus hæc auxilia hoſtes erant feritura, de his ſupra in lancearijs, & infra in ſcythis ſub altero magiſtro præſentali dicetur. In Maduciano uidetur agger globum ſepiens. Vrſini codex pro dimidijs Lunis, duos dimidios orbes luteos habet alterum alteri incluſum; Typus eſt duplicis, ſed coniuncti & in unum coeuntis imperij. De dimidia luna in præcedenti dictum fuit.

BRACCATI iuniores. Notiſſimum eſt, olim Galliam Narbonenſam Braccatam uocatam, ut auctor eſt Plinius, [k] quod braccis uteretur, unde Braccata hæc auxilia uidentur denominata. Braccas inter militares ueſtes Lampridius [l] recenſet. Donauit inquit, & ocreas & braccas & calceamenta, inter militaria ueſtimenta, ſed & ipſum Alexandrum ſcribit, faſcijs ſemper uſum fuiſſe, & braccis albis, non coccineis, ut prius ſolebant. Pomponius Mela Sarmatas totum corpus braccatos eſſe memorat. Milites Braccati vt fluxæ fidei & mercede uerſabiles à Marcellino [m] notantur. Braccati inquit ſollicitantur atque cornuti fluxioris fidei, & ubertate mercedis ad momentum omne uerſabiles.

Clypeum coeruleum geſtant, in quo duplex rubra, & lutea columella, globum luteum in ſummo, manu retentum ſuſtinet; utrinque duo purpurei corui, ad crucem ſupra globo infixam, & nigris lineis decuſſatam clamare uidentur, qualem Conſtantino oſtenſam fuiſſe ferunt: coeruleus circulus clypei marginem circundat. Hi duo ſunt Principes, qui à Chriſto pro Romano orbe opem implorant. Crucem autem littera X. interſecans, Chriſtum in ea paſſum ſignificat. cuius nominis Græcè ſcripti, prima eſt littera X. Plerunque aũt ſuperiorem eius crucis partẽ in litterã P. flectebãt, ut apertius χριςον exprimerẽt, ita ut X.P. & ☧ innecterẽtur. Purpureæ cornices, duos Prĩcipes denotãt ob purpurã, & ſunt cõcordiæ ſymbolum. Duo enim oua cornix parit, unde mas, & foemina excluduntur, quorum alter ſi moriatur, ſuperſtes ſemper cęlibem uitã agit: quare hæc auis typus eſt concordiæ in Fauſtinæ nummis, in quibus huic aliti inſcriptum eſt, CONCORDIA.

Manus autem orbem retinens, firmitatem imperij Romani portendit. At Pierius [n] loquens de ſpica, diuerſum hoc inſigne ponit: Geſtamen, ait, cęruleo colore, ſubobſcuro depictum fuiſſe circulo, nigro iuxta marginem circumducto, in cuius ſumma parte, ſtella depicta eſt, octo radijs prædita, in medio orbiculus eſt, cum umbilico, uterque coloris aurei, ab eo orbiculo uſque ad circulum, qui iuxta marginem eſt, columella ſubmiſſa coloris rubei: à lateribus columellæ, ſpicæ duæ utrinque ſurgunt, quas auiculæ totidem, uolatu ſuſpenſæ petunt, quæ affluentiam annonæ ſignificant; At in manuſcripto Vrſini, in ſummo, eſt crux purpurea, orbem purpureum in medio continens, quem tueri uidetur: ipſa uero, & orbis propter Chriſti ſanguinem, ob mundum effuſum rubent; corui purpurei, ideſt, Principes,

D 3 utrinque

a li. 2. ca. 2.
b d. ca. 2.
c in uer.
d li. 33. ca. 2
e in l. ul. C. loc. & in Nou. 116.
f ut in Nou. 103
g lib. 1. de bello Perſico.
h Tacit. 16.
i lib. 20. Paulo poſt princip.
k li. 3. ca. 4.
l in Alexand.
m lib. 15.
n lib. 56.

vtrinque ad crucem clamant, quod ſymbolum mihi maximè placet. In Madruciano, ex globo acuta cuſpis, ut in præcedente ſymbolo, exit, & pedamentum eum ſuſtinens, aggere vtrinque, munitum uidetur. Alciatus uero pro globo glandem exponit, [a] quod ab omnibus his ſymoolis longe diſtat.

a li. 5. parer. c. 13

S A L I I ſunt Germaniæ populi, ubi nunc eſt Franconia, à Sala flumine nuncupati, ex quibus hæc Auxilia ſunt contracta. Marcellinus [b] de Conſtantio loquens, Petit inquit, primos omnium Francos eos uidelicet, quos conſuetudo Salios appellauit. Zoſimus [c] Saliorum, ait nationem à Francis profectam vi Saxonum ſuis ſedibus expulſam, in Bataniam ueniſſe, quæ inſula cum prius Romanis in uniuerſum pareret, à Salijs eſt poſſeſſa: Sed inde eiecti, poſtmodum Romanis ſunt adiuncti: Iulianus enim Apoſtata eos legionibus Romanis adſcripſit. Alij auxiliares ſunt facti. Sunt, & Salij Ligurum populi, teſtante Plinio.

b lib. 17.
c li. 3.

In horum parma coerulea, orbem luteum circulo rubro circundatum, luteus cippus ſuſtinet, marginem clypei rubeus limbus claudit, unum eſſe orbis Romani Imperium denotat. Rubeum enim uinculum, globum cingens, purpuramque referens, imperium inſinuat. Idem exterior rubeus circulus portendit. In manuſcripto Vrſini, duo dimidij equi lutei hinc inde globum ſuſtinent, qui referunt duos dimidiati imperij Principes orbem regentes. Equũ uerò eſſe bellicæ uirtutis typum notum eſt. Virgil. [d]

*Monſtrarat caput acris equi, ſic nam fore bello*
*Egregiam, & facilem uictu per ſecula gentem.*

& alibi [e]

*Bello armantur equi,*

d in 1.
e & in 3.

Hi milites & in Occidente reperiuntur, cum ſymbolo huic ſimili.

CONSTANTIANI à Conſtantio Magni Conſtantini filio denominati. Marcellinus, [f] conſtantiacos uocat Legionarios ab eodem inuentos; Duas, inquit Conſtantiacas legiones, addita una ſagittariorum cohorte, quas inuenerat apud Syrmium, ut ſpectatæ adhuc fidei per ſpeciem neceſsitatum urgentium miſit in Gallias.

f lib. 21.

In parma album globum geſtant, ſupra quem coeruleus globulus faſcia rubra clauditur. Is eſt regij diadematis typus, Orientemque, & Occidentem vno Rom. cingi imperio portendit. In manuſcriptis octoni aut noueni parui orbiculi à quatuor mundi regionibus in unum glomerati exercitus, referunt a quatuor partibus orbem Romanum aduerſus Barbaros ruentes, uel potius plumbeę glandes, quibus hoc auxilium pugnabat.

MATTIACI ſeniores ex Mattio Metropoli Cattorum ueniebant, ubi nunc eſt Magdeburgum Haſſię, ut ſupra dixi de quibus Tacitus. [g] Coeruleam clypeum geſtant, lutea cruce uſque ad marginem diuiſum, quæ coeruleum globum in medio continet, ipſa apſide lutea, & alia exteriore rubra cingitur. Hinc inde ſupra utrunque crucis brachium, duæ auiculæ nigræ, ſeu corui coelum ſuſpicientes clamare uidentur: Aliæ duæ ſimiles infra paſcuntur. Symbolum eſt duorum Principũ, qui à Domino ob merita Chriſti crucifixi pro Orbe Romano opem implorant: & quaſi illud inuenerint, infra per ocium paſcuntur. Simile eſt apud Pſalmiſtam. [h] Dat eſcam pullis coruorum inuocantibus eum. Per ſeptem enim dies à matre deſtituti rore paſcuntur, donec plumis ueſtiti & ab ea agniti poſtmodum aluntur. Coruos autem eſſe concordiæ typum ſupra expoſui. S. Paulinus epiſt. 12. ſcribit olim ſupra crucem rubentem duas columbas in templis depingi cõſueuiſſe, quo ſymbolo ſignificabatur ſimplicibus coelum patere, ut Epigramma cruci inſcriptum aperit.

g in. 1.
h Pſal. 147.

*Ardua florifera crux cingitur orbe corona*
*Et domini fuſo tincta cruore rubet.*
*Quaq; ſuper ſignum reſident coeleſte columbæ,*
*Simplicibus produnt ſigna patere Dei.*

Qui hic pinguntur nigri ſunt corui non columbæ.

In Occidente hi milites ſimplicem crucem geſtant.

SAGITTARII Iuniores Gallicani. Sagittariorũ tres hic ordines referuntur. Primi ſunt ſagittarij iuniores Gallicani, caſsidibus, cataphractis, gladijs, ſagittis, arcubuſque armati, de quibus Vegetius. [i] Ex Gallijs lecti Gallicani ſunt dicti, idẽ ſunt quod Gallici, Vlpianus. [k] Inſtitutus in rebus Gallicanis in Gallicis hęres erit. In Illyrico quandoque Gallicani reſederunt. Marcellinus. [l] Ad tutelam, inquit, Illyrici Gallicani militis ualidum acceſſerat robur.

i li. 2. ca. 15
k l. ſiquis in ſun di. §. ul. ff. de le. 2.
l lib. 29.

In clypeo coeruleo rubrum globum circulo albo contentum habent, quem vtrinq; aquilæ regunt, ſupra duo Imperatores viſuntur: Marginem duo circuli, interior luteus, & exterior rubeus cingunt. Hęc Romanum orbem à duobus Principibus concorditer defendi monẽt. Aquila imperij ſymbolũ eſt, circuli cũ coloribus ſupra ſunt expoſiti. In manu ſcripto Vrſini tabella eſt ſine Principibus, à quibus leges orbi dari portenditur.

SAGITTARII quoq; ſeniores Gallicani eodem ferè modo pictum ſcutũ gerũt. In hoc differunt, quod hi globulum luteum albo, & rubro circulis incluſum geſtant, quod orbem Romanum duplici imperio regi denotat. Vtrinq; duæ aquilæ eundẽ a duobus Principibus gubernari demonſtrant. ſupra tabella rubro limbo cincta in medio album nigris notis interpunctum continens, Lex eſt utriq; orbi à duobus Principibus concorditer data. Madrucianus duos Principes includit. In Vrſini exemplari alba eſt parma, aquilis carẽs. Duplex circulus margini circumductus, duplicis coniuncti imperij eſt ſymbolum. In Occidente ſub Magiſtro peditũ, Gallicani tres orbes diſtinctos geſtant, quorum medius, alijs eſt maior, quod idem argumentum inſinuat.

TERTII SAGITTARII Valentis, ab eo inuenti, & ipſi in parma coerulea luteum orbẽ duplici uinculo rubro & luteo cinctum tenent: ſupra ſuſpenſus eſt alius dimidius orbis albus, rubro circulo clauſus ſignificat orbem, qui ob diuiſum imperium dimidius uidetur, unum eſſe, duplici imperio compreſſum.

DEFENSORES ad oppida defendenda præcipui, ita defenſores mœnium Marcellinus appellat. [m] Quibus, inquit adire propius auſis, defenſores mœnium properarunt. Item; Defenſores niſi uigilaſſent in audaciam, ruere præcipitem. & ſæpe alibi. Conſtãtinus uero porphyrio gẽneta [n] dicit defenſores eos eſſe, qui currentes poſt hoſtes ſequuntur, ipſi nõ currunt, ſed ordine ſimul progredientes, eos, qui hoſtes ſequebantur, excipiunt, & defendũt, ſi forte in fugã uertantur, & inde nomen habuerunt. Hi duos angues luteos, in caducei ſpeciem complicatos, capitibus ad oſculum coeuntibus, in parma coerulea geſtabant, quam ruber ambitus late circuibat; Iuxta marginem in medio eſt globus rubeus, columellæ luteæ præfixus, unde & ipſi angues exire uidentur, ita Pierius [o] deſcribit. Id duorum orbis Principum concordiam ſignificat, pro ſerpente enim poni imperium, idem Pierius refert, & uetus numiſma duos habens ſimiles ſerpẽtes caudis complicatis, eſt typus, unius duorum C o s s. poteſtatis unicique imperii. inſcriptum eſt ΔΥΝΑΡΧ ΕΧΥΡΑΤ.Β. ideſt δυναρχία ἐξ ὑπάτορ δυῶ ideſt duplex poteſtas ex duobus conſulibus; quaſi hoc duplicatum imperium ſit fortius.

m lib. 20.
n de thematib.
o li. 55. Hierog.

RETOBARII, in coeruleo clypeo rubrum globũ luteo uinculo conſtrictum ferunt. Marginem duo circuli, luteus, & exterior rubeus cingunt: Orbem Romanũ unico & utriuſq; principis cõiũcto imperio cõtineri denotãt. RVTVBARIOS legẽdũ cẽſeo à Rutuba fluuio Ligurũ ꝓpe Albiũ, ut auctor eſt Plinius. [p]

p li. 3. c. 5.

ANGLEVARII Defenſorũ ſymbolo ſimile inſigne gerebant, nẽpe rubrũ caduceũ, in cuius baculi ſũmitate, alba pila erat, unde angues prorumpebant, & ad oſculum iuxta parmę medium deflectebantur. Parma erat ſapphirei coloris, & dilutioris, quã purpureus ambitus circumibat, ut Pierius deſcribit. Erãt Angleuarii Germaniæ populi prope Rhenum, nõ lõgẽ à Batauia, quos Tacitus [q] Angriuarios nominat. Metanti,

q li. 20.



Metanti, inquit, caſtra Cæſari, Angriuariorum defectio à tergo nunciatur; miſſus ilicò Stertinius cum equite, & armatura leui, igne & cędibus perfidiam vltus eſt: Degebant vltra Albim confines Cheniſcis. Idem [a] Latus vnum Angriuarij, lato aggere extulerunt, quo à cheniſcis dirimerentur; & poſtea, mox bellum in Angriuarios Stertinio mandat. Et alibi, [b] iuxta Tenocteros, inquit, Bructeri olim occurrebãt, nunc Chamanos, & Angriuarios immigraſſe traditur, pulſis Bructeris.

a eodem lib.
b in lib. de moribus Germanorũ.

H I B E R I, Armeniæ populi, nunc Georgiani vocantur; Leonem luteum in parma item lutea, dextram altè tollentem, cauda in caput ſublata geſtant; quem rubeus circulus ambit. Id fortitudinis eſt inſigne, Principem hoſtes feriturum innuit. In manuſcriptis leo duplicem luteum orbiculum dorſo infixum habet, quale Thraces ſub ſequenti Magiſtro præſentali, & inuicti, robur Principum, duos orbes. i. Orientem Occidentemque ſuſtinere vel tueri indicat, Claudianus. Nomenque probantes Inuicti clypeoque animoſi teſte leonis. Sunt etiam Iberi Hiſpaniæ populi, de quibus poſſet intelligi.

V R S I ab Vrſa Picenorum oppido vocati, hoc habebant inſigne: In parma lutea rubrum pedamentum pilam luteam ſuſtinet, vnde duo dimidiati canes lutei auerſi, & latrantes committuntur, ſupra eſt luteum caput fęminæ. Hi ſunt duo Principes, qui concordi prudentia per muliebre caput demonſtrata, orbem Romanum regunt, Barbariſque eum impetentibus allatrant. In armarijs inter vtranque Notitiam poſitis, muliebre caput, pro prouidentia depingitur. Idẽ plane inſigne in coerulea parma geſtant T E R V I N G I ſub ſequente Magiſtro militum, in quibus Pierius, [c] pro canibus lepores nominat.

c lib. 23.

F E L I C E S H O N O R I A N I iuniores, ab Honorio vocati. Felicis titulo aliqua auxilia & legiones ſunt honeſtatæ, vt tertia quæ Felix nuncupata, in Norico Ripenſi degebat, prout in Itinerario Antonini nomine edito legitur. Vopiſcus, [d] Recipe, inquit, in fidem tuam legionem tertiam felicem. Claudianus. [e] Neruius inſequitur meritus vocabula felix. Ita appellata eſt ab Auguſto hæc legio. Sed hi ab Honorio denominati, ab illa ſunt diuerſi. Auctor eſt Oroſius [f] quoſdam barbaros ab Honorio in foedus receptos & in militiam allectos Honoriacos fuiſſe vocatos, credo legendum, Honorianos.

d in Probo.
e in bello Gildonico.
f lib. 7. c. 40. Aeneas ſylui. in epiſt. Dolondi li. 3.

In horum rubro ſcuto, vir alatus, duas dimidias lunas lutei coloris, vtraſque manu ſupra caput ſuſtinet: Victoria eſt Rom. imperium extollens, quod etſi propter duos Principes dimidiatum videtur, ob eorum concordiam in vnum, plerumque coaleſcit imperium, cuius typus eſt Dimidia luna quæ in orbem completur. In manuſcriptis, pro viro, eſt mulier alata.

V I C T O R E S, à Victoria, vt credo, oppido in Britannia appellati. Alia eſt in Hiſpania, alia in Mauritania Cęſarienſi. Victrices quæ erant in Britannia legiones vocabantur, videlicet VI. XIII. XXIII. Dion, [g] etiam Victricem in Britannia legionem nominat; At hæ non ſunt legiones, ſed auxilia, de quibus Marcellinus: [h] agmina duo præcedebant, quibus nomina fuere Iouij atque Victores. [i] Hos alibi [k] Niceterios græce appellat.

g in lib. 55.
h lib. 26.
i & lib. 27.
k lib. 15.

In alba parma, orbem luteum, duplici vinculo, item luteo, circundatum geſtãt, quem vallum in ſummo prominentibus orbiculis interlunatum ſepit, ſupra rubra crux velut ſanguine Chriſti tincta eminet; cuius ope, Orbem Romanum vndique tutum eſſe ſignificatur: prominentes enim orbiculi munitiones, orbem tuentes referunt. In Madruciano, vallum vndique acutas cuſpides emittit; Feriendi hoſtis argumentum. Globus eſt mundus Rom. duplici coniunctoq; imperio rectus, qui ope Crucis ſanguine Chriſti aſperſæ, munitur. Madrucianus, duos implicitos globos coeruleo circulo, & alio maiore luteo iũctos habet, quod idẽ argumentum eſt, Orientem & Occidentem duplici, ſed vno imperio contineri.

P R I M I T H E O D O S I A N I, hi & ſequentes à Theodoſio eorum auctore, nomen habuere: quemadmodum & Felices Theodoſiani ab eodem inuenti, qui ſub alio Magiſtro militum Præſentali merebant.

In parma lutea, orbem luteum, duobus vinculis luteo & rubro conſtrictum ferunt, quem currens & latrans canis, dorſo ſuſtinet, ſuperne rubens Aquila alas expandit. Hi duo ſunt Principes orbem Roma. tenentes, quorum alter orbem ſuſtinens hoſtibus allatrat; Aquila, Romani imperij ſymbolum, alterum refert, qui orbem tueri videtur. In manuſcriptis pro aquila eſt alata victoria, & bos pro cane, robur imperij portendens.

F E L I C E S T H E O D O S I A N I I S A V R I, ex Iſauria lecti. Horum in parma coerulea inſigne fuit Taurus, ad coerulei collis radices incedens, cui altus lutei coloris mons imminet; In eius ſummo nigra aquila alas expandit. Hoc ſymbolum Iſauros milites, radices Tauri montis, per Taurum animal ſignificati, incolere indicat. Collis autem ab alto monte, qui Taurus eſt, diſtinguitur. Aquila typus eſt Romani imperij orbem protegentis. Pierius verò [l] ita hoc emblema deſcribit; Luteus taurus, ad viridantis monticuli radices pictus; ſummo verò collis vertice dimidius inſidet æthiops, dextra manu lorum, læua pileum prætendebat, paſsis hinc & indè manibus, indicabat in ſua manu eſſe, captiuos facere, & libertatem indulgere. Hęc Pierius Ego illum non Aethiopem ſed vnum ex Principibus eſſe puto, qui ob dimidium imperium, & ipſe dimidius apparet, dextra flagellum oſtendit, quo ſe Barbaros verberaturum minatur; Lęua pileum tenet, populos ſe liberaturum ab eorum tyrannide promittens.

l li. 40. in pileo.

Iſauri ad montis Tauri radices, Ciliciæ finitimi, latrocinari conſueuerant, vt ait Leo, [m] qui de militibus loqui poteſt, etſi Accurſius & alij, latrones eſſe arbitrentur. Nam Iſauros latrocinijs infames fuiſſe Strabo [n] ſcribit; Vnde etiam diebus Paſchæ ſupplicio affici poſſunt. [o] Iſauros, ait Zoſimus, [p] alij Piſidas, alii Solymos, alij Cilices montanos vocant, qui oppida Lyciæ Pamphyliæque, vno duce ſibi conſtituto vaſtabant. Probus Imp. Iſauris latronibus domitis, iuniores militię adſcripſit, qui poſtea inter auxilia palatina à Theodoſio ſunt relati, indeque felices Theodoſiani Iſauri appellati. [q]

m in l. vlti. C. ad leg. Iuliam. de vi publ.
n lib. 12.
o l. pe. C. de fer.
p lib. 4.
q Vopiſcus in Probo.

T E R T I I T H E O D O S I A N I, in rubro clypeo duos dimidios, luteoſque globos, duplici alboque cippo præfixos geſtant, qui alium coeruleum luteo circulo vinctum ſuſtinent. Marginem luteus ambit circulus: id, vt ſæpe, terrę mariſque in Oriente & Occidente, duplex denotat imperium, quod etſi dimidium videtur, ex typo dimidiorum globorum, vnum tamen manet. Cęterum Pierius, [r] aliud ipſis ſymbolum tradit. In parma, inquit, eſt margo hyacinthini coloris circulo aliquantulum lato circumductus, ſub quo alter contiguus anguſtioris ſpacij, inde facies media rubra: Ab ima eius parte albus erigebatur cippus, in anguſtum ſuperne deſinens, qui lunæ ſpeciem cornibus ſurſum verſis ſuſtentabat. In medio parmæ inſidebat lunæ albus identidem circulus, cuius centrũ latè fuſum, nigri coloris erat; ſupra circulum hunc album oſtentabatur, à medio ſurſum Aethiops eodẽ modo quo ſuperior manib. exporrectis, eadem dextra loro, ſiniſtra pileo munitis. Sed in impreſſo, hæc imago nõ viſitur, nec in manuſcripto Vrſini. Madrucianus, nigrã victoriã alatam oſtendit.

r li. 40. loquens de pileo.

Hi ſunt milites, qui ſub primo Magiſtro pręſentali merebãt, in quib. eadẽ ſymbola quinquies repetuntur; Aquila. n. apud Iouianos & Herculianos vtroſq; iuniores reperitur. Clobus cuſpidib. munitus penes Neruios & Fortenſes. Lutei globi rubeis circulis incluſi penes Cõſtantianos & alios. Sagittarij ſeniores & iuniores, idem, & ipſi fere ſymbolũ geſtãt. Octo præterea apud hunc Magiſtrũ ſymbola ſub alio Præſentali repetuntur. Lancearij enim ſeniores ſub hoc, & iuniores ſub ſequente eodem inſigni vtuntur, &

Britones ſeniores ſub magiſtro per Illyricum; Mattiaci ſeniores ſub hoc, & Conſtantiniani ſub ſequente, Martiarij iuniores ſub hoc, & ſeniores ſub ſequente. Hiberi ſub hoc & Thraces ſub ſequenti eodem ſymbolo ornantur. Idem in vrſis Teruingis, Angleuarijs, Defenſoribus, & Vindicibus Primis, & ſecundis Theodoſianis ſpectatur, quorum illi ſub hoc hi ſub ſequenti idem inſigne habent. Sed & Tertia Decimani, & Diuitenſes Gallicani ſub Magiſtro militum per Thracias, Primorum, ſecundorumque Theodoſianorum ſymbola ferunt. Victores ſub hoc, & Felices Arcadiani iuniores ſub ſequenti idem inſigne gerunt, quod & Martiarij, Conſtantes, & Arecotti per Illyricum ſumpſerunt. Nunc de huius Magiſtri Præſentalis officio eſt dicendum.

## NOTITIA.

*HABET autem dignitates infraſcriptas. Principem. Numerarios duos. Commentarienſem. Primiſcrinios qui numerarii fiunt. Scriniarios. Exceptores, & cæteros apparitores Magiſtri militum in Præſenti quindecim.*

Cod. de apparitoribus magiſtrorũ militum.

## *DE OFFICIO MAGISTRI MILItum in præſenti. Cap. XL.*

### COMMENTARIVM.

OFFICIVM habet hic Magiſter Principem, Numerarios duos, Commentarienſem, Primiſcrinios, qui Numerarij fiunt. Hi in officio Magiſtri per Orientem, & Magiſtrorum peditum, equitumque Occidentis; & Comitum, ac Ducum tam Orientis quam Occidentis adiutores uocantur. Habet & ſcriniarios, ideſt epiſtolarum & libellorum ſcriptores, & cuſtodes, [a] qui ſubadiuuæ in officijs Comitum & Ducũ Occidentis appellantur. In eodem officio erant & Exceptores, qui acta militum litigantium ſcribebant & officiales cæteri quindecim. In officio Ducum Africæ Iuſtinianus homines XI. ſtatuit, [b] qui nullum gradum tenentes, erant ſimplices apparitores, forte antebulones Magiſtrorum, de quibus ſupra diximus.

a l. in ſcrinijs & l.ſequen.C.de de prox. ſacr. ſcrini. li.12.

b l.2.in Notitia. C.de off. P.P.Af.

PRINCEPS eo officio fungitur, quo alius eiuſdem nominis apud Præfectos Prætorio, cauſas enim militum coram magiſtro motas inſtruit, & exequitur. Numerarij notabant in libro, qui ſingulis diebus excubaſſent, nocte uigilias egiſſent, uel alia munera obijſſent, ut ſciri poſſet, qui in muneribus debebant ſuccedere: Vegetius. [c] in quibuſdam, inquit, militibus notarũ peritia, calculandi cõputãdiq; uſus exigitur. Totius enim legionis ratio ſiue obſequiorũ, ſiue militarium munerum, ſiue pecuniæ, quotidie adſcribitur actis, maiore propè diligentia, quam res annonaria uel ciuilis libris annotatur. Quotidianas enim in pace uigilias, item excubitorum, ſiue angarias de omnibus centurijs, & contubernijs, quæ uiciſſim milites faciunt, & ne quis iniuſtè prægrauetur, aut alicui præſtetur immunitas. Nomina eorum, qui uices ſuas fecerunt, breuibus inſeruntur.

c li.2.cap.19.

Quando quis commeatum accepit uel quot dierum, annotatur in breuibus, tunc enim difficile commeatus dabatur, niſi iuſtisſimus cauſis approbatis; Hæc ille, ſtipendia etiam militibus ſoluta notabant, quemadmodum Præfectorum numerarij, uectigalium, & tributorum rationes. Rationarii à Marcellino, [d] appellantur ob prædictas rationes, quas ſcribebant. Interrogato, inquit Remigio etiam tum rationario apparitionis armorum Magiſtri: Et [e] alibi, Numerarii, ait apparitionis magiſtri equitum. Eorum officium idem plenius, [f] alibi deſcribit. Antoninus quidam, inquit, ratiocinarius apparitor circa ratiocinia uerſabatur, qui uel quarum uirium milites, ubi agant, uel procinctus tempore, quos intuentur, deſcribens, itidem armorum, & comeatuum copiæ, aliaque uſus bello futura, an abunde ſuppetant, indefeſſa ſcitatione percunctas. Hæc ille. Numerarios comitum rei militaris actuarios Gratianus [g] uocat, Numerarii, inquit, comitum illuſtrium uirorum, ſiue actuarii libram auri fiſci uiribus ſoluant, niſi ſtatuta fuerint cuſtodita.

d lib. 15.

e lib.19.

f li.18.

g in l.3.in fin.C. de diuer.off.

Eos numeri ſeu ordinis militaris ratiocinia tractare, & illi annonam erogare Valentinianus ad Probum P. P. ſcribit [h] Actuarii, ait, niſi expleto triginta dierum ſpacio pyntatia auctentica confeſtim tradiderint, ſpecies, quas ex fiſcalibus conditis diſſimulauerunt excludere, uel numero militum, cuius ratiocinia pertractant, ſuperſederint erogare, de propriis facultatibus uel militibus ipſis, uel fiſcalibus horreis adigantur inferre. In publicis enim ciuitatum horreis ſpecies annonariæ, [i] militibus exhibendæ conſeruabantur. [k] Duobus diebus bucellatus, ut ſupradiximus, tertio panis. Alternis diebus uinum, & acetum, uno laridum, duobus caro ueruecina militibus dabatur. [l] Bucellatus autem erat,, quem vulgò biſcoctum appellant. Marcellinus. [m] Firmato, inquit conſilio uiginti dierum, frumentum ex eo, quod erat in ædibus cõditum ad uſus diuturnitatem excoctum bucellatum uocant, humeris militum impoſuit. Hæc ille. Horum numerarii ſeu actuarii rationes ſcribebant, & capitum, ideſt, pabulorum quæ pro alimentis equorum exhibebantur. [n] ſed quia annonam, & ſtipendia, quæ tempore Romanę Reipublicæ militibus dabantur, & à numerarijs annotabantur, egregiè Polybius explicat, eius uerba latinè ſubieci. [o] obſonium pedites duos obolos accipiunt ſingulis diebus. Ductores ordinum duplum. Equites drachmam. Triticum datur peditibus Attici medimni. ex tribus duæ fermè partes. Equitibus hordei ſeptem medimni ſingulis menſibus; Tritici duo, ſocijs pediti æqua portio, Equiti tritici medimnus & tertia pars. Hordei medimni quinque, daturque id ſocijs muneri. Romanis tam frumenti quam ueſtis, armorumque, ſiquis huiuſmodi rerum indiguerit, horum omnium quæſtor certum ordinatum precium eorum obſonijs ſubtrahit. Hæc ille.

h in l.actuarij C. de eroga. mil.an.

i l. 1.2.& pe. C. de nauie.ſeu nau cl. pub. ſpecies tranſpor.

k l. nulli. C. de off. rect.prouin.

l.fortiſſimi.C.de erog.milit.anno.

l l.1. C.eo. tit.

m li.17.

n d.l.fortiſſimi.

o li.6. de caſtrametatione Rom.

Medimnus autem atticus, inquit Suidas. pendet libras CVIII. obolus fermè VIII. noſtros quadrantes. Actuarijs duplex annona, & una capitatio dabatur. [p] erat autem annona quantum homini ad uictum ſufficit. capitatio pabulum pro uno equo: Ammianus enim ſcribit [q] tonſorem Conſtantij Imperatoris uicenas diurnas annonas, & totidem iumentorum pabula habuiſſe, quæ uulgo, inquit, capita dicuntur. Præter hos erant & actuarij ciuitatum, qui eandem annonam ad milites transferendam ab horreis publicis accipiebant, [r] & hæc quoad numerarios magiſtri militum præſentalis, nũc Commentarienſi, de quo ſupra dictum eſt, prætermiſſo, ad alios, ideſt primiſcrinios eſt veniendum.

p l.3.C.T.de numer.li.8.tit.1.

q li.22.

r l.actuarios. C. de numer.

PRIMISCRINIOS ſupradictis addit Notitia, qui numerarij fiunt; Hos adiutorẽ & ſubadiuuas Cõmẽtariẽſis & officij eſſe puto, qui delinquentes carceri mancipatos obſeruabant, vt ſupra in adiutore P.P. orientis diximus, qui enim hic, & in aliorum magiſtrorum officijs primiſcrinij dicũtur, in magiſtri militum per orientem officio adiutores vocãtur, & ita

etiam



etiam in iure nominari videntur. [a] Adiutoris quoque ſubadiuuas Iuſtinianus officium Præf. Prætor. explicans, Primiſcrinios appellat. [b] In ſcrinio, inquit, Primiſcrinij, quod eſt ſubadiuuæ, hominibus x. annonæ xiiij. capitationes xij. ita etiam intelligi cenſeo reſcriptum Gratiani ad Potitum Vicariũ, [c] quod iubet reum ab eo apparitore vſque ad finem negocij obſeruari, cui primum exhibitus fuit, quod ſi ſecus factũ fuerit, primiſcrinius in quinque libris auri multabitur. ita adiutorem appellat, cuius onus erat carceri traditos cuſtodire, itaq; [d] Gratiani reſcriptum de criminoſis cuſtodiendis, non autem vt vulgo, de ciuiliter litigantibus intelligo, proprie enim delinquentes exhibentur, [e] & cuſtodiæ traditi obſeruantur. [f] Primiſcrinios verò dictos puto, qa præcipuo officij ſcrinio præerant. Quandoque tamen Primiſcrinius officij princeps nuncupatur, [g] ſed hic ab eo diſtinguuntur, vt nequeant commiſceri. Aliquando & numerarij primiſcrinij vocantur apud Notitiã in officio Præf. vrbis, in Occidente, ac Comitum rerum priuatarum, penes quem præter primicerios officiorum, alij omnes primiſcrinij appellantur, quia erant numerarij varias rationes priuatas ſcribentes, HI PRIMISCRINII NVMERARII FIVNT. inquit Notitia, quoniam numerum delinquentium, varietatem delictorum, clauſorum ordines, ætatem, ſexum, & nomina condemnatorum, & abſolutorum ſcribebant: quod & ſi onus eſſet commentarienſis, [h] etiam adiutori incumbebat, quod præſertim Notitiæ tempore obſeruari potuit. Non ergo intelligo primiſcrinios numerarios factos fuiſſe, quia ſi aderant numerarij, ipſi fruſtra eum locum tenuiſſent, ſed interpretor eos in delinquentium & criminum rationibus, & alijs huiuſmodi annotandis numerarij officio functos fuiſſe.

a in l.3.C.de appa. P.P.

b in l.2. §.in ſcrinio primiſcrinij. C. de offi. Præfe. præto. Afr.

c in l.1. C. de ſportul.

d l. vlt.C.de off. Præfe.vrb.l.4.C. de cuſto.reor.

e l.1. C. de cuſt. reo.l.1. C.de exhib.reis.

f l.4.C.de cuſto. reor.

g l.3. C.de appa. P.P. ad fi.l.3. C. de diuer.offic.

h l.pen.vel vl.C. de cuſt.reor.

SCRINIARII ſequuntur, qui Regerendarij in officijs magiſtrorum peditum, & equitum Occidentis, ac Ducum vocantur. Eos Notitia in officio Ducis Arabiæ libellenſes interpretatur, quos in alijs Ducibus ſubſcribendarios appellat. Hic ergo ſcriniarij pro libellenſibus atque etiam epiſtolaribus accipiuntur, vt quandoque in hoc ſenſu iura vſurpãt, [i] in officio quoque Proconſulis Aſiæ eos Notitia pro epiſtolaribus ſumit & à libellenſib. ſeparat. Alibi ſcriniarios generaliter omnes magiſtrorum militum apparitores Anaſtaſius Impe. appellat, quos & ſi militum matriculis inſcriptos militari iure teſtari poſſe negat. [k]

i l.3. C.de appa. Præfe.præt.ad fi.

k l. ſcriniarios. C. de milit.teſta.

Ceteros vero apparitores XV. huius magiſtri militum ſingularios eſſe exiſtimo, quos omnes magiſtri militũ habebant: Scribis vero, Ab actis, quemadmodũ comites, & Duces rei militaris carent, quia apud eos inſtrumẽta aut probationes rerũ actarũ robur nõ accipiebant, ſed ab illis, qui populis ius dicebãt: Magiſtri militũ apparitores erant veri milites, nullis officiorũ cõditionibus obnoxij: [l] Quibuſdam ẽt priuilegijs, qui intra ſtatutum numerum erant, potiebãtur. [m] Inter alia expletis militiæ ſtipendijs Tribuni prætoriani fiebant, & ab omnium iudicum indictionibus erant immunes. [n] Principis quoque huius officij munere functus Tribunus vigilum militaris [o] creabatur. Eius Primates nomina ex militia equeſtri mutuabãtur, quæ D. Hieronymus [p] ordine recenſet: Finge, inquit, aliquem Tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militię equeſtris officia, ad tyronis vocabulum deuolutum: Nunquid ex Tribuno ſtatim fit tyro? Non, ſed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, eques poſtea tyro. Hæc D. Hieronymus. His etiam nominibus vocantur à Iuſtiniano, [q] qui Primicerium pro Principe ſeu officij capite ponit. Is erat vt Tribunus in ala equitum. item pro Senatoribus Numerarios, pro Commẽtarienſi Ducenarium, pro Primiſcrinijs Centenarios, pro ſcriniarijs Biarchas, pro Exceptoribus Circitores nominat. Reliquos XI. vel XV. tanquam gradu carentes omittit: Erant enim ſimplices equites: Hi gradus in omnibus ſcholis reperiebantur, vt apud Conſtantinum, [r] & Theodoſium, [s] legitur. Senatores erant, qui ceteris auctoritate præſtabant, & agenda conſulebant. Ducenarij & Centenarij dicti ſunt, qui CC. ac C. equitibus in ala ſeu Cuneo imperabant, quemadmodum & in legione Biarchus annonam cuſtodiebat: Eratque vt ſignifer in legione, apud quẽ donatiui militum pars ſeruabatur. Circitor circumibat vigilias. Eques gradum non habebat, tantum tyronem præcedebat, & ideo rarò nominatur. Plus autem erant Senatores, & qui Ducenariorum, Centenariorumque Biarchorum, & Circitorum nomine in officio honeſtabantur, quãdoque III. V. aut VIII. vt apud Iuſtinianum [t] legitur. Huius officij Primates codicillis à Scriniario libellorum conſcriptis, ac à Principe, & demum Magiſtro ipſo ſubſcriptis, probari oportebat. [u] Omnium enim Magiſtrorum, Ducum & Comitum militarium officia à Principe pendebant, & codicillis creabantur, quæ probatoriæ vocabantur, & in ſcrinio libellorum cum eorum nominibus & ſtipendijs conſeruabantur. [x] CCC. apparitores, qui magiſtri militũ præcepta & ſententias exequebantur, coram eo tantum conueniri poterant. Ceteri apud P.P. vel P.V. vel Præſidẽ cõgebantur reſpondere. [y] Nũc ad alium Magiſtrum militum in præſenti eſt tranſeundum.

l l.1.&2.C.de appar.mag.milit.

m l.1. & vlti. C. eo.tit.

n in l. pen. C.de appar.mag.milit.

o in d.l.pen.

p in epiſt. 61. ad Pammachium.

q in l.2.in Notitia.C.de off.P.P. Afric.

r in l.1.C.de of. mag.offic.

s l.3. C.eo.tit.& l.1. C.de priuile. ſcholar.

t in d.l.2.in Notitia.C.de offi.P. P.Afric.

u l.vlt. C. de diuerſ. offi. lib.12.

x d.l.vlti. & §.1. Nouel.25.

y l.vlt.ti.14.Nouel.Theod.

NOTI-

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS MAGISTRI
militum in præſenti.











## NOTITIA

SVb diſpoſitione viri illuſtris, Magiſtri militum PRÆSENTALIS. VEXILLATIONES.

PALATINÆ SEX.

COMITES ſeniores.
EQVITES Braccati iuniores.
EQVITES Batavi iuniores.
COMITES ſagittarij Armeni.
EQVITES Perſæ clibanarij.
EQVITES Theodoſiani ſeniores.

### Vexillationes Comitatenſes VI.

EQVITES cataphractarij.
EQVITES cataphractarij Ambianenſes.
EQVITES ſexto Dalmatæ.
EQVITES ſecundi ſcutarij.
EQVITES ſcutarij.
EQVITES ſecundi clibanarij Parthi.

### Legiones Palatinæ VI.

MARTIARII ſeniores.
DACI.
SCYTHÆ.
PRIMANI.
VNDECIMANI.
LANCEARII iuniores.

### Auxilia Palatina XVII.

REGII.
CORNVTI.
TVBANTES.
CONSTANTINIANI.
MARTIARII iuniores.
SAGITTARII ſeniores Orientales.
SAGITTARII iuniores Orientales.
SAGITTARII dominici.
VINDICES.

*Bvccinobantes.*
*Falconarii.*
*Thraces.*
*Tervingi.*
*Felices Theodoſiani.*
*Felices Archadiani iuniores.*
*Secvndi Theodoſiani.*
*Qvarti Theodoſiani.*
*Item pſevdo comitatenſes Auxiliarij ſagittarij.*
*Officivm autem ſupraſcriptæ Magiſteriæ in Præſenti poteſtatis, cardinale habetur.*
*Habet autem dignitates infraſcriptas.*
*Principes duos.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Primiſcrinios, qui numerarij fiunt.*
*Scriniarios.*
*Exceptores, & ceteros apparitores Magiſtri militum in Præſenti quindecim.*

## *DE ALIO MAGISTRO MILITVM inpræſenti. Cap. XLI.*

### COMMENTARIVM.

SICVT duo præfecti prætorio initio inſtituti fuere, ita & duo magiſtri militum in præſenti, vt alter alteri poſſet reſiſtere, ſi qd contra principem auſus eſſet moliri. Hic, de quo agimus, ſex vexillationes Palatinas, totidem Comitatenſes, Legiones item ſex palatinas, & auxilia palatina XVIII. regebat, quæ palatium, & Principem tutabantur. Eadem habet inſignia, quæ alter militum Magiſter, excepto libro mandatorum, in cuius rubro dorſo vnius tantum Principis vultus exprimitur, in alterius duo. In manuſcriptis liber longus coeruleo, & ſurrecto tapeto nixus, argento tegitur; aureis faſcijs in capitibus, ac medio cinctus, vt in alio Magiſtro eſt viſum. Hic ſuperiore aliquanto maior fuiſſe videtur, cuius officium cardinale .i. principale, & præcipuum dicitur. Sic D. Gregorius [a] Diaconum cardinalem, vocat, qui eſt primus. Liberatus, inquit, quia diaconi fungi prohibetur officio, ſi à deceſſore tuo non eſt factus cardinalis, ordinatis à te Diaconibus, nulla debet ratione præponi. Et alibi [b] Martinum Salonæ Cardinalem, ſacerdotem creat, ideſt epiſcopum, vt ſupra alios ſacerdotes vocat. Plinius quoque octo vẽtos Cardinales appellat, qui ſunt principales.

a epiſt. 81. lib. 1.

b ediſt. 77. & 79. eod. lib.

Duos etiam ſui officij Principes hic magiſter habet: Superior vnum tantum, in ceteris conueniunt: Omnes codicillis ſcriptis a ſcriniarijs libellorum, & ab Imperatore, ac Magiſtro ſubſcriptis probabãtur.[c]

c l. vlt. C. de diuer. offic.

## *DE VI. VEXILLATIONIBVS Palatinis, alterius magiſtri militum in præſenti. Cap. XLII.*

HAE erant huius Magiſtri militum in præſenti vexillationes.

COMITES SENIORES eodem titulo honeſtati, quo & ipſi militum Præfecti, & Legionum. Hi etiã ſub Magiſtro equitum in Occidente intra Italiam militabant, vbi eorum ſymbola repræſentantur, quæ hic omittuntur. ad differentiam Comitum iuniorum, qui inter Occidentis Comitatenſes recenſentur, ſeniores ſunt dicti.

BRACCATI IVNIORES. Hi in Occidente non reperiuntur, ſed tãtum Braccati ſeniores.

BATAVI IVNIORES. Hi in Occidente ſunt ex ix. palatinis vexillationibus, vbi cũ ſuis ſymbolis viſuntur. Hi primum ſub C. Iulio Ceſare militarunt, poſtea ab Auguſto vocati ſub duobus vexillis manſerunt. Dion, [d] Delecti ſunt, inquit, equites externi nominati Bataui, à Batauia, quæ eſt inſula in Rheno flumine. Hi ſunt equites præſtãtiſſimi, quorum certum numerum dicere non poſſum, quia nõdum ſtatus formam habet, ſed Auguſtus cœpit eos cenſere, & ipſorum rationem habere ab eo tempore, quo cum patre militarunt, illoſque cõtra Antonium pugnaturus vocauit & retinuit. Nunc ſunt proprius globus ſeu ordo, virgamque vt Centuriones geſtãt. Hæc Dion. Horum puto eſſe, quæ P. Victor in epilogo regionum vrbis duo vexilla communia appellat, his poſtea aliæ palatinæ vexillationes ſunt adiunctæ.

d lib. 55.

COMITES ſagittarij Armeni ex Armenia lecti, quorum magnus erat numerus, ſcribit Vopiſcus in Aureliano ei DC. Armenos aſſignatos fuiſſe. M. vero Antoninus CCC. Peſcennio commiſit. [e]

e Spartian. in Peſcennio.

EQVITES Perſæ clibanarij.

THEODOSIANI ſeniores, de quibus ſupra dictum fuit.

## *DE VEXILLATIONIBVS COMITATENSIBUS. Cap. XLIII.*

SEX aliæ vexillationes Comitatẽſes appellatæ eidem magiſtro parebant, videlicet.

EQVITES CATAPHRACTARII, quorum 800. Aureliano Valerianũ dediſſe apud Vopiſcum legimus.

EQVITES CATAPHRACTARII AMBIANENSES, ex Calliæ populis in Belgis prope Morinos lecti. in occidente non ſunt.

EQVITES SEXTO DALMATAE.

Octauo Dalmatæ in Occidente reperiuntur inter Vexillationes Comitatenſes.

SECVNDI SCVTARII. iuniores in Occidente inueniũtur. Hos à ſcutarijs differre arbitror, qui in ſcholis Magiſtro officiorum parebãt, & quos Valentinianus regebat, cum Imperator eſt creatus, vt Marcellinus [f] refert.

f lib. 26.

EQVITES SCVTARII. ſunt inter Comitatenſes Occidentis. Scutariorum prima & ſecunda ſchola Magiſtro officiorum parebat. Hi forte erant ex prima ſchola, quæ infra ſub Magiſtro militum per Orientem inuenitur.

EQVITES ſecundi clibanarij Parthi, de quorum nominibus ſupra dixi, in Occidente non reperiuntur. Horum ſymbola neque in impreſſo neque in manuſcriptis codicibus apparẽt, ſed multa ex his, quæ ſunt in Occidente, apud eiuſdem nominis numeros accipi poſſunt. Nunc ad pedites & Legiones, Auxiliaque eſt veniendum.

## *DE VI. LEGIONIBVS PALATInis, ſub alio magiſtro militum in præſenti. Cap. XLIIII.*

SVB eodem Magiſtro erant ſex aliæ legiones palatinæ appellatæ, videlicet.

MARTIARII ſeniores: Hi habebant ferè idem inſigne, quod Martiarij iuniores, ſub præcedente Magiſtro pręſentali; In hoc tantũ differebant, quod in horum clypeo orbis oblique decuſſatus duobus



coniunctis circulis cingitur, qui duplici, iunctoque imperio regi inſinuatur: colores etiam in aliquo variant, & nulla hic crux apparet: Duplexque luteus circulus clypei marginem ambit; eadem vtrorumq; eſt ſignificatio.

DACI, ex Dacia adducti; in rubeo clypeo rubrum globum luteo circulo incluſum tenent, quem denſæ, virideſque cuſpides vndique protegunt; Luteus praſſinuſque limbi marginem ambiunt. Id perpetuam dupliciſque coniuncti imperij munitionem contra hoſtes & cladem per mucrones indicat, quorum ſanguis per rubrum ſignificatus, campos inundat. Simile geſtant Regij ſub hoc Magiſtro; Neruij, & Fortenſes, ſub alio Magiſtro militum præſentali; niſi quod horum parma rubet, & denſiores cuſpides apparent.

SCYTHAE ex Scythia nũc Tartania dicta profecti erant ſagittarij, (Aelian. de inſtr. acieb.) In parma coerulea rubrum globum luteo circulo cinctum ferunt, quos 14. acuti rhumbi circumſtant, qui acuta ferri acie, hoſtes Rom. Orbis, vno, ſeu coniuncto imperio recti iugulandos minantur: ego has plumbatas ſeu martiobarbulos fuiſſe exiſtimo, quibus hæc legio pugnabat; de hoc genere telorum late Vegetius differit. [a] Innumeræ apud Eſculũ propè Truentum fluuium huiuſmodi plumbatæ hac forma oblongę reperiuntur, & quandoque literis inciſæ, quas apud me habeo. Extrema duplex circulus luteus & viridis circumdant. In manuſcripto Vrſini duplex cuſpidata corona: altera coerulea, altera alba duos orbes tuetur.

a lib. 1. c. 7.

PRIMANI. ex prima legione cõtracti, de quibus ita Marcellinus, [b] loquens de Conſtantio, Iter ſibi aperiẽdo ad vſque Primanorum legionem peruenit locatam in medio; Feſtus ait, Primanum eſſe primæ legionis Tribunum, qui eius tributum deſcribit. Quinque legiones primę ſunt appellatæ, Italica, Mineruia, Adiutrix, & Parthica, ac prima claſſica à Claudio inuenta; Ex qua harum hi ſint contracti, non conſtat.

b lib. 16.

In eorum luteo clypeo rubeus orbis, duobus contortis, rubẽtibuſque funibus arcte confringitur, qui latius extenſus alium exteriorem maioremque globum, partim coeruleum, partim luteum complectitur. Orientalis Occidentaliſque imperij arctam coniunctionem, & vnitatem indicat, non ſecus ac ſi craſſo arctoque fune colligata eſſent. Ex Eccleſiaſt. [c] id ſumptum videtur; Funis, inquit, triplici nexu contextus, haud quaquam facile perfringitur. Primus globus orbem Rom. duplici connexoque imperio, non ſecus ac pluribus filis funis cõnectitur, regi inſinuat. Alius maior orbis, coloribus diſtinctus & ipſe portendit orbem Rom. etſi diuiſum, vno arctoque imperio coniungi. Rubeus color in funibus purpuram referens, imperij eſt proprius. Duobus quoque circulis, luteo & rubro clypeus cinctus; duo orbis diuiſa imperia in vnum coire ſignificat.

c Quarto.

VNDECIMANI ex vndecima legione conflati, idem tenent inſigne. XI. legio, Claudia, Pia, Felix eſt cognominata, quia à Claudio, Camillo contra eum conſpirante, non defecit. Hæc & veterana legio, pro Othone aduerſus Vitellium ſtetit. [d]

d Tacit. lib. 18.

LANCEARII iuniores ferè idem ſymbolum quod ſeniores ſub alio Magiſtro militum præſentali geſtabant. Nempe in medio albæ parmæ, globulum luteum, rubro luteoque circulis cinctum præferebant, quem 13. ſtipites ſeu trabes rubeæ vndique firmabant: Rom. orbem duplici coniunctoque imperio adminiſtratum, aduerſus vim hoſtium munitum eſſe indicant. Aquæ ſubtus inundant, quæ eandem in maris imperio coniunctionem eſſe oſtendunt. Marginem cingunt circuli luteus & coeruleus, qui & ipſi, duplicis imperij perpetuitatis ſunt ſymbolum.

## *DE XVIII. AVXILIIS PALATInis alierius Magiſtri militum pręſentalis. Cap. XLV.*

PRAETER ſex Legiones palatinas XVIII. Auxilia hic Magiſter militum regebat, quæ erant.

REGII Hyperboreorum Sarmatarũ, auctore Ptolomæo, ſunt populi, Græcè Baſilici dicti. Rubro in clypeo, album orbem, coeruleo, alboque circulis, incluſum geſtabant: Hos rubens corona, denſis cuſpidibus armata, vndas ſupernatans munit; quemadmodum in Dacis eſt dictum. In Codice Vrſini cuſpides, & medius circulus ſunt coerulei.

CORNVTI, ex oppido Illyrici Cornuto contracti. In fabricis enim Illyrici Notitia Cornutenſem ſcutariam nominat, à loco Cornuti dictam. Horum inſigne ita Pierius [e] deſcribit: Cornutorum geſtamen erat parma lutea, ſed nigro circulo aliquãtulum interius circumducto, in cuius medio, angues rubri duo, non è baculo, ſed velut è cippo quodam identidem rubro emiſſi, ad oſculum incuruabantur; in cippi medio ancile paruum erat colore perpictum luteo, duabus in medio lineis nigris, à dextra ad læuam in parallelum diſſecantibus, in ſuperiore eius parte T. centurionis ſignum notatum erat; ita Pierius. Ancile cum lineis, & T. in impreſſo non apparent. In manuſcripto Vrſini, quod Pierius ancile eſſe putat, eſt typus pene huiuſmodi



quo orbis Romani, diuiſionem ſed unum permanſiſſe imperium, indicari puto, vt vbique fere ſignificatur. In Madruciano eſt albus globus à duobus Principibus rectus. Literam vero T. Centurionis notam eſſe non arbitror, potius enim Tribunum denotaret, quem Præfectum Cornuti habebant. Marcellinus. [f] Velites, inquit, cum Raynobaudo Cornutorum Tribuno miſit: Illud itaque ſanctiſſimę Crucis ſignum eſſe cenſeo, ſub cuius præſidio tutum Romanum viuebat imperium, vt in Martiarijs iunioribus, & Batauis ſenioribus eſt uiſum. Per angues ad oſculum inflexos, ſumma duorũ Principum concordia denotatur. Nigra linea quandam quidem diuiſionem, ſed firmitatem Rom. imperij ſignificat. Colores enim alij, ex vno in aliũ tranſeunt, obſcurioriſque corporis admixtione denſiores fiunt, at vbi ad nigriorem peruentũ eſt, ibi color conſiſtit, vt Pierius [g] etiam monet. Alciatus pro anguibus duo cornua ponit. [h] Cornutorum ſæpe Marcellinus meminit, [i] quos fluxioris fidei, & vbertate mercedis, ad momentum omne verſabiles fuiſſe ſcribit. Idem [k] Cornuti, ait, & Braccati diuturno præliorum vſu firmati, excipiunt eos ideſt elephantes. In occidente ſeniores, & iuniores Cornuti, inter Auxilia palatina merent.

e lib. 15.

f lib. 16.

g lib. 5. parerg. cap. 13.

h lib. 22.

i in lib. 15.

k lib. 16.

TVBANTES ex Germania collecti. Cornelius Tacit. [l] Exciuit, inquit, ea cædes Bructeros, Tubantes, Vſipetes; & alibi. [m] Chamanorum quondam, ea arua, mox Tubantum, & poſt Vſipiorũ fuere, & poſtea; ſola Anſibariorum gens retro ad Vſipios, & Tubantes conceſſit. Hi etiam in occidente militabant. In rubra parma globum luteum cippo coeruleo pręfixum geſtabant, ad ſtabilitatem Rom. imperij denotandam. In ſummo vero parmæ, erat coerulea tabella, qua lex à Principe, orbi, velut eius domino data alte ſpectatur. In manuſcriptis, pro tabella eſt dimidius orbis coeruleus ſupra luteum, qui alij iunctus, plenum orbem Romanum efficit, qui dimidiatus à duobus principibus regitur.

l lib. 1. annal.

m lib. 13.

CONSTANTINIANI à Magno Conſtantino dicti, eadem habent inſignia, quæ & Mattiaci ſeniores, ſub alio Magiſtro præſentali, coloribus tantũ differunt. Hi enim orbem album, duobus rubro luteoque vinculis conſtrictum tenent, forte vt alterutri diſtinguerentur, In manuſcriptis, globus duobus

nigris

nigris lineis eſt decuſſatus. In Codice Vrſini, corui ſunt lutei; in Madruciano albi; in meo vtrobique nigri apparent.

MATTIACI iuniores in vmbone coerulei clypei album globum, duobus circulis, rubro & albo clauſum præferunt, ſupra ſunt duorum Principum imagines, à duobus angelis, ſeu genijs alte ſublatæ; Typi ſunt victoriæ eos extollentis, ſiquidem alæ gloriam, victoriamque altè volantem ſignificant. [a] In Vrſini codice id deeſt, ſed globulum quinque circuli, niger, albus, coeruleus, rubeus, & luteus, circumplectũtur, Romanum orbem quinquies cõiunctum, munitumque portendit. codex impreſſus habet, Martiarij. ſed alij Mattiaci, de quibus ſupra.

a Pierius. lib. 21.

SAGITTARII ſeniores Orientales, dicti ad eorum qui ſunt in Occidente differẽtiam: ſagittarios ex oriente Herodianus in 8. in prin. appellat. Horum inſigne ita deſcribit Pierius. [b] Equi duo dimidiati coloris lutei in coeruleo clypeo, quem ruber circulus ambibat, auerſi proſilientes à centro, quod luteũ, in medio rubrę peltę, pro vmbilico, appoſitum erat, ita vt ab ipſa pelta, trames coloris eiuſdem ad rubrũ vſque ambitum protenderetur, eius ordinis erat inſigne, qui ſagittarij ſeniores Orientales vocabantur. Hæc ille. Duo dimidij equi, duo ſunt Principes dimidium in orbe Romano, imperium tenentes. Hi velut contra diuerſos hoſtes, alter ab Oriente, alter ab occidẽte impetum faciunt; Victoriam vero auerſi equi ſignificant, vt Pierius cenſet. [c] Pelta autem orbem incluſum à Principibus defendi indicat. In impreſſo à duplici columna rubea, duplex pelta regitur, quod à duobus Principibus orbem Romanum firmo robore defendi inſinuat; Marginem faſcia rubens cingit.

b lib. 40.

c eod. lib.

SAGITTARII iuniores Orientales poſt ſupradictos lecti, & in Oriente degentes. In parma alba globum, vt Mattiaci iuniores, luteũ, albo luteoq; circulis cinctum tenent. Superne duo viri id eſt Principes in tabella ſunt depicti, qui ſe reſpicientes dextras, typũ cõcordiæ, eleuant, velut mutuũ ſibi auxiliũ pollicentes. Extrema albus & rubeus circuli ambiũt. Referũt duos animis vinctos Principes orbẽ duplici cõiunctoq; imperio regẽtes. In Vrſini codice tabella ſine Principib. in parma rubea viſitur: Eã albã habet Madrucianus. De Auxilijs ſagittariorum, Capitolinus [d] ita ſcribit: Orientalia ſecum trahebat auxilia, quia nulli magis contra Germanos, quam expediti ſagittarij valent. Reperiuntur Armeni inter ſagittarios militaſſe, qui & ipſi ſunt Orientales, & Iturei, quorum non magnus erat numerus. Vopiſcus. [e] In tua poteſtate erit, militiæ magiſteriũ, habes ſagittarios. Itureos CCC. Armenios DC. de his ſupra dictum fuit.

d in Maximino.

e in Aureliano.

SAGITTARII Dominici, credo legendum Domanici, à Domano oppido Armeniæ, vel Arabiæ Felicis. Vtrobiq;.n. huius nominis ciuitas reperitur.

In clypeo coeruleo luteum orbem, rubro circulo incluſum geſtant; ſuperne duo genij mulieris caput ſuſtinent, quod Principum prouidentiam referre ſupra dixi, ab eorum genijs rectam. Manuſcripti coloribus variant.

VINDICES à C. Iulio Vindice forte dicti, qui in Gallijs Prætor primus à Nerone defecit; Gallus fuit, inquit Dion, ex regia ſtirpe, & patre ſenatore deſcendens, Vir magnis viribus corporis, ac multa præditus prouidentia, peritus rei militaris, & ad omne præclarum facinus audax. Hæc ille. pars eius militum Vindices appellari, diu id nomen retinuiſſe videntur. Puto tamen à vindicando hos dictos, ſicut Defenſores à defendendo. Et idem fere vtrique geſtant inſigne, quod ita Pierius [f] deſcribit, Ijs proximi erant, & ordine, & præfectura vocati Vindices qui coeruleas, Mori inſtar, colubres in caducei morem flexas pro inſigni habebant; Parma tota lutea, vbi angues pedamento committebantur appliciti, coalitique. Aureus erat vmbilicus. Ad concordiam Principum orbis Romani, & vnitatem firmitatemque pertinet, hoc inſigne, ſimile eſt Defenſorum alterius Magiſtri militum Præſentalis: Sed horum clypeus limbo caret. In Madruciano ſupra anguium capita lorum nodo eſt cõſtrictum, Quod arctã vtriuſque Principis coniunctionem inſinuat; elegans eſt ænigma, figuraque nodi eſt huiuſmodi.

f lib. 15.



BVCCINOBANTES ſunt Alemani iuxta Moguntiacum, Ammianus [g] loquens de Valentiniano; In Macriniani, inquit, locum Buccinobantibus, quæ cõtra Moguntiacum gens eſt, Alemanorum Fraomarium ordinauit. Horum parma rubra, globũ luteum duobus circulis coeruleo & luteo circundatum præfert: Orbem Romanum duplici iunctoque imperio rectum portendit. Duplex item circulus, albus & rutulus marginem cingunt; qui idem ſignificant.

g lib. 29.

FALCONARII à Falconara fluuio Siciliæ appellati; Horum, inquit Pierius, [h] geſtamen erat, in parma tota purpurea, angues duo coerulei coloris, tamen dilutioris, binæ vtrinque aures acutæ, longeque ſurrectæ. Hi non baculo, ſed lato cuidam pedamento committebantur, (liceat ita columellam appellare, quæ ſuſtinebat angues, vnde mox in ſuperiorem caducei partem curuabantur) fulcrum illud lato ſatis ſpacio binas hinc inde plicas acutis angulis porrigebat, Medium huius ſpacij vmbilicus aureus occupabat: Qui id præferebant, milites Falconarij vocabantur. Hactenus Pierius. Hoc ſignum concordiam duorum imperantium denotat, quę per angues repræſentatur: Aureus vmbilicus typus eſt orbis aurei ſeculi à Principum coniunctione producti. Meus codex coeruleam parmam oſtendit, & inter medias vtriuſque anguis, ſquammas luteus orbis, luteo circulo cinctus clauditur. Idem ferè geſtamẽ erat Cornutorum ſub hoc Magiſtro.

h lib. 15.

THRACES in clypeo coeruleo, luteum leonem, elato ſiniſtro pede, & cauda erecta, Principis hoſtes ferituri argumentum habebant, velut Iberi ſub præcedente Magiſtro. Fortitudinem etiam hoc animal refert. In manuſcriptis vtrobique Leo in dorſo globum luteum gerit, orbis eſt, quem ſuis viribus Romanus Princeps ſuſtinet.

TERVINGI, vel, vt legit Pierius, Toruingi, forte Turungi, aut Trugi, ab his Germaniæ populis collecti, quorum inſigne, idem Pierius, [i] ita deſcribit; obiertes alicubi duos dimidios lepores, coloris lutei in punicea parma, cuius medium rubra occupat columella, ſupra quam pila lutea, faciem inſignem humanam coloris identidem lutei ſuſtinet. Lepus ſignificat vigilantiam, ſiquidem hoc animal eſt vigilantiſſimum, quod oculos inter dormiendum apertos tenet, Vnde in prouerbium abijt, Leporinus ſomnus. Hi ergo duo Orientis, & Occidentis vigilantes Principes referunt. Caput vero humanum, eorum prudentiam cum vigilantia coniunctam. In ſimili Vrſorum ſymbolo, canes pro leporibus ſunt depicti.

i lib. 13.

FELICES THEODOSIANI, in coerulea parma duplicem luteum globum rubro pedamento præfixum habent, quos Sol radijs illuſtrat; Orientis Occidentiſque velut gemini orbis, vnum imperium repræſentatur, quem Imperatorũ circumfuſa virtus illuſtrat, per Solem ſignificata, vt Pierius [k] explicat. Sed melius ad Diuini numinis auxilium refertur. In Vrſini Codice Luna Soli coniuncta orbem reſpicit; Principis prouidentiam Diuino numini afflatam inſinuans. Luna pro Eccleſia ſolet poni, Sol pro Chriſto eam illuſtrante.

k lib. 44.

FELICES Arcadiani iuniores, poſt alios Arcadianos ab Arcadio inuenti, in clypeo purpureo album globum coeruleo & luteo circulis cinctum geſtant. Hos vallum coeruleum roſtris in ſummo prominentibus interlunatum vndique munit; Id Roman. orbem duplici imperio rectum, ab omni parte ita munitum eſſe innuit, vt claſſem hoſtibus minetur. Simile eſt ſymbolum Victorum ſub præcedenti Magiſtro, & Martiariorum Conſtantum, atque

que



que Attecotorum ſub Magiſtro militum per Illyricum.

SECVNDI THEODOSIANI poſt primos à Theodoſio inſtituti eo inſigni honeſtantur, quod Pierius [a] ita deſcribit. Luteus equus erat in imo parmæ ferrugineæ coloratioris, cuius vmbilicus albus rubro continebatur circulo, quem alter coloris lutei circumibat. Hactenus ille. Hoc animal Principis ferocitatem oſtendit, qui ſupra dorſum orbem duplici iunctoque imperio vnitum ſuſtinet. In alijs codicibus, non equus, ſed felis videtur depictus, in parma Primorum Theodoſianorum, qui ſimili ſymbolo vtuntur, eſt canis. Primos autem & alios ſecundos Theodoſianos, Iſauros, ſub alio Magiſtro militũ præſens Notitia recenſuit.

a lib. 44.

QVARTI THEODOSIANI quarto loco ab illo Principe inſtituti, coeruleum clypeum nigris lineis decuſſatum geſtant, quo typo imperium, etſi ex facie diuiſum, vnitum tamen intelligi volunt. Poſſunt & quarti Theodoſiani pro quarta eorũ ſchola accipi, vt ſupra de 3. & 4. Dalmatis eſt dictum.

PSEVDO COMITATENSES auxiliares ſagittarij prædictis adiunguntur, quos per errorem his additos fuiſſe exiſtimo, eſſent enim XVIII. auxilia, quæ Notitia XVII. tantum propoſuit. Deinde hi in manuſcriptis non leguntur, nec vlla eorum apparent inſignia, quare videntur expungendi. In manuſcriptis vero duplicatum inſigne Quartorũ Theodoſianorum reperitur, quod & Felicibus Arcadianis Iunioribus adſcribitur, qui & ipſi hic per errorem bis ſcribuntur. Forte Felices Theodoſiani ſeniores, & Felices Honoriani ſeniores, qui ſub ſequente Magiſtro per Orientem inter vltimos X. vexillationum Comitatenſium, cum ſuis ſymbolis recenſentur, hic ſunt reponendi, ibi enim vltra numerum illorũ equitum abundant, nec equites eſſe poſſunt, quorum nulla in Oriente apparent inſignia, quæ ibi ipſis ſolis attribuuntur. Quare loco Pſeudo Comitatenſium ſi prædicti hic ponantur, XIX, huius Magiſtri erunt Auxilia. Pſeudo comitatenſes autem illos appellatos fuiſſe cenſeo, qui non veri ſunt Comitatenſes, ſed ipſos tamen imitantur, de quibus ſuo loco dicetur. Hæc de Magiſtris militum in præſenti; Nunc ad alios per prouincias Magiſtros eſt veniendum, ideſt ad alium, qui orientem tuebatur.

## *DE MAGISTRO MILITVM PER Orientem. Cap. XLVI.*

AD comprimendos hoſtium impetus, & ſubditorum tumultus, in tribus Orientalis imperij tractibus totidem cum pluribus copijs Magiſtri militũ locati erant, quos nunc generales exercitus vocant Vnus per Orientem, alius per Illyricum, tertius per Thracias, ſed Limitaneis Ducibus, aut Comitibus caſtrorum etſi eorum copijs vtebantur, non imperabant. Leo, & Zeno ad Ioannem Magiſtrum officiorum; [b] Duces, inquiunt, eorum apparitores, nec non limitaneos, caſtrorumque præpoſitos tantummodo ex ſublimis iudicij tui ſententia conueniri, nec alijs ſubiacere iudicibus præcipimus: Noſter autem Magiſter per Orientem in quatuor eius diœceſibus diſpoſitas copias habebat, nempe Oriente, Aſiana, Pontica & Aegypto: Nam etſi Præfectus prætorio Orientis etiam Thracijs præeſſet: hæ propter ingruentem hoſtium multitudinem proprium magiſtrum obtinuerunt, & pro duobus Orientalis imperij præfectis, tres in Orientis prouincijs præfati magiſtri ſunt inſtituti. inter alios Magiſtrum militum per Orientem, tanquam ceteris digniorem Notitia præmittit. Huic alium poſtea Iuſtinianus addidit. Victo enim per Beliſarium Ducem Rege Perſarum, ac pace cum illo inita, in vtraque Armenia, & Ponto Polemoniaco Zetam Magiſtrum militum cum legionibus & auxilijs conſtituit, [c] quem Armeniam magnam interiorem nuncupatam, vltra Euphratem inter Taurum & Antitaurũ tueri iuſſit, videlicet Anzatenos, Aſtianeos, Amitenos, Pontum Polemoniacum, Zophauenos, ſeu Sophenos, Balabitenos, vt traditur. [d] In reformatione quatuor Præſidum Armeniæ, quæ erant loca propè limites, in quibus Magiſter excubabat.

b l. viros. C. de diuer. offic. lib. 12.

c l. vlt. C. de offi. mag. milit.

d in Nouel. 31.

NOTI

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS MAGISTRI militum per Orientem.











## NOTITIA.

SVB diſpoſitione uiri illuſtris Magiſtri MILITVM PER ORIENTEM.

### Vexillationes Comitatenſes. X.

COMITES cataphractarij.
BVCCELLARII iuniores.
EQVITES armigeri ſeniores Orientales.
EQVITES tertio Dalmatæ.
EQVITES primi ſcutarij Orientales.
EQVITES ſecundi ſtableſiani.
EQVITES tertij ſtableſiani.
EQVITES promoti clibanarij.
EQVITES quarti clibanarij Parthi.
EQVITES primi ſagittarij.
CVNEVS equitum ſecundorum clibanariorum Palmircnorum.
FELICES Archadiani ſeniores.
FELICES Honoriani ſeniores.

### Legiones Comitatenſes IX.

QVINTA Macedonica.
MARTENSES ſeniores.
SEPTIMA Gemina.
DECIMA Gemina.
BALISTARII ſeniores.
PRIMA Flauia Conſtantia.
SECVNDA Flauia Conſtantia Thebæorum.
SECVNDA Felix Valentis Thebæorum.
PRIMA Flauia Theodoſiana.

### Pſeudo Comitatenſes X.

PRIMA Armeniaca.
SECVNDA Armeniaca.
FORTENSES auxiliarij.
FVNDITORES.
PRIMA Italica.
QVARTA Italica.

*Sexta Parthica.*
*Prima Iſaura ſagittaria.*
*Baliſtarii Theodoſiaci.*
*Transtigritani.*
*Officium autem Magiſteriæ per Orientem poteſtatis cardinale habetur.*
*Habet autem dignitates infraſcriptas.*
*Principem.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Scriniarios.*
*Menſores.*
*Exceptores, & ceteros apparitores (poſtea ſequitur)*

## Magiſtri militum per Orientem. XXV.

### COMMENTARIVM.

MAGISTER militum per Orientem inſignia habet, vt ſecundus Magiſter Præſentalis,& fere idē officium, quod & ipſum Cardinale, ideſt præcipuum vocatur, videlicet, Principem, Numerarios duos, Commentarienſem. Adiutorem, Scriniarios,Menſores, Exceptores, & ceteros apparitores XXV. Menſores ſeu Metatores,inquit, Vegetius [a] in caſtris ad Podiſmum dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hoſpitia in ciuitatibus præſtant, venientem enim exercitum præcedebāt, & in vrbibus, oppidis, ac villis domos notabant, in quibus quique milites hoſpitarentur: Vulgus Italicum Forerios appellat. Valentinianus, [b] ſiquis inquit, metatorum noſtrorum manum, qua deputatas ſingulis domos notant, & poſtibus hoſpitaturi nomen adſcribunt, delere non dubitauerit, ad inſtar falſi reus tenetur. Hactenus ille. Tertia verò ædium pars militibus dabatur, duas ſibi dominus retinebat. Sed illuſtribus perſonis, veluti ipſi Magiſtro dimidia aſſignabatur. Arcadius & Honorius, [c] In tres, inquiunt, domo diuiſa partes, primam eligendi dominus habeat facultatem, ſecundam hoſpes, qua voluerit, exequatur, tertia domino relinquenda. Ergaſteria ab hoc onere erant immunia: [d] Nihil vero ipſis præter ſolum hoſpitium quicquam aliud præſtabatur: [e] Vegetius [f] tamen à menſoribus metatores ſeparat, ſunt, ait metatores, qui præcedentes locum eligunt in caſtris. Hi ſub alijs militum Magiſtris neque in Oriente neque in Occidente reperiuntur. Habebat Magiſter militum per Orientem & alios apparitores XXV. Alij vero XV. forte ſtipatores, aut ad diuerſa munera obeunda paratos: In Notitia legitur exceptores,& alios apparitores, Magiſtri militum XXV. ſed hæc verba præcedentibus ſunt coniungenda hoc modo: & alios Apparitores Magiſtri militum XXV. Principatus munere in hoc officio functi, Tribuni militum fiebāt. Numerarij & ipſi inter Tribunos Prętorianos, ſeu Principis ſtipatores recipiebantur: [g] Nulluſque eorum ad perſonalia munera a magiſtratu adſtringi poterat. Omnes codicilli a ſcriniarijs libellorum ſcriptis, & ab ipſo Principe, & Magiſtro ſubſcriptis probari oportebat. [h] ſub hoc Magiſtro militum erant Vexillationes Comitatenſes X. Legiones Comitatenſes I X. Pſeudo Comitatenſes X.

a lib.2.cap.7.
b in l.1.C.de metat.lib.12.
c in l.2.C.eo.tit.
d d.l.2.3.& 4.C. eo.tit.
e l.deuotum. C. eod.tit.
f lib.2.c.3.
g l.pen.C.de apparit.magiſt.mil.
h l.vlt. C.de diuer.offic. lib.12.

## *DE VEXILLATIONIBVS Comitatenſibus X. ſub Magiſtro militum per Orientem. Cap. XLVII.*

VEXILLATIONES Comitatenſes ſub Magiſtro militum per Orientem hæ recenſentur.

COMITES cataphractarij. Hi equites forte erant tertij ordinis, Comites & perfectiſſimi.

BVCCELLARII iuniores, ideſt poſt ſeniores creati: Erāt, ait Suidas, Gallogræci ſiue Galatæ, Buccellarij, inquit, Gallogræci nominantur. & eorum regio Gallogræcia, vnde hi equites erant contracti. Leo & Anthemius [i] præcipiunt, ne quis Buccellarios in ſuis alat prędijs, neque Iſauros, vel ad perterrefaciendos alios, vel ne a militia quemquā auocent; Quid ſimile conſtituit Iuſtinianus de militibus, [k] ne quis eos in ſuis teneat prædijs vel ædibus, ex quo a munere militiæ auocetur. Ethymologia Buccellarij data ab Accurſio [l] eſt ridicula, Cedrenus [m] Buccellarium regionem ſæpe nominat. Pruſianus, inquit, pro monacho traditur, eiuſque mater ex Mantinæ monaſterio, quod eſt in Buccellario, in Thraciam transfertur. Idem, [n] Hiatus, ait, in Buccellarijs terræmotum ſubſecutus eſt, & quinque integra abſorpſit oppidula. & alibi [o] Manem Præfectum in Buccellarium miſſum ab eo fuiſſe ſcribit. Conſtantinus Porphyrogenneta [p] inter Iſauriam & Cappadociam Buccellarium locat; Deſcribens enim Anatoliam, habet, inquit, a ſiniſtra partes quaſdam Buccellarij, & initium Cappadociæ: Ad dextram autem Iſauriam: vnde vero locus Buccellarium ſit vocatus, idem infra aperit, [q] Thema, inquit, Buccellariorum non à loco aliquo appellationem accipit, neque a gente aliqua, quæ ita vocaretur, ſed quod militum aſſeclæ eſſent, & commeatum eius veherent; Buccellarius enim Latina lingua vocatur is, qui rei panariæ cuſtodiam gerit, vt milites expediti, & ab omni onere liberi ad bellum eſſent. Buccellus enim vocatur cibarium circularem figuram præ ſe ferens, cellarius autem cuſtos panis: proprio vero & græcanico nomine hi Maryandeni vocantur, cognominati etiam Galatæ. Hæc ille.

i in l.vlt. C.de vi publ.
k in Nouel.116.
l in d.l.vlt.
m in Romano Argyro.
n in Michaele Paphlagone.
o in Cōſtantino Copronymo.
p de thematibus.
q themat.6.

EQVITES ARMIGERI ſeniores Orientales, ad differentiam Armigerorum ſeniorum Comitatenſium, qui ſunt in Occidente: Quemadmodum Ferentarij armaturæ pedites vocantur, vt ait Vegetius, [r] ita hi à grauibus armis armigeri ſunt dicti; ſub Comite Aegypti & Duce Scythiæ in limitibus excubabant, vt infra dicetur.

r lib.2.cap.15.

EQVITES TERTIO DALMATAE, Iuſtiniano imperante in Phoenicia Libani degebant, quos ipſe eius prouinciæ Moderatori commiſit. [s] Dalmatæ etiam ſunt in Occidente. de his ſupra.

s §.1.& 2.edicto 8.

EQVITES PRIMI SCVTARII Orientales ſub Comite Aegypti, & Duce Moeſiæ primę militabant, forte erat vna ex XI. ſcholis ſub Magiſtro officiorū, & ſchola prima.

EQVITES SECVNDI STABLESIANI: horum pars Peluſium incolebat, ſub Comite rei militaris per Aegyptum, & Duci Moeſiæ parebant.

EQVITES TERTII STABLESIANI, ſtableſiani Africani, & Italiciani in Occidente ſub Magiſtro equitum reperiuntur, qui horum pars eſſe poſſent.

EQVITES PROMOTI CLIBANARII.

EQVITES QVARTI CLIBANARII PARTHI.

EQVITES PRIMI SAGITTARII, hi ſunt etiam in Occidente.

CVNEVS



CVNEVS EQVITVM SECVNDORVM CLIBANARIORVM PALMIRENORVM: Non longè ab Euphrate diſta Palmyra, vaſtaſque circum habet ſolitudines, vt ait Plinius, [a] ſed ipſa nobilis ſitu, & diuitijs ſui ſoli, & aquis amoenis. Fatalis vrbs Romanis, vltra eam enim nunquam imperium proferre potuerunt, Hebraicè Tamor dicta, & à Salomone Rege condita, colonia Romanorum fuit. [b] Ab Hadriano inſtaurata, & ob id Hadrianopolis vocata, ait Stephanus de Vrbibus. Hic Cuneus extra numerum eſt Vexillationum Comitatenſium, quæ ſunt X. & cum hoc eſſent XI. Sed neque ſequentes duo numeri,

a lib.5.cap.25.
b l.1.ff.de cenſi.

FELICES ARCADIANI, ET HONORIANI cum his poſſunt commiſceri, quia non X. verum XIII. eſſent Vexillationes: Deinde habent ſymbola, quæ in equitum Vexillationibus in Oriente, nulla apparent. Vnde credo eos præcedentis Magiſtri auxilijs adſcribendos, quorum numeros, & digmata turbata fuiſſe vidimus. Eorum tamen inſignia hic interpretabimur, ne à veſtigijs huius Notitiæ diſcedamus. Ergo,

FELICES ARCADIANI Seniores in albo clypeo, globum luteum habent, cippo coeruleo præfixum, quem latus coeruleus circulus claudit, à rubro fune circumflexo arcte conſtrictus; Extrema rubeus circulus ambit; funis color Principis purpuræ reſpondens, Orientis, Occidentiſque imperia, arctè perpetuoque connexa eſſe ſignificat. Manuſcripti coloribus variant: De hoc ſymbolo in Vndecimanorum & Primanorum inſigni, ſub præcedente Magiſtro præſentali eſt dictum. Hi ab Arcadio ſunt inſtituti, Cedrenus [c] de eo loquens, Proprium, inquit, numerum Conſtantinopoli inſtituit, quos Arcadianos appellauit.

c in eod.

FELICES HONORIANI Seniores in albo ſcuto geſtabant luteam tabulam quadratam, lateribus introrſus curuatis, quam ſupra & infra in medio ſinguli lutei globi comprimunt: Hos columella inferiori globo ſuffixa ſuſtinet: Extrema limbus luteus cingit: Orbi Rom. in duos diuiſo per tabellam leges à Principibus dari ſignificatur: Equites Felices Honoriani ſub Duce Thebaidis militabant. Sed hos, vt dixi, equites non eſſe puto, qui in Occidente reperiuntur. Hactenus de Vexillationibus Magiſtri militum per Orientem, atque earum equitibus; Nunc ad eius pedites eſt veniendum.

## *DE IX. LEGIONIBVS COMItatenſibus per Orientem. Cap. XLVIII.*

HABEBAT idem Magiſter per Orientem IX. legiones Comitatenſes per orientis regiones diſpoſitas, & ex Principis Comitatu accitas: Harum prima erat.

QVINTA MACEDONICA, quam Notitia etiam ſub Comite rei militaris per Aegyptum in Memphi locat, eius pars ſub Duce Daciæ illius limites tuebatur. Hæc enim inſtituta imperante Auguſto degebat in Dacia, [d] In parma alba, album globum luteo circulo incluſum geſtabat: Hunc rubra circundat moles, octo acutas cuſpides emittens, quæ munitionis typum præ ſe fert, ſcilicet Romanum orbem vndique tutum & cladem hoſtibus minantem. Marginem rubeus circulus cingit: Sāguinis effuſionem rubeus color inſinuat, aut Principum ſplendorem. Simile geſtamen erat Felicium Arcadianorum iuniorum ſub præcedenti Magiſtro præſentali.

d Dion.lib.55.

MARTENSES SENIORES, à Martenis dicti, quos prope Babyloniā in Arabia Felici, Ptolomęus locat; Alij à Martia legione deriuant, qui Martij, non Martenſes nuncuparentur. Horū Marcellinus [e] meminit; Petronius, inquit, ex præpoſito Martenſium militum promotus, repentino ſaltu patricius. In prima Armenia degebant; Ex his fuit D. Mercurius Martyr, vt ait Metaphraſtes. [f] Habent in clypeo partim coeruleo, partim albo, luteum orbem inflexis lignis luteis vtrinque firmatum. Hæc ſunt duo vnum orbē regentia imperia, aut duo mundi gubernacula: Diuerſitas colorum orbis diuiſionem oſtendit.

e lib.26.
f 25. Nouembr. in eo.

SEPTIMA GEMINA; Hanc in Gallijs C. Cæſar habuit, cuius ſæpe meminit, & Gemina dicta, quod ex duabus exhauſtis, vna legio eſſet conflata; Alia fuit Septima Claudia Pia Fidelis, cognominata, quia Claudium à Camilli inſidijs ſeruauit. [g]

g Tacit. lib. 18. Dion lib.55.

In ſcuti lutei vmbone album orbem latum, duob. circulis, rubro & coeruleo, cinctum geſtant, vnde octo virentes rami querni emanant; qui beneficio duorum coniunctorum Principum Orbis vtriuſque ciues ſeruatos eſſe denotant. Octonarius numerus apud Notitiam frequens, forte octo orbis partes, vnde octouenti Cardinales ſpirant, inſinuat. Notum vero eſt apud Plinium & alios Quernam coronam his dari ſolitam, qui ciues ſeruaſſent. Duo circuli duos portendunt connexos Principatus, vni orbi imperantes. Madrucianus Codex, pro ramis radices habet; ita hæc coniuncta imperia radices egiſſe ſignificans, vt nequeant conuelli. Huius legionis ſępe in vetuſtis monumentis fit mentio. Itinerarium nominat Septimam Gallicam Geminam, quæ in Belgis degebat.

DECIMA GEMINA, Pia, Fidelis dicta, ab Auguſto eſt inuenta. Aliam habuit C. Cæſar Decimam præ ceteris dilectam, cuius ſupra memini.

Gerunt & hi in parma coerulea, luteum orbem, duobus latis circulis, albo & luteo circundatū, quod duorum Principum in orbem Romanum connexitatem, vnumque eſſe imperiū ſignificat. In manuſcriptis octo ramoſa cerui cornua, nigri coloris ab exteriore circulo exeunt, huius enim animātis cornibus ſingulis annis ramus adijcitur, quib. poſt ſex annos decidentibus, alia reuiuiſcūt, id fit per multos annos, vnde diuturnæ viuacitatis ſunt ſymbola; Idem imperio Romano euenturum inſinuatur, quod etſi in aliqua parte reciditur, reuiuiſcet, diuque viuet: Elegās ingenioſumque eſt ſymbolum. Suffitus etiam Ceruini cornu, ſerpentes abigit: ſic fugandos Rom. imperij hoſtes, poteſt innuere.

BALISTARII SENIORES, ex baliſtæ tormento tela longe iaculabantur: Baliſtam ita Marcellinus [h] deſcribit. Ferrum, inquit, inter axiculos duos firmū compaginatur, & vaſtum; in modum regulæ maioris extentum, cuius ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit, quadratus eminet ſtylus extenſius recto canalis anguſti meatu cauatus, & hoc multiplici chorda neruorū tortilium illigatur, eique cochleæ duæ ligneæ coniunguntur aptiſsime; quarum prope vnam aſſiſtit artifex contemplabilis, & ſubtiliter apponit in temonis cauamine, ſagittam ligneā, ſpiculo maiore conglutinatam. Hocque facto hinc inde validi iuuenes verſant agiliter rotabilem flexū, cum ad extremitatem neruorū acumen venerit ſummum, percita interno pulſu à baliſta ex oculis auolat, interdum nimio ardore ſcintillans, & euenit ſæpius, vt antequam telum cernatur, dolor lethale vulnus agnoſcat. Hæc ille. Machinam quadriroti curru, vehebant duo equi, vndique armis contecti, qualis viſitur in fine libri Notitiæ; Vegetius; [i] Baliſta, inquit, funibus, neruis, chordiſque tenditur, quæ quam prolixiora brachia habuerit, hoc eſt, quanto maior fuerit, tanto ſpicula longius emittit, quæ ſi iuxta artem machina temperetur, & ab exercitatis militibus, qui ante menſuram eius collegerint, dirigatur, penetrat quodcunque percuſſerit. Poſtea loquens de Onagro, ſubijcit: His duobus generibus nulla tormentorum ſpecies vehementior inuenitur. Deſcribit & manubaliſtas, & ſcorpiones, & archubaliſtas. Hic de Baliſtarijs intelligitur, qui prædictam machinam tractabant.

h lib.23.
i in 40.cap.24.

In parma alba, aureū orbē, coeruleo circulo cinctū geſtant, ſupra quē ſex teſſerulę rubētēs vmbilicū circūſtant. Marginem clypei circulus itē rubeus ambit:

 Orbem

Orbem Romanum vnico cinctum imperio vndique munitum eſſe inſinuat; quod ſex teſſerulæ pro munitionibus vmbilico adiacentes poſſunt portendere. Thaanni ſub Magiſtro militum per Thracias ſex globulos ſupra Lunam habent, idem indicantes. Sed poſſent his plumbatæ ſignificari, quibus hæc legio pugnabat, quemadmodum ſcythæ ſub proxime præcedente Magiſtro, vbi de his diſſerui.

PRIMA FLAVIA CONSTANTIA, à Conſtantio Conſtantini filio eſt cognominata; plures autem legiones Flauiæ ſunt appellatæ, forte à Conſtantino, qui hoc prænomen ſumpſit, à quo ſequentes Principes, & Iuſtinianus ſe Flauios dixerunt. De hac legione ita Marcellinus, [a] Conſtantianorum, inquit, peditum partem Tigauias venire iuſſerat cum Tribunis, & hanc ante primam legionem vocauerat, & alibi [b] Tuebantur hanc ciuitatem legiones duæ, prima Flauia, primaque Parthica. Globum luteum alio coeruleo contentum ferũt, ad duplicis imperij coniunctionem denotandam. Marginem rubeus circulus ambit; Puniceam parmam Madrucianus oſtendit.

a lib.20.
b 20.lib.

SECVNDA FLAVIA CONSTANTIA THEBAEORVM, à Conſtantio poſt primã inſtituta, a quo ad defendendum Bezabden prope Tigrim primo poſita fuit. Ammianus [c] de ea vrbe loquens. Ad cuius, inquit, tutelam tres legiones ſunt deputatæ; Secunda Flauia, Secunda Armenica, & Parthica item ſecunda, Hæc ille. poſtea hoc loco amiſſo, Cuſſam, quod oppidum Thebaidis eſt in limitibus imperij ſub Comite Thebaidis defendit, & ob id Thebæorum eſt nominata: Hęc ſucceſſit ſecundæ Thebæorum Chriſtianæ, quæ apud Treuiros à Rictiouario Maximiani Præfecto martyrio eſt coronata. Idem fermè ſymbolum, quod præcedens geſtat, exceptis coloribus ad alterutros dignoſcendos poſitis. Duas has legiones Conſtantiacas Marcellinus [d] vocat; Duas, inquit, legiones Conſtantiacas miſit in Gallias.

c in 20.
d lib.27.

SECVNDA FELIX VALENTIS THEBAEORVM, à Valente poſt primam introducta, quæ Hermunthi in Thebaide degebat, ſub Comite illius limitis, vt infra videbitur. Hæc alij ſucceſſit, quæ & ipſa propter Chriſtum, in ſubalpinis Italiæ apud Albingaunos à Maximiano eſt trucidata; quod ſacramentum ritu Gentilium ſibi præſtare noluiſſet. Ego in villa Chryſolæ Sallutiorum D. Gottifredi huius legionis ordinarij corpus, eiuſque purpureum Baltheum auro intextum vidi. Totius legionis Præfectus D. Mauritius fuiſſe dicitur, Alij Primicerium vocant, ſignifer Exuperius, Candidus ſenator; ordinarius D. Secundus. Mittebatur in Gallias ab Imperatoribus, vt Amandum & Aelianum Rocandaſque opprimerent, qui ſeruilibus armis confiſi, ibi tumultũ exciuerant. ſcribit Gulielmus Baldeſanus ſe in Thebæorum hiſtoria legiſſe ipſorum inſigne vellus aureum fuiſſe, quod pro ſuo ſymbolo carolus Burgundiæ dux erga eos martyres affectus accepit. Hæc legio in clypeo albo rubram crucem geſtabat, in cuius medio pelta item rubea, aureum orbiculũ includit; In imo ab vtraque parte crucis duo dimidij tauri recumbunt. Elegans & pium inſigne, crucem ſanguine Chriſti rubentem orbem Romanum pro pila poſitũ tueri innuit; ſiquidem pelta hoſtium ictus repellit, & duo Principes, quorum typus ſunt Tauri, ſub hac cruce tuti requieſcunt. Clypei marginem rubeus circulus cingens, perpetuum ab eiuſdem ſanguine præſidium promittit. Eſt autem pelta ſcutum breuiſſimũ inſtar Lunæ dimidiæ, qualem oſtendit Pierius, [e] & ego in eodem vetuſto monumento Venetijs vidi, quod ipſe citat. Vergilius [f]

e lib.42.
f in 7. Aeneid.

*Ducit Amanzonidum lunatis agmina peltis,*
*Pantaſilea furens,* & ibi Seruius.

PRIMA FLAVIA THEODOSIANA, idem habet inſigne cum ſuperiori, niſi quod in ima parte non tauri, ſed duo dimidiati canes auerſi, & à poſterioribus partibus cruci iuncti, cum impetu latrantes ferri videntur. Hi duo ſunt Principes dimidium quiſque imperium tenentes, qui præſidio crucis tuti, hoſtes impetunt. Pierius [g] id aliter explicat; ſed quam recte alij viderint. Abſque faſcia, inquit, canis copula tamen religatus non incongruum eſt ſacramento addicti militis Hieroglyphicum; copula ſcilicet obedientiæ ſacramentum præ ſe fert. Canis vero ipſe militis officium, quod præcipuum eſt intentum eſſe Ducis imperio, ſiue iter arripiendum, ſiue pugna ineunda ſit, ſiue vbi receptui cani coeptum ad ſigna redire, quæ quidem obſequia, à canibus obſeruari quotidie videmus. Fidelitatem etiã, & in hoſtes impetum ſignificat. Crux vero Chriſtianam pietatem, & pelta pugnandi officium denotat, ita Pierius. Hæc de nouem legionibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem. Nunc ad reliquas eſt tranſeundum.

g lib. Hieroglyphicorum.

## DE LEGIONIBVS. X. PSEVDO Comitatenſibus, Magiſtri militum per Orientem. Cap. XLIX.

PSEVDO Comitatẽſes legiones, ad Comitatenſium exemplũ ſunt inſtitutæ. Præfectus enim ſymbolaque vt illæ habent, & in omnibus earum imaginem referunt. cum tamen in Comitatu Principis, nunquam ſteterint, minus etiam ſtipendium quam Comitatenſes accepiſſe uidentur: Nam horum actuarij ſenas annonas & totidem capita accipiebant: illorum quaternas, [h] id erat tertium genus militum ſub poſterioribus Principibus. Legiones autem Pſeudo comitatenſes ſunt, quæ ſequuntur.

h l. 10. C. Theo. de Numer.

PRIMA ARMENIACA, ante Secundam eiuſdem nominis legionem ex Armenia extracta; In alba parma coeruleam peltam geſtabat, cuius inciſura erat rectangularis, quale huius & ſequentis legionis inſigne Pierius [i] deſcribit. In peltæ medio eſt aureus vmbilicus, qui aureo ſeculo vnum orbem Rom. ab hoſtibus defendi inſinuat. In meo Codice luteam habet parmam: In Vrſiniano ſupra pilam rubram in imo clipei poſitam duæ clauæ rubræ ſuſpenſæ cernuntur, quæ duorum Principum robore, Rom. orbem ab hoſte defenſum iri pollicentur: color rubeus Principum proprius eſt: Rubra etiam faſcia clipeus cingitur.

i eod. lib.42.

SECVNDA ARMENIACA, idem inſigne, coloribus tantum à præcedente differens habebat, ſcilicet in coerulea parma purpuream peltam. Hæc legio erat Conſtantio imperante, in quo Marcellinus ſcribens. [k] Ad cuius, inquit oppidi tutelam duæ legiones ſunt deputatæ, Secunda Flauia, Secundaque Armeniaca.

k lib.20.

FORTENSES AVXILIARES, dicti, quia ex foederatis populis ſunt contracti: Pro inſigni habent vt alij Fortenſes ſub primo Magiſtro militum in præſenti, Orbem luteum viridi & luteo circulis clauſum, qui octo coeruleos acutoſque mucrones emittunt, hoſtes confodiendos minantes. Luteus circulus globo concolor, marginem clypei cingit. Hoc ſymbolum in alijs Fortenſibus latius eſt explicatum.

FVNDITORES, funda ſaxa emittebant, Vegetius. [l] Erant Funditores, qui ad fundas, vel fuſtibulos lapides iaciebant, & tertium locum in acie tenebant. Hæc ille. Exceptis coloribus & circulorum numero, ſimile ſuperiori ſymbolum geſtant: Nempe in alba parma globum aureum, luteo circulo incluſum, a quo octo cuſpides rubræ exeunt. Marginem albus, & alter exterior rubeus circulus ambit. In manuſcripto Vrſini, denſarum cuſpidum eſt corona, vt habent Regij ſub præcedente Magiſtro militum.

l lib.2.c.25.

PRIMA ITALICA, ex Italica Hiſpaniæ



oppido collecta de qua ita Tacitus. [a] Viceſima, Rapax, & prima Italica, inceſſere cum Vexillarijs, triũ Britannicarum legionum, & electis auxilijs. Loquitur autem de bello inter Vitellium, & Otthonem. Et alibi. [b] Inde Cremonam petunt, vt legionibus Primæ Italicæ, & Vndeuiceſimæ Rapaci iungerentur. Hanc Ptolomæus imperante Traiano in Moeſia inferiore, vbi nunc eſt Bulgaria ad Duroſtorum æſtiua habuiſſe memorat Notitia, & ipſa ſub Duce Moeſiæ ſecundæ. Nouis fuiſſe ſcribit: Sæpe in vetuſtis monumentis eius fit mentio.

a lib.18.
b lib.19.

In coeruleo clypeo, luteam pilam, cippo eiuſdem coloris præfixam geſtat; quæ vnius orbis Romani imperij firmitatem portendit.

QVARTA ITALICA, & ipſa ſimile præcedenti inſigne tenet: In lutea parma coeruleum cippum, vel, vt in Vrſini Codice, rubrum, qui in ſummo, eiuſdem coloris circulum, luteam pilam claudentem ſuſtinet; Coeruleus circulus, vel, vt in Madruciano duplex marginem ambit: In eodẽ Codice, duplex etiã pedamentũ apparet, quod duas pilas regit. Erat & Cohors Italica dicta, degens in Syria, in qua Cornelius centurio, primus, ex Gentilibus Chriſtianus factus fuit. D. Lucas, [c] Vir, inquit, quidam erat, in Cęſarea nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.

c actu.10.

SEXTA PARTHICA, ex Parthis contracta in parma lutea geminos orbes luteos, cippo item luteo præfixos geſtat, inter quos duo angues lutei, vel, vt in Madruciano albi, caudis in medio connexi, ſupra ad oſculum coire videntur inſtar caducei. Marginem purpureus circulus cingit. Duorum in Oriente & Occidente Imperatorum conſpirantium concordiam oſtendit, quod caudæ colligatæ portendunt. Id vero Pierius [d] ita deſcribit. Integer, inquit, caduceus, hoc eſt, totis ex preſſis anguibus, ijſque vna cum baculo luteis, in parma coerulea, cuius marginem purpureus circulus ambibat. inſigne erat legionis eius, quæ Sexta Parthica vocabatur: Quid vero ſignificet, non exprimit.

d lib.15.

PRIMA ISAVRA SAGITTARIA, à ſagittis quibus feriebat hoſtem, cognominata, luteam pilam eiuſdem coloris cippo præfixam, in coerulea parma, quemadmodum Prima Italica præfert. Clypei margo faſcia rubra cingitur. De alijs militibus Iſauris ſupra diſſerui, in auxilijs primi magiſtri militum præſentalis.

BALISTARII THEODOSIACI, à Theodoſio inuenti, Rubrum aſtrum, ſex radios emittens, ſupra album orbem rubeo circulo incluſum, in albo clypeo habere videntur, ſed ſunt acutæ cuſpides cladem hoſtibus minantes. Marginem circulus rubeus complectitur. Vrſinianus codex illis caret. Madrucianus ſupra orbem teſſerulas, vt Baliſtarij ſeniores ſub hoc Magiſtro, oſtendit.

TRANSTIGRITANI, vltra Tigrim degentes, de quibus Marcellinus. [e] Protectores, inquit, poſt terga vinctis manibus, à Perſis ducebantur, Tranſtigritanis ad vnum omnibus contruncatis. Idem inſigne, quod Quarta legio Italica, geſtant. Hi ſunt milites Magiſtri militum per Orientem, in quibus VI. ſymbola duplicantur, videlicet.

e lib.19.

PRIMAE CONSTANTIAE, & SECVNDAE FLAVIAE CONSTANTIAE THEBAEORVM.

PRIMAE & SECVNDAE ARMENIACAE.

PRIMAE FLAVIAE THEODOSIANAE, & SECVNDAE FLAVIAE VALENTIS THEBAEORVM.

PRIMAE ITALICAE, &, SECVNDAE ISAVRAE SAGITTARIAE.

QVARTAE ITALICAE, &, TRANSTIGRITANAE.

FORTENSIVM AVXILIARIVM & FVNDITORVM.

MARTENSES quoque ſeniores ſymbolũ habent ſimile inſigni Primæ Maximiauæ Thebæorum ſub ſequente Magiſtro per Thracias, de quo nunc eſt dicendum.

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI
## ILLVSTRIS MAGISTRI
### militum per Thracias.











## NOTITIA.

SVB diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri militum PER THRACIAS VEXILLATIONES.

PALATINÆ III.

COMITES Arcadiaci.
COMITES Honoriaci.
EQVITES Theodoſiaci iuniores.

### Vexillationes Comitatenſes. IIII.

EQVITES cataphractarij albigenſes.
EQVITES ſagittarij ſeniores.
EQVITES ſagittarij iuniores.
EQVITES primi Theodoſiani.

### Legiones Comitatenſes. XXI.

SOLENSES ſeniores.
MENAPII.
PRIMA Maximiana Thebæorum.
TERTIA Diocletiana Thebæorum.
TIERTIADECIMANI.
QVARTADECIMANI.
PRIMA Flauia gemina:
SECVNDA Flauia gemina.
CONSTANTINI ſenior es.
DIVITENSES Galliani.
LANCEARII Stobenſes.
CONSTANTINI Dafnenſes.
BALISTARII Dafnenſes.
BALISTARII iuniores.
PANNONICIANI iuniores.
THANNI.
SOLENSES Gallicani.
IVLIA Alexandria.
AVGVSTENSES.
VALENTINIANENSES.
GRATIANENSES.

OFFICIVM autem Magiſteriæ per Thracias poteſtatis, in numeris militum, & in officio deputatur.

Habet autem dignitates infraſcriptas.

*PRINCIPEM.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Primiſcrinios, qui numerarij fiunt.*
*Scriniarios.*
*Exceptores, & ceteros apparitores Magiſtri militum per Thracias quindecim.*

## *DE MAGISTRO MILITVM per Thracias. Cap. L.*

### COMMENTARIVM.

MAGISTER militum per Thracias eadem inſignia, quę Magiſter militum per Orientem præfert, excepto capite mulieris quod libro ſuper abacum erecto inſculptum habet, a cuius dextro latere ſcriptum eſt DEA VEXILLATA, quod à Principibus paganis, vt credo, inſtitutum, apud Chriſtianos permanſiſſe miror; niſi forte in D. Virginis illud caput eſt verſum, quæ anteſignana in Dei Eccleſia vexillum gerit. In manuſcriptis liber albus, & aureis faſcijs cinctus, vt in alij s Magiſtri militum, principis caput includit. Huius officium conſtat ex numeris militum, quemadmodum in alijs Magiſtris eſt dictum, videlicet Principe, Numerarijs duobus. Commentarienſi. Primiſcrinijs, qui Numerarij fiunt, ſcriniarijs, Exceptoribus, & ceteris apparitoribus Magiſtri militum XV. quorum præcipua cura erat vt CCXXV. nauium claſſes Myſiaca & Scythica per Danubium nauigantes repararentur; [a] Hic Magiſter tres vexillationes palatinas, & quatuor Comitatenſes, Legiones item Comitatenſes XXI. regebat.

a l. 1. C. Theo. de luſorijs Danubij.

## *DE III. VEXILLATIONIBVS Palatinis ſub Magiſtro militum per Thracias. Cap. LI.*

PALATINOS milites prætorianos fuiſſe diximus, qui Principem & eius palatium tuebantur, quorum pars in prouincias miſſa palatini nomen aut ſtipendium nō amittebat, priuilegiumque retinebat, ne ſub alio quam Magiſtro præſentali conueniretur; qui ob id apud alios Magiſtros vel Duces, Legatos habebat, Reſponſales vocatos, vt ſuo nomine illorum cauſas iudicarent: quales hodie ſunt Nuncij Summi Pontificis. [b] Tres vero hic Magiſter palatinas vexillationes ducebat; Quarum Prima erat Comitum Arcadiacorum ab Arcadio inſtitutorum. Secunda Comitum Honoriacorum, qui ab Honorio eius fratre in Occidente imperante, in foedus accepti non habuere. Paulus Oroſius, [c] Conſtantinus, inquit, Conſtantem filium cum Barbaris quibuſdam, qui quondam in foedus recepti atque in militiam allecti Honoriaci vocabantur, in Hiſpanias miſit, & ſubdit, eos prodita Pyrenei cuſtodia Barbaros in Hiſpanias immiſiſſe, quas poſtea tenuerunt. Tertia vexillatio erat equitum Theodoſiacorum iuniorum, qui à Theodoſio iniore Arcadii filio inſtituti fuere,

b l. vlti. C. de re milit. lib. 12.
c lib. 7. c. 40.

## *DE IIII. VEXILLATIONIBVS Comitatenſibus ſub Magiſtro militum per Thracias. Cap. LII.*

QVATVOR aliæ vexillationes eidem Magiſtro parebant, Comitatēſes dictę, videlicet EQVITES cataphractarii Albigenſes, ex Albinga ſumpti, quod eſt Liguriæ oppidum.

EQVITES ſagittarij ſeniores.

EQVITES Sagittarii iuniores, qui Duci Arabiæ inſeruiebant.

EQVITES Primi Theodoſiani, de quibus ſupra dictum fuit: De equitibus ſagittariis ita Syneſius, [d] ſcribit; adſunt milites ordinis Balagritarum; hi priuſquam Cerealis magiſtratum obtineret, erant equites ſagittarii. Hoc autem magiſtro conſtituto, diuenditis equis facti ſunt ſolum ſagittarii; mihi ſufficiūt etiam ſine equis.

d epiſt. 131.

Sed hi erant in Occidente. Horum nullum apparet inſigne, itaque ad Legiones eſt tranſeundum.

## *DE LEGIONIBVS COMITATENſibus XXI. ſub Magiſtro militum per Thracias. Cap. LIII.*

PRIMA ſub Magiſtro militū per Thracias erat Legio, SOLENSIVM ſeniorum, à Soloe Ciliciæ oppido nomen habens. In rubro horum clypeo, coeruleus globus, octo cuſpides totum clypeum occupantes emittit, in quatuor æquales partes decuſſatas, nigris lineis mucrones interſecantibus. Decuſſatio æqualem quatuor orbis partium diuiſionem inter Principes ſignificat. Mucrones hoſtes feriendos eſſe minantur. Madrucianus globum tantum habet decuſſatum. In Vrſini Codice nulla eſt decuſſatio. Erant & Solenſes equites ſub Duce Moeſiæ ſecundæ.

MENAPII populi ſunt Germanię, nunc Geldrenſes dicti. Canem luteum in alba parma, ſub pelta rubra latrantem habebant: Is eſt Princeps hoſtibus minitans: Pelta, imperij defenſionem portendit. In Pierij vero Codice, canis, pedibus ſurſum verſis, iacet: quemadmodum ipſe [e] deſcribit. Portendit Principem Rom. velut ludentem, tutum ab impetu hoſtiū iacere. Manuſcripti concordant impreſſo, niſi quod Madrucianus puniceum clypeum oſtendit.

e lib. 9. Hieroglyphicorum. & rurſus 42.

PRIMA MAXIMIANA THEBAEORVM, à Maximiano eius auctore cognominata in Thebaidis munitione Filis dicta, ad Nilum ſub Duce Thebaidis excubabat, vt infra videbitur, ob id Thebæorum eſt appellata. Geſtant inſigne ſimile Martenſium ſeniorum ſub Magiſtro militum per Orientem, nempe in alba parma luteum orbem, duobus circulis item luteis cinctum. In Vrſini Codice, alter eſt rubeus. His vtrinque duo coerulea gubernacula iunguntur, quę duorum Principum in orbem coniunctis animis regimen inſinuant. Gubernaculis coeruleus mari concolor conuenit. Marginem tres circuli, duo lutei, & exterior rubeus cingunt, qui ter ideſt arctiſſime coniunctos Principes eſſe portendūnt.

TERTIA DIOCLETIANA THEBAEORVM, à Diocletiano tertio loco lecta, Thebis ſub Duce Thebaidis merebat, cuius pars inde in Thracias eſt deducta. In horum albo clypeo, ſex orbes purpurei, globulum luteum, circulo luteo incluſum, circumſtant, inter hos eminent ſex oblongæ, & luteæ cuſpides. Hæ plumbatis ſeu Martiobarbulis ſimiles videntur eſſe, quibus hęc legio pugnabat, de quibus in ſcythis ſub altero magiſtro militum in præſenti diſſerui: ſuperne in tabella duo viri, manib. in altū elatis ſe reſpiciūt; Sunt Romani Principes foedere iuncti.

Extrema,



Extrema, duo ambiunt circuli, interior lutęus, alter rubeus qui idem indicant. In Madruciano pro cuſpidibus, clauæ uiſuntur.

TERTIADECIMANI, Vetus codex legit Quartadecimani. à XIII. legione in Dacia olim degente dicti. [a] Hanc, & ſequentem Tacitus. [b] Veteranas appellat. Veteranæ, inquit, Vndecima, ac Decimatertia, & præcipui fama Quartadecimani rebellione Britanniæ compreſſa. Hæc ille. In ſex præſidia erat diſpertita, una ſub comite Aegypti, merebat, aliæ quinque per totidem Daciæ præſidia erant diſpertitę. Suetonius Lenis pater Tranquilli legionis XIII. Tribun⁹ Auguſti laticlauius fuit. Tranquil. in Othone cap. 10.

a Dion li. 55.
b lib. 18.

In alba parma, canem luteum latrantem gerunt, qui dorſo ſuſtinere uidetur globum aureum duobus rubro, & luteo circulis cinctum. Canem inuerſum Pierius [c] deſcribit. Is eſt Princeps orbem Rom. ſuſtinens, & hoſtibus allatrans; ſed inuerſus deuictis hoſtibus ocium agens, ludit uelut ab illis tutus. Similem clypeum habent primi, & ſecundi Theodoſiani. Alciatus pro cane leporem interpretatur, [d] quę vigilantiæ eſt typus.

c li. 5.
d l. 5. pater. c. 13.

QVARTADECIMANI, in uetuſto codice legitur, Quartodecimani à XIIII. legione cognominati, quæ in Pannonia ſuperiore olim degebat, ut ait Dion, [e] poſtea rebellione Britanniæ compreſſa magnam gloriam eſt adepta, ut dixi,

e lib. 55.

Geſtabant in alba parma, Aquilam coerulei coloris aliquantum diluti, orbi item coeruleo, ſed denſioris lutei inſidētē, intra quem alius circulus ruber erat, in cuius medio aureus extabat umbilicus; ita Pierius [f] explicat. Impreſſus, unum orbem aureum, rubro circulo incluſum tenet, ut meus habet codex. Marginem albus circulus cingit. Romanum orbem, unico imperio contineri inſinuat. Aquila coerulei coloris, eſt Romani imperij ſymbolum, color rubeus & ipſe imperium, aureus, aureum ſeculum portendit. De quartodecimanis ita Tacitus, [g] Quartodecimani, paululum dubitauerant, pecunia & miſſio quamuis non flagitantibus oblata eſt. Idem alibi. [h] Præcipua Quartadecimanorum ferocia, qui ſe victos abnuebant, quippe Bebriacenſi acie Vexillarijs tantum pulſi, uires legionis non affuiſſe, deinde conclamatum repente Decimamquartam legionem, uerſo itinere ad prælium uenire.

f li. Hieroglyphicorum. 19.
g lib. 7.
h li. 14. & 18.

PRIMA FLAVIA GEMINA, a Flauio, ut credo Conſtantino cognominata, & Gemina, quod ex duabus legionibus eſſet conflata; Flauiales à Veſpaſiano dictos Vegetius [i] ſcribit. Rubram crucem, rubeum item limbum, albi clypei extrema pertingentē gerebat, atque utrinque aureum globum, duobus luteis. circulis arctioribus cinctum. A cruce ſanguine Domini rubente utrunque orbem Rom. duobus imperijs munitum protegi ſignificat: rubeus circulus clypeum ambit.

i li. 2. ca. 2.

SECVNDA FLAVIA GEMINA eiuſdem cognominis. In parma lutea aureum umbilicum, duobus circulis, viridi luteoque cinctum habet, quem ſeptem uirides aggeres firmant: orbem Roman. duobus, rectum imperijs, ab hoſtibus munitum, demonſtrat. Manuſcripti tredecim ponunt aggeres.

CONSTANTINI SENIORES, ab eodem Conſtantino ante Iuniores lecti. Idem fere inſigne, quod Quartadecimani, tenent: Scilicet aureum globum, duobus circulis rubro & luteo circundatum. Illorū orbis, uno circulo continetur.

DIVITENSES GALLICANI, à Deueto mediterraneo Siciliæ oppido nuncupati, Gallicani uero dicti, quod in Gallia primo excubauerint, ſicut infra Dalmatæ Diuitenſes appellantur, quia primum in Dalmatiam ſunt miſſi. Horum Marcellinus [k] meminit; Diuitenſes, inquit, Tungritanoſque iuniores ad procinctum urgentem per Thracias inter alios celerare diſpoſitos ſolicitauit: & infra. cum Diuitenſibus adcelerauit. Et alibi. [l] Seuerianus, ait, apud Chalcidona, Diuitenſibus præerat & Tungritanis. In imo parmæ albæ, coeruleum taurum geſtant, qui aureum orbem, rubro circulo clauſum, tergo ſuſtinet, cui inſidet rubeus accipiter, colore tamen dilutiore, ut Pierius [m] deſcribit. Orbem Romanum robore, victoris Principis, regi ſignificat; Accipiter enim victoriæ eſt typus: ſed in impreſſo pro Accipitre Aquila, & pro Tauro Canis, depictus uidetur. Verum omnes manuſcripti Taurum oſtendunt. Hoc ſymbolum eſt ſimile præcedenti.

k lib. 26.
l lib. 27.
m lib. 21.

LANCEARII STOBENSES, à Stobio Macedoniæ oppido appellati; Aureum globum, in medio clypei rubri habent. Id quoque unū eſſe in orbe Rom. imperium aureo ſeculo denotat. Lancearij à lancea qua utūtur ſunt nominati, eſt gen⁹ haſtilis Hiſpanici.

CONSTANTINI DAPHNENSES, Daphne eſt eſt Græcię oppidum: Et Syriæ ciuitas Laurens nominata. Sed hos à Daphne, quam Marcellinus [n] munitionem Thraciæ, propè Danubium, eſſe dicit, vocatos eſſe credendum eſt. Idem Marcellinus [o] loquēs de Valente: Quæſito, inquit, in unum exercitu, prope Daphne nomine munimentum eſt caſtra metatus; ponteque contabulato, ſupra nauium fores, flumen tranſgreſſus eſt Iſtrum.

n lib. 27.
o lib. 29.

In lutea parma globum aureum, duobus circulis, coeruleo luteoque cinctum gerunt, quem à quatuor partibus, terna coerulea flagella circumſtant. Flagellandos hoſtes indicat, qui Romanum orbem, duobus iunctis imperijs, munitum impetierint. In aureis nummis Iuſtiniani, & ipſe flagellum manu tenens, Barbaris minatur. Marginem duo circuli, alter coeruleus, alter luteus cingunt, perpetuam duorum Principum connexitatem indicantes.

BALISTARII DAPHNENSES, in parma rubra habent, aureum globum, duobus circulis, coeruleo, & luteo cinctum, qui octo acutas cuſpides emittunt, quemadmodum Fortenſes auxiliarij ſub Magiſtro militum per Orientem. Margo duplici limbo circundatur, luteo & viridi: ob perpetuam duorum Principum coniunctionem.

BALISTARII IVNIORES, in coerulea parma globum aureum, duplici corona, denſis cuſpidibus armata, munitum geſtant: Cuſpides aliæ albæ, aliæ rubræ apparent. In manuſcriptis, pro cuſpidibus octo rhumbi coerulei globum circundant: Quod orbem Rom. aduerſus hoſtes mucronibus feriendos undique armatum eſſe inſinuat. Marginem duo circuli, coeruleus & luteus cingunt.

PANNONICIANI IVNIORES, ex Pannonia, poſt ſeniores contracti Pannonios Herodotus uocat in 7. & 8. Pannonicam legionem Marcellinus: [p] obuiam, inquit, legiones motæ ſunt duæ, Pannonica & Moeſia ualida prælijs manus. Forte à pileis ex pelle, quos pannonicos uocabant, ſunt denominati. Vegetius, [q] uſque ad præſentem, inquit, prope ætatem conſuetudo permanſit, ut omnes milites pileis, quos pannonicos uocabant, ex pellibus uterentur, quod propterea ſeruabatur, ne grauis eſſet galea in prælio homini, qui geſtabat aliquid ſemper in capite: Quod & Virgilius. [r] expreſsit, Fuluoſque lupi de pelle galeros Tegmen habent capiti. Hi hoc pileo inſignes inde nomen habere potuerunt.

p lib. 29.
q li. 2. c. 20.
r in ſettimo.

In parma alba geſtant orbem aureum nigris & curuis lineis in partes, & dimidios orbes ſectum, paruū que umbilicum in medio tenentem. Hos uiride uinculum ambit: ſupra eſt duplex, dimidiaq; & coerulea luna, cornibus ſurſum uerſis. Orbis eſt Romanus, qui uiſus ſciſſus unus manet, & plenus. Duplex quoque dimidia luna, duplex dimidiatum imperium portendit, quod in unum inſtar lunæ completur. In manuſcriptis, in lunam aliquot coeruleæ roris guttæ defluere uidētur. quæ cęleſtem gratiam in Orbē Rom. promittunt; Sed forte ſunt ſaxa aut plumbatæ, quibus legio pugnabat.

THAAN-

THAANNI ſunt Hiſpaniæ populi; unde hæc legio nomen ſumpſit: in antiquo codico legitur, Tyanni: populi ſunt in Oriente, quos primum ſe Romano imperio ſubieciſſe Iuſtinianus ſcribit C. in Nouel. 1. in princ. Horum inſigne eſt, in albo clypeo aureus orbis circulo rubro clauſus, ſupra quem dimidia luna, cornibus ſurſum uerſis, ſex globulos purpureos complectitur, quorum quinque medium circumſtāt qui fortè ſaxa fundis in hoſtem iacta referunt.

Baliſtarij ſeniores ſub Magiſtro militum per Orientem ſeptem globulos uel teſſerulas ſupra orbem habent: idē ſignificātes Baliſtarij Theodoſiaci ſub eo dē acutos mucrones: ſed hos martiobarbulos ſeu plūbatas fuiſſe dici poteſt, quibus hæc legio pugnabat quemadmodum Scythæ ſub altero magiſtro militum præſentali, apud quem de his diſſerui.

SOLENSES GALLICANI, à Sole Ciliciæ urbe oriundi in Gallijs morari ſoliti. Orbem rubrum limbo coeruleo circundatum gerunt, quos octo quadrilateres, & in obtuſum angulum faſtigiatæ, rubræque munitiones circumſtant. Orbem duobus unitiſque imperijs undique munitum eſſe inſinuant. Marginem uiridis circulus circumplectitur. Simile huic eſt inſigne Lanceariorum ſub primo Magiſtro militum præſentali.

IVLIA ALEXANDRIA, forte à C. Iulio Cæſare ex Alexandrinis conflata, aut ab Alexandro Imperatore inſtituta. In clypeo luteo orbem aureum faſcia lutea cinctum tenent. Marginem duo circuli coeruleus & rubeus ambiunt. Vno Rom. orbem imperio cingit innuit, Faſcia enim diadema inſigne regium refert. In manuſcriptis ſex lutei trunci, ſeu ſtipites, orbem undique firmant, quemadmodum habet Septima Gemina legio, ſub Magiſtro militum per Orientem.

AVGVSTENSES idem inſigne coloribus tantum differens præferunt, ſcilicet in rubræ parmæ umbone coeruleum orbem luteo circulo circundactum. Marginem duo circuli, coeruleus uiridiſque ambiūt: Auguſtenſes ab Auguſto eorum auctore ſunt appellati, quemadmodum Auguſtales Vegetius.[a] ſcribit dictos, qui ab Auguſto ordinarijs ſunt additi.

VALENTINIANENSES, à Valentiniano Principe, uel, ut ait Pierius,[b] Valentinianenſes à Valente ſunt nominati. Eorum inſignia ita ipſe deſcribit: Lutea erat parma, uiridi circulo circumſcripta, in cuius medio columella punicea ab imo margine ad centrum uſque porrigebatur. Inde duæ lunæ coloris eiuſdem ſeſe in aduerſum incuruabant, inferiori columellæ parte implicitæ, ſuperiore aliquantulum diſsidentes. A medio uero columnæ, lepores duo dimidij colore & ipſi puniceo, ſed denſiore, in diuerſa proſiliebant. Hæc ille. Duorum Principum, dimidiatum imperinm tenentium & uigilantium, eſt typus. Lepus enim uigilantiſsimum animal etiam apertis oculis dormire dicitur. Duplex dimidia luna, duo dimidiata imperia in orbem complenda demōſtrat. Puniceus uero color honorem denotat, eſt enim roſidus. extrema duo connexi circuli coeruleus & uiridis circundant.

GRATIANENSES, à Gratiano, uel Gratiana Moeſię primæ oppido cognominati, idem plane inſigne ſumpſerunt, quod Solenſes Gallicani, niſi quod hic ſeptem tantum munitiones alternatim rubræ uirideſque luteum orbem circumſtant: Hæ in Madruciano duplices ſunt.

Quinque ſymbola ſub hoc Magiſtro repetuntur, eadem enim hi ferme geſtant.

CONSTANTINI SENIORES, & QVARTADECIMANI.

AVGVSTENSIS, & IVLIA ALEXANDRIA.

SOLENSES GALLICANI, & GRATIANENSES,

SAGITTARIIQVE, lecti ſub Magiſtro militum per Illyricum.

THAANNI, & PANNONICIANI IVNIORES.

TERTIADECIMANI, & DIVITENSES GALLICANI.

**Nunc ad Magiſtrum militum per Illyricum tranſeamus.**

[a] lib. 2. cap. 2.

[b] lib. 13.

NOTI-



# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS MAGISTRI
## militum per Illyricum.




NOTITIA




## NOTITIA.

SVB diſpoſitione uiri illuſtris Magiſtri MILITVM PER ILLYRICVM VEXILLATIONES COMITATENSES II.

EQVITES *ſagittarij ſeniores.*
EQVITES *Germaniciani ſeniores.*

### Legio Palatina. I.

BRITONES *ſeniores.*

### Auxilia Palatina. VI.

ASCARII *ſeniores.*
ASCARII *iuniores.*
PETVLANTES *iuniores.*
SAGITTARII *lecti.*
INVICTI *iuniores.*
ATECOTTI.

### Legiones Comitatenſes. VIII.

MARTIARII *conſtantes.*
MARTII.
DIANENSES.
GERMANICIANI *ſeniores.*
SECVNDANI.
LANCEARII *Auguſtenſes.*
MINERVII.
LANCEARII *iuniores.*

### Item Pſeudocomitatenſes. IX.

*Timacenſes Auxiliarij.*
*Felices Theodoſiani iuniores.*
*Bugaracenſes.*
*Scupenſes.*
*Vlpianenſes.*





*Metenſes.*
*Secundi Theodoſiani.*
*Baliſtarij Theodoſiani iuniores.*
*Scampenſes.*
OFFICIVM *autem Magiſteriæ per Illyricum poteſtatis, in numeris militat, & in officio deputatur. Habet autem dignitates infraſcriptas.*
PRINCIPEM.
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Primiſcrinios, qui Numerarij fiunt.*
*Scriniarios.*
*Exceptores, & ceteros apparitores Magiſtri militum per Illyricum.*

### COMMENTARIVM. Cap. LIIII.

MAGISTER militum per Illyricum eadem habebat inſignia, idẽque officium, quod Magiſter militum per Thracias, niſi quod hic vultum Principis, libro inſculptum habet, non Deæ Vexillatæ, ut ille. Eius officium codicillis à Libellenſibus ſcriptis, & a Principe Magiſtroque officiorum ſubſcriptis probandũ erat. [a] Duas Vexillationes Comitatenſes regebat; unam legionem palatinam; Auxilia item ſex palatina. Legiones Comitatenſes octo; & Pſeudo comitatenſes nouem.

a l.ul.C. de diu. off.lib.12.

### DE II. VEXILLATIONIBVS *Comitatenſibus, Magiſtri militum per Illyricum, & Legione Palatina.* Cap. LV.

DVARVM Vexillationum comitatenſium ſub hoc Magiſtro, altera erat EQVITVM ſagittariorum ſeniorum, qui etiam in Occidente reperiuntur; altera EQVITVM Germanicianorum ſeniorum, ex Germanicia Syriæ oppido contracti. in Occidente Germaniciani iuniores ſũt una ex legionib⁹. XXXII. comitatenſibus Occidentis: ſeniores ſub hoc magiſtro una ex VIII. legionibus commitatenſibus. Alij erant Germanici ex Germania delecti, uel qui limites Germaniæ tuebantur. Legionum enim Germanicarum, ad Germaniæ limites excubantium, meminit Tacitus, [b] Legionum, inquit, Germanicarum, motu audito, trepida ciuitas incuſare Tiberium: & alibi [c] tradit, Germanicum exercitum Vitellio affuiſſe: Hæ à Germanico ex Antonia nepte Octauiæ, ſororis Auguſti, nato, & adoptato à Tiberio rectæ fuerant. Velleius Paterculus, Exercitus, inquit, qui in Germania militabat, præſentis Germanici imperio regebatur. Alij fuere equites Germanici ad Germanici defuncti memoriã inſtituti iuniores nuncupati. Tacitus [d] Equeſter ordo ait cuneum Germanici, appellauit, qui iuniorum dicebatur, inſtituitque uti turmæ idibus iulijs imaginem eius ſequerentur.

b lib.1.
c li.18.
d lib.2.

Legionem uero palatinam unam hic Magiſter habebat, ex Prætorianis in Illyricum accitam, qui erant BRITONES SENIORES, ex Britannia delecti. In parma rubra, album globum, lutea faſcia cinctum geſtabant, quem denſæ trabes coeruleæ fulciebant. Hoc ſymbolo orbem Romanum uno imperio contineri, atque undique aduerſus hoſtes munitum eſſe, inſinuatur. Trabes enim munitionem ſignificant, ſicut in alijs ſimilibus eſt dictum. Faſcia regis diadematis eſt typus.

### *DE VI. AVXILIIS PALATINIS.* Cap. LVI.

SEX auxiliorum palatinorum, primi erant.
ASCARII SENIORES, fortè legendum Aſcurij ab Aſcura, Armeniæ maioris oppido, uel, Aſcenij ab Aſcenis, Hiſpaniæ Tarraconẽſis ciuitate, nunc Cer uera dicta.

Hi, in parma dimidia alba, & reliqua ferruginea, duos purpureos hemicyclos, in medio cõiunctos geſtant. Duo dimidij circuli, ſi coniungantur, orbẽ cõplẽt; Sic & duo dimidia orbis Rom. imperia cõiũcta unum plenum efficiunt: Arguta ſymboli inuentio. Purpureus color imperij proprius eſt. Extrema clypei, duo circuli, luteus, rubeuſque ambiunt. In Madruciano, duo ſunt gubernacula, orbiculum album in medio arctius claudentia. Hi & ſequentes, inter Auxilia palatina Occidentis reperiuntur.

ASCARII IVNIORES, in luteo clypeo, quem latus limbus rubeus circumſcribit, orbem aureum ferunt: vnde octo luteæ cuſpides acutæ exeunt. In Madruciano, globus, nigris lineis in ſeptem partes diuiditur, quæ fortẽ ſeptem terræ habitatæ climata referunt, eaque imperio Rom. ſubeſſe.

PETVLANTES IVNIORES, fortè à loco, ut Tubantes, dicti: Sed Pierius, [e] à petulantia uocatos affirmat. In rubra, inquit parma, orbem coloris lutei præferebant, ſuperne, canis item luteus, pedibus quo ad fieri potuit exporrectis. Idque petulantiæ militum eſſe ſymbolum putat. Ego Principem, pro ſuo orbe hoſtes impetentem, indicari arbitror. Petulantes ſeniores in Occidente permanſerunt, diuiſis inter Valentinianum, & Valentem auxilijs. [f] Sed illi diuerſa ab his geſtant inſignia. Hos auxiliares fuiſſe, Idem, [g] affirmat: Decentium, inquit, tribunum, & notarium miſit, auxiliares ex inde abſtracturum, Herulos & Batauos, cumque Petulantibus Celtas.

e lib.5.
f Marcel, li.26.
g lib.26.

SAGITTARII LECTI, in ſagittis emittendis precipui, & ob hanc artem, ità cognominati. Idem inſignie habebant, quod Gratianenſes, ſub Magiſtro militum per Thracias.

INVICTI IVNIORES, idem fere ſymbolum tenent quod Auguſtenſes, & legio Iulia Alexandria ſub eodem Magiſtro militum per Thracias. Hi etiã in Occidente, ſed cum diuerſo inſigni militabant.

ATECOTTI, ab eius nominis oppido uocati, Germaniæ populi, Attacottos Marcellinus appellat. [h] Picti, inquit, Saxones, & Scoti, & Attacotti, Britannos ærumnis uexauere continuis: Et alibi. [i] Attacotti bellicoſa hominum natio. Aliqui Atecottos, ideſt ſeueros dictos putant. In coeruleo ſcuto, uallum rubrum habent, circum prominentibus roſtris coeruleum orbem undique ſepientibus, quæ eum, ab hoſtibus tutum reddunt, & illis cladem minantur. Quid ſimile habent ſub Magiſtro militum præſentali, Felices Arcadiani iuniores. Honoriani Atecotti iuniores ẽt inter auxilia palatina Occidẽtis reperiũtur.

h lib.26.
i lib.27.

### *De VIII. Legionibus comitatenſibus Magiſtri militum per Illyricum. Cap. LVII.*

PRAETER auxilia prædicta, idem Magiſter octo legiones comitatenſes gubernabat, quorum nomina, & inſignia hæc ſunt. Primi erant,

MARTIARII CONSTANTES, a Conſtante, Conſtantini Magni filio uocati, idem ferè inſigne habent, quod ATECOTTI, niſi quod in punicea parma luteum, breuiuſque uallum undecim acutis mucronibus horridum geſtant, & in umbone luteum orbem, luteo item circulo incluſum.

cluſum. Simile præferunt Felices Arcadiani iuniores, ſub Magiſtro militum præſentali. Manuſcripti coloribus uariant.

MARTII, fortè loco duarum Martiarum legionũ ſuffecti, quas perijſſe,& ob audaciam Martias uocatas fuiſſe, Appianus [a] ſcribit, In parma rubra aureum orbem, octo albos mucrones emittentem geſtant. Marginem tres circuli,uiridis,luteus,& rubeus cingunt: qui Rom. Principes ter,ideſt arctiſsime coniunctos eſſe ſignificant; Sanguinolentam uerò cladem rubeus clypeus, per cuſpides hoſtibus minatur.Quarta legio Martia nuncupata ad Octauianum defecit. [b]

a lib. 4. de bello ciuili.

b Dion.li. 45.

BIANENSES, ita omnes manuſcripti: impreſſus codex habet Dianenſes:ſed legendum eſſet Diniẽſes, à Dina oppido, quod in alpibus maritimis Itinerarium ponit. Bianenſes uerò à Biana Hiſpaniæ oppido nuncupantur. In coerulea parma,albi ſerpentis effigiem præferunt,qua humanum caput ſupernè arrectum,& in auerſum reſpicit:ipſe eſt unicolor,& ſpiris duabus circum umbilicum aureum datis, caudam aliquantulum infernè propendẽtem ſubmittit, quemadmodum Pierius [c] deſcribit. Marginem rubeus circulus ambit. Symbolum, Dei aut Principis ſapientia orbem Rom. regi denotat. Hominis enim caput diuinitatem,aut Principis prudentiam portendit: Sapientiam ſerpens; Sed mihi hic non ſerpens, ſed lorum uidetur, ab humano capite ortum, quod duos orbes circumplectitur, eoſque ter circumcinctos in ſummo, & imo arctè conſtringit: Orientem Occidentemque arctè coniunctos, à Diuina prouidentia gubernari indicat. In manuſcriptis,duo orbes clarius,quam in impreſſo apparent.

c lib. 15.

GERMANICIANI SENIORES, à Germanicia Syriæ urbe denominati, In parma lutea, orbem rubrum geſtabant, cum rubro circulo marginem ambiente. Quod orbem Rom. unico imperio arguit cõtineri. Germaniciani iuniores, inter legiones comitatenſes Occidentis permanſerunt. & ſupra ſub hoc magiſtro equites Germaniciani ſeniores.

SECVNDANI, Plinio, Galliæ Narbonenſis populi, idem planè inſigne habent, niſi quod horum in clypeo coeruleo albus eſt orbis: originem,ut puto habent a ſecundæ legionis militibus;ſicut ſextani, & ſeptimani, qui oppidis, in quæ coloni deducti ſunt, nomen dederunt. Plinius. [d] In medio, inquit, Coloniæ Arelatæ Sextanorum, Bliteræ Septimanorum. Arouſio Secundanorum. Liuius, [e] Dũ repetunt enixè ſignum priores Secundani ſe porta eiecere; & paulò poſt: Secundani terga hoſtium cædunt,ceteri caſtra diripiunt.

d li.3.ca.4.

e lib. 4. de bello Maced.

LANCEARII AVGVSTENSES: In parma coerulea, luteo cippo impoſitum orbem luteum tenent cui rubrum humanum caput inſidet: Dei prouidentia, aut Principis à Deo inſpirata, orbem prudenter regi indicant. in armarijs enim poſt Orientis Notitiam humanum caput, pro Diuina prouidentia exponitur,quam etiam de ſua quandoque Principes intelligunt. Ab Auguſto Auguſtales nominatos fuiſſe Vegetius, [f] memorat, eodemque modo dicti ſunt Auguſtenſes.

f lib.2.cap.7.

MINERVII, à Mineruio prouinciæ oppido dicti. Mineruiam legionem apud Bononiam,propè caletes Ptolomæus collocat. Spartianus, Adrianum Primæ legioni Mineruiæ in expeditione Dacica, a Traiano præfectum fuiſſe ſcribit. Idem geſtant inſigne, quod ſecundani, & Germaniciani ſeniores, niſi quod hi,in parma uiridi rubro circulo circumſcripta aureum orbem tenent.

LANCEARII IVNIORES, & ipſi idem habent ſymbolum, ſed horum parma eſt alba, & orbis rubeus. Madrucianus codex, his coeruleum clypeum tribuit,& Mineruijs luteum. Sub hoc Magiſtro, ter ſymbola duplicantur: Eadem enim fermè ſunt MARTIARIORVM CONSTANTIVM, & ATECOTTORVM,

SECVNDANORVM, & GERMANICIANORVM, SENIORVM:

LANCEARIORVM IVNIORVM, & MINERVIORVM.

Omnium uero Magiſtrorum militum, ſimul ſunt centum quatuor ſymbola. Nunc ad Legiones Pſeudo comitatenſes eſt ueniendum,quorum nullum inſigne inuenitur, niſi codex eſt diminutus, & ſunt ſequentes.

*DE IX. LEGIONIBVS PSEVDO Comitatenſibus, Magiſtri militum per Illyricum. Cap. LVIII.*

TIMACENSES AVXILIARII, ex Timaco Moeſiæ ſuperioris oppido delecti,qui, cum ex foederatis Principis eſſent, Auxiliarij ſunt uocati: Sed legionis Romanæ formam habuerunt.

FELICES THEODOSIANI IVNIORES, ſub eodem merebant, poſterius à Theodoſio inuenti, Feliceſque cognominati,

BVRGARACENSES, à Burgo Aracę, quæ Ptolomæo eſt urbs Syriæ, dicti.

SCVPENSES à Scope Marmaricæ Libyę oppido.

VLPIANENSES, ab Vlpiano Moeſiæ ſuperioris oppido uocati, id ab Vlpio Traiano eſt conditum & nominatum.

METENSES, Metis oppidum eſt Galliæ Belgicæ, olim Diuodunum dictum,unde Metenſes populi,& Metenſis legio, uidetur deducta. Sed uerius puto, Mediomarices, poſteà Metenſes appellatos, hic intelligi.

SECVNDI THEODOSIANI, inter Auxilia palatina,ſub altero Magiſtro militum præſentali recenſentur,haud dubiè à Theodoſio delecti, poſt alios qui primi uocantur. Hæc uerò ſecunda legio fuit, cui Theodoſij nomen inditum.

BALISTARII THEODOSIANI IVNIORES, ab eodem Theodoſio inſtituti,poſt alios, qui ſeniores dicebantur, & ſub Magiſtro militum per Orientem inter IX. legiones comitatenſes militabant, reponuntur. Alij ſub eodem, inter IX. Pſeudocomitatenſes legiones erant Baliſtarij Theodoſiaci:

SCAMPENSES, à Scampes Macedoniæ oppido denominati, nunc Vdagradum uocant. Hi ſunt milites,qui ſub Magiſtri militum, imperij Orientis merebant,quorum ſumma eſt colligenda.

*EPILOGVS COPIARVM Orientis. Cap. LIX.*

MILITABANT ſub Magiſtro militum Orientis legiones palatinæ decima tertia, Comitatenſes XXXVIII. Pſeudocomitatenſes XIX. quæ ſimul iunctæ efficiunt legiones LXX. quarũ ſingulis ſi uiros tribuerimꝰ quot Præfecturas eo tẽpore conſtitiſſe Conſtantinus Porphyrogenneta [g] ſcribit,ſeptuaginta millia efficient. His accedebant auxilia palatina XLI. quæ arbitror quatuormillia exceſsiſse;tribuendo ſingulis Auxilijs centum, & ſi aliquando fuerint L. aut LX. ut Vopiſcus [h] ſcribit. Præter hos ex minore Laterculo emittebantur cohortes LIX. quæ ex prædictis non erant,nec alicui Magiſtrorum parebant,quæ ſi habuiſſent D.pedites,ut ſingulæ continebant cohortes, effeciſſent uiginti nouem millia, & D.pedites.omnes ſimul iuncti eſſent centum tria millia peditũ, & D.Pedites imperij orientalis CMMM.

g de thematibus

h in Probo.

EQVITVM uero erant uexillationes. XLIII. Alæ minoris laterculi LXVI. quæ uix pauciores quindecim millibus eſſe poterant, ſed plures fuiſſe exiſtimo



exiſtimo. Vexillationem enim CC. alam, minus C. equitibus continuiſſe non puto, ſed aliàs vexillatio 500. equites capiebat. unde imperij iam tum inclinantis magnitudinem cognoſcere licet. Accedebant & uires imperij Occidentis non minores. Nauigabant præter hæc multæ claſſes, quarum VI. tantum in Illirico Notitia nominat. Sed alia Seleucia dicta in Orunte fluuio fuiſſe legitur. [a] Et alia nauium XL. in Ponto Euxino. [b] Septionam in mari rubro à Traiano inſtitutam Sex. Rufus ſcribit.Reperiebantur & aliæ duæ in mari Mediterraneo, una Alexandrina nuncupata ad Aegyptum pertinens. Altera Carpatia uocata,mare Carpatium protegens, quę, & aduehendis ſpeciebus fiſcalibus & frumento addicta erat [c] Itaque claſſes numero XI. in Oriente fuiſſe leguntur, & ſi Notitia VI. tantum meminerit. Nunc de præpoſito ſacri cubiculi,& Principis miniſtris eſt dicendum,qui ut clarius appareãt, hic ſummatim colligentur.

a l.1.C. de claſſ.

b Aegeſipp. de excid. vrb.Hieroſolym.li.2.ca.9.

c l.4.C. de naui & naucl...li.11.

# ILLVSTRES PRAEPOSITI SACRI CVBICVLI.

- *Curabant perſonam Principis et cubiculum.* — *Primicerius ſacri cubiculi ſub quo* — *Decani plures.*
- *Principi in menſa et palatio ſeruiebant.* — *Comes caſtrenſis ſub quo*
  - *Primicerius menſorum.*
  - *Primicerius cellariorum.*
  - *Primicerius pædagogiorum.*
  - *Primicerius lampadariorum* — *Formæ 1. Formæ 2. Formæ 3.*
- *Præpoſito ſacri cubiculi parebant.* — *Comes Sacræ ueſtis.*
- *Scribebant arcana Principis.* — *Chartularij ſacri cubiculi — III.*
- *Palatium cuſtodiebant.* — *Decuriones III. Silentiariorum.*
- *Comes domorum per Cappadociam.*

NOTITIA.

*Sub diſpoſitione uiri illuſtris ſacri cubiculi Comes domus diuinæ per Cappadociam.*

Cod.de præpoſitis ſacri cubiculi & de omnibus cubiculariis, & priuilegiis corũ.

*DE PRAEPOSITO SACRI Cubiculi. Cap. LX.*

IN tertia claſſe illuſtrium ſunt Palatini, quorum primus cenſetur Prępoſitus ſacri cubiculi. Impreſſa Notitia in indice, eum Poſt Magiſtros militum locat, poſtea in reprępentãdis illuſtriũ inſignibus eius non meminit. In manuſcriptis uero legitur, SVB DISPOSITIONE VIRI ILLVSTRIS PRAEPOSITI SACRI CVBICVLI DOMVS DIVINAE PER CAPPADOCIAM. Hic deeſt dictio, COMES, ante uerba Domus Diuinę per Cappadociam, aliàs nullus eorum eſſet ſenſus cum non recẽſeretur, qui ſub huius Pręfecti diſpoſitione eſſet. Deinde ineptè appellaretur prępoſitus ſacri cubiculi domus diuinę per Cappadociam: Nam ſi erat prępoſitus ſacri cubiculi,non erat eius officium ad domum diuinam per Cappadociam referendum aut reſtringendum, unde addendum eſt uerbum, comes, domus diuinę per Cappadociam, qui erat ſub huius Comitis diſpoſitione, & celebratur in iure. [d] cum enim multa eſſent in Cappadocia Principis prędia, his proprius Comes datus fuit. Hic uero ſolus ſub Prępoſiti diſpoſitione nominatur, & non alij Principis miniſtri,quia de eo magis quam de ceteris dubitabatur, uel quod & ſi quo ad obſequia illi prępoſito parebant, ſubmagiſtri tamen officiorum ditione erant: [e] quod forte in comite domus per Cappadociam

d l.3.C.de palat. ſacr.larg. Nouel. 30.§.1.

e l.3.& ult.C.de præpoſ.ſacr.cub.

dociam ſecus obſeruabatur . Alij domorum comites rerum priuatarum comiti parebant. [a] Hic præpoſitus quartus inter illuſtrium dignitates ſequentes illuſtres præcedebat. [b] quibus etiam in zenonis cõſtitutione præponitur . [c] Nulla tamen inſignia, aut officium eius apparent, quibus fortè carebat.

a l.5. C.ad l.Iul. repet.
b l.vlt. C.de præpo.ſacr. cub.
c l. vlt. C.vbi ſenato. vel clariſſi.
d l.pe. C.de præpo.ſacr.cub. l.legatis. in princ.de leg.3.
e l.vlti.C. de caſtren.miniſt.
f lib. 1 de moribus eccleſiæ catholiææ.cap.31.
g lib.14.
h l.1. & 2.C. de can.
i 26. febra. in 5. porphyrion.

Cubicularij erant, qui perſonam Principis curabant, & ipſi inſeruiebant, [d] ac Miniſteriani appellabantur: [e] Inter hos erant Decani, qui fortè numero X. Decanos enim inquit D. Auguſtinus, [f] vocant, eo quod ſint denis præpoſiti. quos miniſtros thori Marcellinus appellat. [g] Hi Principem veſtibus induebant,& cubicula,& lectos parabant, quorum Præfectus Primicerius dicebatur: [h] ijdem portas cubiculorum principis cuſtodiebant: Metaphraſtos . [i] Amantius inquit præpoſitus per duos decanos uocauit epiſcopos qui magnam pecuniæ partem,quam ab Eudoxia pro uictu acceperant inter decanos,qui præerant portis,diſtribuerunt.Decanus is forte eſt, qui olim Decurio uocabatur. Tranquillus enim ſcribit Domitianum à Saturio Decurione cubiculariorum trucidatum; Erant & Caſtrenſiani,qui menſam Principis parabant; Pedagogia, Cellarij,Menſores, Lampadarij,& Sacras ueſtes tractantes, quibus Comes caſtrenſis præerat. [k] ſub hoc Præpoſito cenſebatur & Comes domorum Principis, [l] & tres Chartularij ſpectabiles uiri, qui inſtrumenta cõtractuum Principis, & alia ſcribebant. Præcipuè uero ad Magiſtratum ab eo promotos chirographo notabant, & ad Primicerium Notariorum tranſmittebant, ut illis codicillos cum ſimbolis,& inſignibus obtentæ dignitatis, libroque mandatorum traderet. [m] Hanc ob cauſam ſinguli magiſtratus nouem aureos inter hos tres cubicularios diuidendos ſoluebant. [n] Comes uero Orientis, & Aſiæ Proconſul ſinguli his LXIII. ſolidos pendebant: [o] Summa pecuniæ, quam ab Orientis Magiſtratibus accipiebant, ad aureos. 549. Iuſtiniano imperante,aſcendebat: Cum nondum Italiam, nec Illyricum recepiſſet,nec Africam ordinaſſet. Præcipuè uerò, vt exprimit Notitia, Præpoſitus imperabat Comiti diuinæ domus per Cappadociam, ad quem reditus fundorum Tamiacorum in Cappadocia ſpectabant. Hi erant paſcua,arua, campi uitibus conſiti, domus & nemora: [p] ad quorum prouentus procurandos, & exigendos, ex ſchola palatina quoſdam Canonicarios nuncupatos dirigebat, qui exactam pecuniã Conſtantinopolim in Principis domum impendendam ferebant; [q] & ideo Tamiaca prædia ideſt ad familiæ alimenta deſtinata uocabantur. [r] His & colonis prædiorum præerat Comes domorum per Cappadociam dictus, tantæ dignitatis, ut apud multos pluris præſide fieret. [s] Officium etiam tanquam Magiſtratus habebat, cuius Princeps erat,unus mittendariorum ex officio Comitis largitionum. Gratianus A. [t] De palatino inquit, officio ad gerendum Principatum comitis domorum per Cappadociam emittantur, quales, Comes etiam domorum, ſi inhoneſtum aliquid geſſerit, uereatur. Præpoſitus cubiculi cum hoc comite, inquilinis, colonis, ſeruiſque ius dicebat. [u] uidetur etiam Silentiarijs imperaſſe,cum iura ad ipſos ſpectantia ad Præpoſitum cubiculi dirigantur. [x] & ueriſimile eſt illos ſub eius cura fuiſſe, qui proſpicere debebat, ne ſtrepitus in palatio audiretur. Eodem modo Auguſta, ſuos cubicularios, & Præpoſitum illis imperantem habebat. [y] Sed Magiſter officiorum,tàm Principis, quã Auguſtæ, aulicorum ſupremus iudex erat. [z] Pluribus uerò Præpoſitus cubiculi gaudebat priuilegijs. In primis Præfectis & Magiſtris militum æquabatur. [a] Immunis præterea erat à ſoluendo tyronum uel equorum precio, quo prouinciæ onerabantur; uicenos & tricenos ſolidos pro equo ſoluentes. [b] Deinde neque ipſi, neque cubicularij angarijs, aut præſtandorum ueredorum, recipiendorumuè hoſpitum onere arctabantur. [c] Ab omnibus denique ſordidis præſtationibus ipſi & eorum uxores erant immunes, [d] ſcilicet à piſtrinis, aut excoquendo pane calceuè,exhibendis operis à parauedorum preſtatione, impenſa ad publicas ædes, pontes, uiaſuè reparandas facienda, & ſimilibus. [e] Olim præpoſitus ſacri cubiculi Illuſtris non erat; ſed cum Macrobius cubiculi Honorij Principis Præfectus doctrina ac prudentia excelleret, in eius gratiam omnes Præpoſiti ſacri cubiculi, Magiſtris militum æquati illuſtres ſunt declarati. [f] Neſcio, an is Macrobius ſit, qui Scipionis ſomnum interpretatus, Saturnalia celebrauit, & illuſtris cognominatur. Hos præpoſitos Paracoemenos poſteriores Græci uocauerunt,& caniclion cubiculum,auctore Volaterano. Auguſtæ cubiculi Præpoſitus,& ipſe illuſtris ijſdem cum præpoſito cubiculi Principis priuilegijs gaudebat. [g] Temporibus Paleologorum capitium phrygiatum Præpoſitus cubiculi geſtabat, pallium purpureum, tunicam ex cocco & auro phrygiatam in anteriori parte cum imagine Imperatoris ſtantis,in poſteriore uero throno inſidentis: ſceptrum quoque ligneum, cuius primus nodus erat aureus, alij auro, argentoque conuoluti, quemadmodum ſophotatus Curopalata in officijs palatinis deſcribit; ſed quoniam hũc Præpoſitum ſilentiarijs præfuiſſe diximus,& eorum in iure ſit mentio, [h] de his eſt uidendum.

k l.1.C.The.qui à præbit. Tyro.l. 2. C.de præp.ſac. cubic. l.vlt. C.de diuer.offic.
l d.l.2.
m l. vl.C.de off. mag. offic. §.vlti. Nouel.24. §.vlti. Nouel.25.
n Nouel. 24. in fi.cum tribus Nouel.ſeq.
o Auth. vt iud.ſine quoquo ſuffr. fiant. Authen.in Notitia ſeu Nouel.8.
Comes diuinæ domus per Cappadociam.
p ca.7. Nou. 30.
q ca.7.d.Nouel. 30.
r l. 1. & 2. C.de præd.Tam. li.11.
ſ d.Nou.30. §.1.
t l.3.C. de palat. ſacr.larg.
u l.vl. C.vbi cau. fiſc.
x l.pen.& vlt. C. de ſilen.
y l.3.& vlt.C.de præpo. ſacr.cubi.
z d.l.3. & vlt.C. eod.tit.
a l.1.C.eo.tit.
b d.l.1. C.Theo. qui a præbit.Tyron.
c l 2.C. eo.tit.
d l.15. & 18. C. Theo.de extraor. & ſordid. munc.
e d.l.15.& 18.
f l. 1. C. de præpo. ſacr.cubic.
g l.vlt. C.de præpo.ſacr.cubic.
h in l. omnimodo. ad fin. C.de inoff. teſtam.tit. C. de ſilẽtiarijs. Cod. de ſilentia. & decurionibus eorum.

## DE SCHOLA SILENTIARIORVM. Cap. LXI.

ERANT Silentiarij non a ſecretis Principis, ut Accurſius credidit, [i] ſed qui curam habebant, ne quis in Principis palatio ſtrepitus excitaretur, & ut ſilentium ſeruaretur. Procopius, [k] Romani, inquit, ad ea quæ quietis ſunt in palatio, miniſtrum ſilentiarium uocant. Hi plures erant, ſed XXX. ordinarij,& digniores in tres decurias diuiſi, quorum ſingulis decem unus Decurio præerat, [l] Hunc Palatij Decurionem Marcellinus [m] uocat: Aliquis, inquit palatij Decurio, qui ordo eſt dignitatis, ſigna Petulantium ingreſſus & Celtarum. Ita etiam Honorius A. appellat. [n] Decuriones,ait, palatij noſtri, poſt emenſum fideliter obſequium, electionem habeant, ſiue ex Magiſtris officiorum, uelut agentes dignitatem conſequi maluerint, ſiue inter uiros illuſtres comites domeſticorum. Omnes uero Magiſtrum officiorum tam in ciuilibus quam criminalibus cauſis, iudicem habebant: [o] Sed ubi annis XIII. inculpatas excubias peregiſſent, à præſtandis equis, & tyronibus,onereque excoquendæ calcis ad fabricas, & recipiendorum in ædibus hoſpitum erant immunes. [p] Præterea quod acquirebant filii familias Silentiarii,ex Principis ſtipendio,Anaſtaſij conſtitutione in caſtrenſe peculium referebatur. [q] Ex quo apparet, illos uere milites non fuiſſe, quia de hoc dubitandum non erat,neque lege cauẽdum.Præterea ſi parentes hanc palatinam militiam pro filio emiſſent, pretium ipſis in legitimam non computabatur; [r] Vnde uendi potuiſſe huiuſmodi officium deprehenditur. A tutela etiam & cura,erant immunes, aliiſque eorum liberi priuilegiis honeſtabantur. [s] Hi prius fuere clariſſimi, [t] poſtea ſpectabiles ſunt facti. [u] Depoſito uero poſt annos XIII. officio erãt illuſtres. Inter eos enim,qui Magiſtri, uel Comitis domeſticorum, officio functi erant, connumerabantur. [x] Hæc de Silentiariis,qui etſi à Magiſtro officiorum iudicabantur,cum tamen ſub Prepoſiti ſacri cubiculi obſequio eos fuiſſe conſtet, [y] de ipſis hoc loco diſſerui.

i in l.omnimod. ad fi.uer. ſilentiarijs Rub.C.de ſilentiar.
k lib. 20. de bello Perſico.
l l.3. in fi. C.de ſilentiar. lib. 12.
m lib.20.
n in l. 1. C.de ſilentiar.
o l.ne ad diuerſa.C.de ſilent.
p l.2.& 3. C.eo. tit.
q l.ul. C. eod.
r d.l.ul. & l.omnimo.§. ult.C.de inoff.teſt.
ſ d.l.ult.
t d.l.ul.C. eod.
u d l.omnimod. §.ulti.
x l.1.C.eod. tit.
y l. pen. & ulti. C.eod.





## DE MAGISTRO OFFICIORVM, *Orientis, & eius inſignibus.* Cap. LXII.

C.de off.magiſtri officiorum.
a in ſecundo.
b in 1. de bello Perſico.

PRAEPOSITVM ſacri cubiculi, ſequitur Magiſter officiorum, quem Ducem ordinum palatinorum Zoſimus [a] & Procopius [b] appellant; Non tantum enim palatinis, & Principis-miniſtris, ac ſcholis palatij arma tractantibus imperabat, ſed,& fabricis, & limitaneis Ducibus, uel Comitibus, [c] à quibus, ad Magiſtrum officiorum, & Quæſtorem appellabatur. [d] Hanc Magiſteriam dignitatem uocant iura, [e] & Caſſiodorus, [f] cuius præcipuum munus fuiſſe dicit, ut Principi ſenatores offerret. Ad ipſum, inquit, palatij pertinet diſciplina, ipſe inſolentiam ſcholarum, mores procelloſos moderationis ſuæ terminis diſſerenat. Tum multi ordines ſine confuſione aliqua componuntur: Et paulò poſt: Per eum ſenator ueniens, noſtris præſentatur obtutibus,admonet trepidum. componit loquentem: ſua quin etiam ſolet uerba inſerere, ut nos decenter omnia debeamus audire. Aſpectus regij haud irritus promiſſor, collocutionis noſtræ glorioſus donator, aulici conſiſtorij, quaſi quidam Lucifer. Nam ſicut ille uenturum diem promittit, ſic iſte deſiderantibus uultum ſerenitatis noſtræ attribuit: cauſarum præterea maximum pondus in eius audaciæ finibus, optima ſecuritate reponimus: Et pauló poſt: ueredorum quinetiam opportunam uelocitatem, quorum, ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentiæ ſuæ diſtrictione cuſtodit, ut ſollicitudines noſtras, quas conſilio iuuat, beneficio celeritatis expediat. Per eum nobis legatorum, quamuis feſtinantium prænunciatur aduentus, per eum nominis noſtri deſtinatur erectio, & illi principaliter creditur, quod tam neceſſarium eſſe ſentitur. His etiam laboribus æſtimatis, poteſtatem magnam huic decreuit antiquitas, ut nemo iudicum per prouincias faſcem aſſumeret niſi hoc & ipſe fieri decreuiſſet. Peræquatores etiam victualium rerum in hac vrbe regia, propria uoluntate conſtituit, & tam neceſſariæ rei iudicem fecit. Hæc ille.

c l.pen.C. de off. Mag. off.
d l.pe.C.de app.
e §. 1. in procm. ff.§.1.in prima.
f lib. 6.

Officiorum autem Magiſter dicebatur, quod officiis, ideſt Miniſterijs, ſeu Principi miniſtrantibus præerat; nomen enim officij, & ſi multa ſignificat, hic pro miniſterio accipitur, ut apud Marcianum. [g] ſi ex officio, inquit, quis ad artificium tranſierit, officium artificio mutatur; Et in eodem ſenſu ſæpe apud alios ſumitur. [h] Adaucus martyr Diocletiani Imper. Magiſter officiorum, & Quæſtor fuit. [i]

g l.legatis.§.ſi ex off.ff.de lega. 3.
h in l. ſeruos.ff. de manum.teſta. l.ſi nõ ſo. tem. §. libertus.ff.de condi. indeb.cum ſimilibus.
i Euſebius li. 8. cap.23.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS MAGISTRI Officiorum.








## COMMENTARIVM.

MAGISTER officiorum Orientis inſignia hæc habebat : Abacum tapeto in medio ſurrecto inſtratum, quo nititur erectus liber, argento tectus, aureis uirgulis in rhumbum ornatus, in medio uerò duorum Principum uultus aureos continet, inſraſcriptum eſt, FABRICAE, quæ ſub huius cura erant, & in quibus varia armorum genera hic depicta fiebant.

In primis ſpectantur, cum ſuis ſymbolis ſeptem clypei. Sex in manuſcriptis. Hos Pierius.[a] uult fuiſſe proprios Præfectorum fabricarum: Ego ſcutorum militum exemplaria fuiſſe puto, quæ & ſi non in omnibus, certè in pluribus illis conueniunt. Itaq; fabricas ſcutarias nuncupatas referunt, in quibus ſcuta militibus tradenda fabricabantur.

a li. Hieroglyphico. 15.

In horũ uno coerulo eſt dimidiatus ſerpẽs luteus aureus umbilicus, margo rubens, intrà quem a læua parte eſt onyx paruus cum Aethiopis ſigillo, ut Pierius depingit: Sed in Codice impreſſo imago eſt togati Principis orbem tuentis; In umbone aureus orbis decuſſatus, anguis dimidia parte eſt truncus, qualem in alio fabricæ clypeo idem Pierius deſcribit, quod ſymbolum in Marcomanis, Honorianis, & Ceratis ſub Magiſtro equitum præſentali Occidentis ſum interpretatus. In Oriente enim non reperitur.

Alius clypeus rubeus in medio aureum orbem luteas, acutaſque cuſpides emittentem, & cladem hoſtibus minantem habet. Marginem coeruleus limbus cingit, prout gerunt Aſcarij iuniores, ſub Magiſtro militum per Illyricum, in quibus hoc inſigne expoſui.

Tertius, & ipſe rubeus, aureum globum in umbone tenet, ſeptem paruis cuſpidibus armatum, & alijs ſeptem orbiculis circundatum, quos maior luteus orbis ſuſtinet, octo longis luteiſque trabibus circum munitus. Simile ſymbolum in Oriente ſub Magiſtro militum Thraciæ Flauia Gemina, in Occidente Lancearij ferunt: exceptis orbiculis. Vnum ſignificat eſſe & magnum orbis Rom. imperium, atque undiq; munitum, etſi ob diuiſionem minus videatur, ut aliàs dictum. In manuſcriptis, eſt geminus orbis luteus, ſenis & duplicibus trabibus munitus.

Eſt & alia parma rubra, continens globum luteum acutos mucrones emittentem, qui marginem pertingunt, medio, aureus umbilicus includitur, unde aliæ, ſed breuiores luteæque cuſpides exeunt. Nigræ lineæ, totam clypei faciem inumbrant. Paruus vmbilicus, imperium etſi ob diuiſionem comminutum, aduerſus hoſtes, armatum eſſe oſtendit, & utrumque eius orbem unitum, in maiuſque auctum, maiorem illis cladem allaturum. Id uero tectum & latẽs eſſe, ex adumbratione ſignificatur, niſi per eas mare malimus ſignificari. Simile inſigne eſt Baliſtarijs iunioribus, ſub Magiſtro militum per Thracias. In manuſcriptis hic clypeus deeſt.

Aliam parmam coeruleam, nigræ lineæ ad medium occupant, ubi orbis aureus ſplendet, qualem Lancearij iuniores, Mineruij, & alij ſub Magiſtro militum per Illyricum geſtant. Etiam id terras mareque uni imperio Rom. ſubeſſe inſinuat. Rubeus circulus marginem ambit.

In alterius parmæ coeruleæ umbone, luteus orbis & nigris lineis decuſatim diuiſus, duplici luteoque uinculo cingitur: Dimidium uerò clypeum, nigrę lineę percurrunt, quæ maris ſunt typus: Duplex circulus rubeus marginem ambit; Simile inſigne ferunt Quarti Sagittarij, ſub Magiſtro equitum præſentali Occidentis. Diuiſum orbem Rom. uno contineri imperio inſinuat.

In ultimæ parmæ uiridis umbone, globus luteus, in medio quadram tabellam & ipſam luteam ſuſtinet. Illum octo lutei obiculi, in medio clauis confixi, & luteo circuli cincti, circundant. Nigræ lineæ, tertiam fere clypei partem occupant, quem rubeus limbus circumplectitur. Idem eſt argumentum, quod ſuperioris ſymboli. Tabula legem orbi à Principe datam refert. Orbiculi clauis confixi, orbem Romanum firmiter & undique munitum eſſe denotant. Manuſcriptis pro hoc ſymbolo eſt orbis luteus, duobus circulis item luteis cinctus, & roſtris circum armatus, qualis eſt clypeus Comitis domeſticorum peditum. Vrſini codex argenteum globum albo circulo cinctũ, & undique roſtris munitum repræſentat: Madrucianus, in coeruleæ parme umbone, album umbilicum, coeruleo luteoque circulo incluſum refert; alba tabella ſupra eminet. In alijs quoque ſymbolis in paucis quibuſdam, manuſcripti uariant.

A clypeorum lateribus bina utrinque ſtant ſpicula, quæ indicant in fabricis lanceas & arma fuiſſe fabricata; propè tres cuſpides uiſuntur, quibus ſigna militaria inſigebantur. Quatuor aut quinque galeę cum criſtis, duæ loricæ, & totidem thoraces, duo enſes, & totidem ſpatæ, ocreæ, ſecures bipennes, plumbatæ ſeu plumbeæ pilæ; Manuſcripti addunt arcum, & duas pharetras. Hæc fabricas armorum loricatas, ſpatarias, arcuariaſque nuncupatas referunt. Et licet nulla hoc nomine appelletur in Oriente, dubitandum non eſt huiuſmodi arma ibi fabricata fuiſſe, præſertim illis in locis, quibus nullum armorum genus inſcribitur. Sed in Occidente ſuæ armorum ſpecies ſingulis fabricis applicantur. Nulli uero licebat hæc arma facere, [b] niſi fabris, qui in certis imperij locis iuſſu Principis ea fabricabant, & Fabricenſes appellabantur, [c] quibus ſalarium ex publico dabatur, neque ipſis hæc alijs uendere licebat. In tractu Orientis quinque tantum fabricæ, ideſt armorum officinæ erant, tres in Ponto, una in Aſia, duæ in Thracijs, quatuor in Illyrico. Hæc inſignia in huius magiſtri auditorio ſpectabantur, & fortè eo procedente pręferebantur, cum præconum acclamationibus, qui eum imperij patrem prædicabãt, Gratianus [d] Qui inquit ex officiali magiſterio attonito ſplendore uiguerunt, acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereantur ut incogniti. officiale autem magiſterium uocat Magiſtrum officiorum. Illuſtris eſt hic Magiſter, [e] & Magnificus, [f] & quandoque comes uocatur, [g] Magiſter palatij a Caſſiodoro, quo nomine etiam appellatur Tribonianus. [h] Præerat ſcholis, Menſoribus, Lampadariis, quatuor ſcrinijs, officio admiſsionum, & fabricis, quæ ordine explicabuntur, & in tabula ſummatim repræſentabũtur. cubicularijs etiam aliiſque miniſtris Principis, ius dicebat. Sed & Duces, ac comites limitanei, eorumque officia, & caſtrorum præpoſiti illius ſuberant ditioni, [i] & ob id pedaneum iudicem ipſorum cauſas cognoſcentem habebat. [k] Omnes ſummatim poſt Notitiæ contextum repræſentabo.

b l. ul. §. magnus, ff. de public.
c l. 1. C. de Fabricen. li. 12. & in §. 1. in auth. de armis.
d in l. 1. Cod. de Quæſto. & mag. offic.
e l. 3. C. de curſ. pub. l. eos. Co. de princ. age. in reb. lib. 12.
f in l. 4. C. de ag. in reb. lib. 12.
g l. iudicib. eod. ti. C. l. pen. & ul. C. de caſtrẽſia. & miniſteria. li. 12. & d. l. 3.
h in §. ad iſtum. C. de iuſtin. Co. confir.
i l. viros. C. de diuerſ. offi.
k §. 1. Nouel. 82. ſeu auth. de iud.

## NOTITIA.

*SVB DISPOSITIONE VIRI Illuſtris Magiſtri officiorum.*

*SCHOLA ſcutariorum prima.*

*SCHOLA ſcutariorum ſecunda.*

*SCHOLA gentiliũ ſeniorum.*

*SCHOLA ſcutariorum ſagittariorum:*

*SCHOLA ſcutariorum clibanariorum.*

*SCHOLA armaturarum iuniorum.*

SCHOLA *gentilium iuniorum.*
SCHOLA *agentum in rebus, & deputati eiuſdem ſcholæ.*
MENSORES, & LAMPADARII.
*Scrinium Memoriæ.*
*Scrinium Epiſtolarum.*
*Scrinium libellorum.*
*Scrinium diſpoſitionum.*
*Officium admiſſionum.*

Fabricæ infraſcriptæ Orientis. V.

SCVTARIA *& armorum Damaſci.*
SCVTARIA, *& armorum Antiochiæ.*
CLIBANARIA *Antiochiæ.*
SCVTARIA *& armamentaria Aedeſſæ.*
HASTARIA *Irenopolitana Ciliciæ.*

Ponticæ. III.

CLIBANARIA *Cæſareæ Cappadociæ.*
SCVTARIA *& armorum Nicomediæ.*
CLIBANARIA *Nicomediæ.*

Aſiana. I.

SCVTARIA *& armorum Sardis Lydiæ.*

Thraciarum. II.

SCVTARIA *& armorum Hadrianopoli, Hæmimontis.*
SCVTARIA, *& armorum Martianopoli.*

Illyrici. IIII.

THESSALONICENSIS.
NAISSATENSIS.
RATIARENSIS.
SCVTARIA *Horreomargenſis.*
OFFICIVM *autem ſupraſcripti uiri illuſtris Magiſtri officiorũ de ſchola agentiũ in rebus eſt ita*
*Adiutor.*
*Subadiuuã adiutores duo.*
*Fabricarum tres.*
*Barbariorum tres.*
*Orientis unus.*
*Aſianæ unus.*
*Ponticæ unus.*
*Thraciarum, & Illyrici unus.*
*Curioſus curſus publici præſentalis unus.*
*Curioſi per omnes prouincias.*
*Interpretes diuerſarum gentium.*
*Magiſter officiorum ipſe emittit.*

## NOS IN TABELLA OSTENDIMVS QVIBVS PRAEEST MAGISTER OFFICIORVM.

**Magiſter officiorum præeſt.**
- *Scholis VIII.*
  - *Scutariorum 1.*
  - *Scutariorum 2.*
  - *Gentilium Seniorum.*
  - *Scutariorum Sagittariorum.*
  - *Scutariorum Clibanariorum.*
  - *Armaturarum iuniorum.*
  - *Gentilium iuniorum.*
  - *Agentium in rebus, & deputatorum ſcholæ.*
- *Menſoribus.*
- *Lampadarijs.*
- *Scrinijs IIII.*
- *Officio admiſſionũ.*
  - *Memoriæ, in quo viri 62 ex quibus*
    - *Antiquarum VII.*
      - *Græci IIII.*
      - *Latini III.*
    - *Adiutores Quæſtoris XII.*
  - *Epiſtolarum, uiri 34.*
  - *Libellorum, viri 34*
  - *Diſpoſitionum.*
- *Fabricis XV.*
  - *Orientis V.*
    - *Scutaria, & armorum Damaſci.*
    - *Scutaria, & armorum Antiochiæ.*
    - *Clibanaria Antiochiæ.*
    - *Scutaria & armamentaria Aedeſſæ.*
    - *Haſtaria Irenopolitana Ciliciæ.*
  - *Ponticæ III.*
    - *Clibanaria Cæſareæ Cappadociæ.*
    - *Scutaria, & armorum Nicomediæ.*
    - *Clibanaria Nicomediæ.*
  - *Aſianæ I.*
    - *Scutaria, & armorum Sardis Lydiæ*
  - *Thraciarum II.*
    - *Scutaria, & armorum Hadrianopoli Hemimonti.*
    - *Scutaria, & armorum Martianopoli.*
  - *Illyrici IIII.*
    - *Theſſalonicenſis.*
    - *Naiſſatenſis.*
    - *Ratiarenſis.*
    - *Scutaria Horreomargenſis.*

**Limitaneis**
- *Comitibus II.*
- *Ducibus XIII.*





## *DE SCHOLIS QVIBVS PRAEERAT Magiſter officiorum. Cap. LXIII.*

IN primis ſcholis octo Magiſtrum officiorum imperaſſe Notitia, ſcribit: Quatuor ſcutariorum, duabus Gentilium, uni armaturarum, & alij Agentium in rebus, quæ ſcholę palatinæ a Marcellino [a] appellantur, quia tuebantur palatium. Solis, inquit, ſcholis Conſtantius iuſsit Gallum eſſe contentum, palatinis, & protectorum cum ſcutarijs, & gentilibus. & infra. Aduocatos palatinarum primos ſcholarum allocutus eſt. Scholam, non locum ubi uirtuti datur opera, neque ipſam uirtutis exercitationem, ſed tempus opportunum, quo uirtuti uacatur, ſignificare Suidas memorat: in quo ſenſu [b] Cicero accepiſſe uidetur. Dierum, inquit, quinque ſcholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli: Sed hic ſchola pro ordine militantium accipitur. Vegetius [c] pro centuria ſumere uidetur. Per diuerſas, ait, cohortes, & diuerſas ſcholas promouentur milites, & ſubdit, Primi pili, Centurio poſtquàm in orbem in omnes cohortes per diuerſas adminiſtrauerit ſcholas, in prima cohorte ad hanc peruenit palmam. Hæ nõ legiones, non cohortes, non uexillationes erant, ſed corpora militum, vulgus Italicum ſocietates appellat. Scholas in plurali tantum Feſtus ponit. Præter has octo tres aliæ ſcholæ fuerunt ſilentiariorum, & equitum, peditumque domeſticorum; Itaque undecim, in toto Orientis imperio, ſcholę reperiuntur, & ita à Iuſtiniano [d] numerantur. Duæ inermes Agentium in rebus, & Silentiariorum, & nouem armatæ militiæ; qui erant milites Armeni, omnium præſtantiſsimi numero 3500. computatis duabus domeſticorum ſcholis. His duo millia militum addidit Iuſtinianus, qui ſuper numerarij ſunt uocati Suidas. [e] Erant, inquit, 3500. ex præſtantiſsimis Armenis in ſcholas diuiſi, & Principis palatium cuſtodiebant, & ideo huic Magiſtro parebant, ac uberius cæteris militibus ſalarium percipiebant. Hæc à Procopio ἀνεκδότοις mutuatus uidetur, ubi idem forme ſcribit. Alij inquit milites non pauciores tribus millibus quingentis ad cuſtodiam Palatij ſunt conſtituti quos ſcholares uocant, quibus longe maius ſtipendium, quam ceteris dari conſueuit, initio ex præſtantiſsimis Armenis delecti hunc honorem promeruerunt; Poſtquam uero Zeno imperium adeptus eſt, inter eos etiam molles & imbelles ſunt recepti, donec progreſſu temporis etiam ſeruilis conditionis homines hunc honorem emerunt, verum Iuſtinianus Princeps factus plures magna pecunia ab eis recepta ad hunc honorem promouit. Et cum numerũ compleſſet, alia duo millia addidit, quos ſupranumerarios uocauit, nullamque pecuniam illis dedit. Scholis nouem tantum Magiſter officiorum imperabat; Domeſticorum, enim equitum peditumque ſcholæ à ſuis Comitibus Magiſtrorum militum uices agentibus iudicabantur. [f] Notitia uero VIII. tantum ſcholas, ut dictum eſt, ſub Magiſtro officiorũ ponit, Silentiariorum omittens, quos Primicerio cubiculi paruiſſe tradidimus. Hi tamen poſtea à Magiſtro officiorum ſunt iudicati. Zeno, [g] Iubemus inquit, qui quemlibet deuotiſsimorum ſilentiariorum ſcholæ ciuiliter uel criminaliter pulſare maluerint, ex iudicio tantummodo Magiſtri officiorum cõueniri. Nullus uero has ſcholas ingredi poterat, qui a Principe probatus non eſſet, & ideo ipſorum nomina in ſcrinijs maioris laterculi à Notarijs tribunis ſcribebantur, ac ſingulo quadrimeſtri multis quotidie decedentibus uel abeuntibus, eorum album, uel matriculæ renouabantur. [h] In primis ſcholaribus omnibus interdicebatur, ne cuiuſquam prædia conducerent, ne ab armorum exercitatione auocarentur. [i] Aliæ ſub P. P. erant ſcholæ, [k] quibuſcum hæ undecim nihil commune habent. Cuique ſcholæ ſuus præerat Comes, uir ſpectabilis. [l] Ita enim ſcholarum capita Theodoſius & Honorius A A. uocant. [m] Comitem ſequebatur Primicerius, qui idem Tribunus uocabatur, & ipſe ſpectabilis. [n] Poſt hunc X. primi ſequentes erant clariſsimi. [o] Quorum primus Secundocerius eſt dictus, poſtea hi ad Primicerij gradum promouebantur. [p] Decem iſti primi ſcholarum ad exemplum Decurionum Ciuitatum ſunt inuenti, qui & ipſi decem primos habebant, [q] poſt hos erant Ducenarij, deinde Centenarij, mox Biarchæ poſteà circitores, ex inde equites, ultimi tyrones, qui erant plures, quemadmodum in ſchola Agentium in rebus. [r] Hos deponendi, corrigendiuè facultatem, eorum Comes non habebat: ſed hoc ad Magiſtrum officiorum ſpectabat. [s] Ducenarij. CC. militibus præeſſe conſueuerant. Centenarij. C. [t] Biarcha uero erat comeatui Præfectus, nam Bios uictum ſignificat: ſimilis erat Præfecto contubernij. X. militum. [u] Circitor, publicus urbis cuſtos, aliàs circitores ſunt, qui res uenales per urbem circunferunt. [x] Apud milites pro eo, qui uigilias circuit, accipitur. Eques uerò plus erat, quam ſimplex miles. Pedes dicebatur, qui nullum ad huc gradum habebat. Primoribus ampliora ceteris ſtipendia dabantur, ut ait Suidas. Nam, prout gradu excellebant, plus habebant: Nemini uero licebat, ſcholarem fieri, aut ad eorum gradum promoueri ſine Principis conſenſu, & ob id codicillis à Notarijs laterculenſibus ſcriptis, & à Principe ſubſcriptis, creabantur: & eorum nomina in laterculo maiore conſeruabantur. Cum uero tria millia & quingenti Armeni, in IX. ſcholas diuiderentur, inter hos Agentes in rebus, & Silentiarij inermes, non connumerabantur: ſingula ſchola ſi æqualem facimus diuiſionem, minus 400. militibus continebat. Sub Magiſtro officiorum ſequentes ſcholæ à Notitia recenſentur.

SCHOLA SCVTARIORVM PRIMA Hi & ſequentes Principem comitari conſueuerãt. Zoſimus [y] Recedentibus, inquit duobus ordinibus qui Principem ſtipare ſolebant Scutarij dicuntur. ſcutis enim potiſsimum utentes, totum etiam corpus, armis tegebant, non tamen equos, ut Clibanarij. ita armis tectos pedites, Scutatos uocatos fuiſſe, auctor eſt Veger. [z] Hi à Conſtantino inſtituti uidentur, quibus, & ſchola Clybanariorum panes quoſdam aſsignauit. [a] Huius ſcholæ meminit Marcellinus, [b] obſcuris, inquit paucorum ſuſurris nomen perſtringebatur Equitij ſcholæ primæ Scutariorum, etiam tum Tribuni: idem. [c] De Scutarijs autem, ait, & Gentilibus excepere quemque promptiſsimum. & alibi. Primi Scutarij ſub Magiſtro militum præſentali primo, & Magiſtro per Orientem, merebant inter uexillationes Comitatenſes: ſed an ſint ex his ſubſiſto. Armis utebantur, qualia in officiorum Magiſtri inſignibus oſtenduntur: Hi & ſequentes etiam in occidente reperiuntur.

SCVTARIORVM SCHOLA II. dicta ad primæ differentiam, cuius idem Marcellinus. [d] meminit, Quibus, inquit, compertis, Valẽtiniano, qui cum his redierat regenda Scutariorum ſecunda ſchola cõmittitur: Is eſt Valentinianus qui mox imperauit. Secundi Scutarij, equo ſub Magiſtro præſentali, inter vexillationes Comitatenſes militabant.

SCHOLA GENTILIVM ſeniorum, Hi erant idololatræ ex Barbaris Rom. imperio minime ſubditis, varijſque gentibus collecti, vt ait Zonaras [e] Modeſtinus quoque [f] appellat Gentilium ſacerdotia Idololatrarum, Procopius [g] Romanis foederatos gentiles Phylarchos fuiſſe dicit. De his ita Marcellinus, [h] Prõpte præire ante alias duo iuuenes lecti in principijs adeundi diſcriminis Saluius Vlipicinus ſcutarius vnus, alter ſcholę Gẽtiliũ. Et alibi. [i] Malaricus Gẽtiliũ rector. Hi in occidẽte quoq; militabãt,

C. de priuilegijs ſcholarum. C. de comitibus & tribunis ſcholarum
a lib. 14.
b li. 1. Tuſculan.
c li. 2. ca. 71.
d in l. ul. C. loca.
e in uerbo. ὑπεράμυθμος, & in uerb. σχολάροι.
f l. 1. C. de uenatione fera. li. 11. in inſcriptione.
g in l. 4. C. de ſilentiar.
h l. ul. C. de off. Mag. offic.
i d. l. ul. C. loca.
k l. 2. C. de offi. P. P. Africæ.
l l. 1. C. de priu. ſcholar. l 3. C. de off. Mag. off.
m d l. 3. Cod. de off. Mag. offic. l. 1. Co. de com. & tribun. ſcolar.
n l. 2. C. de domeſt. & protect. ſeu l. ul. C. T. co.
o d. l. 2.
p d. l. 2.
q l. 1. in princ. l. 3. §. Decaprotos. l. vl. §. munera. ff. de muneri. & honor.
r l. 3 C. de Agẽt. in reb.
ſ l. 3. C. de offic. Mag. offic.
t Veget. li. 2. c. 8.
u Veget. d. c. 8.
x l. quicũque. §. ſed & eos. ff. de inſtit.
y in textu.
z li. 1. cap. 20.
a l. 9. C. T. de annon. ciuilib.
b lib. 26.
c lib. 20.
d l. 25. ad finem.
e in Madrucian.
f in l. Athlatæ. §. 1. de excuſ. tuto.
g lib. 5. de bello Perſico.
h lib. 27.
i lib. 15. & li. 20.

SCVTARIORVM SAGITTARIORVM. Hi armis undique tecti ſagittis utebantur in prælio. Eiuſdem nominis cuneus ſub Duce Mœſiæ ſecundæ me ſebat, & alius ſub duce Daciæ, niſi fuerint ſequentis ſcholæ.

SCVTARIORVM CLIBANARIORVM, ideſt, Cataphractorum, ipſi, & equi, toti erant armis con tecti, quemadmodum ſupra expoſui, & hi à Conſtantino inuenti fuiſſe uidentur, quibus certos panes, quemadmodũ & alijs Scutarijs eſt elargitus. [a] Eorum arma in Magiſtri officiorum inſignibus, ſpectantur.

a d.l.9 C.Te.de anno.ciuilib.

ARMATVRARVM IVNIORVM ſchola eſt dicta, quia non loricis, ſed ſolidis armis ſupra oſtenſis, quas armaturas uocabant, utebantur, ut ait Aelianus, [b] qui pedeſtrem ordinem in tres partes diuidit, Armaturam, Velites & Peltatos. Grauiſsimis armis more Macedonum munitos, grauem armaturam uocat, qui etiam armati nominabantur, quod & de equitibus eſt dicendum: Nam Scutum grandius, & haſtam longiorem geſtant. Cuneus Secundorum Armigerorum erat ſub Duce Moeſiæ ſecunde. Armaturarum ſeniorum ſchola, in Occidente me rebat. Harum & Marcellinus, [c] meminit Balcobaudes, inquit, armaturarum tribunus. Ordinem ſcholarium iuniorum à Gordiano iuniore reſtitutũ, & iuniorum ab eo uocatum Cedrenus ſcribit.

b in libello de inſtruendis acieb⁹.
c li.14.15. & 29.

GENTILIVM IVNIORVM ad differentiam ſeniorum nuncupatorum, In Occidente ſex tantum ſcholæ nominantur.

## DE SCHOLA AGENTIVM IN rebus. Cap. LXIIII.

Co. de agentibus in rebus.

OCTAVA Magiſtro officiorum, parebat ſchola Agẽtium in reb. quam uelut præcipuam, & officio à ceteris diuiſam proprio capite tractandam eſſe cenſui. Hi erant Principis nuncij in prouincias, & alia loca ob diuerſa negocia miſsi. D. Hieronymus, [d] quos inquit, nunc Agentes in rebus, uel Veredarios appellant, ueteres Frumentarios nominabant. Sextus Aurelius Victor. [e] Nec minore, inquit, ſtudio pacis officia vincta legibus ęquiſsimis, ac remoto peſtilenti Frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum ſimillimi ſunt, qui cum ad explorandũ annunciandumque, qui fortè in prouincijs motus exiſterent, inſtituti viderentur, compoſitis nefariè criminationibus, iniecto paſsim metu præcipuè remotiſsimo cuique cuncta foedè diripiebant. Hactenus Victor. Frumentariorum nomen antiquitus inſtitutum, uſque ad Conſtantinum permanſit. Ante Hadrianum enim & poſteà ſub multis Principibus, Frumentarij appellabantur. Spartianus loquens de Hadriano, [f] erat inquit, curioſus non ſolum domus ſuæ, ſed etiam amicorum, ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret. Lampridius in Commodo, Præfecti prætorio, ait, Anterum eductum è palatio ſacrorum cauſa, & redeuntem in hortos ſuos per frumentarios occiderunt. Item Capitolinus ita de Macrino, [g] cum quidam milites ancillæ hoſpitis pudorem deprauaſſe ſuſpecti eſſent, atq; per quẽdam frumentarium ille didiciſſet, adduci eos iuſsit, & pęna affecit. Idem in Maximo & Albino ſcriptum eſt, præterea ad omnes prouincias miſsis frumẽtarijs iuſſumque, ut quicunq; Maximinum iuuiſſent, in hoſtiam numero ducerentur. Item Trebellius Pollio in Claudio, cum nunciatum eſſet Gallieno per frumentarios Claudium iraſci, quod ille mollius viueret, nihil eum grauius accepit. Frumentarij fortè a militibus frumentarijs legionum ſunt dicti, quorũ crebra in antiquis monumentis fit mẽtio, ſicut enim illi frumenta perquirebant, ita iſti inueſtigabãt, quæ in prouinciis fierent, & Principi nunciabant, eiuſque mandata ad quoſcunque perferebant. Poſtea agentes in rebus ſunt uocati, qui iuſſa Imperatoris exequebantur. Conſtantinus enim ad Agentes in rebus ita ſcribit. [h] Ad curas agendas, & curſum illi exeant, quos ordo militiæ uocat & laborum: curas enim uel res agendas pro negociis Principis ponit. Item Conſtantinus, [i] Agentes inquit, in rebus ad mouendum militem mitti conſueuerunt. Arcadius, & Honorius, [k] Quicunque, aiunt, e palatio noſtro ad prouincias cõmeauerit, compulſor, exactor, Admonitor, Portitor uè præcepti, Agens in rebus hoc tantum poteſtatis arripiat, quantum eſt mandatum. vt plurimum ergo erant Veredarii, qui litteras & mandata Principis celeriter ferebant, qualem fuiſſe Zenonem Anachoretam Theodoretus Theophiles ſcribit. [l] cum pronũ ait, Imperator Valens fuiſſet de medio ſublatus militare depoſuit cingulum. Erat autem adſcriptus in numerum eorum, qui litteras Imperatoris ferebant celeriter. Honorius A. [m] Agentes, inquit, in rebus, quibus iniuncti negocii tempus emenſum eſt, ad comitatum reuerſi probent cauſas neceſſariæ tarditatis. Varia enim iis à Principe negocia committebantur, quæ intra præfinitum tempus exequi tenebantur. Et quoniam ſemper in itinere verſabantur, eos ſæua pericula adire, & uitę renunciare Theodoſius ſcribit. [n] ex his aliqui ad manſiones mittebantur, ut inſpicerent, ne quis ſine diplomate, aut ſupra modum euectionis curreret. Conſtantius, [o] agentes in rebus in curis agendis, & euectionibus publici curſus inſpiciendis, prouidebunt, ne quis citra euectionis auctoritatem moueat curſum, uel amplius poſtulet, quam conceſsit euectio. Hæc ille. Ad hoc munus ſinguli in ſingulas prouincias mittebantur, ut Arcadius, & Honorius, [p] ſanxerunt. Agentes, inquiunt, in rebus ſingulos in ſingulas prouincias, mittendos eſſe cenſemus, quibus inſpiciendarum euectionum tantum debeat cura mandari: Nec uero ex omni numero mittebantur, ſed qui gradum in ſchola meruiſſent. [q] Hi curioſi dicebantur. [r] Primicerius Senatorque, qui aliis in ſcholis eſſe conſueuerant, in hac non reperiuntur, ſed tantum Ducenarii, qui plus. 48. eſſe non poterant, & centenarii qui numerum 200. non excedebant: Biarchæ 250. circitores 300. Equites. 450. qui ſimul iuncti gradu fungentes. 1248. numerum, implebant. [s] Alii præter hos priuati nunciis per diuerſa loca perferendis uacabant. Inſtar primę cohortis Milliariæ dictæ, erant ordinati. Quemadmodum enim illa Primipilum. 400. militibus prę fectum habebat, & primum haſtatum, qui 200. regebat, & Ducenarius uocabatur: Principem Secundum haſtatum, qui ſinguli. CL. militibus præerant, & Vltimum, qui centum uiris imperabat. [t] Sic iidem ferè gradus in ſchola Agentium in rebus inueniebantur.

d in 1.ca. Abdię.
e de Cæſaribus in Diocletiano.
f in eo.
g in eo.
h in l.1.C. de officic. Mag. off.
i in l.7. C.T. de curſ. publ.
k in l.2. C. de executor. & exactor.
l in relig. hiſtor.
m in l.15. Co.T. eo.
n l. principes. C. de princip. agen. in reb.
o in l.2. C. de curioſis.
p in l. ulti. C. de curioſ.
q l.1.C. de offic. Mag. officio.
r in l.1. & ſeq. C. de curioſ.
ſ l.3.C. de agentib. in reb.
t Vege. li.2. ca.8.

In hanc enim ſcholam recepti, primo Equites, mox Circitores, Biarchi, Centenarii, Ducenariique gradatim fiebant, donec ad Principis gradum aſcenderent, ideſt primi officiorum magiſtratuum crearentur: [u] Cum enim à laboribus itinerum quieſcebant, tum Ducenarii, & Centenarii facti, in prouincias mittebantur, ut magiſtratuum officiis præeſſent, & tunc Principes uocabantur, quo munere functi, Proconſulis, aut Vicarii dignitatem aſſequebantur. [x] Inuenio autem in Orientis prouincias XIIII. Principes officiorum ex ſchola Agentium in rebus exiſſe. In Occidentis Sexta. In Scriniis etiam memoriæ epiſtolarum, & libellorum, Adiutorum officio fungebantur. [y] In Fabricarum quoque ſcrinio quatuor ex his qui Principes fuiſſent, pro Subadiuuis ſeruiebant. [z] Stipendium à Principe percipiebant, leg. ultim. ad medium. Cod. de inoffic. teſtam. & ideo ſine ſcriptura probatoria ab eo, ſubſcripta eligi non poterant, quæ in ſcrinio memoriæ, ubi illi Subadiuuæ erant, reponebatur. [a] Aliæ uero ſcholæ à Primicerio notariorum tractabantur: Hanc ſcholam eſſe opinor, quæ palatina uocatur, & lites coram Principe agitatas exequebatur, [a] officia palatina à D. Ambroſio appellantur, [b] palatina, inquit, omnia officia, hoc eſt memoriales, agentes in rebus temperant à proceſſu. Priuilegium habebant huius ſcholæ Centenarij, Ducenarij, & Adiuuæ, ne ſub alio Romæ aut Conſtantinopoli quàm Magiſtro officiorum conuenirentur; alibi uero iure communi utebantur. [c] & ideo magiſtriani diuinorum officiorum à Metaphraſte appellantur. [d] Idem eorum matribus, uxoribus, liberis, ſeruiſque priuilegium tribuitur. [e] Hos Gotthi Saiones appellabant, ut ex pluribus Caſſiodori locis deprehenditur.

u l.1.C. de offic. Mag. offic.
x l.3. l.105. & le. ſeq. C. de princi. agent. in reb.
y l. agentes in rebus. C. eod.
z d.l. agent. l. ex eo. C. de agentib. in reb.
a l.3. in fi. C. eo. & l. ult. C. de diu. off. §. & eſt notit.
a l. properandũ. §. ſin autem utraque parte. C. de iudi.
b epiſtol. 33. ad Marcel. ſoror.
c l. ex eo. C. eo. de iud.
d 22. Octob.
e l. ul. C. eod. h. noſtro tit.

In ſchola Agentium in rebus erant quidam Deputati dicti, quos eos fuiſſe opinor, qui ipſis Agentibus uelut miniſtri inſeruiebant, & eos currentes, comitabantur, quemadmodum apud Valentinianum legimus. [f] ſeruos publicos armorum fabricæ deputatos fuiſſe, qui carbones accendendo, aut ligna ferendo, uel huiuſmodi alia agendo, armis fabricandis inſeruiebant, ut Dendrophori, & ſimiles, quorum etiam Nouella 85. meminit, [g] Sic deputati ſacrę veſtis erant, qui eas manibus componebant & aptabant: [h] Reliqua agentium in rebus ex officio huius Magiſtri ſunt petenda, quod totum ex his conſtabat. Hæ ſunt octo ſcholæ, quibus Magiſter officiorum imperabat. Nunc ad alios palatij miniſtros illis ſubiectos eſt tranſeundum.

f in l. ulti. C. de ſer. fugi.
g ſeu Authe. de armis §.1.
h l. ſcrinijs §. deputati C. de palatin. ſacr. larg.

## DE MENSORIBVS, LAMPADARIIS, admiſſionalibus: & inuitatorijs. Cap. LXV.

. de menſorib.

MENSORIBVS etiam Magiſter officiorum imperabat, qui Principem in aliquam ciuitatẽ, iturum præibant, & domos, in quibus quiſque hoſpitaturus eſſent, ſigno denotabant, ut ad Theodotum Magiſtrum officiorum Valentinianus A. ſcribit, [i] apud quem vulgo legitur Metatores: Sed in Codice Theodoſiano eſt Menſores, & ita appellat Vegetius: [k] Menſores, inquit, ſunt, qui in caſtris ad Podiſmum dimetiuntur loca, in quibus milites tẽtoria figunt, uel hoſpitia in ciuitatibus præſtant. Metatores uerò appellat, qui præcedentes locum eligũt caſtris. Plerunque tamen promiſcuè Metatores & Menſores vocantur, qui ante exercitum uias complanabant. D. Ambroſius, [l] metatores, inquit itinera diſponunt: id clarius in pſalm. 118. ſermo. 5. uerbis explicat. miles, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipſe diſponit ſibi, nec pro ſuò arbitrio viam carpit, nec uoluptaria captat compendia, ne recedat a ſignis, ſed itinerarium ab Imperatore accipit, & cuſtodit illud, præſcripto incedit ordine, cũ armis ſuis ambulat, rectaque uia conficit iter; ut inueniat commeantium parata ſibi ſubſidia. Si alio ambulauerit itinere annonam non accipit, manſionem paratam non inuenit, quia Imperator ijs iubet hæc præparari omnia, qui ſequuntur, nec dextra nec ſiniſtra à præſcripto itinere declinant, meritoque non deficit qui Imperatorem ſequitur ſuum. Moderatè enim ambulat, quia Imperator non quod ſibi vtile, ſed quod omnibus poſsibile, conſiderat: ideo & ſtatiuas ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto requieſcit die. Eliguntur ciuitates, in quibus triduum, quatriduum, & plures interponantur dies, ſi aquis abundãt commercijs frequentantur, & ita ſine labore conficitur iter, donec ad eam vrbem perueniatur, quæ quaſi regalis eligitur, in qua feſsis exercitibus requies miniſtretur. Hactenus D. Ambroſius. His concinit, quod Lampridius in Alexandro ſcribit itinerum, ait dies publicè proponebantur, ita ut edictum pẽderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, & in prima mãſione mãſurus: Deinde per ordinem manſiones, deinde ſtatiuæ, deinde ubi annona eſſet accipienda: idem fermè tradit Cõſtantinus Porphyrogenneta de thematibus menſores, inquit, ſunt, qui Foſſatum metiuntur & conſtituunt; Foſſatum autem caſtra appellat, in quo ſenſu hoc uocabulum ab Honorio [m] & Zoſimo [n] vſurpatur. Sed à Leone A. [o] menſores inter eos ponuntur, qui in Principis palatio alio officio fungebantur, & fortè aulicis annonam, & equis pabula metiebantur. Hi quoque à Principe in ſcrinio libellorum probabantur. [p] Eorum Primicerius. ideſt primi cum biennio in eo gradu permanſiſſet, ultimi agentium in rebus locum conſequebatur, id eſt eius ſcholæ tyro fiebat, ut Honorius [q] ad Aemilianum Magiſtrum officiorum ſcribit. Alij erant menſores apud magiſtros militum, qui & ipſi domos ſignabãt in quibus milites erant hoſpitaturi, qui ad hunc locum non pertinent.

i in l.1. & 2. Co. de metac.
k li.14. ca.7.
l in l. amero l.5. cap.10.
m in l.1.C.T. de terris limit.
n lib.3.
o in l. ulti. C. de diuer. off.
p l. ul. ad fi. C. d.
q in l. unica, Co. de menſor.

LAMPADARIIS quoque Magiſter officiorum præerat non ſolum his, qui lampadum palatij curam habebant; vt accenderentur & niterent, ſed, & aliis quos ad uſus ſcrinij deputatos fuiſſe Leo [r] ſcribit. Ea erant ſcrinia memoriæ, libellorum, epiſtolarum & admiſsionum, quorum ſcribis in multam noctem vigilantibus, & ſcribentibus, cum Lampadibus opus eſſet, his accendendis & curandis Lampadarij præficiebantur, qui in ſcrinio libellorum, & ipſi à Principe erant probandi. [s] Auctor eſt in Commodo & Pertinace Herodianus principi ignem prælatum fuiſſe, de cuius miniſtris uereor hic non intelligi, cũ Leo A. de his notitiæ aulicis loquens eos menſores, & lãpadarios ſuæ diſpoſitioni reſeruet qui ſcrinijs inſeruiunt. Habebant lampadarij primicerium, qui triennio tantum ea dignitate fungebatur, ut et ſequẽtes illum gradum poſſent adipiſci. [t] Alij erant lampadarij in officio Præfectorum Præto. de quibus Iulianus Patritius. [u] Legimus, & lampades Vicario Ponticæ & alijs prælatas fuiſſe, in edictis [x] Iuſtiniani de quibus infra dicetur. Sed etſi quatuor prædicta ſcrinia ſub Magiſtri officiorum diſpoſitione fuerint: quoniam eorum Magiſtri inter ſpectabiles à Notitia recenſetur, de his & ipſorum inſignibus ſuo loco dicendum ſeruabo.

r in d. l. ul. ad fi.
ſ d l. ult.
t Noue. Theod. tit. 34.
u in epitom. Nouel. 38.
x in dicto 8. Nouel. 41. Iulian. d. Nouel. 38.

PAREBANT & Magiſtro officiorum ADMISSIONALES uocati. [y] Horum munus erat, uolentes adire Principem intromittere, unde ab admittendo admiſsionales ſunt nuncupati; cui muneri hunc Magiſtrum præfuiſſe ex Caſsiodoro ſupra diximus. Lampridius in Alexandro, Cum amicis tam familiariter uixit, ut communis eſſet ei ſæpè conſeſſus, iret & ad conuiuia eorum, aliquos autem haberet quotidianos, etiam non uocatos, ſalutaretur uero quaſi unus de ſenatoribus, patente uelo, admiſsionalibus remotis, aut ſolis his, qui miniſtri ad fores erant. Horũ primus, Magiſter uocabatur. Vopiſcus. [z] Arrogationem, inquit, inſerendam credidi ex libris Acolij qui Magiſter admiſsionum Valeriani Principis fuit, Marcellinus. [a] Per admiſsionum Magiſtrum, qui mos eſt honoratior, accito, eodem ingreſſo conſiſtorium offertur purpura. Hunc ſequebatur proximus vocatus. idem Marcellinus, [b] manumittendis, ait ex more inductis per admiſsionum proximum, Iulianus leges agi dixerat. Hæc ille. Horum corpus officium uocatur, quia officium habebant Principem allocuturos intromittendi. Imperante Caio Caligula in uſu erat admiſsionalis, qui legatos ad Principem introducebat. Philo de legatione ad Caium, miſſo, inquit, ad nos caio, qui legationibus admittendis præerat, pollicitus eſt ſe cogniturum cauſam noſtram per ocium. Hæc ille. Is etiam acta principis ſeu annales ſcripſiſſe uidetur. Vopiſcus, enim in Aureliano narrat Acoliũ magiſtrũ admiſsionũ Valeriani plures libros illius actorũ feciſſe. in Occidente

y l.2.C. de priu. cor. qui in ſacr. palat. milit. & in l. ult. C. de diuer. off.
z l. in Aurelian.
a lib.5.
b lib.22.

præter admiſsionales, inter palat ij officia recenſen tur cancellarij, qui hic omittuntur.

Erant & INVITATORES ſub eodem Magiſtro officiorum, qui diuerſos ad coenam Principis inuitabant, aut alias uocabant, ut ad eum uenirent.[a] Hos uocatores appellat Tranquillus in Caligula,[b] compererat, inquit, prouincialem locupletem ducenta ſeſtertia numeraſſe uocatoribus, ut per fallaciam conuiuio interponeretur. Nec tulerat moleſtè tam magno æſtimari honorem cenæ ſuæ: Idem Seneca de tranquillitate uitæ Caligula, inquit, gauiſus eſt, quod ille prouincialis tanti fecerit ſecum coenare, ut ob id magnam pecuniam erogauerit uocatoribus, à quibus fuerat inuitatus: ita etiam nominat Martialis, iam dices mihi uapulet uocator: & Catullus in hendeca ſyllabo, quærunt in triuio uocationes. Plinius,[c] Ptolomæo regnante, inquit, Apelles Alexandriam ui tempeſtatis expulſus ſubornato fraude æmulorum Plano regio, inuitatus ad Regis coenam uenit, indignantique Ptolomęo, & uocatores ſuos oſtendenti, ut diceret, à quo eorum inuitatus eſſet, arrepto carbone extincto e foculo, imaginem in pariete delineauit, agnoſcente uultum Plani Rege ex inchoato protinus. Hæc ille. ex quibus conſtat non modo Reges, ſed & Principes Romanos inuitatores, ſeu uocatores habuiſſe, qui conuiuas ad Principis menſam inuitarent: Tunc enim amicos frequenter ad ſe uocare conſueuerant, ut ex Tranquillo & alijs liquet. De his intelligit corippus lib. 3. dum ait, iuſſuque regentis acciti proceres oēs. Inuitatores ſicut præcedentes probandi erant à Principe, codicillis in ſcrinio libellorum conſcriptis. Horum Notitia non meminit: Sed quia cum Admiſsionalibus à Leone A. recenſentur, & huic Magiſtro paruiſſe creduntur, eos hic locandos cenſui.

a d.l.ul. C.de diuer. off.
b cap. 99.
c li. 35. ca. 10.

Cod. de Fabricēſibus.

## DE V. FABRICIS IN DIOECESI *Comitis Orientis, & Fabricenſibus.* Cap. LXVI.

QVINDECIM in Orientali imperio fabricæ erant inſtitutę, ideſt loca in quibus arma fabricabantur, uidelicet quinque in Oriente, tres in Pōto, una in Aſia, duæ in Thracijs, & quatuor in Illyrico, omnes in oppidis locatæ, quæ non longè à limitibus imperij militibuſuè eſſent. Neque uero omnia armorum genera in ſingulis fabricis, paucis exceptis fiebant, ſed certa in diuerſis. Fabricæ græcè ὁπλοποιία dicebantur.[d] & fabricenſes arma ipſa fabricantes.[e] Quæ fabricata & perfecta in publicum armamentarium deferebant.[f] Nul li autem ea uendere aut emere, ſicut nec alibi facere licebat.[g] Creabantur Fabricenſes idonei uiri, & probati, qui curiales nō fuiſſent, nec ulli oneri ciuitatis obnoxij. Quare prius teſtibus de hac re examinatis, & actis apud Præſidem prouinciæ, uel ciuitatis defenſorem conſcriptis, qui à curia liberi appare bant, in Fabricenſium collegium cooptabantur, & ex publico ſalarium accipiebant.[h] Formulam de armorum factoribus creandis Caſsiodorus[i] recitat, ſemel uero Fabricenſes facti donec Primicerij hono re functi fuiſſent, nec ipſi, nec eorum liberi, fabricam armorum deſerere poterant, ſed inuiti, cui ſemel erant adſcripti, fabricæ obnoxij permanebant: Et ideo ut ubique dignoſci poſſent, nota ſeu ſtigma eorum, brachijs, quemadmodum & Tyronibus imprimebatur.[k] Arcadius A. ſtigmata inquit, hoc eſt nota publica, fabricenſium brachiis ad imitationem, tyronum infligantur, ut hoc ſaltem modo poſsint latitantes agnoſci: Hæc ille. Ob fabricanda uero arma compellebantur prouinciales carbones con ferre, exceptis palatinis, qui à ſordido hoc munere erant immunes.[l] Habebant ſingulæ fabricæ ſuum collegium, in quo exemplo ſcriniorum quinque primi eminebant.[m] qui ampliora ſequentibus ſtipendia conſequebantur. Horum primus Primicerius fabricæ uocabatur.[n] gradatimque proximi in locum decedentium ſuccedebant. Tribunum fabricarum primicerium Marcellinus[o] appellat; Ad Tribunum, inquit, miſerat fabricæ Cremonenſis. Primicerij facti poſt biennium à fabricandi laboribus immunes tanquam protectores, ad ſalutandum Principem ſeu exoſculandum ſacram purpuram admittebantur.[p] Valentinianus A. Primicerium inquit, fabricæ poſt biennium non ſolum uacatione, uerumentiam honore donari præcipimus, ita ut inter protectores, (eiuſdem fabricæ) per biennium, adoraturus æternitatem noſtram ſuo quiſque tempore dirigatur. Intelligit autem, ut Primicerius cū protectoribus corporis Principis, ad eū ſalutandū admittatur, non fabricæ protectores. Mendoſum enim eſt, & ex Codice Theodoſiano delenda ſunt illa uerba, EIVSDEM FABRICAE. Immunes etiam ab hoſpitibus recipiendis erant fabricenſes,[q] iudicemque ſolum Magiſtrum officiorum habebant.[r] Eius enim cura arma fabricabantur, & ad diuerſa loca transferebantur[s] prout opportunum uidebatur, aliquo ex fabricenſibus decoquente aut fugiente pro eo ceteri tenebantur, & ideo bona ſine legitimo herede defuncti ad corpus fabricenſium pertinebant (Nouel. Theo. 13.)

d Nouell. 85. ſeu Aut. de armis. §. 1
e l. 1. & toto tit. C. de Fabricēſib. lib. 11.
f d. l. 1.
g §. 1. auth. de armis, l. cotem. ff. de publica.
h l. 4. C. de Fabricen. lib. 11.
i lib. ſettimo.
k l. 3. l. iure l. ul. C. eo. ti. de Fabricenſibus.
l l. maximarum, C. de excu. mun. m d. §. 1. in auth. eparm.
n l. 2. C. de Fabricenſibus.
o li. 15.
p d. l. 2.
q l. Fabricēſium C. de metat.
r l. pen. C. de Fabricenſ.
ſ l. ult. C. eo. tit.

Fabricæ uero Orientis ſuo Magiſtro officiorum erant, Prima DAMASCI SCVTARIA armorum dicta, quia in ea ſcuta & arma protegendi corporis gratia, ut thoraces, ocreæ, caſsides & ſimilia fabricabantur.[t] Scutaria clypeos Iuſtinianus uocat.[t] Horum forma in Magiſtri officiorum inſignibus ſpectatur. Damaſcum totius Orientis oculum appellabāt: Numus Voluſiani Coloniam appellat hac inſcriptione ΚΟΛ. ΔΑΜΑΣ. ΜΕΤΡΟ. ΙΕΡΑ. ΚΟΛ. itē in alio Numo ΚΟΛ. ΔΑΜΑΣΚΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΙΕΡΑ. ΚΟΛ.

Alia ſcutorum & armorum fabrica erat Antiochię quæ eſt urbs omnium clariſsima ad flumē Oruntem, Syriæ Comagenæ metropolis, ubi ſæpè Orientales, Principes degebant, ut conſtat ex plurimis iuribus ibi ſcriptis,[u] Epidaphne Plinio, Reblata in ſacris literis uocatur. Antiochenos maximam feliciſsimam que urbem inhabitantes totum formè annum ludos, & feſta concelebrare Herodotus[x] ſcribit.

Tertia clibanaria item Antiochiæ, in qua arma pro tegendis cataphractis parabantur, Clibanaria uoce Perſica dicta.[y] Huius fabricæ iura meminerunt.[y] Hæc credo erat Barbaricaria, in qua ſinguli Barbaricarij ſenas caſsides, & buculas per dies triginta fabricabant, & octonas argento decorabant:[z] quales,[a] Poeta deſcripſit; Alij thoracas ahenos, aut le ues ocreas lento ducunt argento.

Quarta erat Fabrica ſcutaria & armamētaria AEdeſſæ, in qua item ſcuta fiebant, & arma fabricata reponebantur. AEdeſſa uero urbs erat, metropolis Oſroenæ in Meſopotamia, in læua ad Euphratem,[b] vbi Augarus Rex imperauit, qui ad Dominum epiſtolam ſcripſiſſe dicitur, eumque D. Thadeus cum populo ad chriſtianam pietatem perduxit, auctor Nicephor.[c] ordini ciuitatis AEdeſſenæ Conſtantius ſcribit.[d] aliquot alia iura ibi ſunt condita.[e] Imperante Iuſtino à Scirto flumine, qui cam interfluebat, eſt ſubmerſa. ut auctor eſt Zonaras; qui, aqua ad ſuum alueum reuerſa, in fluuij ripa lapidem inuētum fuiſſe ſcribit, cui notis hieroglyphicis inſculptum erat.

FLVVIVS MALE SALTABIT CIVIBVS. Græci enim σκιρταν ſaltare dicunt Callirhoe a fonte co gnominatam Plin.[f] ſcribit. Legendum eſt autem Ediſſa pro AEdeſſa. Hanc Hebræi Harac uocant, Strabo[g] urbē ſacram quod inter aquarum impetus ſita, immobilis maneat.

Vltima erat Haſtaria Irenopolitana. Hæc Ciliciæ vrbs eſt ad Cydnum flumen poſita, & interpretatur ciuitas pacis; hic haſtæ fiebant.

t in d. Noue. 85. §. penult.
u l. 7. C. de num. l. 4. C. de metat. l. 22. l. 24. c. de decu rnib. l. 1. c. de pala. ſacr. larg. & alijs.
x li. 2. de hac ciuitate ſtrabo li. 16. Marce. li. 14. Gul. Tyri epiſcop. de bello ſacro lib. 4. cap. 9.
y l. Fabricenſium c. de metatis
z l. 1. c. T. de Fabricenſ.
a in 7.
b l. quicunq; per Oſroenam co. de cohortal.
c li. 2. ca. 7.
d l. 20. c. de decu.
e l. 2. c. de eroga. milit. anno.
f li. 5. ca. 24.
g lib. 16.





## DE FABRICIS PONTICAE. Cap. LXVII.

IN Pontica erant fabricæ tres, Clibanaria Cæſareæ Cappadociæ. Hęc vrbs Mozaca appellabatur, quam vt ait Euſebius Cæſarienſis, pulſo Archelao, Tiberius Cęſaream vocauit; Illi præſul præfuit Baſilius Magnus, & Euſebius Cæſarienſis.

Altera Scutaria & armorū Nicomediæ: Hæc vrbs dicta eſt à Nicomede Bithyniæ rege, quam in ſinu Aſtaceno condidit, multique in ea fuere nomine Nicomedes; Comedia vulgo dicitur: Turcæ Nichor appellant. Hic aliquot ſcripta ſunt iura.[a] Ibi Dioclecianum imperium depoſuiſſe, ait Eutropius. Olim Aſtacus eſt dicta, Pauſania, Marcellino, Cedreno, & Pollione auctoribus: Olbiam vocatam Stephanus tradit.

Tertia Clibanaria Nicomediæ; Duæ in hac vrbe erant fabricæ: altera, in qua ſcuta & arma ad protegenda corpora, altera vbi Clibanaria fabricabantur.

a ut l. 8. C. de decurionib. l. 4. C. de poſtulan. li. 6. C. de diuer. offic. l. vlt. C. ex quib. cauſ. infa. irrog. l. 9. C. de legi. hæred.

## DE FABRICA ASIANAE. Cap. LXVIII.

VNA tantum in Aſia erat fabrica, Scutaria & armorum Sardis Lydiæ, vbi olim Croeſi, & aliorum Regū fuit regia. Hinc ortus eſt Chryſanthus philoſophus, qui vt auctor eſt Suidas, omnia ſe diuino monitu facere profitebatur, & accerſitus à Didio Iuliano, ad eum accedere recuſauit, quaſi Deo nolente, nec multò poſt ille trucidatus eſt: In huius honorē, Sardis ſingulo quadriennio fiebat certamen, Chryſanthianum vocatum.[b]

b l. pe. ff. de ann. leg.

## DE FABRICIS THRACIARVM. Cap. LXIX.

IN Thracijs duæ fuere fabricæ, Scutaria & armorum Hadrianopoli Hęmimonti: Ea vrbs Yſcodoma olim vocabatur, vt ait Marcellinus vel Oreſta vt Lampridius, Oreſtiam vocat Zonar. quam cum tota regione Lucullus ſubegit, eam a ſe poſtea Hadrianopolim Hadrianus appellauit. Deciorum Principum patria fuit, quibus extinctis à Scythis eſt capta. Hic ſcripta aliquot fuere iura.[c] Altera fabrica Scutaria & armorum fuit Martianopoli; quam in Martiæ ſororis honorem Traianus cognominauit, vt auctor eſt Marcellinus.[d] Eius originis hiſtoriam Iornandes[e] latius explicat; Martionopolim, inquit, vrbem famoſam & metropolim Traianus Imperator hanc ob cauſam ædificauit, vt fertur, eo quod Martiæ ſororis ſuæ puella, dum lauat in flumine illo, quod nimiæ limpiditatis ſaporiſq; in media vrbe oritur, Potami cognomento, exindeque vellet aquam haurire, caſu vas aureum quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere grauatum, & longe poſt emerſit, quod certe nō erat vſitatum, ſed vacuum ſorberi, aut certe ſemel voratum vndis reſpuentibus renatare. His Traianus ſub admiratione compertis, fontiq; numinis quiddam ineſſe credens, conditam ciuitatem Germanæ ſuæ nomine Martionopolim nominauit. Hanc vrbem ad Pontum Euxinum inter Odyſſum, & Anchialum Itinerarium ponit. Zoſimus[f] vrbium maximam Thraciæ appellat. Multa ibi prælia Claudium ſecūdum Imperatorem commiſiſſe auctor eſt Pollio. De hac plura Suidas.[g] Valentem toto fermè anno Martionopoli moratum fuiſſe, iura ab eo ibi condita indicant.[h]

c l. 1. C. de ſuis & legit.
d lib. 27.
e de reb. Gothicis.
f in 4.
g in voce σκυθαὶ
h l. 1. C. de veſtibus holoſer. l. 6. C. de fid. & iur. haſt. fiſ. l. 4. C. de murile. l. 4. C. de erog. milit. anno. l. 1. C. de milit. veſte. & alijs.

## DE IIII. FABRICIS ILLYRICI. Cap. LXX.

QVATVOR in Illyrico fabricæ exercebantur; Vna Theſſalonicæ vrbis Macedoniæ, in Amphaſitide, ait Ptolomæus. Hæc Halis prius dicta; Stephanus a Caſſandro Rege conditā, ſcribit, quam Philippus Amynthæ filius, Theſſalonicam appellauit, quia eo in loco Theſſalos vicit: Sed Strabo ait, ab eius vxore ita nuncupatam. Iulius vero Tarreus, qui de ea librum compoſuit, a Theſſalonica illius filia appellatam affirmat: Emathiam Zonaras vocat. Nunc Salonich dicitur. Nobilis eſt Pauli epiſtola. ibi Reſp. Romana quæſtorium habuit, & pecuniam vectigalium tributorumque aggregabat, Cicer. pro Gn. Plancio, loquens de eo, Theſſalonicam me, inquit, in Quæſtoriumque perducit. Duodecim millia eius ciuiū Theodoſius Imper. occidit, quod populari tumultu ſuos magiſtratus, & milites oppreſſiſſent. Vnde a D. Ambroſio Mediolani templum ingredi prohibitus eſt.[i] Hic erat armorum fabrica, vbi etiam plura reperiuntur ſcripta iura.[k]

Alia eſt fabrica NAISSATENSIS, in Naiſſitate oppido. Naiſſo ſcripta eſt a Conſtantio ordini Decurionum Aedeſſenorum epiſtola,[l] quod oppidum idem cum hoc eſſe puto.

Tertia RATIARENSIS, fabrica erat in Ratiaria oppido. Rhetiariam legit Ptolomæus, quam in Myſia ſuperiore locat: Sed in iure[m] appellatur Retiaria, vbi quandoque Diocletianus ius condidit. Ratiaria, legio XIIII. GG. ideſt Gemina, hic ab Itinerario collocatur.

Quarta erat Scutaria Horreomargenſis, Margum eſt oppidum Moeſiæ primæ prout in eius Duce videbitur. Horreomargum vero nouiter ædificatum arbitror.

Alia, Valentiniano & Valente imperantibus, fabrica Conſtantinopoli fuit,[n] cuius Notitia non meminit, quod forte hoc tempore eſſe deſiſſet. Numerus armorum ſciri non poteſt. Appianus in proęmio primi libri libycæ hiſtoriæ tempore Hadriani, ſub quo vixit, ſcribit Rom. imperium curruum ad prælia inſtructorum duo millia habuiſſe, & armorum in ſupplementum trecenta millia.

Reperiebantur apud ſingulas fabricas quidam, Deputati dicti, qui erant ſerui, aut ad illud opus publicum damnati, vel mercede conducti, vt Dendrophori, aut Carbonarij.[o] Valentinianus; Si qui, inquit, publicorum ſeruorum fabricis, ſeu alijs operibus publicis deputati, domibus ſe alienis & priuatarum ancillarum conſortijs adiunxerint, conditioni priſtinæ, laborique reſtituantur. At Leo Imp. in libello quem de bellico apparatu inſcripſit, eos ſcribas fuiſſe, velle videtur, cui concinit, quod Baſilidi magiſtro officiorum Iuſtinianus mandat, vt aliquot ex chartularijs in ſcrinio fabricenſium conſtitutis deputet, qui priuatos arma facientes inquirant, & ea in armamentarium deferant, alioſque ad fabricanda arma idoneos quærant, qui inter fabricenſes referantur de his deputatis forte intelligitur. Nunc ad huius magiſtri officium eſt veniendum.

i Rufin. lib. 11. c. 18. hiſtor. ædes, c. cum apud, 11. q. 3.
k vt l. 1. C. de pe tit. bon. ſubl. l. 2. C. de cap. & diſt. ffſci debit. l. 32. C. de decurionibus. l. 2. C. de om ni agro deſer.
l l. 20. C. de decurionib.
m l. 8. C. comm. de ſucceſ. l. 21. C. de pignorib.
n l. 1. C. Theo. de fabricen.
o l. vlt. C. de ſen fugit.

## DE OFFICIO MAGISTSI *officiorum.* Cap. LXXI.

AD obeunda imperij negocia pluribus miniſtris & præſertim Curſorib. Magiſter officiorum egebat: Ideo eius officium ex agentibus in rebus ipſi ſubiectis conſtabat.[p] Quare iura,[q] quæ de illis agunt, & ad Magiſtros officiorum ſunt conſcripta. Primus ergo huius offici ex agentibus

p l. C. de offic. Mag. officior.
q C. de agentib. in reb.

tibus in rebus erat Adiutor, qui eius vice in gerendis negocijs fungebatur. [a] Caſſiodorus. [b] Adiutor etiam Magiſtri noſtris præſentatur obtutibus, vt Vicaria forte beneficij eligamus eius præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatiũ: Hæc ille. is à Magiſtro Principi oblatus, eius verbo ſine ſcriptura creabatur. Conſtantinus ad agentes in rebus. [c] Adiutor præterea inquit, in quo totius ſcholæ ſtatus, & ſecuritas Magiſtri conſtituta eſt, idoneus probitate morum, & bonis artibus prȩditus, noſtris per Magiſtrum obtutibus offeratur, vt noſtro ordinetur arbitrio: Ita enim legendum, & dictio adiutor, ſequentibus eſt coniungenda. Hic præerat etiam iudicijs, quæ coram Magiſtro officiorum agitabantur: [d] & quandoque Spectabilis, [e] quandoque clariſſimus tanquam ſenator vocatur. [f] Depoſitoque officio, Vicaria dignitate gaudebat. [g] Duos quoque habebat ex ijſdem agentibus in rebus Subadiuuas, ſeu coadiutores, vt ſignificat Notitia, quæ eſt mendoſa: apud quam legẽdum eſt, ſubadiuuæ adiutoris duo, ſic enim infra in eodẽ Occidentis officio ſcriptum eſt, ſubadiuuæ adiutoris: Id etiam Leo Imp. ſignificat, [h] Patritio Magiſtro officiorum ſcribens, ſub quo, & non alio, ſubadiuuas vult conueniri. Ex eadem ſchola, tres agentes, fabricarum rationes ſcribebant, totidem Barbariorum, lego Barbaricorum ideſt eorum, qui caſſides, bucculaſque, auro & argẽto, expreſſis hominum brutorumque imaginibus exornabant; Alij quinque ſinguli in ſua diœceſi, Orientis, Aſianæ, Ponticæ, Thraciarum & Illyrici fabricas curabant.

Eorum erat officium ſcribere numerum armorũ, quot haſtæ, ſcuta, caſſides, & id genus alia, ſingulis diebus ad vſum militum fabricarentur, quot armarijs inferrentur, impenſas in eis factas, & ferri fabricis illati quantitatem, & ſimilia. [i] Hæc erant tempore Notitiæ. Leo vero Imper. numerum ſubadiuuarũ adauxit, [k] iuſsitque vt qui ex agentibus in rebus, in prouinciarum officijs Principes fuiſſent, eorum quaterni ſubadiuuæ ſingula fabricarum ſcrinia quæ erant xv. per annum tractarent, & totidem Barbaricorum: Vnde ſexaginta quotannis ſubadiuuæ ſcriniorum fiebant, præter eos, qui Barbaricos curabant. Ex ijſdem agentibus alij ſubadiuuæ ſcrinijs vtriuſque laterculi inſeruiebant, & omnes ſalarium ex publico percipiebant. [l] Vnus etiam curioſus curſus publici, Præſentalis dictus ex ipſis agentibus conſtituebatur, qui proſpiciebat, ne quis ſine iuſſu Principis, equis publicis curreret, neuè euectionibus, vltra ſtatutum tempus, vel modum vteretur. [m] Hic degebat Conſtantinopoli, & ideo Præſentalis vocatur: Sed & alijs in prouincijs ſinguli curioſi eodem officio fungebantur. Arcadius, [n] ad Marcellum Magiſtrum officiorum; Agẽtes, inquit, in rebus, ſingulos, in ſingulas prouincias mittendos eſſe cenſemus, quibus inſpiciendarum euectionum tantum debet cura mandari. Erant in hoc officio & Barbarij dicti, qui in ſcrinio, ſcholarium nomina ſcripta ſeruabant. [o]

Alij ex agentibus in rebus variarum linguarum periti, diuerſarum gentium poſtulata interpretabãtur, & omnium idiomatum legatis reſpondebant. Interpretum dignitas, etſi magna fuit, ipſis tamen cũ Imperatore epulari non licebat. Procopius: [p] Iuſtinianus Bradunam interpretem menſæ adhibuit, quod nunquam prius conſuetum. Non enim interpretem quanquam nullo magiſtratu inferiorem, ſimul cum Imperatore epulari fas eſſe omnes norunt: Hæc ille. qui etſi loquitur de interpretibus legatorum, qui ad Principem mittebantur: minus tamen alij hoc honore dignabantur. Magiſter ipſe emittit, inquit Notitia, ſcilicet euectiones & veredos, datque facultatẽ cui voluerit, cum equis publicis currendi, quod præter P.P. nullus alius facit. Gratianus. [q] Iudicibus, inquit, faciendæ euectionis copiam denegamus, cum tantum noſtro muneri, & tuæ ſedi ideſt P.P. nec non viro illuſtri Magiſtro officiorum ſit reſeruatũ, cum neque Præfecto vrbi, nec Magiſtris militum, nec Ducibus, nec Vicarijs, nec cuiquam alij, præter memoratas duas poteſtates a nobis hoc conceſſum ſit. Hactenus Gratianus. Idem Caſſiodorus in formula magiſteriæ dignitatis. Sunt autem euectiones, codicilli, quibus facultas equis publicis currendi conceditur. [r] Hæc de magiſtro officiorum. Nunc ad proximum illuſtrem, ideſt Quæſtorem eſt veniendum.

a d. l. 1. C. de offi. mag. offic.
b in 6.
c in d. l. 1.
d in ſacris 3. C. de prox. ſacro. ſcrin.
e d. l. in ſacris.
f in l. vl. in fi. C. de caſtrenſian. & miniſter.
g l. eos. C. de princip. agent. in reb.
h in l. ex eo. & ſeq. C. de agent. in reb.
i l. 1. & vlt. C. de fabricenſib.
k in l. agentes in rebus. C. de ag. in rebus.
l d. l. agentes.
m l. 2. C. de cur.
n in l. vlti. C. eo. de curioſ.
o Nouel. Theo. tit. 27. ad Florentium mag. offic.
p lib. 2. de bello Perſic.
q in l. iudicibus. C. de curſu publ.
r l. euectiones. l. iudicibus. C. de curſ. publ.

## *DE QVAESTORE, ET EIVS inſignibus. Cap. LXXII.*

Cod. De officio Quæſtoris.

PRAETER Quæſtores à Regib. & populo Romano creatos, alij inuenti ſunt tempore Cæſarum, Candidati Principis vocati, qui illius epiſtolas, decreta, conſtitutioneſque in Senatu recitabant, quæ dignitas primordiũ erat honorum & ſententiæ in Senatu dicendæ: [s] Ex his enim Prætores prouincias recturi creabantur. Lampridius. [t] Quæſtores candidatos ex ſua pecunia iuſſit munera populo dare, ſed vt poſt Quæſturam, Præturam acciperent, & inde prouincias regerent. Candidati vero à cãdida veſte, qua induebantur, ſunt appellati; quemadmodum Regum Babyloniæ, & Aegypti familiares a purpurea veſte, quã gerebant, purpurati ſunt vocati. Tertullianus. [u] Qui, inquit, familiaritate Regum vtebantur, purpurati Regum vocabantur; ſicut apud nos a toga candida, candidati: Hæc ille. Mox tribuni, candidati ſunt dicti, qui a ſecretis Principum, Egregiorum titulo honeſtabantur; Caſſiodorus enim refert [x] ſuum patrem tribunum candidatum, & Notarium Valentiniano Auguſto à ſecretis ſtetiſſe. Hi Quæſtores primũ ab Auguſto introducti: vt ſenatus decreta cuſtodirent, quæ prius tribunis plebis & Aedilibus committebantur, quemadmodum Dion. lib. 54. ſub finem refert; mox epiſtolas Principis & acta in ſenatu recitarunt, (l. 1. ff. de offi. quæſtor.) demum ſub poſterioribus Principibus plurimum creuerunt, cum eorum vice iudicare coeperunt; Auguſtus enim appellationes vrbanorum litigatorum Prætori delegabat Vrbano; prouincialiũ cõſularibus viris, quos ſingulos cuique prouinciæ negocijs præpoſuiſſet. [y] Nero ad Senatum detulit, ſequentes Imperatores ad Prȩfectum Prætorio. Demum cauſæ omnes ad Principem deuolutæ Quæſtori cum præfecto prætorio ſunt commiſſæ: [z] quandoque ſoli Quæſtori demandatæ. Itaque Quæſtores candidati ad maximam dignitatem prouecti, illuſtreſque facti, omnia Principis nomine peragebant, Quæſtores ſacri palatij appellati; quod nomen ſub Conſtantini imperio ipſis inditum fuit. Zoſimus. [a] ſecundum hos, inquit, eſt Saluius, cuius officium erat dictare, quæ Principi viderentur; Quæſtorem à Conſtantini temporibus appellant: Hæc ille. Denique cum eorum nutu Princeps omnia faceret, non multo minorem P. P. auctoritatem habuerunt. Principis enim aſſeſſores creati eius vice iudicabãt. Procopius. [b] Tribonianus, inquit, Pamphylius Imperatoris Paredrus ideſt aſſeſſor, quem magiſtratũ Romani Quæſtorem, latini Iureconſultum vocant. Idem. [c] Proculus, ait tunc Imper. Paredrus erat, magiſtratum Quæſtoris appellati gerens. Vnde nemo quã Iuris peritus ea dignitate fungi poterat, Leges. n. à Principe promulgãdas, & edicta componebat. [d] Mandata, Præſidibus danda formabat, quæ maiori laterculo inſeri præcipiebat. [e] Reſcripta etiam quib. cauſæ a Principe delegabãtur, ipſe dictabat, [f] quæ nõ niſi ab eo ſubſcripta, robur habere poterant: Nã in Nouella lege Valentiniani, [g] a Quæſtore dictata in fine legitur. Subſcripſi; ſcilicet Quæſtor; Id etiam in reſcriptis obſeruari Iuſtinianus præcipit. [h] Debet, inquit, ſubſcriptio Quæſtoris continere nomen iudicis, litigantium, & reſcriptum ferentis. Metaphraſtes, [i] Quæſtor, ait, accepta carta diuinum reſcriptum dictauit & ſubſcripſit. Hodie quoque magni Cancellarij Galliarum, & Sabaudiæ, ac Neapoli,

s l. 1. ad fi. ff. de offic. quæſtor.
t in Alexandro.
u in lib. de Idololatria.
x lib. 1. variat. in 4. epiſt.
y Tranquillus in Auguſto. c. 33.
z l. præcipimus. C. de appellat.
a in 5.
b lib. 1. de bello perſico.
c eod. lib.
d in Authent. de manda. princ. §. 1. & edicto 13. Iuſtiniani. §. 1.
e d. §. 1. in Auth. de mand. princi. ſeu l. vlt. C. eod. tit. Græcè & Latinè edita.
f l. pen. C. de diuer. reſcrip.
g de homicid. caſu fact. & l. vlt. titu. ſeq.
h in Nouel. 114. ſeu auth. vt diuinæ iuſ. ſubſcriptionem habeant glorioſiſ. Quæſtor. & in Auth. glorioſiſſimi. C. de diuer. reſcrip.
i 26. febr. in ſ. Porphyrio.

Regiæ



Regiæ Cancellariæ Regentes, proprio nomine ſcripto, addunt, Vidi, vel, Legi. Imperator verò prius ipſe hoc modo ſubſcribebat, AA. manu diuina. [a] Aliquando apponunt literam, S, quæ ſignificat ſubſcripta: [b] Ceterum Leges & edicta ita firmata, & ſubſcripta ad Comitem diſpoſitionum deſcribenda mittebantur, vt in eius ſcrinio conſeruarentur, mox edicto Præfecti Prætorio in aliquo foro publicabãtur, aliàs neminem ligabant: [c] & ideo in plurium Codicis Iuſtiniani, & Theodoſiani ſubſcriptionibus legitur PP. ideſt publicata. In Nouella vero Valentiniani, [d] ſcribitur. Data VIII. Cal. Ianuarij Romæ. Accepta VI. Cal. Ianuarij Romæ a principe alibi degente. [e] Publicata V. Cal. Ianuarij, in foro Traiani, ſubſcripſi, ſcilicet Quæſtor. Idem etiam apparet in præcedentibus, & ſequentibus, & pleriſque Valentiniani, aliorumque iuribus. [f] Aliquãdo legitur emiſſa ſcilicet in publicum [g] Publicari etiam leges dicebantur, cum apud acta legebantur. Quemadmodum inſtrumenta actis inſerta, publicabantur, & ideo in iure, non ſemel inuenitur in legum ſubſcriptionib. Lecta apud acta. [h] Quandoque recitabantur in ſenatu per Primicerium Notariorum, [i] & tunc addebatur, Recitata in Senatu apud P. V. [k] Conſtantinopoli, plurimum legebantur in loco qui Septimus nuncupabatur, vbi ſenatus haberi conſueuerat, idq; ex pluribus Iuſtiniani iuribus conſtat, [l] & ideo iura, in quibus reperitur, Recitata ſepties, ſunt emendanda, & reponendum Septimo: [m] quo in loco ſolitum fuiſſe cogi ſenatum auctor eſt Nicephorus, [n] qui ſcribit Senatum ad ſeptimum vocatum, & Martianum à Pulcheria ibi Imperatorẽ declaratum. Hic locus alio nomine Secundianus vocatur in quadam præfatione ſeu epiſtola D. Gregorij. [o] XXIIII. inquit, Nouemb. tẽporibus D. & beatiſſimi Papȩ Gregorij coronatus eſt Phocas, & Leontia Auguſta ſeptimo palatio, quod dicitur Secundianus, & occiſus eſt Mauritius Imper. cum omnibus filijs maſculis: Erat id ſuburbium Cõſtantinopolis, vt Procopius [p] memorat. Alterum, ait, templum D. Theodoræ ædificauit in ſuburbio, quod Hebdomon id eſt ſeptimum appellatur. Zonaras etiam Phocam prope Conſtantinopolim in ſeptimo inſulis imperij ornatum fuiſſe ſcribit. Cedrenus quoque cum de eijciendo D. Chryſoſtomo ageretur, Epiphanium Cypri Epiſcopum in Septimum veniſſe, & ibi ſynodum factam, memorat. Idem eſt auctor imperante Iuſtino, ieiunum populum ſupplicandi cauſa per ſeptem dies ad ſeptimum exiuiſſe, ob Antiochiam terræ motu abſorptam. Prope ſeptimum Samuelis prophetæ oſſa ab Arcadio Auguſto translata & cõdita fuiſſe D. Hieronymus, [q] Martyrologium, [r] & alij [s] teſtantur: Ibidem. i. ſeptimo ab vrbe lapide Theodoſius Magnus in baſilica magnifice extructa D. Ioan. Baptiſtæ caput condidit, vt D. Proſper, [t] Nicephorus, [u] & alij tradũt. Ibidem veſtes Principis conſeruatæ fuiſſe videntur: orto enim incendio ſeptimi in Veſtiario coronam Iuſtiniani Impe. amiſſam fuiſſe, Cedrenus tradit, quæ poſt menſes VIII. cum paruo vnione, & omnibus gemmis inuenta fuit.

Romæ vero aliquãdo in Pantheo iura publicabantur, ſeu recitabãtur, [x] aut in foro Traiani, [y] in atrio Mineruæ, [z] aut in Aproniani foro, [a] qđ ab Aproniano P. V. conditũ fuit. ſuum forũ Traianus an. CVI. dedicauit, cum ingentẽ columnam cochlidẽ altã pedes CXXVIII. ſemis, gradus CLXXXV. intus habẽtem, & feneſtras XLV. [b] erexit, quam Conſtantinus Romam profectus, teſte Marcellino, [c] eſt admiratus. Aliquando inuenitur ſcriptum, lex antelata edicto Albini P. P. ideſt, coram omnibus poſita; Quandoque prolata litteris, ſub die XII. Cal. Mar. Romȩ, Aut accepta, 4. cal. April. [d] Venabri conſulatu Valentiniani & Valentis AA. vel Miſſa ſub die 8. Cal. Februarij Romæ. [e] Sed hic credo legendum Roma, & intelligi inde miſſam Conſtantinopolim; quia nulla lex, niſi vtroque Principe conſentiente, condebatur. Extat præclarum exemplum legis cõditæ a Gratiano Theſſalonicæ xv. Cal. Iulij. Item rurſus publicatæ Conſtantinopoli 13. Cal. Ianuarij, [f] & alterius à Conſtantino duobus in locis latæ. [g] In Codice vero Iuſtiniani hæc, vt hodie ſuperflua, vulgo a librarijs omittuntur, in quo tantum legitur D. & PP. ideſt, data & publicata, [h] vel ſubſcripta. Hæc autẽ verba, Dat. III. Cal. Mar. Romæ, vel PP. & ſimilia, in margine ad latus ſcribebantur. [i] vt ex Valentiniani nouella deprehenditur. Multi vero adhibebantur iureconſulti, cum lex condebatur. Imperator Alexander, inquit Lampridius, nullam conſtitutionem ſacrauit ſine xx. iuriſperitis, & doctiſſimis ac ſapientibus viris, ijs denique diſertiſſimis non minus L. vt non minus in conſilio eſſent ſententiæ, quam S. C. conficeret; & id quidem vt iretur per ſententias ſingulorum, ac ſcriberetur quid quiſque dixiſſet, dato tamen ſpatio ad diſquirendum, cogitandũque prius quam dicerent, ne incogitati dicere cogerentur de rebus ingentibus. Leges vel ære incidebantur, aut in ceruſſatis linteis vel mappis ſcribebantur. Venuleius, [k] qui tabulam, inquit, ȩream legis refixerit, vel quid inde immutauerit, lege Iulia peculatus tenetur. Hinc Poeta dixit, [l] fixit precio leges atque refixit, quia, inquit Seruius, inciſȩ in æreis tabulis affigebantur parietibus. Vnde Plinius. [m] vſus æris, ait, ad perpetuitatem monumentorum iam pridem tranſlatus eſt, in quibus publicæ conſtitutiones inciduntur. Orationes etiam principũ in ſenatu habitas ære inciſas fuiſſe in panegyrico Plinius ſcribit. Quod vero leges etiam in linteis aut mappis deſcriberentur, probat Conſtantinus. [n] Aereis, inquit, tabulis, vel ceruſſatis, aut linteis mappis ſcripta proponatur lex. Idem, [o] vt perpetua obſeruatione firmetur, legem hanc inciſam æneis tabulis iuſſimus publicari. Hic non omittam legem quandoque in iure partem appellari. Leo A. [p] Hac parte, inquit, præcipimus eſſe memoriales in ſcrinio memoriæ LXII. Conſtantinus, [q] nemo ad hanc partem ideſt legẽ moliatur. Edicta quoque a Principe proponenda Quæſtor dictabat. Vocabantur edicta, quæ non ære inciſa, ſed Prætorum exemplo in albo ſcribebantur. Erat hic murus gypſo dealbatus, vt ait Suidas, [r] vel vt Theophilus [s] tabella dealbata, In vniuerſas vero ciuitates edictum mittebatur, ac diebus xxx. legendũ proponebatur, quemadmodum in Claudij Cȩſaris edicto obſeruatum fuiſſe Ioſephus [t] ſcribit. Hoc meũ dictum, inquit, ciuitatibus per magiſtratus publicari volo non minus xxx. diebus ita proponendum, vt ab omnibus humi ſtantibus poſſit perlegi. Hæc ille. Denique omnium rerum publicarum, populorumque imperij Rom. curam Quæſtor habebat. [u] Hunc, inquit, Caſſiodorus, Princeps cogitationum & curarũ ſuarum participem faciebat, & eiuſdem linguæ vox erat; Deliberanteque Imperatore de aliqua re, ipſe ſuam animi ſententiam depromebat, & quod Principi placuiſſet, palam enunciabat. Deinde in perſona Principis loquens, ait, ſi quid dubitamus, à Quæſtore requirimus, qui eſt theſaurus famæ publicæ, armarium legum, paratus ſemper ad ſubitum. Et poſteà: Adeſſe in eo debet ſcientia iuris, cautela ſermonis, vt nemo debeat reprehendere, quod Principem conſtiterit cenſuiſſe: Hȩc ille. Prȩerat etiam laterculo minori, in quo tribunatus, & prȩfecturȩ caſtrorum limitumque continebantur. [x] Cauſas appellationũ a ſpectabilibus Iudicibus ad Principem deuolutas ipſe vnà cum Prȩfecto Prȩtorio, qui erat in Comitatu, iudicabat. [y]

a vt in d. Nouel. Valentini, de homicid. caſu fac. & id erat punctare. l. 4. C. de aduoca. diuerſor. iud.
b vt in l. 21. & pluribus ſeq. C. de tranſa. l. 20. C. ex quib. cau. infam. irrog.
c Auth. vt factæ nouæ conſtitutiones, ſeu Nouella 66. Abb. in c. 2. & Fel. ibi num. 7. extra de conſtitut.
d tit. 4. l. 2.
e l. 1. C. de P. P. ſiue vrb. l. 1. C. de curioſ. l. 4. C. de priuil. eorum qui in ſac. palat. mili. l. 1. C. de apparit. Mag. mili. l. 2. C. de cohortalib. l. 1 C. de lucr. aduoca. l. 16. C. de quæſtionib.
f vt in l. 1. C. de veſtib. holob. l. 7. C. de profeſſorib. & med. l. 20. C. de appella. l. 1. C. de his qui pat. vel filiorum occid.
g l. 9. C. de quæſtionib.
h l. 4. C. ſi regundor. l. 23. C. de procuratorib. l. 2. C. Theod. de naufrag.
i l. oblatione. C. Theo. li. 8. tit. 8.
k vt in l. 22. C. Theod. de curſu publ. l. 1. C. de bonis mater. l. 1. C. eod. tit.
l l. pen. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 19. C. de iure delib. l. 30. C. de fideic. l. 34. C. de dona.
m vt l. 30. C. de iure dot. l. pe. C. de reb. cred. l. vlt. C. de larg. tu. l. 3. C. de bon. lib. l. litibus. C. de agri. & cenſi.
n li. 14. c. 10. & 18.
o lib. epiſto. 11. cap. 1.
p lib. 1. de ȩdificijs Iuſtinia.
q aduerſus Vigilantium.
r 20. Auguſti.
s Niceph. lib. 14. cap. 10.
t in chronicis.
u lib. 12. cap. 49.
x l. 2. C. Theo. de piſtorib.
y Nouella Valentiniani tit. 4. l. 2.
z tit. 5. de collat. leg. Romana. & Moyſi.
a l. 3. C. de nauic. ſeu naucler.
b Dion in Traiano.
c lib. 6.
d l. 22. C. Theo. de curſu pub. l. 1. C. de magiſt. conueni. l. 1. C. de teſtam. mili. l. 2. C. de neceſ. ſer. her. inſtit. l. 1. C. ſi omiſſa cauſa.
e l. 1. C. Theo. de tract. & ſtatiuis.
f in l. 3. C. de litigioſis.
g in l. 20. & in maioribus. C. de appellat.
h in tit. de ſumma Tri. l. 3. & ſeq. C. quom. & quando iudex. & alijs.
i Nouel. Valenti. tit. 7. de indulgẽ. reliquor.
k in l. 8. qui tabulam. ad l. Iul. pec.
l in 6. Aeneid.
m lib. 34. cap. 9.
n in l. 1. C. The. de alim. quo. inop. par.
o l. 2. C. Theod. quemadm. ciuil. mun. ind.
p in l. hac parte. C. de proxi. ſacr. ſcrin.
q in l. nemo. de malefic.
r in voce λεύκωμα.
s in §. pœnales, inſtit. de actio.
t lib. 19. antiq. cap. 5.
u edicto 13. in prin.
x l. 1. & 2. C. de offic. Quæſtor.
y l. præcipimus. §. 1. C. de appell.

NOTI-

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS QVÆSTORIS.




## COMMENTARIVM.

QVAESTORIS inſignia erãt, Abacus tapeto ad terram demiſſo,& ſurrecto inſtratus,quo erectus liber nititur, auro tectus, & imaginem Principis in medio quadri interſecantibus lineis incluſam habens: infra ad læuam chartarum conuolutatum faſciculus viſitur, quæ ſunt edicta, & leges nomine Principis Quæſtoris conſilio conditæ. Ad dextram ſtat armarium inſtar turris in ſummo faſtigiatum, ad quod per quatuor gradus aſcenditur: illi inſcriptum eſt; LEGES SALVTARES. In eo enim, leges, edicta, & ſanctiones a Principe promulgatæ conſeruabantur. Hæc in auditorio, ipſo cauſas cognoſcẽte aſtabant,& forte illi in publicũ exeũti, quemadmodũ Aſiarchis, pro inſignib. depicta præferebantur. [a] Tum ẽt a præcone clamabatur eũ eſſe imperij patrem, quemadmodũ de P. P. & alijs dictũ eſt. Gratianus. [b] Qui ex Quæſtore, inquit, honore attonito ſplendore viguerunt, acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereatur vt incogniti. Hæc ille. Magnificus appellabatur & Illuſtris, [c] ac Glorioſiſſimus, [d] Hoc titulo eum Princeps,& alij honorabãt, SVBLIMITAS TVA. [e] & alijs nominibus, quibus Illuſtres & PP. appellabantur.

a l.5.C.de iniun.

b in l. 1. C. de quæſtor.

c l.pe.C.de proxim. ſacr.ſcrin.l. vlt. C. eo.l.2.C. de offic. Quæſto.
d Auth. vt diui. iuſſio. ſubſcrip. ha. glorioſi. quæſto. & Nou. 114.
e l.1. C.de offic. Quæſtor.

## NOTITIA.

*SVB diſpoſitione viri illuſtris Quæſtoris.* LEGES DICTANDÆ PRECES.

OFFICIVM *non habet, ſed adiutores de ſcrinijs quos voluerit.*

## COMMENTARIVM.

OFFICIVM Quęſtor nõ habebat,ſed duodecim Notarios adiutores de ſcrinio memorię, ſeptem de epiſtolarum, & totidem de ſcrinio libellorum accipiebat. Itaque omnes erant numero XXVI. quorũ opa ad ſcribẽda reſcripta, acta,& leges vtebatur. [a] Iudicante quoque Principe, vel eius vice Quæſtore cognoſcente, ijdem iudicij neceſſaria exequebantur. [b] Hæc militia ſeu officiũ volente Quęſtore, precio centum aureorum reliquis adiutoribus ſoluto vendi poterat, vel in extraneos hæredes transferri, qui & ipſi centum aureos pro introitu collegis ſoluere tenebantur. Hic eſt militiæ introitus, de quo Scæuola loquitur. [c] Alũno, inquit, pręcepit militiam his verbis. Sempronio militiam illam cum introitu comparari volo, quæſitum eſt, ſi Sempronius eam militiam ſibi comparauerit, an precium eius, ſed & id, quod pro introitu erogari ſolet, ab hæredibus, conſequi poſſit: reſpondi poſſe: idem teſtator militiam his verbis legauit, ſeio liberto meo militam do, lego illam, quam militiam & teſtator habuit, quæſitum eſt, an onera omnia,& introitus militiæ ab hærede ſint danda, reſpondi danda. Hæc ille. In liberos vero, ſi habiles ad militiam fuiſſent eam adiutores ſine onere immunem tranſmittebant, quibus alius in militia ſuccedens eoſdem centum ſolidos pendebat. [d] Idem ferè in alijs Notarijs obſeruabatur. Hæ ſunt militiæ, quæ apud Iureconſultos leguntur vendi, & pro ipſis ſalaria præſtari. [e] vel teſtamento cum cõmodis relinqui. [f] Demũ Iuſtinianus præcipuis tantum adiutorum, & caſu neceſſario, vt infirmitatis hanc militiam vendi permiſit. [g] Adiutores ex prædictis ſcrinijs accepti, etſi Quæſtori inſeruiebãt ſub Magiſtri tamen officiorum ditione permanebant. [h] Viri deuoti hi nuncupabantur; [i] & his notis ſcribebantur V. D. vt apparet ex ſubſcriptione Theodori adiutoris Quæſtoris, quam Cuiacius vir doctiſſimus ſe inueniſſe dicit, quæ eſt ſequẽs. FLAVIVS THEODORVS V. D. [k] MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARVM, ET ADIVTORVM [l] QVAESTORIS SACRI PALATII, SCRIPSI MANV MEA IN VRBE ROMA CONSTANTINOPOLITANA III. CAL. IVNII. MAVORTIO V. C. COS. IVSTINO ET IVSTINIANO IMPP. Hic, vt credo eſt Theodorus, qui poſtea Pandectas concinnauit, & P.P. fuit. [m]

a l.comperimus. C. de prox. ſacr. ſcrin.
b Nouel.25.quæ Græcè non reperitur, ſed eius extat argumentum.
c in l.pen. §.vlti. ff.de leg.3.
d d.Nouel. 35.
e l.creditor. §.inter venditorem. ff.de act. empt.l. vlt. C. de pign.
f l.3. §.ſi quid.ff. de min. l.Lucius Titius 23.ff.de lega.2.l.mortuo boue.§.1.eo.tit.l.fideicommiſſa.§.ſi ſeruo.de leg.3.l. libertis quos. §. ab hęredibus. de alim.& cib.leg.
g in l.vlti. C. de prox.ſacr.ſcrin.
h l.hac lege.C.de prox.ſacr.ſcrin.
i l. comperimus. in princ. C.d.tit.
k vir deuotus.
l Magnifici.
m l.antep. C. de aduoc. diu. iudic. Nou.112. & ſeq.
n Nouel.80. ſeu Auth. de Quæſtoribus.

Poſtremo nouum, & ab hoc diuerſum Quæſtorẽ Iuſtinianus inſtituit. [n] Cum enim plurimi Conſtantinopolim confluerent, propriaſque ciuitates, præſertim agricolæ deſererent, Queſtorem, ab inquirendo appellatum, creauit, qui peregrinorum aduentus cauſam inquireret, & litigantes in cauſas cito expediri curaret, eoſque demum remitteret. Vniuerſitatum vero lites, duo tantum, aut tres, ceteris in patriam dimiſſis procurarent; alios, qui negocium ibi non haberent, excedere compelleret: ſerui dominis remitterentur, ciues inertes, aut piſtoribus, aut hortulanis, vel artificibus operarentur, vel vrbe expellerentur. De executoribus etiam litiũ, qui immoderatas ſportulas accepiſſent, hic Quæſtor cognoſcebat,& ob id officium,& apparitores aſſeſſoreſque habebat. Ipſi pro annonis fiſcus annuas auri libras. X.i.plus mille centum ex noſtris aureis ſoluebat. Aſſeſſori vero ſolidos, ſeu aureos centum. Apparitoribus CXXX. Ipſe nihil nomine codicillorum pendebat. Id anno imperij Iuſtiniani XII. conſtitutum fuit. Hunc magiſtratum olim introductum, ſed intermiſſum ipſe renouauit.

Cod.de officio comitis ſacrarũ largitionum.

## *DE ILLVSTRI COMITE SACRARVM largitionum Orientis, & eius inſignibus. Cap. LXXIII.*

HAEC alia eſt pars, quam ab Auguſto in rationario Imperij ſcriptam fuiſſe, Tacitus, [o] Tranquilluſque [p] ſunt auctores: præter numeros enim militum, & prouincias, tributa, vectigaliaque, & neceſſitates, id eſt neceſſarias impenſas, ẽt largitiones eodem libello eſt complexus, quæ a poſterioribus Principibus Comiti largitionum commiſſæ,& ab eius ſcriniarijs exceptæ, Notitiæ, ordine dignitatum ſeruato inſertæ fuerunt.

o lib.1.annal.
p in Auguſt.c.28.



Reditus Imperij ſciri nequeunt: Ante Pompeium cenſus Romanæ Reip. fuit quinquagies decies centenum millium, interpretor aureorum: Pompeius vero vt auctor eſt Plutarchus eum auxit, vt eſſet octuagies decies cẽtenum millium ſcilicet, aureorum. De his enim intelligendum puto, nõ ſeſtertijs, quia hęc modica ſumma fuiſſet,& plerunque Græci de pecũnia loquentes, ſi aliud non addebant, aureos intelligebant, quos numiſmata appellabant. Romani de Sextertijs paruis ſentiebant. Collegiſſet ſummam reditus Pop. Rom. poſt Pompeium, vt vulgus Italicum vocat, 85. milliones auri. His, inquit Eutropius, C.Iulius Cæſar ex Gallijs quadringenteis centena millia ſextertium addidit, quæ ſumma quadringenta aureorum millia efficeret, ponendo centum ſextertios pro aureo, vt vult Budæus. Onuphrius vero Panuinus [q] computat, reditus Imperij Rom. ante bellum Mithridaticum ſex millionum auri fuiſſe. Põpeium 4. alijs adiectis feciſſe, vt eſſent x.milliones & CC.millia aureorum. Adiunctis poſtea Gallijs & Aegypto aucta ſunt vectigalia ad xv. milliones, in quo eum decipi puto. Plutarchus enim 25. miriadas drachmarũ [r] Romanis decies ſeſtertium appellari dicit. vnde quinque millia miriadum quas Romani ante bellum Mithridaticum capiebant, duos milliones non exceſſiſſent, & ita hanc ſummam in Nerone Xiphilinus interpretatur, quæ modica tanto imperio fuiſſet. Dion quoq; 25. drachmas p C. ſeſtertijs ſeu aureo vbiq; ponit. Quare Plutarchum de aureis non drachmis intellexiſſe veriſimilius eſt. Aegyptus, Britannia, Meſopotamia, Dacia, aliæque prouinciæ poſtea Rom. Imperio adiectæ cenſum auxerunt: ſed aureorum numerus ſciri nequit: certe centum milliones videtur exceſſiſſe; cum ex ſola Aegypto quindecim noſtros milliones Romani perciperent. [s] Budæus [t] ipſe vult Plutarchum loqui de drachmis, qui eſſet exiguus tanto Imperio reditus: certe Veſpaſianus Cęſar profeſſus [u] eſt, quadringenties millies opus eſſe, vt Reſpub. ſtare poſſet: colligit hæc ſumma XL. auri, vt vocant, milliones, qui quotannis in imperium impendebantur; faciunt ex noſtris aureis LX. milliones, ponendo mille ſextertios pro aureo, vt Paulus & Iuſtinianus computant, [x] ſecundum Budæum aſcenderent ad quadringentos noſtros milliones, ſed forte pro quadringenties, quadragies legendum. Hos reditus Comites largitionum tractabant, qui cum antiquis Quæſtoribus ſucceſſerint, de his eſt dicendum, eorumque origo altius repetenda.

q in Impe.Rom. de eius vectig.
r in M. Antonino paulo poſt princ.
s ſtrabo.lib.17.
t in 3. & 4. de aſſe.
u Tranquil.in Veſpaſ. c.16.
x in l. Mæuia. in prin. ſol. matr. §. ſed noſtrã inſtit. de ſucceſ.lib.

Iunius Gracchus, qui C.Graccho valde familiaris Gracchani cognomentum habuit, [y] Romulum & Numã binos Queſtores habuiſſe ſcripſit, vt auctor eſt Vlpianus: [z] ſed ſicut, inquit, hoc incertum eſt, ita conſtat eos Tullum Hoſtilium habuiſſe: Plutarchus vero [a] vult ipſum populo permiſiſſe, vt duos Quæſtores crearet, ac primos Publi. Veturium, & M.Minutium factos, qui pecuniam ad bellum neceſſariam, ciues pro modo facultatum conferre, compellerent: & tum coacta fuiſſe centum viginti millia ſcilicet æris, quæ in ædem Saturni, vbi ærarium erat, delata, & à Quæſtoribus cuſtodita fuere. His enim pecuniæ publicæ adminiſtratio eſt conceſſa, ne per eam nimis Conſulum poteſtas augeretur, vt Zonaras ſcribit. Pomponius vero Iureconſultus ait, [b] eos aucto ærario inuentos fuiſſe,& ab inquirenda & cõſeruanda pecunia Quæſtores appellatos. Hi primo a Conſulibus, deinde a populo electi fuere. Tacit. [c] Quæſtores, inquit, Regibus, iam tum imperantibus, inſtituti ſunt, quod lex Curiata oſtendit à L. Bruto, repetita, manſitque Conſulum poteſtas eligendi, donec eum quoque honorem populus mandaret: Creatique primum Valerius Poſthumius, Aemilius Mamerius ſexageſimo anno poſt Tarquinios exactos, vt rem militarem comitarentur: Denique gliſcentibus negocijs, duo additi, qui Romę curarent. Mox duplicatus

y Plin.li.33.c.2.
z in l.1.ff.de of. Quæſtor.
a in Valerio Publicola.
b in l.2.§.deinde cum ærarium. de orig.iur.
c lib.11.

catus numerus ſtipendiaria iam Italia, & accedentibus prouincialium vectigalibus, poſt legem Syllæ XX. creati, ſupplendo ſenatui, cui iudicia tradiderat. Hæc ille.

Iulius quoque Cæſar, numerum Quæſtorum auxit, ait Tranquil. Ex his duo tantum manebant in vrbe, Vrbani Quæſtores appellati, qui pecunias publicas expenſas & acceptas in tabulas referebant. Ceteri in prouincias miſſi prouinciales dicti, vectigalium publicorum, & redituũ populi Rom. manubiarumq; belli tempore curam habebant, & ſcribam ſorte datum, cui ex publico ſalarium dabatur, & vectigaliũ tributorumque rationes, ſcribebat, ſecum ducebat, Plinius lib. 4. epiſt. ad Arrianum: Ignatius, inquit, Marcellinus cum in prouinciam Quæſtor exijſſet, ſcribamque, qui ſorte obtigerat, ante legitimum ſalarij tempus amiſiſſet, quod acceperat ſcribę daturus, intellexit & ſtatuit ſubſidere apud ſe non oportere Coecilius ſtrabo ærario cenſuit inferendum, obtinuit. Hæc ille.

Senatus vero decernabat, quæ prouinciæ eſſent Quæſtoriæ, ſed eorum vſus non permanſit, nam loco ipſorum Pręfecti ærarij ſunt creati, qui Romæ tributa, & res fiſci curarent. Mox Quæſtores introducti, deinde rurſus a Nerone pręfecti, reſtituti. Tacit.[a] Nero, inquit, curam tabularum publicarum a Quæſtoribus ad Præfectos tranſtulit, varie habita, ac ſępe immutatą eius rei forma: Nam Auguſtus permiſit ſenatum deligere Pręfectos: dein ambitu ſuffragiorum ſuſcepto, ſorte ducebantur ex numero Prætorum, neque id diu manſit, quia ſors deerrabat ad parum idoneos. Tum Claudius rurſum Quæſtores impoſuit, ijſque, ne metu offenſionum tardius conſulerent, extra ordinem honores permiſit, ſed deerat robur ætatis, eum primum magiſtratum capeſcentibus. Igitur Nero pręfectura perfunctos, & experientia probatos delegit. Hæc ille. & hoc diu permanſit. Traianus enim, vt auctor eſt Paulus, de his edixit, qui cauſas ad ærarium detuliſſent, [b] & Plinius iunior præfectos ærarij ſalarium ſcribæ ante legitimum tempus defuncti populo vendicaſſe ſcribit. [c] Papinianus quoque auctor eſt, Marcum Antoninũ [d] cauſas fiſcales ad præfectos ærarij miſiſſe; & Vlpianus [e] bona ad fiſcum ſpectantia præfectis ærario denuncianda, de quibus etiam cognoſcunt & iudicant. [f] idem tradit [g] de alimentis a fiſco præſtandis apud procuratorem Cæſaris ſcilicet in prouincijs, & præfectos ærarij poſſe tranſigi, ſcilicet Romæ, vbi hi præfecti cauſas fiſcales tractabant. Perſeueraſſe autem hos præfectos etiam Aureliano imperante, eius ad Senatum epiſtolæ verba ſequentia apud Vopiſcum indicant, [h] ſi quid eſt ſumptum, datis ad præfectos ærarij litteris decerni iuſſi. Eſt præterea noſtrę auctoritatis arca publica, quam magis refertam eſſe reperio, quam cupio. Hæc ille qui de pręfectis Romę degentibus loquitur. Singulas vero in prouincias, inquit Dion, [i] Auguſtus Quęſtorum loco procuratores ex libertinis vel equitibus lectos miſit, qui reditus publicos, ideſt tributa, & res fiſcales exigerent, hiſq; ex publico ſalarium, & mandata dedit. Hi in marmoribus vulgo procuratores Auguſtales vocabantur, cauſaſque etiam fiſcales decidebant, [k] & quandoque prouincias, quę admodum magnę non fuiſſent, adminiſtrabant. Antoninus A. [l] Procurator meus, ait, qui vice Pręſidis prouincię non fungitur, exigere poenam de ſorte accuſationis non poteſt. Huiuſmodi in Iudęa Pilatus fuit, cui vice Pręſidis procurator præfuit. Conſtantino vero imperãte, rerum fiſcalium mutata eſt forma. Duo enim ab eo inuenti magiſtratus fuere, qui vniuerſam Principis pecuniam tractarent, alter Comes largitionum, alter rerum priuatarum dictus. Ille & ſi a muneribus nomen habebat, vniuerſam tamen pecuniam publicam adminiſtrabat. Verum quod ad munera attinet, hęc ampla & frequenter Principes Romani dare cogebantur, quę ſub nomine largitionum Auguſtus in rationario imperij eſt complexus, & inde huic Comiti inditum

a lib. 13.
b in l. edicto. in prin. de iu. fiſci.
c epiſt. 12. lib. 4.
d in l. cum quidam, de his quib. ut indig.
e in l. 4. § plane. de fidcic. liber.
f l. ſenatus. l. Arrianus Seuerus. in prin. de iu. fiſ.
g in l. 8. cum hi, § 11. trãſactiones de tranſ.
h in Aureliano.
i lib. 13.
k l. 1. 2. & 5. C. vbi cau. fiſc.
l in l. 3. C. d. tit.

nomen. Tacitus [m] libellum, inquit, cõpoſuit, in quo opes publicę continebantur, quot claſſes, regna, prouincię, tributa, ac vectigalia, neceſſitates, ac largitiones, quę cuncta ſua manu perſcripſerat Auguſtus: Neceſſitates, neceſſarias impenſas intelligit, largitiones voluntarias, & dona, a quibus hic Comes eſt appellatus, ita ut in illis etiam neceſſariæ impenſę, & ſtipendia contineantur. Olim aliquid donaturi Principes Queſtoris candidati miniſterio, vel alterius aulici vtebantur, qui acceptam ex arca Principis pecuniã elargiebantur, donec ab Alexandro inuenti ſunt Aerarij, qui hoc munere fungerentur. Lãpridius, [n] Aerarios uero, inquit, inſtituit, qui de arca fiſci ederent munera, eademque parciora. Habuit in animo, vt munera per totum annũ diſpergeret, vt per XXX. dies munus populo daretur. Hęc ille. Hæc munera pręcipue ob lętitiã publicã fiebant, & Congiaria vocabantur, forte quod in congijs donanda pecunia in forum deferretur. Id genus liberalitatis Auguſtus vt ſibi populũ conciliaret, frequenter exercuit. Tranquill. Congiarium, inquit, populo frequenter dedit, ſed diuerſa fere ſumma, modo quadrigenos, modo trecenos, nonnunquam ducenos, quinquagenoſque numos, ac ne minores quidem pueris pręterius, quã uis non niſi ab vndecimo ętatis anno accipere conſueuiſſent; Idem & Tiberius, aliique obſeruarunt. Tranquillus, Prãdium, inquit, de hinc populo mille menſis, & congiarium trecenos numos viritim dedit. Tacitus. [o] Tiberius nomine Germanici, trecenos populo ſextertios viritim diuiſit. De Calligula Tranquillus. [p] Congiarium, ait, populo bis dedit, trecenos ſextertios. Toties abundantiſſimum epulum ſenatui. De Nerone Tacit. [q] Congiarium quadrageni numi viritim dati. Herodianus; [r] Congiarium duplex populo pręſens dedit, ternos ſingulis aureos ſe abſente diuiſit. Idem de Seuero; Magno congiario populum Rom. victorię nomine proſecutus eſt, ac munus militibus largitus. Liberalitatis ergo nomine Comes largitionum à Conſtantino inuentus, in primis munera pręſtabat; inter quę erat auri libra Alitarchę ex ſacris largitionibus donata, ne cupreſſos ex Luco Daphnes, vt conſueuerat, excinderet; [s] pro munere erant & decem auri librę, quę ex canone Phoenicię quotannis Primicerio Notariorum à Iuſtiniano pendebantur. [t] Alia quoque plurima Principes per hunc Comitem elargiebantur. Caſſiodorus. [u] Donis, inquit, pręſidere regalibus Comitiuam ſacrarum largitionum indicia rerum verba teſtantur. Decorum fuit alterius honorem dicere, dum nos conſtat dona conferre, ſupplicum fortunas per te erigimus. Cal. Ianuarii, affatim dona largimur, & lętitia publica, lætitia tua eſt. Hęc ille.

Inter alia munera, Comitibus conſiſtorii, & alijs quotannis Cal. Ianuarii ſtrenam Princeps elargiebatur, [x] ſed & feſto Paſchatis poſteriores Principes Senatui, & Ducibus militum donare ſolebant. Cedrenus, [y] Tempus, inquit, appetiit Imperatorię largitatis, quam exercere in Senatum Imperatores quotannis feſto Paſchatis conſueuerant, ingreſſi ſunt ad eũ omnes exercituum Duces. Hactenus cedrenus. ſtipẽdia quoque militibus & aliis hic Comes ſoluebat, quę & ipſa ſub munerum nomine continẽtur. Vopiſcus in Probo, Quę foelicitas, ait, emicuiſſet, ſi ſub illo Principe milites non fuiſſent: ſtipendia de largitionibus nulla erogarentur: Theſauros ęternos haberet Reſpublica. Marcellinus. [z] Venuſtus, inquit, largitionum Apparitor, ſub valente multo ante Nicomediam miſſus, ut aurum ſuſceptum ſtipendii nomine militibus per Orientem diffuſis, viritim diſtribueret. Hęc ille. Itaque hic Comes largitionum, & remunerationum eſt dictus, [a] quandoque theſaurorum curator, [b] aut Præfectus, uel imperialium pecuniarum Quæſtor, ut Nicephorus [c] & Theodoretus [d] Felicem appellant. D. Hieronymus [e] præfectum annonarii tituli uocat, credo legendum, canonicarii. totius enim publicę pecuniæ ex tributis & uectigalibus exigendę & conſeruandę illi cura erat

m lib. 1. annal.
n in Alexandro.
o in 3.
p cap. 17.
q lib. 13.
r in Adriano.
s l. 1. C. de cupr. ex luco Daph. nõ excid.
t Edicto 4. Iuſtiniani. § 1.
u lib. 6.
x l. 4. C. de aduo. diuer. iud.
y in Michaele ſtratiotico.
z lib. 26.
a l. palatinos. C. de palat. ſac. larg. l. 2. C. de comeat.
b l. 2. C. de palat. ſacr. larg.
c lib. 10. c. 29. hiſto. eccle.
d l. 3 c. 11.
e in 23. Ezechie.

deman-



demandata; pro vectigalibus ſecundum iuſſa Principum varia facta eſt exactio: Imperante Heliogabalo decima precij mercium ſoluebatur, quam Alexander ad triceſimam redegit, vt paulo plus tribus pro centum penderentur. Lampridius. [a] vectigalia, inquit, publica in id contraxit, vt qui x. aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem auri præſtarent, hoc eſt triceſimam partem. Tuncque primum ſemiſiſſes aureorum formati ſunt: Tunc etiam cum ad tertiam partem auri vectigal decidiſſet, tremiſſes; dicente Alexandro etiam quartarios futuros, quod minus non poſſet. Hęc ille. Formauit autem ſemiſſes Alexander, & tremiſſes, quia in auro tantum pendebatur vectigal, & cum triceſima ſolueretur, pendebantur tres pro centum, & tertia aurei, ob id tremiſſes fuerunt neceſſarij, ſic & ſemiſſes, cum pro mercibus quibuſdam precij 50. aureorum pendendum eſſet vectigal, paulo plus vno cum dimidio ſoluendum erat, & ideo ſemiſſib. aureis opus erat, qui dimidiam aurei valebant. Sed poſteriores Principes octauam precij mercium pendi voluerunt, ideſt paulo plus duodecim pro centum, [b] vnde octauarij vectigalium publicani vocabantur. [c] Pro tributo populi ſoluebant quantum Princeps vel P. P. indixiſſet: [d] & quinquageſimam tritici, vini, hordei, laridique quadrageſimam, vt alias eſt dictum: [e] ſed hæc in horreis pro militum neceſſitate & pauperum condebantur: pecunia vero vectigalium, & pro tributis indicta ad Comitem Largitionum ſpectabat; Soluebant & Hebræi didrachma pro ſingulo capite, quod loco eius ſubrogatum eſt, quod templo pendere conſueuerant, vt auctor eſt Ioſephus, [f] id Theodoſius ad arcam huius Comitis referri iuſſit; [g] quẽadmodum & ruſticorum capitatio vocata deferebatur, [h] vt vero ſuo muneri poſſet ſatisfacere, ex ſuo officio notarios palatinos, qui mittendarij vocabantur, [i] in ſingulas prouincias hic comes deſtinabat, qui Præſides ad exigenda mature tributa & fiſcalem pecuniam repræſentandam compellerent, debitumque ad largitionum arcam canonem mitterẽt. [k]

a in Alexandro.
b l. ex præſtatione 7. & ſeq. C. de vectig. l. vlt. C. de eunuchis, l. 7. C. de loc.
c l. à legatis 8. C. de vectig.
d vlt. C. de can. larg. l. vlt. C. de anno. & tribu.
e l. modios. C. de ſuſcep. & arcar.
f lib. 7. de bello iud. c. 26. in fi.
g l. iudæorum. C. de iudæis.
h l. 1. C. de capit. ciui. cenſ. exim.
i l. 3. l. 7. l. 8. C. de palat. ſac. larg.
k l. 1. C. de offic. com. ſacr. largit.

Ita enim appellabatur pecuniæ quantitas ex tributis Principi debita, [l] & euactor canonicarius, qui canonem debitum largitionibus procurabat. Vnus vero vel duo in ſingulis prouincijs ſuſceptores, ſeu exactores canonis Largitionalis a Præſidibus ex eorum officijs nominabantur, qui tributa largitionibus inferenda exigerent. Eligebantur & Tractatores, id eſt, Rationarij, qui illorum rationes ſcriberent, & hi ſingulo quadrimeſtri ratiocinia ad Comitem largitionum cum pecunia tranſmittere tenebantur. [m] Solebat vero Præfectus Prætorio quotannis pecuniam, qua Principi opus erat, eius iuſſu populis indicere, & ob id literas, quæ delegatoriæ vocabantur, in prouincias mittere, quibus continebatur, quãtum ratione canonis largitionalis, & quantum ſibi ſoluendum eſſet. [n] ſub nomine Comitis largitionum & charta fiebat: Eius enim nomen in ſumma folij parte prominente ſcribebatur, quæ protocolum uocabatur, id eſt, primum illius membrum. Caſſiodorus proceres chartarum uocat, in quo etiam annus, quo facta erat charta, & quædam alia notabantur. [o] & id ipſe aliàs obſcurus in formula Comitis largitionum ſignificat, dum ait; Per te damus honores, per quem & noſtræ pecuniæ conferimus largitates: parum eſt autem, quod prouinciarum iudices tuæ ſubiaceant dignitati. Ipſis quoque proceribus chartarum confirma, dum perfectum non creditur, niſi fuerit a te pro ſolemnitate completum; id interpretor, quia in chartis nomen huius Comitis in protocolo habentibus codicilli magiſtratibus dabantur. Is eſt illuſtris, [p] & D. Hieronymus [q] hanc ſecundam dignitatem poſt regiam fuiſſe ſcribit, aliorumque illuſtrium appellationibus honorabatur. Inuento hoc Comite, Procuratores Cęſaris in prouincias mitti deſierunt, quorum hodie in Codice Iuſtiniano nullus tractatus inuenitur. Aſſeſſorem hic Comes habuiſſe uidetur: nam D. Auguſtinus in confeſſionibus ſcribit, [r] Alypium Thagaſtenſem ſuum municipalem Com. Largitionum aſſeſſorem fuiſſe.

l l. vlt. C. de exacta. tribu.
m d. l. 1. C. de offic. comit. ſac. lar. & l. 3. C. de cano. ſacr. largit.
n l. vlt. C. eo. tit.
o §. illud. in Authen. de tabellio. ſeu Nouel. 44.
p l. viros. C. de palatin. ſacr. largit.
q in 23. Ezechiel.
r lib. 6. cap. 10. confeſſion.

NOTI-

# NOTITIA INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS COMITIS Largitionum.




## COMMENTARIVM.

INSIGNIA huius Comitis hęc ſunt. Viridi corio tectus liber, rubro tapeto alteque ſupra abacum ſurrecto impoſitus. In tergo libri eſt aureum Principis caput, in medio aureis intercurrentibus lineis incluſum. In manuſcriptis Codex argento tegitur, in cornibus auro tantum ornatus; infra ſcriptum eſt, LARGITIONES, ſubtus variarum rerum opera, eorumque rationes oſtenduntur, quæ in quinque ſcrinijs ſub hoc Comite ſcribebantur, plures iacent ſculptæ ex auro cælatæque ſpecies: Aurum ſignatum: Aliud in maſſa pecuniæ, & texta ex ſerico byſſoque & auro opera. Quæ enim ouali forma fuſæ uiſuntur auri, argentique maſſæ, quandoque ſingulæ, binæ, ternæ, quaternæuè, & interdum ſimul plures in aceruos congeſtę, hę aureæ maſſæ ſcrinium repræſentāt. Primum Scriniū.

Item uaſa aureis plena, & in medio quatuor ſacculi in ſummo ligati, tanq̃ numis referti, auream, argenteamq; monetā ab hoc Comite percuſſam aut ſeruatā inſinuant. In Vrſini Codice quædā ſacculis inſcriptæ notæ numerū aureorum indicare uidentur, ut B. quę Gręcè duo millia, T. decē millia ſignificat. Ego uero hic cētenaria ſignificari puto. Ad Comitē enim largitionum pecunia ſacculis cōdita mittebatur, qui tot cētenaria capiebant. Erat hæc quātitas auri, inqt Suidas. Nicephorus,[a] & Cedrenus[b] Centenarium auri pōdus fuiſſe ſcribunt. Hippocomiq; cū equos currētes reducebāt, reuertentes hæc auri publici cētenaria in ſacculis cōdita reportabant. Theodoſius,[c] auri, inquit, centenaria neceſſe eſt ab Hippocomis in ſolitis ſacculis reportari: quę hic repręſentari exiſtimo. Prope lutea & quadrata, clauſtriſq; obſerata arca ad dextram conſpicitur, quæ theſaurenſiū arcas auro plenas, uel ſcrinia officij inſinuat. Ad ſiniſtrā ciſta radios ſurſū erectos cōtinet. Hęc textrinę & gynecij inſtrā indicat, uel metaxę ſerici, quorū Procuratores

Alia Tria Scrinia.

a lib. 15. cap. 27.
b in Michaele calefato. & aliis.
c in l. 12. C. de curſ. publ.

Quintum Scrinium.



ratores Comiti parebant. Hæc iuxta quædam aureorum monilium effigiem habentia iacent, cum paruis in ſummo, & imo catenis, quibus ſuſpendi poſſunt: Horum vnum cordis formam habet: Ad abaci ſiniſtram ſex velut oleæ aurea folia uiſuntur, quæ Auguſtæ ornamenta referunt, quorum proprium erat ſcrinium ſculptorum & aurificum.[a] Aurei quoq; & in manuſcriptis argenteæ monetæ ſpectantur, quæ pecuniam huius Comitis auctoritate percuſſam, & uniuerſum Principis theſaurum ſignificant, ex prouentibus publicis congeſtum, qui in huius Comitis manu erat. In theſauris Hadriani Imperatoris Appianus in procœmio Libycæ hiſtoriæ Aegyptiorum talentorum ſeptuaginta quatuor millia fuiſſe ſcribit; valet autem talentum Aegyptium pondo 80. itaq; ſtatuendo L. aureos eius temporis pro libra, colligeret hæc ſumma fermè 30. ut uocant, milliones. Ex ſpolijs Daciæ, Meſopotamiæ, Armeniæq; huius quantitatis partem a Traiano contractam fuiſſe exiſtimo. Hæc inſignia Comite cauſas cognoſcente aſtitiſſe puto, & fortè illi in publicum prodeunti prælata, quemadmodum ſacerdotibus gentium eius dignitatis ornamenta præmiſſa fuiſſe Valerianus A. ſcribit.[b] Tùm etiam à præcone, imperij pater eſſe acclamabatur. Gratianus,[c] Qui, inquit, ex comitiua utriuſq; ærarij attonito ſplendore uiguerunt, acclamatione excipiantur ſolita, nec prætereantur, ut incogniti. Intelligit autem Comitem largitionum, & priuatarū, quos ſub nomine utriuſq; ærarij comprehendit. Hic Comes ſub Paleologis Imperatoribus, Logotheta generalis eſt uocatus: Gerebatq; capitiū albo, purpuraq; & margaritis diſtinctum; & pallium blatteum, ſeu purpureum, ſine alijs ornamentis. Tunicā auro, purpuraq; & albo phrygiatam habentem ante, & à tergo Imperatoris imaginem arridentem. Sceptro iudiciali non utebatur, ut Sophotatus Curopalata refert: Simili habitu Magiſtri militum, & alij maiores Magiſtratus tùm utebantur. Nunc de his, qui Comiti largitionum parebant, eſt dicendum.

a l. 7. C. de palat. ſacr. larg.
b in l. 4. C. de iniur.
c l. 1. C. de quæſtor.

## NOTITIA.

*Sub diſpoſitione uiri illuſtris Comitis ſacrarum Largitionum.*

COMITES LARGITIONVM *per omnes diœceſes.*
*Comites commerciorum per Orientem, & Aegyptum, Per Mæſiam Scythiam, & Pontum. Per Illyricum.*
*Præfecti theſaurorum.*
*Comes metallorum per Illyricum.*
*Comes & Rationalis ſummarum Aegypti.*
*Magiſtri lineæ ueſtis. Magiſtri priuatæ.*
*Procuratores Gynæciorum.*
*Procuratores Baphiorum.*
*Procuratores Monetarum.*
*Præpoſiti Baſtagarum.*
*Procuratores Linificiorum.*
OFFICIVM *autem ſupraſcripti viri illuſtris Comitis ſacrarum largitionum habet.*
*Primicerium totius officij.*
*Primicerium ſcrinij Canonum.*
*Primicerium ſcrinij Tabulariorum.*
*Primicerium ſcrinij Numerariorum.*
*Primicerium ſcrinij Aureæ maſſæ.*
*Primicerium ſcrinij Auri ad reſponſum.*
*Primicerium ſcrinij Veſtiarij ſacri.*
*Primicerium ſcrinij Argenti.*
*Primicerium ſcrinij Annularenſis.*
*Primicerium ſcrinij A pecunijs, & cæteros ſcriniarios ſupraſcriptorum ſcriniorum.*
*Secūdocieriū officij, qui primicerius eſt Exceptorū.*
*Tertiocerium officij, qui tractat Baſtagas. Quarto loco libellos tractat, & cæteros Palatinos officij ſupraſcripti Comitis Largitionum, quotiens uſus exegerit.*

Qui parerent Comiti largitionum in Tabulam hanc etiam redegimus.

*Comiti largitionum parebant.*
- *Comites XII.*
  - *Largitionum VI. per VI. diœceſes.*
    - *Orientis,*
    - *Aegypti;*
    - *Aſianæ.*
    - *Ponticæ.*
    - *Thraciarum.*
    - *Illyrici.*
  - *Commerciorum IIII. per IIII. regiones.*
    - *Orientem & Aegyptum.*
    - *Mæſiam.*
    - *Scythiam & Pontum.*
    - *Illyricum.*
  - *Comes metallorum I. per*
    - *Illyricum.*
  - *Comes & Rationalis ſummarum Aegypti.*
- *Præfecti theſaurorum ferè in ſingulis prouincijs I.*
- *Magiſtri plures.*
  - *Lineæ ueſtis.*
  - *Priuatæ.*
- *Procuratores plures.*
  - *Gynæceorum.*
  - *Baphiorum.*
  - *Monetarum.*
  - *Linificiorum.*
- *Præpoſiti Baſtagarum plures.*

### DE HIS QVI ERANT SVB DIſpoſitione Comitis ſacrarum largitionum. Cap. LXXIIII.

COMMENTARIVM.

PLures in prouincijs Comitis ſacrarum largitionum mandata exequebantur Palatini vocati. [a] In primis ſinguli Comites in ſex Orientis diœceſibus, Oriente, Aegypto, Aſiana, Pontica, Thracijs, & Macedonia, illuſtris Comitis nomine Magiſtris, Ducibus, militibusque atque alijs, ſtipendia, donave ſoluebant, [b] & vectigalium exactionem procurabant, qui & ipſi COMITES LARGITIONVM, ſed tertij ordinis vocabantur: erant enim perfectiſsimi. Nam Conſtantinus Tertullianum virum perfectiſsimum Comitem diœceſeos Aſianæ appellat; [c] qui erat inferior Comes largitionum. Secundi verò ordinis Comites erant clariſsimi. [d] Hos Comites largitionum cùm per omnes diœceſes diſpoſitos fuiſſe Notitia ſcribat, ſex fuiſſe ſignificat. Nam etſi ſupra à quatuor Vicarijs, i. Præfectorum nomine totidem diœceſes rectas nominat, Orientis tamen & Aegypti quique tractus vocati [e] pro Orientalis imperij diœceſibus à Leone, & alijs ponuntur. [f] Sub valente Saliam theſaurorum Comitem per Thracias fuiſſe Marcellinus [g] ſcribit. His Comitibus liber mandatorum tradebatur, quemadmodum & olim procuratoribus, qui in prouincias mittebantur Auguſtum dediſſe Dion. [h] ſcribit. In libri dorſo, vt ex codicibus poſt Notitiam Orientalem in armarijs diſpoſitis apparet, inſcriptum erat. F.L.V.A.L.CO.S.T.R.L.IVSSI.D. quas notas ita interpretor. Fœlix liber vindicandus à Laterculo continens ſacros titulos rerum largitionum iuſſione diuina. Hi enim in prouincijs ad largitiones pertinentia procurabant: Valentinianum vero, qui tum in Occidente, non in Oriente imperabat per notam, V. non intelligi arbitror. Tres tãtū Vicarij Comites largitionum in Occidẽte fuiſſe reperiũtur.

COMITES COMMERCIORVM III. fuere, ſcilicet per Orientem, & Aegyptum vnus, per Moeſiã, Scythiam, & Pontum ſecundus, per Illyricum tertius. Hi ſunt negociatores, quorum Conſtantinus meminit, [i] cuius verba viciſsim hinc lucem accipiũt, in prouincijs neceſſaria ad parandas Principis veſtes emebant, veluti ſericum, lanam, linum, purpuram, pelles, & ſimilia, ob quorum remunerationem ab omni onere erant immunes. Negociatores, inquit, veſtiarios, linteones, purpurarios, & parthicarios, qui deuotioni noſtræ deſeruiunt, viſum eſt ab omni onere immunes eſſe. Parthicarios autem appellat, qui pelles Parthicas mercabantur, vt Cuiacius rectè exponit. De iiſdem negociatoribus intelligit Valentinianus ad Iulianum Comitem Orientis, [k] quos ad domum Principis pertinere ſcribit. Nec tantùm prędicta ad parandas veſtes pcurabant, ſed qui in Oriẽte erant præcipuè margaritas, gemmas, & ſericum pro Principis & Auguſtę vſu conquirebant, & lanã, quam in Metaxalotam ad Gynæcia Principis mittebant. [l] Gratianus, [m] Toriabando Duci Meſopotamiæ, comparandi, inquit, ſerici à Barbaris facultatē omnibus, præter Comitem commerciorum iubemus auferri. Nec de alio quàm hoc Comite commerciorum per Orientem intelligit, & explicat, quid mercaretur. ſericum Aureliano imperante, cum auro cõpenſabatur, &, vt credo, tempore Notitiæ. Vopiſc. in Aureliano, cùm ab eo, inquit, vxor peteret, vt vnico pallio blatteo ſerico vteretur, ille reſpondit, abſit, vt auro fila penſentur: libra enim auri tunc ſerici libra fuit. Hæc ille; ex Aegypto verò vnguenta conquirebant; Nam, vt Plinius, [n] ſcribit, terrarũ omnium Aegyptus accommodatiſsima eſt vnguẽtis. Argentum quoque Aegyptium, quod magno in pretio ad vaſa cœlanda habebatur, & alia huiuſmodi, hunc

a l. 1. C. & off. cõ. ſacr. largi. l. 3. C. de diuer. offic. rubric. C. de palatin. ſacr. largit.
b l. 3. C. de mili. veſte.
c in l. 3. C. fini. regund.
d l. 2. C. de primi. ſchol.
e in l. 1. C. vt omnes, tam ciuil. q̃ mili. iud.
f in l. 1. C. vt nemo ad ſuum patrocinium.
g lib. 29.
h lib. 53.
i in l. negociatores. C. de excuſ. muner.
k in l. 1. C. & epiſco. audi. quæ eſt pars. l. 1. C. de merca. & cõmer.
l l. lotas. C. de murileg.
m in l. 2. C. q res vendi. non poſſ.
n lib. 13. c. 3.

Comitem mercatum fuiſſe credendum eſt, & ad Comitatum miſiſſe: ſic adamantes, Thracias gemmas, & ſimilia ex Scythia, Ponto, & Illyrico alij duo Comites tranſmittebant. Ne cui etiam purpura venderetur, aut lana, ſericumve fucaretur, obſeruabant. [o] Præterea operam dabant, vt à negociatoribus iuſta vectigalia ſoluerentur: [p] & ob id in limitibus, & locis, vbi ſoluendum erat vectigal, ſtationarios tenebant. [q] Largitiones enim & ſtipendia ex vectigalibus ſoluebantur. [r] Ijdemq; prouidebant, ne aurum, aut vetitæ merces, vt ferrum, cotes ad id ſubigendũ, arma, ſales, frumentum, vinum, oleum, aliudve liquamen ad Barbaros deferretur. [s] Neminem deniq; Barbarorum in Romano imperio, aut Rom. ſubditos in illorum ſolo nundinari permittebant. [t] Itaq; omnibus negociatoribus Comes largitionum imperaſſe videtur, quorum opera peregrinas merces in Romanum ſolum afferri curabat. Caſsiodorus. [u] Negociatores, inquit, huic largitionum poteſtati manifeſtũ eſt eſſe ſubiectos; nam quicquid in veſtibus, quicquid in ære, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum, tuis ordinationib. obſecundat, & ad iudiciũ tuum cõfluunt, qui de extremis mundi partibus aduenere. Hæc ille.

His Comitibus ſalarium ex publico pro annonis, & capitatione exhibebatur; [x] In Occidente vnus tãtum erat Comes commerciorum per Illyricum.

PRAEFECTI quoq; theſaurorum eidem Comiti parebant, qui ex ſingulis prouincijs exactam pecuniam ſeparatim conſeruabant, donec ad largitionum Comitem mitteretur; neque cum aliarum regionum tributis eam commiſcebant; quod & Tiberius Cęſar obſeruari voluit, qui defuncto ſine liberis Philippo Trachonitidis tetrarcha, eam regionem Syriæ adiecit; ſed quæcunque tributa in ea tetrarchia collecta intra illius terminos ſeruari iuſsit, vt autor eſt Ioſephus, [y] Vnde tot factæ ſunt fiſci ſtationes, in quot prouincijs ſeparatim tributa exigebantur, & vectigalia. Hæc erant loca in quibus pecuniæ fiſcalis rationes tractabantur. Antoninus A. [z] compenſationi, inquit, in cauſa fiſcali, ita demum locum eſſe, ſi eadē ſtatio quid debeat quę petit. Item Alexander A. [a] cuius ait rei precium cum bona fide eſſet addicta, ſemel fiſcus acceperit, non ſolum emptorem ab eadem ſtatione, ſed nec ab alia quæſtionem pati debere æquũ eſt. Idem Baſſæ. [b] liberantur, inquit, fideiuſſores, quoties fiſcus tam debitori, quam creditori, licet diuerſis ſtationibus, ſuccedit, vbi male à nouis impreſſoribus ſcriptum eſt rationibus pro ſtationib. Hęc ſtatio olim Quęſtorium à Quæſtoribus appellabatur. Cic. pro Gn. Plancio ſe Theſſalonicã in Quęſtorium, cum exularet, ab eo perductum fuiſſe memorat. Itaq; hi Præfecti exactam ex vectigalibus, & tributis pecuniam ad unum ex inſignioribus. prouinciarũ oppidis mittebant, vbi tam diu conſeruabatur, donec ad Comitatum Principis tranſmitteretur. Gratianus, [c] omnem, inquit, pecuniam auri, vel argenti, & reliquarũ ſpecierum, quæ ſacris largitionibus ex more penduntur, ſtatim, vt exactio fuerit celebrata, ad theſauros vniuſcuiuſq; prouinciæ, vel ad proximos referri, ſub obſignatione tabularij, cęterorumq;, quos ſollicitos eſſe debere pręcedentia iuſſa decreuerunt, & theſaurorũ prępoſitis conſignari pręcipimus, vt exinde ad ſacrũ comitatum integer oium titulorũ numerus dirigatur, Hæc ille. Tabularius autē, cuius meminit, erat Numerarius, qui ſub Præſide rationes vectigaliũ ad largitiones pertinentium ſcribebat. [d] In exigendis vero tributis hæc forma obſeruabatur. In ſingulis ciuitatib. ex ordine Decurionum vnus eligebatur, ſuſceptor vocatus, qui indictum cuiq; aurũ ſuſciperet, [e] & ille theſaurorũ Præfecto ſtatim mittere tenebat. Gratianus A. [f] Diu, inquit, minimè penes ipſos ſuſceptores maneat facta collatio; ſed ſtatim quodcunq; à prouincialibus fuerit exſolutũ ſacris theſauris inferatur. Hæc ille. Hæc largitionum pecunia rhedis curſus publici ad Comitatum mittebatur 500. auri libris, mille verò argẽti rhedæ impoſitis, [g] quam duo palatini

cum

o l. 1. & 2. C. quæ res vẽd. non poſſ.
p l. oſium. l. ex ſtatione, cũ duab. ſeqq. C. de vectigal. & cõmiſ.
q l. vniuerſi. C. eo. tit.
r l. pen. C. eo. ti. de vectig. cõmiſ.
s l. cotē. in prin. ff. de publ. & vectig. l. 2. & vlt. C. de commerc. & mercatorib. l. 1. & 2. C. quæ res expor. non deb.
t d. l. 2. & vlt. C. de commerc. & mercat.
u de comite largitionum.
x l. vnic. C. de an no. & capitat.
y lib. antiq. 18. cap. 9.
z in l. 1. C. decõ penſationibus.
a in l. 1. C. ne fiſcus quam rẽ uẽdidit euincat.
b in l. 2. C. de ſolutionibus.
c in l. 1. C. de cõno. largit. tit.
d l. 2. C. de numerar.
e l. 4. C. de ſuſcepto. & arcar.
f in l. diu. C. eo. tit.
g l. 48. ſi aurum. C. Theo. de curſu publ.



cum tribus ſeruis ſequebantur, neque hi cum auertis, ſeu peris, vel manticis onus plus quingentarum librarum habere poterant. [a] Qui exactam ad locũ theſaurorum pecuniam comitabantur, proſecutores auri publici vocabantur, qđ non niſi iuſſione Com. largi proſecutoria dicta facere poterant, [b] Ne vero confuſio naſceretur, tabularius ciuitatis, omniũ, qui tributum vel canonem ſoluere debebant, nomina ſcribebat, & Ducenarijs, ſexagenarijſque apparitoribus exigenda tradebat, [c] illi exacta ſuſceptori dabant. [d] Is ſoluenti, vt tutus eſſet, apocham faciebat, in qua nomen ſoluentis, ſumma, cauſa ſolutionis, dies, conſul, & menſis continebatur, [e] & ſtatim ad locum theſauri exactam pecuniam mittebat. Vectigalia vero pro mercib. aduectis ſtationarij milites opportunis locis diſpoſiti exigebant, eodem modo apocham ſcribebant; exactamque pecuniam ad Præſidem mittebant, inde ad Theſaurenſem dirigebatur. Cõſtantinus Iunio Ruſo conſulari Aemilię, [f] prouinciales, inquit, pro rebus, quas ad vſum proprium, vel exercendi ruris gratia reuehunt, nullum vectigal à ſtationarijs exigant. Quæ vero negociationis gratia portantur, ſolitæ præſtationi ſubiugamus, capitali poena propoſita ſtationarijs & vrbanis militibus, quorum auaritia id tentari firmatur. Hi milites antiquitus nõ modo per Italiã, ſed & per prouincias ad arcẽda latrocinia erant diſpoſiti. Tranquil. [g] tuendæ, inquit, pacis a graſſaturis, ac latrocinijs, ſeditionumque licẽtia curam habuit, ſtationes militum per Italiam ſolito frequẽtiores diſpoſuit. Hæc ille. idem & Iureconſ. [h] Græci irenarchas vocant. [i] & a ſingularum ciuitatum decurionibus ad ſuæ vrbis territoria cuſtodienda eligebantur. Honorius. [k] Irenarchæ, inquit, qui ad prouinciarum tutelam per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, a decurionib. iudicio præſidum nominentur. Præfectus Pretorio & ipſe in prouincijs ſuos theſaurorum Præfectos habebat: [l] qui pecuniam a ſe impendendam ſuſciperent, & ad ſuam arcam tranſmitterent. Eodem modo in Occidente XII. in diuerſis prouincijs theſaurorum Præfecti recenſentur, præpoſiti appellati, prout etiam vocantur in iure; [m] qui verò præfatam pecuniam theſaurum dictam cuſtodiebant, Theſaurẽſes ſunt appellati, [n] Leo A. arcarios vocat; [o] Vulgus Italicum Theſaurarios. Earum Præfecti quandoque Comites appellantur. Gratianus A. ad Titianum Comitem ſ. Largitionum: [p] Nullus, inquit, Theſaurenſis, uel officialis Comitis theſaurorum ſemel deprehenſus euerſor militiam repetat; cui cõſonat & Marcellin. [q] Salia, ait, theſaurorũ, paulo ante per Thracias Comes. Cum vero pecuniam Principis hi Præfecti tractarent, eam attingere non poterant, niſi prius de Principis indemnitate ſatisfeciſſent. Theodoſius A. [r] Theſaurorum, inquit, Præpoſiti non ante ad rẽ ſacri ærarij procurandam permittantur accedere, quam ſatiſdationibus dignis eorum adminiſtratio roboretur. In ſcrinio epiſtolarũ, literis a Principe ſubſcriptis tam ipſi quàm ceteri Theſaurenſes probandi erant. Idem Theodoſius ad Archatium Comitem ſ. Largit. [s] Comitum, inquit, theſaurorum dioeceſeos prouectiones, & ipſos Theſaurenſes, vetus obſeruatio dexteræ principali reſeruauit. Quib. verbis ſubſcriptionem dextera Principe faciendam intelligit. Nec aliud Leo A. ſenſit. [t] cum theſaurenſium claſſis meminit, quę & ipſe a Principe in ſcrinio epiſtolarum comprobari præcipit: claſſem enim forte non nauium, vt vulgo putant, ſed Theſaurenſium multitudinem appellat.

COMES METALLORVM, per Illyricum eidem largitionum comiti ſuberat, qui ex auro in metallis inuento portionem Principi debitam exigebat, in fluminibus enim uel fodinis aurum legentes, ſinguli octo, uel ſeptenos auri ſcrupulos pro locorum conſuetudine largitionibus inferebant, quemadmodum Valentinianus A. ad Creſconium comitem metallorum ſcribens definiuit. [u] Eſt autem ſcrupulus uiceſima quarta pars unciæ uulgo caratum appellant,

a d. l. 48.
b l. 1. C. de auri publ. proſecu.
c l. 1. C. de exact. tribut.
d l. apparitores, C. d. titu.
e l. 1. C. de apo. publ.
f in l. vniuerſi. C. de vectigalib.
g in Tiberio ca. 29.
h in l. 1. & l. 4. C. de fugit.
i l. 6. ff. de cuſto. reor. l. vl. §. 1. ff. de mun. & hono.
k in l. 1. C. de irenarchis.
l l. duos. C. de ſuſcep. & arcar.
m in l. 1. C. de ſuſcep. præpo. & arcar.
n l. 14. C. Theo. de diuer. offic.
o l. pe. C. de ean. largit. tit.
p in l. 2. C. de palat. ſacr. largit.
q lib. 29.
r in l. priuatę. C. murileg.
s in l. vlt. C. The. de diuer. offic.
t in l. vlt. §. pe. C. de diuer. offic.
Cod. de metallarijs & metallis & procuratorib. metallarum.
u in l. 2. & l. per annos. C. de metallar.

ſeu tertia pars dragmæ, ideſt duo oboli. Hoc uero aurum non obryzum aurileguli pendebant, ſed in balluca, quæ eſt arena aurea & eius qualitatis, ut non coquatur. Græcè χρυσάμμος dicta. [x] Sunt autem aurileguli non qui terram effodiunt, ſed qui aurum inuentum manu legunt, quod cuique facere concedebatur, modo tertiam vt dixi dragmæ partem largitionibus quotannis inferret; aliqui enim aurum inueniunt in maſſa, aliqui arenam, quæ balluca uocatur. Plinius. [y] Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſæ, nec non in puteis, etiam denas excedentes libras, palacas in Hiſpania, alii palacrinas, idem quod minutum eſt, balucem uocant. Hæc ille. Eſt autem arrugia, quaſi auri rugia, ideſt ſcalptura, ubi aurũ ſcalpitur non effoditur. Habebat & ſua in prouincijs metalla Princeps, ex quibus aurum & argentum Comes colligebat: Vlpianus. [z] Si quis inquit, ex metallis Cæſarianis aurum, argentumue furatus fuerit, exilio uel metallo, prout dignitas eſt perſonæ, punitur. Creabatur hic Comes per Illyricum, vbi magna metallorum copia effodiebatur. Anno enim ab urbe condita. DXCVII. M. Aemilio. & C. Popilio Coſ. metalla in Macedonia inſtituta fuiſſe Caſsiodorus ſcribit, & Liuius [a] metalli Macedonici ingens uectigal fuiſſe refert: auctor eſt Plinius, [b] in ſuperficie terræ in Dalmatia aurum abundaſſe. Inuenitur, ait, aliquando in ſumma tellure rara felicitate, ut nuper in Dalmatia Principatu Neronis ſingulis diebus etiã quinquagenas libras fundens. Hæc ille. Sub eo climate, eſt Dacia mediterranea, Macedonia, Moeſia, ſeu Dardania, [c] quibus in locis ex ciuitatum curialibus, metallorum procuratores creabantur, qui eſ fodiendis metallis præerant, quibus hic Comes imperabat. Cum uero multi in Illyricum, & Macedoniã ad quærendum aurum ueniſſent, Valentinianus edicto eos abire iuſsit. [d] Hic comes, & alia metalla procuraſſe uidetur, cum generaliter metallorum Comes uocetur, & ſi in Occidente hic Comes auri appellatur. Celebrantur in Oriente Docimenum, & Troadenſe metalla in Phrygia, & Proconenſe in Propontide. [e] Hunc Comitem Valentinianus hac uoce compellat. [f] LAVDABILITAS TVA.

COMES ITEM RATIONALIS SVMMARVM AEGYPTI, eidem Comiti largitionum obtemperabat. Is mittebatur in Aegyptum, ut bona caduca, vel alio modo ad fiſcum deuoluta inquireret, ἴδιος λόγος. i. priuata rõ appellatus, quemadmodum Strabo refert. [g] Nullã ab initio iuriſdictionem habuit, ſed poſtea dignitate auctus, & Comes, ac Rationalis ſummarũ dictus, ampliorē adminiſtrationem obtinuit, cum. n. ſericum, byſſus, margaritę, gemmę, ac diuerſi generis aromata ex India, Arabiaq; in Aegyptũ quotannis veherentur, quæ millies centena millia ſextertiũ abſumebant, ut ait Plinius, [h] ob idque maxima ibi eſſent uectigalia ſecundũ Strabonē, centies quinquagies centenũ millium noſtrorum aureorũ prouentum Romanis Aegyptus dabat. Itaque propriũ ibi Rõnalem poni oportuit, quem Comitis titulo honeſtatũ, ſummarum Aegypti uocarunt; ita pecuniæ quantitatē appellabant. [i] Conſtantinus. [k] ſummę rei Rõnalem, Bulephorũ uocat: quandoque abſolute Rõnalis dr̃: [l] aut procurator. Lampridius in Alexandro, ubi aliquos uoluiſſet, uel rectores prouinciarũ dare, uel prępoſitos facere, uel procuratores id eſt rõnales ordinare, nomina eorum proponebat. Capitolinus in Clodio Albino: Ad procuratores meos litteras miſi, quas ipſe ſignatas accipies ſignis Amazoniæ, & cum opus fuerit rationalib. dabis, ubi rõnales uocantur procuratores. Hi ſplendidis ueſtibus induebãtur. Marcellin. [m] Euenerat his diebus, inquit, ut ad demendũ Imperatoris capillũ tõſor uenire præceptus introiret, quidam ambitioſe ueſtitus, quo viſo Iulianus obſtupuit, ego, inquit, nõ Rõnalē iuſſi, ſed tonſorē acciri In Occidente XI. rõnales ſacrarũ prouinciarũ erant inſtituti: In Oriẽte hic ſolus nominatur, cum tñ eos multos eſſe oportuerit.

x d. l. 1. C. de metallar. & Pollux.
y lib. 33. cap. 4.
z in l. ſacrilegij, §. vlt. ad l. Iul. peculat.
a in 5. deca. 5.
b lib. 33. cap. 4.
c l. procuratores. C. de metallar.
d l. 7. C. Theo. de metalla.
e l. 9. & 11. C. Theo. de indulg. debitor.
f l. 1. C. de metallar.
g lib. 17.
h lib. 12. cap. 18.
i l. ſcire debemus. ff. de verbo. obli. l. in fraudē. §. fiſcalib. ff. de iure fiſc.
k l. 7. C. vbi cau. fiſcal.
l l. 2. C. de mod. mulct. l. 2. C. de mancip. & colon. l. vniuerſi. C. de fun. rei priuil. l. placuit. C. de collat. fun. patrimo.
m lib. 22.

Vnde aliqua deeſſe exiſtimo. aut Comites largitionũ qui erant in prouincijs, eorũ fungebãtur officio. Tacitus n. Lucilliũ Capitonẽ ſub Tiberio Aſiæ procuratorẽ fuiſſe ſcribit, Catũ Decianũ Britanniæ. [a] ſub Claudio Cappadociæ Iuliũ Pelignum, & Iuliũ Conũ Ponti. [b] ſub Nerone Mauritaniæ Luceium Albinũ, [c] Dalmatiæ Corneliũ Fuſum. [d] Pollio [e] Zoſimionẽ imperante Valeriano Syriæ procuratorem nominat. [f] Alexander imperator, inquit Lampridius, rõnales cito mutabat, ita vt nemo niſi annum cõpleret, eoſq; ſi boni eſſent, oderat, malũ neceſſariũ vocans.

MAGISTRI præterea LINEAE aliàs Linteæ veſtis ſub eodẽ Comite erant, qui Lintearijs ſeu linifarijs, [g] lintea, mappas, mantilia, induſia, & huiuſmodi veſtes lineas facientib. præerant. Hi opifices cõditionales erant. i. cõficiendis, & texẽdis linteis, ſeu veſtib. lineis, ipſi & eorũ liberi perpetuo manebant obnoxij. Linteę veſtis magiſtri à Theodoſio A. vocãtur quos iubet cauere [h] rem ſacri ærarij ſaluam fore. Veſtes aũt appellantur quæcunq; induendi, præcingendi, amiciẽdi, inſternẽdi, inijciendi, accubandivè cauſa parata ſunt, inquit Vlpianus. [i] Quia vero hæc ex pecunia vectigaliũ cõparabantur, ſub diſpoſitione Comitis largitionũ erant. Horũ magna fuit adminiſtratio, cũ non modo lineas veſtes ad induendũ, ſed & lintea, mantilia, pãpiliones, pro aula & manſionibus, & ſimilib. pararent. Linteorũ artifices à Valentiniano linteones, [k] à Theodoſio lintearij appellãtur.[l] Lineas vel amictoria antea rhedis curſus publici ad Comitatũ vehebant, poſtea ſtatutũ eſt, vt angàrijs, vel nauib. dirigerentur: ſolæ delicatæ veſtes, & linteamen amictorium ad vſum Principis ſub mille librarum põdere rhedis mittebãtur: [m] Magiſtri lineas veſtes fieri procurabant, & factas cuſtodiebant, quarum numerus in ſcrinio ſacri veſtiarij ſcribebatur ſub eius primicerio; procuratores etiam gyneciorũ texendis veſtibus ſtudebant.

In Occidente pro Magiſtris lineæ veſtis ſcribitur Comes veſtiarij, qui has veſtes lineas procurabat, aut conſeruabat, & inter Cubicularios ab Honorio Auguſto connumeratur. [n] Veſtiarium autẽ, inquit Suidas, locus eſt, in quo veſtes reponuntur.

PRIVATAE MAGISTRI, à Notitia appellati ſub eodẽ Comite prædictis annectebantur, qui alias ſpecies ad Principis veſtes conficiendas, præterquam lineas curabant. Lanã .n. & ſericũ, ad tapeta, veſtes, aulęa, lectos, ſtragulas, & papiliones, pecti, & ad opus perduci, vniuerſamq; veſtem confici ſtudebãt. Hos procuratores Cõſtantinus A. appellat, [o] Procuratores, inquit, rei priuatæ, per quos priuata noſtra ſubſtãtia tenuatur, & ſpecies gynecij confectę corrumpuntur, ſuffragijs abſtineãt, i. precio hoc officiũ non emãt. Quia vero & ipſi res Principis tractabãt, priuſquam hoc munus exercerent, ſatiſdare tenebantur, ſicut & præcedẽtes. Theodoſius ad Comitem ſac. largit. [p] Priuatæ, ait, vel linteæ veſtis Magiſtri nõ ante ad rẽ ſacri ærarij procurandã permittantur accedere, quam ſatiſdationib. dignis eorum adminiſtratio roboretur. Nunc ad procuratores eſt veniendum.

PROCVRATORES GYNAECIORVM eiuſdẽ iuris erãt, qui textorib. veſtiũ Principis præerãt. Valentinianus A. [q] Auratas, inquit, ac ſericas paragaudas auro intextas viriles, priuatis vſib. cõtexere, cõficereq; prohibemus, & a gynęciarijs tantũ noſtris fieri præcipimus. A Theodoſio procuratores textrinorũ vocantur. [r] Gynecium Cõſtantinus [s] & Notitia appellant cõclaue, ideſt locũ interiorẽ ædiũ, in quo mulieres degere ſolent, & opera textoria, & muliebria exercere vt apud Procopiũ [t] & Vitruuiũ legitur. Id & textrinũ vocabatur. [u] Vnde gynęciarij dicti, qui hæc muliebria opa cõficiunt. [x] i. aulęa, ſtragulas, tapeta, veſteſq; auro depingentes texebant; inter has erãt holoberæ. i. totæ holoſericæ, ſeu totæ ex ſerico conſtantes, beros. n. ſericũ Balſamon [y] interpretatur. Erãt & auratæ. i. auri ſubtegmine intextæ, Virgil. [z] Fert picturatas auri ſubtegmine veſtes. Et paragaudę ſeu ſericeæ auro intextæ, forte a parando gaudio dictæ, [a] quæ ad priuatorũ vſum fieri nõ poterãt. [b] Primus huiuſmodi veſtes Aurelianus induit, ut auctor eſt Eutropius. Hi a Gratiano, [c] aurifices ſpecierũ vocantur: (ſpecies. n. pro ueſtibus ſępe in iure accipiuntur.) quas illi tyronib. dãdas texebãt. [d] Militib. vero ſolidus pro chlamyde a prouincijs conferebatur. [e] Aliqui ex his aurificib. ſerui erãt. [f] Sed liberi nec ipſi, nec eorũ poſteri a ſeruitute texẽdi eximi poterant. [g] Ex fundis Tamacis, qui a Comite domorũ in Cappadocia adminiſtrabantur, impenſæ in gynæcia factę fuiſſe uidentur, cum ab eo q̃nque concuſſionem paterentur. [h] Textrinorũ procuratores pecuniã Principis ad emendã & texendam materiã tractabãt, & ideo antequam eis hoc officiũ cõmitteretur, ut alij, ſatiſdare tenebãtur. [i] Pro Gynæcijs Cynegia, duabus tranſpoſitis literis, in Occidente mendoſe ſcribitur, vbi erant in diuerſis prouincijs gynecia numero quindecim, quæ hic non diſtinguuntur.

PROCVRATORES BAPHIORVM eidẽ Comiti parebant; Eſt autem Baphium officina in qua lana, aut ſericũ murice tinguntur. [k] Lampridius, [l] Purpuræ, inquit, clariſſimę nõ ad vſum ſuũ, ſed ad matronarũ, ſi quę aut poſſent aut vellẽt; certe ad vẽdendũ grauiſſimus exactor fuit, ita vt Alexãdrina purpura hodie quoq; dicatur, quæ vulgo probiana dr̃, iccirco ꝙ Aurelius Probus baphijs præpoſitus, id genus muricis reperiſſet. Hæc ille. Plura erãt in Oriẽte baphia, quib. ſinguli pręerant procuratores, [m] ſed celebriora fuere in Phoenicia, ad quę certis tp̃ib. quintũ de ſcrinio tabulariorũ, ſextũ de ſcrinio canonũ, & ſeptimũ de ſcrinio exceptorũ Theodoſius mitti iubet, vt nundinas purpurę prohibeãt, [n] Ab alio. n. q̃ Principe emi non poterat. Hic procurator Tyri degebat. Euſebius. n. Cęſarienſis [o] ſcribit Dorotheum Eunuchũ, qui poſtea Antiochię presbyter fuit, purpuræ apud Tyrũ tingendę prefuiſſe. Is à Iuliano apoſtata martyrio eſt coronatus. [p] Horũ procuratorũ præcipuũ erat officium curare, ut recte ſericũ aut lana tingeretur, mox ſcite in fila redacta texeretur: [q] neq; .n. ex folliculis aqua calida immerſis ſerici fila eo tp̃e in rhumbũ euoluebantur, ſed depecti folliculi in metaxã redigebantur, mox nebantur; & ideo metaxam a nemate ſericeo Martianus [r] diſtinguit. Id & poeta ſignificat. Velleraq; ut folijs depectãt tenuia ſeres. Baphiarij ſeu tinctores, & ipſi cõditionales, nõ poterãt ab ea arte, aut eorũ liberi diſcedere. [s] Procuratores baphiorum quemadmodum & ſuperiores ſatiſdare tenebantur ſe fideliter officio functuros. [t] In Occidente nouem diuerſorum baphiorum in IX. prouincijs ꝓcuratores numerãtur, qui hic nõ diſtinguũtur.

PROCVRATORES etiam MONETARVM eiuſdẽ Comitis auctoritate pecuniã cudi curabant. Caſſiodorus [u] vt figura, inquit, vultus noſtri metallis vſualibus imprimatur, monetã facis de noſtris tp̃ib. futura ſecula commonere. Hęc ille. Sex tantum in locis moneta cudebatur in Occidẽte, vbi quot in vrbibus pecunia percutiebatur, totidẽ monetarum procuratores creabantur. Hic vero, vbi vel quot eſſent monetarię officinæ, non apparet. Marcellinus [x] & ipſe hos procuratores appellat. Pari ſorte, inquit, procurator monetę extinctus eſt: Sed alibi [y] monetę prępoſitum vocat. Theodoſius [z] magiſtratum æris, cui annuũ ſtipendium in ære ſolui pro annonis & capitatione iubet. Solidos aũt cudebãt, quorũ ſex faciebãt vnciã auri, & 72. libram. [a] Sed hic nõ ab re fuerit aliquã aurei argenteiq; numiſmatis percutiendi rõnem aperuiſſe. Et vt ab auro incipiamus, cõſtat eius librã in vncias XII. diuiſam fuiſſe, & aureos pondo ſextæ partis vnciæ auri Valẽtiniano imperante percuſſos. Itaq; ſex ſolidi ſeu aurei unciã auri faciebãt. & 72. librã, [b] & ob id aureus q̃nque ſextula uocatur a Gręcis numiſma dicta: Cõſtantinus uero ſeptem ſolidos quaternorũ ſcrupulorum uncię põdo eſſe iuſſit. [c] Inuentũ poſtea eſt numiſma duorũ, quatuor, ſex, & decem aureorum, & Heliogabalus bilibres centum aureos pendẽtes numos percuſſit, quos Alexander conflauit. Lãpridius. [d] Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias ẽt, atq; amplius vſque ad bilibres, & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, reſolui præcepit, neq; in vſu cuiuſquã verſari, atq; ex eo his materiæ nomen inditum eſt. ita etiã appellant Cõſtãtinus. [a] & Valentinianus. [b] Addit Lampridius Alexandrum ſemiſſes, & tremiſſes inueniſſe, i. dimidium aurei, & trientẽ propter eos, qui pro vectigali eas aurei pãrtes ſoluere cogebãtur. Hi poſtea ſemp percuſsi & in vſu fuere. Arcadius. [c] Fortiſsimis, inquit, militibus non binos tremiſſes pro ſingulis chlamydibus, ſed ſolidos aureos præſtari præcipimus. Eiuſdem tremiſsis & Anaſtaſius meminit. [d]

Libraquoque argenti eſt pondus minæ continens drachmas cẽtũ, denarios 84. [e] quæ & ipſa in vncias 12. diuiditur, vncia in duos ſtateres, ſeu duas ſemiuncias, ſtater in duos ſiclos, vt ſiclus ſit quarta vnciæ, qui duas drachmas cõtinet, itaq; drachma eſt octaua vnciæ, nam octo drachmæ faciunt vnciam. [f] Quare ſinguli aurei duas argenti vncias æquabant, & ſex aurei ſeu uncia aurei librã argẽti, quod & Plato in Hipparcho in fine tradit: & id Valentiniano Imperante, obſeruabatur. [g] Arcadius verò aurũ coarctauit, voluitq; quinq; ſolidos argenti librã æquare, [h] ſi codex non eſt mendoſus, & proquinq; nõ eſt legendũ ſex, plerunque. n. in notis numerorum error committitur: Vncia verò argenti reſpondet 10. libris æris, & 20. libræ æris aureo. [i] Hęc ratio olim in officinis monetarijs obſeruabatur, quæ & hodie eſt in vſu. Quot verò formæ monetæ cuderentur, nimis longum eſſet referre, cum pro temporũ varietate diuerſas formas acceperint. Antiquitus nota aſsis ęrei fuit ab vna parte Ianus geminus, ab altera roſtrum nauis. [k] Denarius argenteus ab vno latere caput mulieris armatæ habebat, cum hac nota 10. quæ ſignificabat illum eſſe denarium, qui olim decem aſſes ualebat, & ſi poſtea auctus eſt ad 16. Ab aduerſa parte plurimũ biga, aut quadriga erat impreſſa. Sextertius, paruus numus his literis imprimebatur IIS. quę denotabãt eum aſsibus duobus cum dimidio permutari. Victoriatus habebat uictoriam impreſſam mulierem alatam manibus coronam tollẽtẽ cum litera V. quæ ſignificabat quinque aſsibus eum olim æſtimatum fuiſſe. Hæ florente Republica Romana monetę percutiebãtur. ſub Imperatoribus, eorũ vultus ab una parte imprimebãtur. [l] Cõſtantinus in auerſa parte crucẽ percuſsit. [m] quæ illi ab Angelo demonſtrata uictoriã cõtra Maxentiũ dedit. eadem in aureis numis Valentiniani, qui ſunt apud me, cernitur querna corona redimita, cui pila eſt infixa. Id ciuicam coronã ſanctiſsimę cruci conuenire ſignificat, quæ non unum ciuem ſed totum orbẽ ſeruauit. idem ſignum percuſsit Arcadius cum litteris A. & ω. quæ principium omnium, & finem eſſe illum, qui crucifixus eſt, portendit. Poſt Notitiam ubi de numiſmãtis agitur, quædam notæ impreſſæ apparent, quæ ibi declarabuntur. Hic pauca attigiſſe ſit ſatis. Monetas cudentes & ipſi erant huic arti cum uxoribus & liberis obnoxij. [n] Nec illis quiſquã ſine probatoria, i. Principis comprobatione poterat aggregari. [o] Auctor eſt Suidas, Aureliano imperante à monetarijs monetas adulterãtibus, Fœliciſsimum monetarum procuratorẽ occiſum, & graue bellum motũ, quod uix extingui potuit. Idẽ Aurel. Victor. Vopus, & Eutropius, [p] Ad fabricandam monetam prouinciales carbones conferre cogebantur. [q]

PROCVRATOR VICESIMAE Hæreditatum olim in omnibus prouincijs fuit, undemagnus fiſco reditus proueniebat, & pluribus in marmoribus legitur, procurator XX. H. i. procurator uiceſimæ hæreditatis, & in hac T. CLAVDIO T. F. GERMANO CVRATORI TRIVMPHI FELICISSIMI GERMANICI SECVNDI IMP. CAES. FL. DOMITIANI AVGVSTI EXORNATO SACERDOTI SPLENDIDISSIMO PONT. MIMOR. PROC. XX. HAER. VMBRIAE, TVSCIAE, PICENI, BRVT. CALABR. ET APVLIAE Hem. M. F. CL. PRISCO SACERDOTI TITIALI. PR. INTER CIVES ET PEREGRINOS TR. PL. QVAESTORI PR OC. AVG. XX. HAERED. & in alio marmore Firmi in Piceno, & Sæpe alibi. Aliquãdo hi procuratores hæreditatum uocabantur, ad quos Antoninus Caracala ſcribit, [r] ut harum hæreditatum, uſuras debitas exigant, ſolebãt uerò uiceſsimæ reditus plurimũ locari publicanis Plinius, [s] a publicanis partẽ uigeſimã emiſti, Hoc uectigal Auguſtus ad alẽdas XXV. legiones inſtituit, tanquã hoc faciẽdũ inueniſſet in cõmẽtarijs C. Iulij Cæſaris, quo quiſquã hæres, qui defuncto ualde propinquus nõ fuiſſet, & hæreditas nimis tenuis nõ eſſet, uiceſimam ſoluere cogebatur, ut auctor eſt Diõ, [t] & id lege Papia introduxit. Tãtiq; hic prouẽtus eſt habitus, ut duos libros ad legẽ uiceſimam hæreditatis AEmilius Macer compoſuerit, quemadmodum ex diuerſis Pandectarũ locis in eius legum inſcriptionibus apparet. [u] Antea ẽt primus A. Oſilius in hanc legem ſcripſerat, ut Pomponius refert. [x] Nerua & Traianus in quibuſdã hoc onus arctarunt, quod in Panegyrico Plinius commendat, & alias de ea leges M. Antoninus tulit, ut auctor eſt Capitolinus. Demum Gratianus hãc uiceſimam penitus ſuſtulit, quemadmodũ Auſonius in gratiarum actione ad eum refert. Quare Iuſtinianus eam ante ſublatam fuiſſe tradit. [y] itaque nulla huius procuratoris hic mẽtio habetur, cum tñ hæc ſcire ad aliquarum legum notitiã conducat, pretermittenda non eſſe duxi.

PRAEPOSITI BASTAGARVM eidẽ comiti parebãt. Baſtaga eſt onus transferendi res publicas aut Principis, [z] à quo nemo tempore expeditionis, nec domus Imperialis, nec eccleſia excuſari poterat. [a] Pro modo uerò iugerum, quæ habebat quiſque onerabatur. [b] Onus publicum uocatur, [c] quod Phauorinus βάρος interpretatur. Vndè baſtagarij erant, qui equis aut mulis res publicas ad præſcripta cuiuſque prouinciæ loca deducebant, [d] nec id munus niſi elapſo tempore ſibi definito deſerere poterant. [e] Erant & milites qui eas præſidij cauſa comitabantur. Nam in Occidente legio III. Italica, ſub Duce Rhetiæ tranſuectioni ſpecierum erat deputata, ut in eo Notitia refert, quę baſtagam, tranſuectionem ſpecierum appellat. In primis uerò nauicularij frumentum quotannis Alexãndriam, & Conſtantinopolim deferre tenebantur, [f] quod erat 800. miriadum artabarum, ſeu medimnorum Atticorum: ita interpretor Edictum [g] Iuſtiniani. Hæc tranſuectio pia embola uocabatur. [h] Deferebant & ueſtes Principis, ſericum, purpuram, byſſum, margaritas, lapillos, gemmas, & alias ſpecies Indicas, uel Arabicas, [i] arma, annonam, & cætera militibus neceſſaria, [k] quę baſtagæ Prępoſitus ad loca pręſcripta deferri curabat. Aliqui, priuilegio ab hac functione erant immunes, prout Syrię cohortales. [l] Dicta eſt autem baſtaga à βαστάζω quod eſt porto. Alij baſtagma rectius dici putant: Neceſsitas tranſuehendi angaria dicebatur, de qua ſupra in curſu publico eſt dictum. Baſtagas indicebat Tertiocerius officij Comitis largitionum, & ſingulę ſingulos habebant Prępoſitos. In Occidente quatuor recenſentur ſingulis annis baſtagę: quę in Orientem tendebant. Alię quatuor, quę in Occidentem: & ſi ibi codex eſt mendoſus.

Vltimi ſub eodem recenſentur PROCVRATORES LINIFICIORVM, lympharij, [m] uel linifices uocati, & differunt à Magiſtris lineæ ueſtis, q linũ ipſum pecti, mũdari, excoliq; & in ueſtes cõuerti faciebãt. Hi rude linũ procurabãt, & potius linteę nõ lineę veſtis magiſtri ſunt appellãdi, ut uocat Theodoſius. [n] Qui hãc artẽ exercebãt ab ea, neq; ipſi, neq; uxores, neque liberi poterant eximi: cõditionales. n. erant. [o]

Quot eſſent hi procuratores non exprimitur. In Occidente duo erant; unus Viennæ in Gallijs, alius Rauennæ in Italia. Erant igitur Comites VI. largitionum per dioeceſes: Alij V. iiſdem in prouinciis ob diuerſas merces emendas & metalla. Plures theſaurorum præfecti. Rationalis unus Aegypti. Plures lineæ ueſtis, & priuatæ procuratores Magiſtri plures & procuratores, qui operibus faciendis inſtabant, & plures diuerſis baſtagis præpoſiti, qui omnes comiti Largitionum parebant. Nunc eius officium, quod ex ſcriniariis conſtabat, eſt explicandum. Hi prędictorũ rationes; & acta ſcribebant.

a lib. 14.
b lib. 12.
c lib. 18.
d eod. lib.
e in Claudio.
f l. priuatæ. C. de murileg.
g l. ſi quis corpore. C. d. tit.
h in d. l. priuatę. C. de murilegul.
i in d. l. veſtis. §. 1. de au. & arg. le.
k l. 8. C. The. de murileg.
l in dic. l. ſi quis corpore. C. eod.
m l. 48. §. ſi aurũ. C. Theo. de curſu publi.
n l. 1. C. The. qui a præb. tyron.
o in l. 2. C. de murileg.
p d. l. priuatæ.
C. de murileg. & gynęciarijs, & pro curatoribus gynæcij.
q in l. 1. C. de veſt. holober.
r in l. pen. C. de murileg.
s in d. l. 2. C. de murileg.
t lib. 3. de bello Vandalico.
u l. 6. C. de murileg.
x l. 2. & 3. l. ſi qs ex corpore. C. de murileg. l. vnuſquiſque princ. C. ad l. Iul. repetun. l. 1. C. de veſtib. holober. l. vlt. C. de re milit.
y in 12. canone cõcilij cãgiẽſis.
a in 3.
a l. 1. & 4. C. de veſtib. holober.
b d. l. 1. C. de veſtib. holober.
c in l. 7. C. de palat. ſacr. larg.
d l. vlt. C. de milit. veſte.
e l. pen. C. d. tit.
f l. qui textrini. C. de murileg.
g l. 1. & l. ſi quis corpore. C. de murilegul.
h l. 5. C. ad l. Iul. repetund.
i d. l. priuatæ. C. de murileg.
Cod. de veſtibus holob. extinctione ſacri nutricis.
k l. 2. & l. priuatæ. C. de murileg.
l in Alexandro.
m d. l. 2. C. de murilegul.
n l. vlti. C. de veſtib. holober.
o lib. eccleſ. hiſt. 7. cap. vlt.
p Martyrol. 5. Iunij Anaſtſt. bibliotheca. in chronic.
q l. lotas. C. de murileg. l. temperent. C. de veſtib. holober.
r in l. vlti. §. ſpecies. de publ. c.
s l. murileguli. l. ſi quis. C. de murileg.
t d. l. priuatæ. C. de murileg.
Cod. de murilegulis & munerarijs.
u in formula comit. largit.
x lib. 28.
y lib. 22.
z ib l. 1. C. de anno. & capita.
a l. quoties. C. de ſuſcep. & arcar.
b l. quoties. C. de ſuſcep. & arca.
c d. l. 1. C. Theo. de ponde. & auri illatio.
d in Alexandro.
a l. 1. C. de ponderato. & auri illat.
b l. ul. C. T. cod. titu.
c l. 3. C. de milita. ueſte.
d in l. iubemus 2. Co. de erogat. milita. anno.
e Pli. li. 33. ca. 9.
f Epipha. de ponder. & menſ. D. Hier. in c. 4. Ezechiel. Ioſeph. de lib. anti. 3. ca. 9.
g l. quoties. Co. de ſuſcepto.
h l. 1. C. de argenti eret.
i l. 1. C. de colla. æris.
k Pli. li. 33. ca. 4.
l l. 1. C. T. de ponde. & aur. illat. l. 1. & ul. C. de vet. numis. poteſt.
m triper. li. 1. c. 9
n d. l. 1. l. edicimus. l. ult. C. de murileg.
o l. ul. Græca. C. eo. tit.
p in Aureliano.
q l. maximam, c. de excuſ. muner.
r in l. 1. C. de uſur. rei iudica.
ſ li. 17. epi. 14.
t lib. 55.
u in lib. 13. nulli de tranſ. in l. 37. funeris, de relig. l. 68. computationi ad l. falc. l. 154 mille paſſus de ver. ſign.
x in l. 2. §. ex his auditoribus de orig. iur.
y in l. vl. in prin.
C. de edict. Diu. Hadr. tol. li. 3. diſpunt. c. 6.
Co. de murilegulis & baſtagariis.
z l. 3. C. de cohortalib.
a l. 2. C. quib. munerib. uel præſtatio. nem. li. ſe excuſare. l. antepenul. Co. de curſu public.
b l. 1. C. quib. muneri b. uel præſtat nem. ſe lic. excu.
c l. 1. C. nè quid oneri pub. impo.
d l. 4. l. æternam C. de murilegul.
e d. l. æternam.
f l. 4. C. de nauic.
g 13. 14. ca. 8.
h l. iubemus. nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. quæ eadẽ eſt l. ul. Græca. c. de nauicular.
i vt l. vl. §. ſpecies ff. de publ.
k l. ul. §. tyronũ, ff. de munerib. & honorib.
l d. l. de cohorta. Co. de murilegulis, & gyneciariis lib. 11.
m l. ſi quis. C. de murileg.
n in d. l. priuatę.
o d. l. ſi quis.

# OFFICIVM SCRINIORVM XI.
## COMITIS LARGITIONVM.

- **Primicerius totius officij.**
  - Secundocerius officij, & Primicerius exceptorum perfectiſſimus ordinis ſecundi, ſub quo
    - Ducenarij ſecundi.
      - Tertiocerius officij baſtagias tradit.
      - Quartocerius officij libellos tractat.
    - Centenarius, Primicerius inſtrumentorum perfec. ordin. ſecundi.
    - Epiſtolares perfectiſſ. II.
    - Formæ primæ perfect. XXXVI.
    - Formæ ſecundę perfect. IIII.
    - Formę tertię perfect. III.
  - Primicerius Numerariorum perfectiſ. ordin. tertij ſub quo
    - Ducenarius perfectiſſ. ord. tertij. I.
    - Centenarij perfectiſſ. II.
    - Epiſtolares perfectiſ. II.
    - Formæ primæ perfectiſ. III.
    - Formæ ſecūdæ perfectiſ. I.
    - Formæ tertię perfectiſ. II.
  - Primicerius tabulariorum perfect. or. tertij idem Centenarius exceptor.
    - Ducenarius perfectiſſ. I.
    - Centenarius perfectiſ. I.
    - Epiſtolares perfectiſ. I.
    - Formæ primę perfectiſs. III.
    - Formæ ſecundæ perfect. V.
  - Primicerius canonū perfectiſ. or. tertij.
    - Ducenarius perfectiſ. I.
    - Centenarius perfectiſ. I.
    - Epiſtolares perfectiſſ. II.
    - Formæ primæ perfectiß. IIII.
    - Formæ ſecundæ perfectiſ. IIII.
  - Ducenarius Mittendariorum perfectiſsi. ord. tertij.
    - Centenarij perfectiſs. II.
    - Epiſtolares perfectiſſ. VIII.
    - Formæ primę perfectiſs. VI.
    - Formæ ſecundæ perfectiſſ. XXXIII.
  - Primicerius perfect. ord. tertij.
    - Aureæ maſſæ in qua
      - Secundocerius perfectiſ. I.
      - Ducenarij perfectiſ. II.
      - Centenarij perfectiſ. VI.
      - Epiſtolares perfectiſ. IIII.
    - Præfecti aurificum ſpecierum.
      - Præfectus perfectiß. I.
      - Ducenarij perfectiſ. IIII.
      - Centenarij perfectiſs. VI.
      - Epiſtolares perfectiſ. VIII.
      - Formæ primæ perfectiſ. XVII.
      - Formę ſecundę perfectiſ. IIII.
    - Aurificum ſolidorum.
      - Ducenarius perfectiſ. I.
      - Centenarij perfectiſſ. VIII.
      - Epiſtolares perfectiſ. VI.
      - Formę primę perfectiſſ. IX.
      - Formæ ſecundæ perfect. XXX.
    - Sculptorum, & aliorum aurificum perfectiſſimus.
      - Centenarius perfectiſ. I.
      - Epiſtolares perfectiſ. V.
      - Formæ primæ perfectiſ. VI.
      - Formæ ſecundæ perfect. XXIII.

Primi-



- **Primicerius totius officij.**
  - Primicerius ſcrinij auri ad reſponſum perfect. or. primi.
    - Secundo & tertio, cerij perfectiſſ. ordinis 2. II.
    - Ducenarius perfectiß. I.
    - Centenarij perfectiß. II.
    - Epiſtolares perfectiſſ. III.
    - Formæ primæ perfect. IIII.
    - Formæ ſecūdę perfect. II.
    - Formę tertię perfectiſ. I.
  - Primicerius ſcrinij a Miliarenſibus perfectiſſimus.
    - Ducenarius perfectiſſ. I.
    - Formæ primæ perfect. I.
    - Forma ſecūdæ perfect. II.
    - Formæ tertię perfectiſ. III.
  - Primicerius ſcrinij perfectiſſim. ordinis tertij.
    - Veſtis
      - Secundocerius perfectiſſ. ordinis ſecundi. I.
      - Ducenarij perfectiſ. II.
      - Centenarius perfectiſſ. I.
      - Epiſtolares perfectiſſ. II.
      - Formæ primæ perfectiſ. VII.
      - Formæ ſecundę perfect. X.
      - Formæ tertiæ perfectiſ. IIII.
    - Officialium ſacrarū veſtiū.
      - Ducenarij perfectiſſ. III.
      - Centenarij perfectiſ. III.
      - Epiſtolares perfectiſſ. I.
      - Formæ primæ perfectiſ. XII.
      - Formæ ſecundæ perfect. X.
      - Formæ tertiæ perfectiſ. VIII.
    - Deputatorum ſacræ veſtis.
      - Perfectiſ. ord. ſecundi. II.
      - Ducenarij perfectiſ. II.
      - Centenarij perfectiſ. II.
      - Epiſtolares perfectiſſ. II.
      - Formæ primæ perfect. II.
  - Primicerius ſcrinij ab argento perfectiſs. ord. ſecundi.
    - Epiſtolaris perfectiſ. I.
    - Formæ primę perfectiſ. VI.
    - Formæ ſecūdæ perfect. III.
    - Formæ tertię perfectiſ. I.
  - Primicerius ſcrinij perfectiſsim. ord. ſecundi.
    - A pecunijs.
      - Formæ primæ perfect. I.
      - Formę ſecundę perfect. II.
      - Formæ tertiæ perfectiſ. V.
    - Argentariorum Comitatenſium.
      - Ducenarius perfectiſs. I.
      - Centenarij perfectiſ. II.
      - Epiſtolares perfectiſ. III.
      - Formę primę perfectiſ. VIII.
      - Formę ſecundę perfect. XXV.
    - Barbaricariorum.
      - Centenarij. II.
      - Epiſtolares. V.
      - Formę primę perfectiſ. VIII.
      - Formę ſecundæ perfect. I.

## DE OFFICIO COMITIS ſacrarum largitionum orientis. Cap. LXXV.

a l.proximos. C. de prox. ſac.ſcri. b l.omnium. C. de teſt. l. 2. & 3. C. de proxi. ſacr. ſcrin. c in verb. σγιρινιάριος.

DECEM ſcrinia Comes largitionum in officio habebat, quorum ſcribæ, militia literata vocabatur. [a] Nihil enim aliud erant ſcrinia, quam plutei in quibus libri condebantur. [b] inquit Suidas; [c] & Scriniarij ſunt chartalarij, chartas tractantes. Vniuerſo officio Primicerius præerat, hūc ſequebantur alij tres, eiuſdem officij præcipui, Secundocerius, idemque ſcrinij exceptorum Primicerius, & Tertiocerius qui baſtagas, & Quartocerius qui libellos tractabat. [d] Singula quoque X. ſcrinia ſuos Primicerios habebāt. Primus erat ſcrinij canonū, qui chartas ad illud ſcrinium pertinentes curabat. Alij erant Tabulariorum, Numerariorum, aureæ maſſę, auri ad reſponſum, Veſtiarij ſacri, Scrinij argenti, Anularenſis, quem Gratianus [e] ad Trifolium Comitem Largitionum, huius officij ſcriniorum primates recenſens omittit, & pro eo Miliarenſium ponit. Erat & ſcrinium pecuniarum, & exceptorum, cuius Primicerius, vt dixi, erat officij ſecundocerius, Primicerius totius officij: & tres X. ſcriniorum primi tribunorum prætorianorū militum dignitate honeſtabantur, vt Principem ſalutare & ſacram eius purpuram adorare poſſent, [f] ita ſtatuit Theodoſius, [g] apud quem mendoſe legitur, tres primicerij ſcriniorum, pro, tres primi. Emendanda quoque eſt Notitia, dum addit, Habet quarto loco libellos tractat, & ceteros palatinos officij ſupra ſcripti, Comes largitionum, quoties vſus exegerit: quæ verba nihil ſignificant: Legendum eſt itaque; Habet quartocerium officij, qui libellos tractat, & ceteros palatinos officij ſupraſcripti Comitis ſacrarum Largitionum, quoties vſus exegerit. Sæpe etenim preces porrigebantur ob ſtipendia, vel munificentiam Principis executioni mandandam, quibus interuenire Comitē oportebat. Aliud ſcrinium, huic officio, Gratianus A. addidit, [h] Mittendariorum, quibus pro Primicerio præficit Ducenarium, ſed forte apud eum huius officij ſcrinia ſunt diminuta; Aurificum quoque, Sculptorum, & aliorum aurificum, Officialium ſacrarum veſtium, argētariorum, & Barbaricariorum ſcrinia in eodem officio, cum ſuis præfectis reperiebantur. Hi palatini vocantur, quia in Principis palatio degebant. [i] Vnde & hoc officium palatinum Honorius appellat, [k] à ſordidiſque muneribus & tyronum præſtatione immunes plus min⁹ 450. huius officij viros facit, ac perfectiſſimi dignitate honeſtat. [l] De ſingulis ergo huius officii ſcriniis eſt dicendum, ac primum de ſcrinio Canonum, vt ordinē Notitię ſequar, etſi Gratianus A. aliū ſeruet. [m]

d l.7. de pala. ſac. largit.

e in d.l.7.

f l.pen. & vlt. C. de palat. ſac. larg. g d.l.penult.

h in d.l.7.

i C. de palat. ſac. lar. l. 1. & fere toto tit. k in l.2. C. de canon. largit. tit. & l.3. C. de palatin. ſacr. largit. l in d.l.7. m in d.l.7.

## DE SCRINIO CANONVM. Cap. LXXVI.

Codic. de canone largitionalium titulorum.

CANONEM regulam dici notiſſimum eſt, inde effectum, vt certa penſio alicui prædio impoſita canon vocetur, [n] quemadmodum id quod ab emphyteuta domino ſoluitur. [o] Et canonicum dicitur, quod ſolitū eſt fieri, qua ratione & canonica illatio tributum vocatur, quæ quotannis pendi conſueuit, [p] ſic & canon largitionum eſt auri quantitas, quæ earum arcæ ſingulis annis ex prouinciis inferri ſolet, quam poſtea ad varios vſus Princeps deſtinabat. Quælibet vero prouincia ſuum canonem ideſt indictam a principe pecuniam pendebat. ſic Iuſtinianus, [q] ex canone Phoeniciæ X. libras auri ſingulis annis Primicerio notariorum ſolui iubet. Exactæ. n. ex vectigalib. & tributis pecuniæ, Præfectus Prætorio partem ipſe in prouinciis retinebat, vt magiſtratib. eorumque officialibus & aliis ſalaria penderet. [r] Arcæ quoque largitionum, certam auri quantitatē inferri curabat, quæ canon vocabatur, quia ex more a prouinciis exigi & ad largitionum arcā mitti conſueuerat. Leo A. [s] Si delegatio, inquit, quæ ab ampliſſima pręfectura in diuerſas prouincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, nihilo minus competentem exactionem procurari præcipimus. Hæc ille. Vocat delegationem ſcripturam Pręf. Pręt. quæ etſi minus contineat, quam largitionalibus titulis debeatur, nihilominus conſuetam quantitatē vult ſolui: Largitionibus enim deſtinata, vniformis fuiſſe videtur; quæ vero in prouinciis a P.P. impendebantur, vix certa eſſe poterant. Iuſtinianus A. [t] Sancimus, ait, diſpoſitiones functionum in adiutorio cuiuſque dioeceſeos Præfectorum actis interuenientibus manifeſtari, & quid ex his in arcam inferri, & quid in vnaquaque prouincia expendi oportet: Hæc ille. Forma autem hæc obſeruabatur. Præſides prouinciarum ſingulo quadrimeſtri, exactam ex ſubditis ſibi ciuitatibus pecuniam, largitionibus deſtinatam, in tutum prouinciæ oppidū, ad hoc electum, ad Theſaurenſium Præfectum mittebant, ac Numerarii ſeu tabularii, & alii exactores obſignatis literis, miſſam quantitatem notabant: Inde a Pręfectis theſaurorum ad Comitem Largitionum mittebatur, & Principi tradebatur. Gratianus A. [u] Omnem, inquit, ſummam auri, vel argenti, & reliquarum ſpecierum quæ ſacris largitionibus ex more penduntur, ſtatim vt exactio fuerit celebrata, ad theſauros vniuſcuiuſque prouinciæ referri, ſub obſignatione tabularii, & theſaurenſium prępoſitis conſignari pręcipimus, vt exinde ad ſacrum Comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur: Hęc ille. Tabularius vero cuius meminit, eſt Numerarius, qui tributorum ac vectigalium ad largitiones ſpectantium rationes ſcribebat. [x] Huius ſcrinii homines canonicarii vocabantur, qui in codicibus penſiones ex prouinciis largitionibus debitas notabant, an integre eſſent ſolutæ, quæ ex indictionibus, ſuperindictis, vectigalibus, tributis, ac militari veſte debebantur; Hi ſunt, qui tituli appellantur. Canonem quoque veſtium, ad largitiones ſpectaſſe Valentinianus indicat. [y] Omnē inquit, canonem veſtium ex Calendis Septembris vſque ad Calendas Aprilis noſtris largitionibus tradi præcipimus. Conferebatur autem pro ſingulis XXX. iugeribus, aut XX. pro locorum conſuetudine, ſingula veſtis, [z] aut pro ſingula veſte, aureus militibus ſoluendus. [a] Ex ſex enim partibus veſtium, quæ a gynæciariis texebantur, quinque dignioribus militibus in auro dabantur, ideſt ſingulis ſinguli aurei; Sexta pars in ſpecie ideſt ipſæ veſtes gregariis, ſeu tyronibus tradebantur: [b] quorum curam Comitem largitionum habuiſſe, iura ad eum ſcripta, indicant. [c]

n l.1. C. de præd. tamiac.

o l.vl. §. fin autē. C. de iure emphyteutico. & in Authen. qui rem. C. de ſacroſ. eccle. p l. placet. C. de ſacroſan. eccle.

q in edict. 4. §. 1.

r Nouel. 128. §. 1.

s in l. vlti. C. de can. largit. tit.

t in Nouel. 118.

u in l. 1. C. de canone largit. tit.

x l.2. C. de num.

y in l.1. C. de milit. ueſte.

z l.2. C. de mili. veſte. a l.3. C. eod. tit.

b l.vlt. C. eo. tit. c d.l.3. C. de milit. ueſte.

Ex mittendariorum vero ſcrinio, vnus in ſingulas prouincias mittebatur, qui veſtes & alia debita, largitionibus ſolui compelleret. [d]

d l.vlt. C. de exactorib. tribut.

Huius ſcrinii Primicerius erat perfectiſſimus tertii ordinis: Ducenarius item vnus, eiuſque dignitatē habebat, qui CC. militibus præfuiſſet. Centenarius item vnus, qui Centurioni honore æquabatur. Epiſtolares duo, formę primæ ſeu primi gradus quatuor, formæ ſecundæ item quatuor, quibus omnibus annonæ ex publico dabantur. [e] Credo hos poſt Centenarios fuiſſe loco Biarchorum, Circitorum, & eorum qui equites in aliis officiis vocabantur. Sextus huius ſcrinij ad baphia Phoeniciæ nundinas purpuræ prohibiturus mittebatur. [f] Epiſtolares vero erāt, qui ob exigendum canonem, iuſſu Comitis, in diuerſas prouincias, ad Præſides, Pręfectos, Vicarioſque ſcribebant.

e d.l.7. C. de palat. ſacr. largit.

f l.vlti. C. de veſtib. holoſer.

DE



## DE SCRINIO TABVLARIORVM. Cap. LXXVII.

C. de tabularijs.

SECVNDVM, eiuſdem officij ſcrinium erat Tabulariorum, ideſt, eorum, qui inſtrumenta, ſeu cautiones, receptæ ſolutæuè pecuniæ ſcribebant. Tabularius, enim is dicitur, [a] & tabulariū locus, in quo tabulæ conſeruantur. [b] In ſcrinio exceptorum centenarius dictus huius ſcrinij erat Primicerius, [c] quod tabulariorum ſeu inſtrumentorum appellabatur. Alias tabularij ſunt, qui rationes ſcribunt. Vlpianus, [d] Ego, inquit aduerſus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellit: & alibi, [e] calculatoribus ſiue tabularijs, ius dicere Præſes debebit. Tabularios uerò huius officij, eos fuiſſe puto; qui ſolutæ pecuniæ inſtrumenta ſcribebant, apochaſque accipientium in ſcrinio ſeruabant, quod idem erat ſcrinium ſecuritatum apud Comitem rerum priuatarum: Porro, multi ſcrinio tabulariorum inſeruiebāt, quibus præerat Primicerius ordinis tertij perfectiſsimus, poſt quem centenarius ſimiliter perfectiſsimi titulo gaudebat. Item epiſtolaris unus nempe ex illorum numero, qui epiſtolas ob cauſas prædictas ſcribebant. Formæ item primi uiri tres, & ſecundæ uiri quinque eiuſdem ordinis erant perfectiſsimi, [f] & prout digniores erant, plures annonas habebant.

a l.3. C. de tabu. b l.ſi mihi, 92. ff. de legat. 3. c l. ſcrinijs. §. 3. C. de palat. ſacr. largit.

d in l. ul. in ſi. ff. ſi mēſor. falſum mod. dixerit. e in l. 1. §. ludi. ff. de uar. & extraor. cognitionib.

f l. 7. C. de palat. ſacr. largi.

## DE SCRINIO NVMERARIORVM. Cap. LXXVIII.

Co. de numerar. lib. 12.

NVMERARIOS eos eſſe diximus, qui rationes numerando ſupputant. D. Auguſtinus. [g] Multos, inquit, noui numerarios, aut numeratores, uel, ſi quo alio nomine uocandi ſunt, qui bene, & mirabiliter computant. Bini in ſingulis prouincijs numerarij eſſe conſueuerunt, tabularij dicti, [h] quorum alter largitionum ratiocinia, alter ad arcam fiſcalem pertinentia tractabat. [i] Alij fuere apud comitem largitionum Numerarij, qui pecuniæ uectigalium, & tributorum ex prouincijs miſſæ, & impenſæ, rationes ſcribebant. Multa. n. hic Comes, Principis iuſſu elargiebatur, plura in emendis ſpeciebus, ut ſerico, purpura, byſſo, gemmis, lana, lino, & ſimilibus impendebat, alijs ſtipendia, aut mercedes ſoluebat, & alias huiuſmodi impenſas faciebat: vt ergo ſciretur, an reliquator, an creditor permaneret, numerarij acceptorum, expenſorumque rationes tractabant: Hi, & præcedentes, cum Primicerij munus expleuiſſent, à præbendis, tyronibus, & equis immunes erant. [k]

g li.2. de li. arbi.

h le. duos. C. de ſuſceptorib. & arcar. l. 2. & 4. C. de Numerarijs. i d. le. 4. & d. lg. duos.

k l.palatin. C. de palat. ſacr. larg.

In hoc ſcrinio, primus eſt perfectiſsimus tertij ordinis, & ex Ducenarijs unus, & Centenarijs duo: Epiſtolares item duo, & pauci alij, qui epiſtolas ob prædictas cauſas ſcribebant, aut etiam perferebant. Saluianus, [l] Veniunt, inquit plerunque noui nuncij, & noui epiſtolarij à ſummis poteſtatibus miſsi: Hi annonas à Principe pro dignitatis gradu habebant. [m]

l in 5. de prouidentia. m d.l.7. C. de palat. ſacr. lar.

## DE SCRINIO AVREAE MASSAE. Cap. LXXIX.

PRAETER memorata ſcrinia, erat & aliud Aureæ maſſæ, in quo ſcribebatur, quantum auri eſſet in maſſam conflatum. Eſt autem in maſſa aurum quod neque factum, aut cęlatum, neque ſignatum eſt. Vlpianus. [n] Argentum factum, inquit, recte quis ita definirit, quod neque in maſſa, neque in lamina, neque in ſignato, neque in ſupellectili, neque in mundo, neque in ornamentis inſit. Eſt enim aurum infectū Idem Vlpianus. [o] Infecti, ait, argenti appellatio rudem materiam continet, ideſt non factam, qualis in comitis largitionum inſignibus repræſentatur. In maſſam autem aurum conflabant, ut minus diſsipari poſſet, & inde aurei cuderentur, uaſa aurea, torques, monilia, & ſimilia, ad uſum Auguſtæ & Principis fierent. In hoc ergo ſcrinio ſcribebatur, quantum auri in maſſam eſſet conuerſum, quantum inde ad ſpecies aureas fabricandas, & cudendos aureos exemptum. Itaque Gratianus huius officii ſcrinia recenſens, [p] quatuor hominum ordines in hoc ſcrinio ſtatuit. Primum illorum, qui auri in maſſam redacti rationes ſcribebant, quorum Primicerius maſſæ erat perfectiſsimus tertii ordinis; Eiuſdem dignitatis erat, & Secundocerius. Ex Ducenariis uero duo, ideſt Tertiocerius & Quartocerius. Ex Centenariis ſex. Ex Epiſtolaribus quatuor, qui ob prædictas cauſas epiſtolas ad Præſides ſcribebant, quantum auri in prouinciis in maſſam redactum, quantum in ballucis à metallariis penſum eſſet, & ad largitiones miſſum. [q]

n in l. quintus. §. ult. de auro & argent. leg.

o in l. cum aur. §. infecti. ff. codē titul.

p in d.l.7. C. de pala. ſac. lar.

q l.1. C. de met.

Secundus huius ſcrinii ordo erat Aurificum ſpecierum, qui ex maſſa aurum in fila deducebant, uel alio modo elaborabant, ad veſtes Principi, & Auguſtæ texendas, murenulaſuè, aut reticula, conficienda, & ſimilia, quorum rationes in hoc ſcrinio notabantur, in quo nullus ex his erat Primicerius, ſicut nec in duobus ſequentibus ordinibus: omnes enim ſuberant Primicerio ſcrinii maſſæ, ex quorum antiquioribus unus tertii ordinis erat perfectiſsimus & Ducenarii quatuor, Centenarii ſex, Epiſtolares octo, formæ primæ ſeptendecim, formæ ſecundæ quatuor.

Tertius huius ſcrinii ordo à Gratiano ſtatuitur ſolidorum aurificum, qui ex maſſa aureos ſolidos, ſignatos ſcribebant, quot aurei, & cuius formæ quotidie percuterentur. Hi quoque cum Primicerio carerent, ex eorum Ducenariis primus erat tertii ordinis perfectiſsimus, Centenarii octo, Epiſtolares ſex formæ primæ nouem, formæ ſecundæ triginta.

Quartus ordo huius ſcrinii erat ſculptorum, & ceterorum aurificum, ideſt eorum, qui uaſa aurea ex ſolido auro cælabant, torques, anulos, armillas, clauos & ſimilia fabricabant, in quibus ars ſculpendi uerſabatur, quorum rationes in hoc ſcrinio ſcribebantur; videlicet ſingulorum numerorum forma & pondus. Hinc oſtenditur uſus auri in maſſam verſi. Hi quoque Primicerio carebant; ſed primus ex eorum, centenariis erat perfectiſsimus ordinis tertii. Epiſtolares quinq; formæ 1. ſex, formæ 2. decem & octo. [r]

r l.ſcrinijs. C. de palat. ſacr. larg.

## DE SCRINIO AVRI AD RESPONſum. Cap. LXXX.

RESPONSA tempore poſteriorum Principum tam eorum, quā Præfectorum mandata dicebantur. Procopius, [s] Beliſarius, inquit, quendam ex his, qui equo celeriter inuecti regia perferunt reſponſa, quoſque veredarios appellant, cepit, qui eum locum latinè interpretatus eſt, vertit litteras: ſed græcè ſcriptum eſt ἀποκρίσεις ideſt reſponſa. Zoſimus, [t] erat, inquit, quidam in aulà nomine Eros ab Imperatore ad efferenda foras reſponſa deſtinatus. Hinc ad reſponſum vocabantur, qui ad milites deſtinabantur, ut magiſtrorum iuſſa exequerentur. [u] Hic quoq; aurum ad reſponſum dicitur, quod deſtinatū eſt ad perferenda in prouincias per veredos mādata Principis. Pōt etiam hic aurū intelligi, quod ad reſpōſū pro annonis dabatur, i. reſpōſalibus, q à præfectis militū ad exercit⁹ mittebātur, ut corū iniurias audiret,

ſ lib. 1. de bello vandalico.

t lib. 1.

u l.ulti. C. de re milit. nou. 24. c. 4. nou. 25. c. 1. nouel. 26. c. 1. 2. nouel. 28. c. 3.

a d. l. ul.
b in edict. 8. §. 1.

audiret, & magiſtrorum iuſſa exequerentur. [a] erat enim uelut eorum uicarij. Sic Iuſtinianus [b] Vicarium Ponticæ prius abolitum ita reſtituit; ut militibus præeſſet, & eos tanquam uices magiſtrorum gerens, etiam ipſis inconſultis puniret, & apud illos locum magiſtrorum ad reſponſum teneret, per quos milites compeſcerentur; & in officio continerentur. Eodem modo Gregorius narrat ſe ad reſponſum ſeruiuiſſe Conſtantinopoli pro Pontifice Romano. & ipſe factus Summus Pontifex Reſponſales Conſtantinopoli apud Imperatorem habuit. Græci apocriſarios uocant, vulgo nuncij dicuntur. In hoc ergo ſcrinio rationes auri, quod dabatur his Reſponſalibus pro annonis ſcribebantur. Exemplum Maſſæorum habet primicerium aureæ ad reſponſum, ſubaudiendum eſſet, maſſæ. Huius ſcrinij Primicerius, ſecundocerius, & Tertiocerius erant perfectiſsimi ordinis primi. Item Ducenarius vnus, centenarij duo, epiſtolares tres. Formæ primæ quatuor, ſecundæ duo, tertiæ formæ unus, qui omnes annonis à Principe datis fruebantur. [c]

c d. l. in ſcrinijs, C. de palat. ſacr. largit.

## DE SCRINIO VESTIARII Sacri. Cap. LXXXI.

Cod. de veſtibus holoſer. & auratis lib. 11.
d in d. l. 7. Co. de palat. ſacr. larg.

IN hoc ſcrinio tres ordines ſcribarum Gratianus ſtatuit. [d] Primum eorum, qui veſtium curam habebant, quod generaliter de omnibus veſtibus poteſt intelligi etiam de his; quæ pro militibus aulicis, & alijs parabantur. Inter alia enim, quæ pluribus Princeps elargiebatur, erat ueſtis, quam militibus dabat.

Harum ueſtium rationes proprium ſcrinium habebat, quot ſcilicet veſtes eſſent à ſubditis collatæ, quot ad comitis manus peruenirent, quot militibus traditæ, uel ſolidi pro ipſis erogati, & quot in ſpecie ipſa militibus Gregarijs exhibitæ eſſent, & quantum veſtium in Principis vſum paratum, quid pro ipſis impenſum. Huius ſcrinij Primicerius perfectiſſimus ordinis ſecundi appellabatur, ſimiliter Secundocerius: ita enim credo emendandam legem Gratiani, [e] quæ uelle videbatur Primicerium eſſe perfectiſsimum ordinis tertij. & Secundocerium ſecundi, quod eſſet abſurdum. Ducenarius ſimiliter unus erat ordinis, tertij perfectiſsimus, & centenarius unus: Epiſtolares duo. Formæ primæ ſcriniarij ſeptẽ. Formæ ſecundæ ſcriniarii decem. Formæ tertiæ quatuor. Huius ordinis Notitia non meminit, quem ſub canonum ſcrinio contineri puto.

e in d. l. ſcrinijs, C. de pal. ſac. lar.

Alter ordo, in hoc ſcrinio a Gratiano ſtatuitur, officialium ſacrarum veſtium, id eſt, eorum qui ſacras ueſtes Principis, & Auguſtæ tractabant, eas videlicet, quæ quotidie veſtiario inferebantur, quot togæ, pallia, tunicæ, & aliæ huiuſmodi, cuius materiæ, an holoſericæ, ſubſericæ, auratæ, uel paragaudæ, uel purpureæ, ianthinæ, coccineæ, hiſginę, melineę, coracinæuè eſſent. [f]

f l. ſi cui lana. §. quæſitum. ff. de leg. 3.

Veſtes, quibus Princeps induebatur, graphicè Corippus Africanus deſcribit ſequenti carmine loquẽs de inauguratione Iuſtini minoris,

*Egreditur, tunicaque prius induitur artus*
*Aurata ſe ueſte tegens.*
*Purpureæ puræ reſonant fulgente cothurno,*
*Cruraq; puniceis induxit regia vinclis,*
*Parthica campano dederant quæ tergora fuco,*
*Sanguineis prælata roſis, laudata rubore,*
*Lectaq; pro ſacris tactu molliſſima plantis,*
*Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti.*
*Nobilibus gemmis, & cocto lucidus auro*
*Baltheus eff ulgens, lumbos præcinxit heriles,*
*Subſtrictoq; ſinu veſtis diuina pependit,*
*Poplite fuſa tenus, precioſo candida limbo,*
*Cæſareos humeros ardenti murice texit*
*Circumfuſa chlamys, rutilo quæ ornata metallo*
*Principis exerta vincebat lumina dextra,*
*Aurea iuncturas morſu perſtrinxit adunco*
*Fibula, & à ſummis gemmæ nituere catenis.*

Hæ ueſtes, Auguſto imperante, ab uno ex ſeruis aut libertis tractabantur, quemadmodum, & argentum, ut monet hæc inſcriptio.

OSSA VIBIÆ SVCCESSÆ LIVIÆ AVG. SER. AB ARGENTO POTORIO ITEM A VESTE L. VIRIVS ARG. SER. PAMPHILVS SCRIBA LIB. ET A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS CONIVGI FIDELISSIMÆ ET PIISSIMÆ B. D. S. M.

ideſt bene de ſe meritæ. Vibia ſerua Liuię præfecta erat argento potorio & ueſti. uir ſeruus & ipſe ſcriba erat librorum. Tempore uerò poſteriorum Principum ueſtes Comiti ſacri ueſtiarij (ita in Occidente appellatur) ſunt commiſſæ. In ſcrinio vero earum numerus, qualitas, & ſpecies notabantur, & quæ conſumerentur, aut donarentur.

Ex officio diſcedens comes veſtiarii vel ſacræ veſtis [g] ſucceſſori, uel hominibus ſcrinii ueſtes earumque numerum eodem modo aſsignare tenebatur. & eas ſcriniarii iterum in codicem referre.

g d. l. C. T. quia præb. tyron.

Huius tantum ordinis Notitia meminit non ſuperioris, quem ſub canonum ſcrinio ſupra poſui.

Ex his Ducenarii tres ſunt perfectiſsimi ordinis ſecundi, & tres centenarii: Epiſtolares duo. Formę primę duodecim, formę ſecundę decem, formę tertię octo.

Tertius ordo in hoc ſcrinio a Gratiano ponitur, ſacrę ueſtis deputatorum, quos ſcriniariorum miniſtros fuiſſe puto, excipientes quę ab illis dictabantur aut in chartas relata deſcribebãt, & codicibus inſerebãt. Leo enim A. [h] Qui, inquit apud ueteres deputati dicebantur, nunc ſcribę appellantur. Horum Primicerius, & Secundocerius erant perfectiſsimi ordinis ſecundi, & duo Ducenarii, totidem centenarii, & epiſtolares; Formę uero primę numero tres: his omnibus annonę à Principe exhibebantur. In ſeptimo, quod Conſtantinopolis ſuburbium erat, veſtes Principis reponi ſolitas eſſe Cedrenus ſentit, cum orto incendio in ſeptimo Veſtiarios coronam Iuſtiniani Imperatoris amiſiſſe ſcribit, quę poſt menſes octo, cum parua margarita, & omnibus gemmis inuenta fuit. Alia ibidem precioſa & digna cuſtodiri conſeruabantur: Conſtantinus enim Porphyrogeneta de thematibus ſcribit in ſacro Arcadii Imperatoris ueſtiario argenti à minſuria ſculpta aſſeruata fuiſſe, que uero hęc eſſent, non ſatis conſtat. Fortè codex eſt corruptus.

h in libello de bellico apparatu

## DE SCRINIO AB ARGENTO. Cap. LXXXII.

ARGENTI nomine omne aurum tam factum; quam infectum, uel in maſſa continetur, ſed ſignatum, ſeu pecunia numerata non comprehenditur. Vlpianus [i] cum argentum inquit legatum eſt, quicquid argenti relictum ſit legato continetur ſiue factũ ſiue infectum, pecuniam autem ſignatã placet eo legato nõ contineri. hic uero omnia uaſa argentea, quæ in Principis uſu erant, ſignificari puto, quę Comitis largitionum ſtudio comparata, ſub eius cura erant, proprioque in ſcrinio ſingula uaſa potoria, eſcaria, coquinatoria, & alia ſcribebantur, quę ad uſum Principis quotidie fiebant, uel alienabantur, aut collidebantur. Quæ vero in Principis miniſterio erãt Caſtrenſi aſsignabantur, & ille officio decedens, huius

i in l. cum aurũ & in l. Quintus, & in prin. de au. & arg. legat.



huius ſcrinij Primicerio, quæ acceperat, ſingula repræſentabat: Mirumque erat cernere, quo ordine auri, ueſtium, ſupellectilis, argenti, & pecuniæ in diuerſis ſcrinijs diſtinctæ, rationes tenerentur, ut in promptu omnium numerus poſſet inueniri.

Alexander Imperator, inquit Lampridius, ducentarum librarum argenti pondus in miniſterio nunquam exceſsit: alij uerò Principes longe pretioſiorem habuere ſupellectilem. Nam Heliogabalus onus uentris auro excepit, in myrrhinis, & onychinis minxit, ait idem Lampridius.

Huius ſcrinij Primicerius erat perfectiſsimus ſecundi ordinis, Epiſtolaris item unus, qui in prouincijs uaſa cęlari, & ad aulã perferri curabant, formæ primæ ſex, formæ ſecundæ tres, formę tertię unus.

## DE SCRINIO ANVLARENSI uel Miliarenſi. Cap. LXXXIII.

MAGNAM anulorum copiam Principem habuiſſe oportebat, cui proprium dicatum erat anulorum ſcrinium, in quo eorum numerus, ſpecies & qualitates ſcriberentur; ſed mendoſum eſſe codicem opinor, & pro ſcrinio anularenſi: reponendum miliarenſi, quemadmodum legitur in officio Comitis largitionum Occidentis, Gratianus quoque, A. [a] ad Trifolium Com. Larg. ſcribens, inter huius comitis officia quæ ordine recenſet, ſcrinium miliarenſium ſeu miliareſiorum ponit, nullam anulorum mentionem faciens. Erat autem miliareſium, inquit Suidas, moneta argentea ualens decimam partem aurei. Cedrenus uero [b] miliareſium duo ceracia ſiue folles 24. ualuiſſe innuit, quæ eſſet sũma unius oboli, ſeu duorum ſolidorum Italiæ: Hunc argenteũ, & minutum nummum fuiſſe Nouella Iuſtiniani [c] teſtatur. Metaphraſtes [d] ſcribit, reliquias ſeu oſſa D. Barachiſij, 500. miliareſiis Daricis, & tribus ueſtibus ſericis redempta fuiſſe. Vnde & Perſicus numus eſſe uidetur & à Dario Daricus dict⁹. Eius Aethius; Epiphanius [e] & alij meminerunt qui à militia miliareſium dictũ putant, quaſi militare donatiuum. Cum uero frequentiſsimus huius monetę uſus eſſet, plurima in officinis monetarijs cudebatur, & ob id proprium eius ſcrinium fuit inſtitutum, in quo notabatur huius percuſſæ pecuniæ quantitas, quæ præcipuæ militibus ſoluebatur. Cedrenus, Miliareſia, inquit, à militia ſunt dicta. Scipio enim imminente Annibale ob auri penuriam miliareſia fabricauit, & militibus ſoluit; Hæc ille, cuius auctoritati etſi non ſemper defero, quæ tamen de his ſcribit omittere nolui. Cum igitur id genus pecuniæ in primis, militibus daretur, præcipuam eius ſignandæ curam Comes largitionũ habuit, cuius rei gratia monetæ procuratores in diuerſis prouincijs tenuit. Maphæorum codex legit Primicerium ſcrinij antiliatenſis, quem mendoſum eſſe non dubito, cum nullum ſenſum hæc dictio poſſet habere. Huius ſcrinij Primicerius, erat ordinis primi perfectiſsimus. Ducenarius item unus, formæ primæ unus, formæ ſecũdæ duo, formæ tertiæ un⁹ [f] ſequitur ſcrinium aliarum pecuniarum.

a in d. l. ſcrinijs, C. de palat. ſacr. larg.
b in Leone Conone, ſeu Iconomacho.
c 105. §. penul.
d in D. Iona.
e de menſuris atque ponderib.
f d. l. ſcriniis, 7. C. de palati. ſacr. largit.

## DE SCRINIO A PECVNIIS. Cap. LXXXIIII.

DIVERSIS in locis hic Comes aliam pecuniam percuti curabat cuius gratia plures monetarum procuratores inſtituebat, & proprium a pecunijs ſcrinium habebat, in quo pecuniarum diuerſis in officinis monetarijs percuſſarum, rationes ſcribebantur, quantum auri, & argenti ſingulis locis illatum, & quantum ſignatum fuiſſet. Quot in locis in Oriente pecunia cuderetur non apparet, in Occidente tantum Romæ, & quinque alijs in locis percutiebatur. Gratianus [g] in Notitia ubi huius officij ſcrinia recenſet ei comitatenſes, Argentarios & Barbaricarios aggregat; Intelligi poſſunt argentarij qui pecuniam permutant, aut Vaſcularij qui uaſa argentea in Comitatu, ideſt aula Principis fabricabant: Hi enim ita in iure appellantur. Iabolenus, [h] Vaſcularius inquit aut faber argentarius uxori legauit. Scæuola. [i] Procurator Seij miſit ſubſcriptionem ad argentariũ uaſcularium. Quemadmodum enim in ſcrinio aureæ maſſæ erant aurifices, ſic in hoc argentarij uaſa argentea fabricantes reperiebantur.

g d. l. ſcriniis.
h in l. pe. de aur. & arg. legat.
i in l. ul. de obli. & actionib.

Barbaricarij uero ſunt, qui argentea uaſa auro exornant, inquit Donatus, [k] & illi barbarica ornamenta addunt, hanc interpretationem confirmat Notitia in Occidente tres Argentariorum ſeu Barbaricorum in Galliis præfectos ſtatuens, quos quaſi pro iiſdem ponit. Vnde hos uaſcularios, non numularios fuiſſe crediderim. Ex argentariorum Ducenariis, unus erat perfectiſsimus ordinis ſecundi. Ex centenariis duo, epiſtolares tres, formæ primæ octo, formæ ſecundæ XXV. Ex barbaricariis centenarii duo, epiſtolares quinque, formæ primæ octo, formæ ſecundæ unus. [l] In hoc ſcrinio Primicerius ordinis ſecundi perfectiſsimi titulo honeſtabatur, poſt quem formæ primæ unus, formæ ſecundæ duo, formæ tertiæ quinque, omnes à Principe annonas percipiebant. [m]

k in 11. æneid.
l d. l. ſcriniis.
m d. l. ſcriniis. §. ſcrinij à pecun.

## DE SCRINIO EXCEPTORVM. Cap. LXXXV.

C. de num. & exceptorib. li. 12.

HVIVS ſcrinii Primicerius, totius officii erat Secũdocerius, inquit Notitia. exceptores acta cauſarum ſcribebant, quas Comes iudicabat. [n] Primicerium Ducenarii duo ſequebantur, quorum primus huius ſcrinii Tertiocerius; ſecundus erat Quartocerius, nullus enim in eo ſecundocerius reperiebatur, ne ſuo Primicerio, qui totius officii ſecundocerius erat, æquari uideretur. Tertium locum habebant Cẽtenarii; quorum primus Primicerius inſtrumentorũ dicebatur, cum enim hoc ſcrinium litigantium acta exciperet, erant in eo qui tranſactiones & conuentiones inter eos factas inſtrumentis demandabant, & contractus cum Comite, largitionum cauſa, initos ſcribebant.

n l. in ſac. Co. de proxi. ſacr. ſcrin.

Erant & Epiſtolares, qui epiſtolas ad hoc ſcriniũ pertinentes in prouincias ad Magiſtratus dirigebant ut dicta teſtium mitterent, uel acta, aut inſtrumenta ſi quæ deſiderabantur.

Ex prædictis Primicerius. Tertio & Quartocerius item Primicerius inſtrumentorum, duo Epiſtolares erant perfectiſsimi ordinis ſecundi. Formæ primæ uiri XXXVI. formæ ſecundæ quatuor, formæ tertiæ tres. [o] Septimus ex hoc ſcrinio mittebatur ad baphia Phoeniciæ prouiſurus, ne purpura in nũdinis uenderetur, & ad priuatos transferretur. [p]

o d. l. ſcriniis.
p l. ul. C. de ueſtib. holob.

## DE SCRINIO MITTENDARIORUM Tertiocerio, & Quartocerio largitionum. Ca. LXXXVI.

ALIVD huius officij ſcrinium Mittendariorum, hic à Notitia, & in Occidente omiſſum, Gratianus A. in ſua Notitia recenſet. [q] Ex palatinorum numero, alii in palatio res largitionum curabant inquit Gloſſarum, multi in prouincias mittebantur, ut integra tributa, & quæ reliqua erant ex uectigalibus exigerent:

q in d. l. ſcrin. 7.

gerent: Honorius A. [a] Neque ſacrarum, inquit uel priuatarum largitionum palatina officia, ex quacunque cauſa fiſcalis debiti, cum ad prouinciam mittuntur, poſſeſſores per ſe audeant conuenire, ſiue id ex præterito reliquum trahatur, ſeu præſentis temporis tributa ſolui conueniat: ſed rectores prouinciarū frequenter adeundo commoneant, eorumque officijs incumbant; Hæc ille. Cum uero plures ob hāc cauſam mitterentur, ſtatuit Anaſtaſius unum tantum in ſingulas prouincias mittendum. [b] Ne exactorū, inquit, multitudo, cum fiſci rationibus, tum collatoribus damnum afferat, unus tantum in ſingulas prouincias ex competenti ſcrinio canonicarius mittatur, qui eorum, quæ proprio ſcrinio debentur exactionem urgeat. Hæc ille. Nullus in hoc ſcrinio à Gratiano Primicerius nominatur. [c] Sed ex Ducenarijs prouectior erat pro primicerio; Cingulum ut milites gerebant, ternique quotannis Ducenarij dimittebantur, & centenarij, quot dimitti expedire uidebatur. Gratianus A. [d] Placuit, inquit, iuſta & omnibus mittendarijs palatinis profutura ſuggeſtio, ut ex ijſdem ſingulis annis Ducenarii terni, & Centenarii habito prouiſionis intuitu, cingulo liberentur. De mittendarijs aliter ſcribit Græcus Interpres, quem citat Alciatus, [e] Palatini, inquit, communi nomine dicuntur omnes habitantes in palatio. Alij quidem in domo ſemper Auguſti perſeuerantes, qui Comitatenſes dicuntur. Comitatum autem appellant locum, in quo uitam ducebat Imperator: Qui uero in prouincias mittebantur, dicuntur Mittendarii à mittendo nuncia; Hæc ille. Ex prædictis Ducenarij unus erat perfectiſsimus, ut credo tertij ordinis licet uitio ſcriptoris in lege Gratiani hoc non exprimatur, [f] ſed in proximè præcedentibus, ita erat ſtatutum. Eundem gradum habebant Centenarii duo, Epiſtolares octo, qui per Mittendarios epiſtolas pro tributis exigendis ſcribebant. Primæ formæ VII. Formæ ſecundæ. XXXIII. Hoc ſcrinium, forte cum canonum ſcrinio Notitiæ tempore continebatur, quæ huius officii tantum ſcrinia. X. recenſet. Gratianus uero XI.

Præter ſupra memoratos, Tertiocerius totius officii baſtagas tractabat, ideſt eas ad futura itinera indicebat, res tranſuehendas & tranſuectas, earumq; ſpecies, quantitatem & qualitatem, ut frumenti Conſtantinopolim deuehendi, & publicas ſpecies tranſuehendas in actis ſcribebat; In diuerſis enim Orientis regionibus erant corpora ſeu collegia nautarum. [g] quorum quique per uices onera publica ferre cogebantur, [h] qui nauem duorum millium modiorum capacem habuiſſent, propter quod incommodum à muneribus ciuilibus immunes erant, & à tributis liberi. [i] & quandoque mercedulam philici nomine accipiebant, [k] In mediterraneis quoque iumenta & plauſtra habentes eidem oneri erant obnoxii, [l] quæ angaria uocabatur, de qua ſupra dixi. Hæ erant Baſtagæ, quas tertiocerius huius officii indicebat, earumque rationes notabat. Euntes autem Baſtagas, ut tutiores eſſent, pars alicuius legionis ſolebat comitari, quemadmodum in Occidente in Duce Rhetiæ dicetur.

Quartocerius vero officii libellos tractabat, qui comiti largitionum porrigebātur, puta illorum, qui ſalaria, uel donata à Principe petebant, reſponſa quoque notabat, & cum oblatis Principi precibus in ſcrinio ſeruabat. Itaque puto emendandam Notitiā quæ habet Quartoloco, puto legendum Quartocerius, libellos tractat ſupraſcripti officii comitis largitionum, quoties uſus exegerit, Omnes tamen codices, ut credo deprauati legunt, comes largitionum, quæ uerba cum ſequentibus codex Maffeorum ſcripta tenet litteris rubris: ſed ineptus huius lectionis eſt ſenſus. In Occidente tota deeſt hæc clauſula, ubi nulla fit mentio Quartocerii.

a in l.2. C. de cā. larg. tit.
b l. ult. Greca. C. de exactori. trib.
c in d. l. ſcrin. 7.
d in l. placuit. C. eod. tit. de palat. ſacr. larg.
e in tit. de palat. ſacr. largitio.
f in d. l. in ſcriniis 7.
g l. 1. §. 1. ff. quod cuius uniu. no. l. pe. §. 2. 3. & ult. ff. de iur. immun.
h l. 1. 2. & 4. Co. de naucler.
i l. pe. §. negociatores, & ſeq. & vlti. ff. de iur. immun.
k l. 4. C. de naui.
l l. nemo, & ſeq. C. de curſ. pub.

## *DE ILLVSTRI COMITE PRIVATARUM diuinæ domus in Oriente, & eius inſignibus. Cap. LXXXVII.*

PRIMVM procurator rerum priuatarum Cæſaris à Seuero eſt inuentus. Plurimis enim amicorum Albini, & Peſcennii, Nigri, qui imperium ſibi uendicauerant, pro ſcriptis, mirum in modum ditatus, eorum bonis procuratores præfecit. Spartianus Interfectis, inquit, innumeris Albini partium uiris, inter quos multi Principes ciuitatis, multæque illuſtres fœminæ fuerunt, omnium bona publicata ſunt, ærariumque auxerunt. Tum Hiſpanorum, & Gallorum proceres multi occiſi ſunt: Tumque primum priuatarum rerum procuratio conſtituta eſt. Hæc ille. Prius tamen Alexādriæ rationalis fueras, vbi plures priuatas rationes Princeps habebat; & auctor eſt Tacitus Iulium Agricolā, qui Neronis tempore vixit, vtrunq; auum procuratores Cæſarum habuiſſe: ſed hi viceſimas hæreditatum ac bona caduca exigebant. Seuerus verò patrimonii procuratorem inuenit, qui poſtea hæc omnia adminiſtrauit. Is diuerſis titulis eſt appellatus; primò Cæſaris procurator, [m] aut curator, [n] vel Rationalis, [o] aliquando procurator priuatæ rationis, [p] quę nomina etiam imperante Alexandro in vſu erant. [q] Sunt etiam qui eum diſpenſatorem a Seuero appellari putent, ita enim ipſe Rufinum uocat. [r] Sed præfectum domus ab eo ſignificari exiſtimo, quem uulgo maiorem domus dicunt. Magiſter quoque rei priuatæ à Diocletiano nominatur, [s] cauſæ, inquit, libertinitatis & ſeruitutis in prouinciis inter fiſcum, & priuatos exortæ, ad rationalem uel Magiſtrum rei priuatæ remittantur. Græci Logiſtam appellarunt, Latini Rationalem ſummæ rei: [t] aut domus procuratorem, [u] Arcadius A, comitem rei dominicæ uocat. [x] Nicephorus: Imperatoris domus Præfectum, & Comitem rerum priuatarum, [y] Præterea, inquit, Felix Imperialium theſaurorum curator, & Elpidius. Imperialium pecuniarum Quęſtores, publicarum alter, priuatarum alter. Is poſtea comes etiam ærarii priuati nuncupatus [z] eſt illuſtris, [a] uniuerſumque patrimonium Principis, præſertim agros in Aſia, Pontica, Cappadocia, Meſopotamia, Oſrohena, & per totum tractum Orientis, alibique exiſtentes curabat: [b] ſaltus etiam, emphyteuticaque prædia, colonos, greges, armenta, & huiuſmodi alia priuati patrimonii Principis adminiſtrabat; cuius rei gratia prouinciarum Præſidibus imperabat: [c] omnes denique priuatas rationes in prouinciis diſponebat. [d] Hoc munus ſolebat equeſtris ordinis uiris demandari: Tacitus, [e] Gneus, inquit, Iulius Agricola uetere, & illuſtri Foroliuienſium colonia ortus utrunque auum procuratorem Cęſarum habuit, quæ equeſtris nobilitas eſt, Sed, & liberti principum hoc officio functi fuiſſe inueniuntur. Olim priuatarum procuratores antè hunc Comitem, inter ſeruos tantum, colonoſque, & adſcriptitios prædiorum Principis, deque bonis eius emphyteuticis, aut ad fiſcum delatis. [f] ac uiris ſui officii ius dicebant, [g] quorum ſententias Claudius Imperator eandem uim, habere uoluit ac ſi ipſe ſtatuiſſet, id que ſenatus conſulto caueri plenius quam antea, & uberius iuſſit, ut Tacitus. [h] ſcribit. Tiberius uero ſuum procuratorem in Aſia deportauit, quia milites, ſe comitari iubebat, & præſidis auctoritatem ſibi uſurpabat. Neque enim, tunc procuratori Cæſaris, aliud, licebat, inquit Dion, [i] quam Prin-

C. de offic. comitis rerum priuatarum.
m l. 1. ff. de offic. procur. Cæſ.
n l. ul. eo. tit.
o l. ad fiſcum. l. cū aliquid l. nullum, C. ubi cau. fiſcales & in Rub. ff. de off. procu. Cæſ. uel rationalis.
p l. procurat. C. de eden.
q l. 1. C. ne fiſcus rem quam uend. & l. 2. C. de mod. multar. quæ à iudic.
r in le. 1. C. ſi aduerſ. fiſcum.
ſ in l. pen. C. ubi cau. ſtat. agi deb.
t l. dominicis C. ubi cau. fiſcal.
u d. l. cū aliquid. C. eo. tit.
x in l. ult. C. de fund. & ſaltib. rei domin.
y li. 10. ca. 29.
z l. ult. C. de loc. prædior. ciuil. ud fiſc. l. 3. C. de bō. uacan. l. ult. C. de petit. bonor. ſublat. l. 1. C. de quæſtorib. Nou. 7.
a l. ſi quis C. ubi cauſ. fiſcal. d. l. ul. C. de loca. prædi. ciuil. & d. l. ul. C. de petit. bon. ſublat.
b l. hi quib. l. oēs l. pe. C. de fund. patrimo. & toto illo tit. & ſeqq. uſq; ad finem li. Noue. 20. & 30.
c l. ul. C. d̄ colla. fund. patrim.
d le. placuit. C. eod. tit.
e in uita Agricolæ.
f l. ul. ff. de offic. procu. Cæſ. d. l. ſi quis & l. vl. Cod. ubi cau. fiſc.
g l. nullum, l. dominici. C. eod.
h in 12. annal.
i li. 57.



Principis reditus exigere, in ceteris erat, tanquam priuatus. Poſtquam vero dignitate Comitis hi procuratores ſunt adaucti, etiam cauſas inceſtus & ſepulchrorum cognouerunt. Caſsiodorus, [a] Comitiua, inquit, priuatarum ſicut nominis ipſius ſentitur inſonare uocabulum, per Rationales quondam Principum priuatam fertur gubernaſſe ſubſtantiam, & quia iudicis faſtigium exercere non poterat, inter homines extremis conditionibus inclinatos, alios quoque titulos prouida deliberatione ſuſcepit, nę dignitas latialis cauſam tantum uideretur habere cum famulis, ſed actibus urbanis tunc ſe fœliciter occupauit. Poſtquam agreſtium cauſas decenter amiſit, utitur nunc dignitas liberorum cauſis, & legitimus Præſul ueraciter habetur, quando de ingenuorum fortunis diſceptare poſſe ſentitur, primum tibi contra nefarias libidines, & humani generis improbos appetitus, quaſi parenti publico decreta cuſtodia eſt, ne quis probroſa commixtione pollueretur, dum uicino ſanguini reuerentiam non haberet, Contra hos eligeris unicus, & continens inquiſitor, ut dum talia probra perſequeris, cōſequaris præmia caſtitatis. Defunctorum quin etiā ſacram quietem æquabilia iura tuæ conſcientiæ commiſerunt, ne quis ueſtita marmoribus ſepulchra nudaret, ne quis columnarum decorem irreligioſa temeritate præſumeret, nę quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut uoraci flamma abſumptos ſcelerata perſcrutatione detegeret, uide quæ tibi commiſſa ſunt, caſtitas uiuētium, & ſecuritas mortuorum. Habes quoq; per prouincias de perpetuo iure tributorum non minimam quantitatem; canonicarios dirigis, poſſeſſores admones, & cum alijs iudicibus non modica iura partiris, caduca bona non ſinis eſſe uacantia, proximos defunctorum nobis legaliter anteponis, quia in hoc caſu Principis perſona poſt omnes eſt. Depoſitiuæ quoq; pecuniæ, quæ longa uetuſtate, competētes dominos amiſerunt, inquiſitione tua noſtris applicantur ærarijs: Hæc ille. Cauſas inceſtus ad hunc comitem pertinere innuit & Valentinianus [b] ad Andromachum comitem priuatarum ſcribens ubi de puniendis inceſtuoſis agit. Sed & pœnam a corruptis pecunia iudicibus exigebat, nempè triplum eius quod acceperant in cauſis pecuniarijs, in criminalibus uero omnia bona quæ ob hoc crimen publicabantur. [c] Quadruplum quoque aufert cohortalibus, qui immoderatas à litigantibus ſportulas extorquent. [d] Flumina item publica, quæ nauigantur, ſub eius cura cēſeri poſſent, quia in Principis patrimonio à noſtris interpretibus ponuntur. [e] Artificibus etiam Principi operantibus ſtipendia ſoluebat, vt [f] de Apronia no comite rerum priuatarum Caſsiodorus ſcribit, Denique familiæ Principis & Auguſtæ alimenta, eorumque equis pabula ſubminiſtrabat. Cum uero bonis in diuerſis regionibus ſitis ſufficere non poſſet, plures in prouincijs inſtituebat Rationales & procuratores rei dominicæ uel priuatæ dictos, [g] qui reditus prædiorum, & alia ad ſuam arcam pertinentia exigerent, ac publicata bona alienarent: aut conſeruarent ipſorumque procuratorum periculo ſuſceptores creabantur, quibus hæc bona aut pecunia committebatur. Honorius A. [h] ad Patricium comitem rerum priuatarum, ſuper creandis, inquit ſuſceptoribus periculo procuratorum rei dominicæ, diſpoſitionem tuæ ſublimitatis firmam eſſe præcipimus, ut quæ ſtatuta ſunt in pabulis uel ſumptu familiæ miniſtrando, intemerata permaneant Rationalibus, Hæc ille. Quod Comes largitionum tractabat, propriè ærarium dicebatur, Comitis uerò priuatarum arca fiſcus uocabatur; Plinius [i] ad Traianum, Fortaſſe non eadem ſeueritate fiſcum, qua ærarium cohibes? imo tanto maiore, quanto plus tibi licere de tuo, quam de publico credis. Dicitur actori atque etiam procuratori tuo in ius ueni. Hæc ille. Vlpianus, [k] Res fiſcales, inquit, quaſi propriæ & priuatæ Principis ſunt Itaque priuatæ rationis cauſæ ſunt, quæ fiſcales & iuris fiſci appellantur, [l] quæ a noſtris cum tributis, & ueſtigalibus confunduntur. [m] Alexander quoq; Imperator priuatam rationem fiſcum uocat, [n] & Dion eſt auctor M. Antoniū omnibus remiſiſſe, quod fiſco ærarioue publico debebant, & cum aduerſus Scythas iturus eſſet, eum pecuniam ex ærario à Senatu petiiſſe, non quod, inquit, ea non eſſet in Principis poteſtate, ſed quod diceret illam, ceteraque omnia eſſe Senatus populique Romani. Hactenus Dion Gratianus [o] etiam duos in prouincijs Tabularios, alterum fiſci alterum largitionum conſtituit. Quandoque tamen ærarium pro fiſco accipitur, [p] & magiſtratus, de quo agimus, Comes ærarij priuati nuncupatur, [q] ſicut, & fiſcus quandoque pro arca largitionum capitur, [r] propriè tamen fiſcus pro priuata Principis ratione intelligitur, & iura, quæ de fiſci aduocatis, & cōtrouerſijs fiſcalibus ſtatuta ſunt, [ſ] præcipuè de rebus priuatis Principis loquuntur, in quibus plus de his quam de tributis & uectigalibus diſceptari contingit. Fiſcus tamen non omnes res Principis priuatas ſignificat, neque enim ad eius fundos extenditur, ſed cauſas bonorum publicatorum, caducorum, ac quorundam uectigalium complectitur. Iuſtinianus, [t] ſcimus, inquit, quæ in alienandis rebus fiſcalibus obſeruata ſunt, non ſimili modo obſeruari circa res, quæ à ſacratiſsimis Imperatoribus non fiſcalibus rebus, ſed ex priuata eorum ſubſtantia procedunt, quod ſatis irrationabile eſt. Quæ enim differentia introducitur, cum omnia Principis eſſe intelligantur, ex ſua ſubſtantia, ſiue ex fiſcali aliquid fuerit alienatum? Hæc ille. In eo enim tantum differebant, quod diuerſos adminiſtratores habebāt, ſicut & fiſcus ab ærario in alio non diſtabat niſi quia in diuiſis arcis ſub diuerſis comitibus tractabant? ſed re uera omnia Principis erant; Quare etiam ſi uaria ponantur, eadem tamen lance trutinantur.

Certum uero aduocatorum numerum in ſuo foro hic Comes habebat, qui ab Anaſtaſio impetrauerunt ut depoſito patrocinandi munere, Clariſsimi eſſent, & Comites ordinis primi. [u]

a in ſexto.
b in l. qui contra C. de inceſt. nup.
c § 2. Noue. 124. ſeu Auth. de iud.
d §. antepen. di. Nouel. 124.
e Ang. in l. fluminum in princip. uer. in tex. publ. de damno infect. Iacob. de S. Georgio de feudis in uerſic. fluminib. in princip. Cepolla, titul. de fluminibus nu. 4 ver. dicamus 1. & nu. 5.
f in 4. uariar.
g le. procurator. C. de edendo.
h in l. ſuper creādis C. de iur. fiſc.
i in Panegyrico.
k in l. 2. §. hoc interdictum, ne q̄d in loco public.
l c. ubi cauſæ fiſcales, de iur. fiſ. & ff. de aduocat. fiſc. ſi aduerſ. fiſcum.
m l. Bar. in Rub. c. de iur. fiſci. ubi Alex. & l. ulti. C. de quadrien. præſcript.
n in l. procurat. C. de eden.
o in l. 4. Cod. de nume.
p in l. ul. & pen. C. de quadr. præſcript.
q in l. ulti. C. de loca. prædio. ciu. & in l. 1. Cod. de Quæſtor.
r l. 5. C. de fid. & iur. haſt. fiſcal.
ſ C. de aduocat. fiſ. ubi cauſ. fiſc. ſi aduerſ. fiſc. de priuil. fiſc. & alijs iuribus.
t in d. l. ul. C. de quadr. præſcript.
u l. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudi.

# NOTITIA
# INSIGNIA VIRI
## ILLVSTRIS COMITIS
## Priuatarum.



### COMMENTARIVM.

INSIGNIA habebat hic Magiſtratus, quemadmodum ſacrarũ largitionum Comes, nempe erectum librum mandatorum, abaco ſubſtrato tapeto impoſitum. ad ſiniſtram eſt ſacri ærarij pluteus lutei coloris, clauſtris ferreis firmatus, quem officij ſcrinia repręſentare puto, duo lutei ſacculi, ſiue fiſci, fibulis in ſummo transfixi, & alij duo coerulei, ſine fibulis quadrati, in anguſtius collum exeuntes, qui in uentre tumentes, intus auro pleni uidentur: id ex fundis priuatis; & canonibus, ſeu conductorum penſionibus, ac bonis publicatis uẽditis colligebatur. [a] prope aliquot aurei iacent, infra luteus pluteus quadratus laminis ferreis obſeratus, & ſupra clauſtris confixus uiſitur, qui et ipſe ſcrinia officij repræſentat, aut pecuniam in arca cuſtoditam; Hunc iuxta duo argentea uaſa aureis plena, aurum ex bonis publicatis, aut quibuſdam uectigalibus huic comiti adſignatis exactum indicant. ſupra à dextro latere ſunt duo aurea oliuę folia, quę coronas ex aureis oleæ frondibus, militibus, qui aliquid egregium feciſſent, donandas referre poſſunt. Conſtat autem Romæ ouantes & Athenis uictores ea cinctos fuiſſe. [b] Hæc enim arbor nunquam folia demittens ſemper uiret, neque eius lignum uetuſtatem ſentit, aut cariem: Pluteo duo adiacent codices coerulei, quorũ alter quinque bullis argenteis exornatur, alter lamina fimbriata munitus, latiore limbo circumdatur. Hi codices rationum officij repræſentant. Alia tria oliuæ folia ſuperioribus ſimilia ſpectantur. Plures quoque aurei ex ſex aureis ſacculis effundi uidentur, qui aureos à Principe ex priuata crumena donatos

a l.pe.ſ.ul. C.de quad.præſcr ip.

b Plinius. li. 15. ca. 14.



eos inſinuant. In imo clypeorum argenteorum aceruus in faſtigium ſurgit, quorum ſupremus ſculptã in umbone bullam oſtendit, hos virtutis meritò, fortiſsimis militibus Princeps elargiebatur. Veteresq; in his ex argento maiorum vultus, ad eorum memoriam conſeruandam exprimebant, vt auctor eſt Plinius. [a] Hæc inſignia in Comitis auditorio depicta aſtitiſſe puto, & in publicum exeunti fauſta acclamantibus præconibus, [b] prælata. Hunc ita Princeps appellabat SVBLIMITAS, [c] AVCTORITAS TVA. [d] DIGNATIO, [e] SYNCERITAS. [f]

Alius erat Comes diuinæ domus ſpectabilis, qui prædia in Cappadocia adminiſtrabat, [g] de quo in Præpoſito ſacri cubiculi eſt dictum. Logotheta priuatarum imperantibus Palæologis hic Comes eſt appellatus, vt auctor eſt Sophotatus Curopalata nuper excuſſus; is tiaram lineam geſtabat phaceolim nuncupatam, vt ſcribit Suidas. Phacellum ſeu Phaceolium ex carbaſo interpretatur Niceta, quod ſimile eſt turbantibus Turcarum.

a Lib.36.c.2.
b L. unica C. de quæſtor.
c l.ſuper C.de iu. fiſc.
d In l. ult. C.ne rei domin. uel templo.
e l.2. C.de fun. rei priua.
f l.2.C.de priui. domus Augu.
g l.ul.C.ubi cau. fiſcal.

## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri illuſtris Comitis rerum priuatarum domus diuinæ.

RATIONALES *rerum priuatarum.*
BASTAGA *priuata.*
PRAEPOSITI *gregum & ſtabulorum.*
PROCVRATORES *ſaltuũ.*
OFFICIVM *autem ſupraſcripti uiri illuſtris Comitis rerum priuatarum habet.*
PRIMICERIVM *totius officij.*
*Primiſcrinium beneficiorum.*
*Primiſcrinium canonum.*
*Primiſcrinium ſecuritatum.*
*Primicerium ſcrinij largitionum priuatarum, & cæteros ſcriniarios ſupraſcriptorum ſcriniorũ.*
*Secundocerium totius officij, qui tractat chartas ipſius Officij, & cæteros Palatinos. Vetus codex addit, Quoties uſus exegerit, utſupra in Comite largitionum in fine.*

### COMMENTARIVM.

HIC Comes Rationales ſeu procuratores in ſingulis prouincijs, quemadmodum & Comes largitionum habebat, qui bona publicata, aut alia ratione ad fiſcum pertinentia hoc ordine accipiebant.

In primis ea tenens citabatur, qui ſi intra xxx. dies veniſſet, audiebatur, cum Primicerio officij rerum priuatarum, fiſciq; patronis ſolidos quatuor ſoluiſſet; nemine uerò intra hoc tempus comparente, bona occupabant; ſaluo tamen iure poſsidentis, vt ueniens adhuc audiretur. [h] Comes prius bona ſe fiſco inferre ſcribebat: Deinde Rationales in prouincijs ea ſingula deſcribebant, & rebus Cæſaris aggregabant: hæc incorporatio vocabatur: Poſtremò titulos ſeu inſcriptiones id ſignificantes, uel inſignia Principis prædijs imponebant. Valentinianus A. [i] ad Florentium Comitem rerum priuatarum: Si quando, inquit, alicuius publicatione, aut ratione iuris, aliquid rei noſtræ addendum eſt; ritè atque ſolemniter per Comitem rerum priuatarum, deinde per Rationales in ſingulis quibuſque prouincijs commorantes incorporatio impleatur, & diligens ſtylus ſigillatim omnia adſcribat: tituli uerò quorũ adiectione prædia noſtris ſunt conſecranda ſubſtantijs, non niſi publica teſtificatione proponantur. Hæc ille. Grauis uerò poena erat his, qui ea à Principe ſibi donari petijſſent. [k] Tantum denique his rationalibus attributum eſt, ut cauſas fiſci ciuiles dirimerent. Conſtantinus, [l] Ad fiſcum, ait, pertinentes cauſas Rationalis decidat. [m] Præſens tamen fiſci aduocatus eſſe debebat. [n] Criminales uerò cauſas hominum, & colonorum domus Auguſtæ Rector prouinciæ coram Rationali tractabat. [o] Cùm igitur hic ius redderet, officium, id eſt, Apparitores, & Exceptores habebat, qui acta litigantium ſcribebant; quod rationale uocabatur officium. [p] Alij chartas, i. fiſcales rationes tractabant. Gratianus, [q] Nullum inquit, ex officio Rationalis, qui exactioni vel chartis inſeruiat, in aliud iudicium adduci oportet. i. à nemine eius officiales, quàm à Rationali ſunt iudicandi. His annonæ ex Principis ærario in pecunia ſoluebantur. [r] In Occidentis Notitia prouinciæ diſtinguuntur, in quibus rerum priuatarum Rationales reſidebant. In Oriente reticentur, Verùm Theodoſius priuatæ rei Rationales per Ponticam & Aſianam dioeceſes nominat [s] in quibus plura prædia Principes poſsidere conſueuerant. [t]

h l.ult. Græca C. de delatorib.
i in l. ſi quando C.de bon. vacãt.
k l.ult.C.de petitiori bon.ſubla.
l in d.l.ad fiſcũ. C. ubi cauſ.fiſca.
m l.ult. C.ſi aduerſ.fiſc.
n l.ult.C.de adu. fiſc.
o l. cum aliquid C.ubi cauſ.fiſca.
p l. in fiſcalibus C.de exac.tribu. l. officiales rationales C. de epiſ. & cler.
q in l.pen. C.ubi cauſ.fiſcal.
r l.5.C. de anno. & capita.
s in d.l. 1. C. de anno.& capita.
t l.6.C. de fun.patrimo.

Rationales prædia quoque templorum tuebãtur. Gratianus A. [u] Vniuerſi, inquit, fundi templorum ad Rationalium rei priuatæ ſolicitudinem curamque pertineant: atque ab his anniuerſarijs ſolutionibus poſtulatis, peculiari (ut ſemper fuit) ſtudio defendantur: ſed loquitur, credo, de reditibus templorum Deorum Gentilium, qui iam à Chriſtianis Principibus in fiſcum fuerant delata. D. Ambroſius epiſto. 30. ad Valentinianum ſecundum, miror, inquit, quomodo aliquibus in ſpem venerit, quòd debeas aras dijs gentium inſtaurare præcepto, ad vſus quoque ſacrificiorum prophanorũ præbere ſumptum; quod enim iandudum uel fiſco uel arcæ eſt uſu dicatum, de tuo magis auferre videbere, quàm de ſuo reddere. Id Gratianum prius ſtatuiſſe innuit Symachus inter epiſtolas D. Ambroſij epiſto. 31. id [x] poſtea Honorius confirmauit templorum bona eccleſijs, aut alijs pijs locis applicans. & ob id iura de illis diſponentia ad hunc Comitem diriguntur, [y] qui res fiſcales, & quæ tẽplorum fuerant, locaſſe uidetur; [z] non autem eccleſiæ reditus ipſe adminiſtrabat.

u in l.4.C.de fu. rei priua.
x in l.5.C.de paganis.
y l.2.C.ne rei domin. uel templ.
z C. de locatio. prædior. ciuiliũ uel fiſcal. ſiue templor.

Ad eundem Comitem Baſtaga priuata ſpectabat, illis. n. qui res priuatas Principis tranſuehebant, imperabat, quibus duos præfuiſſe puto. Quemadmodum. n. in Occidente duo erant duarum baſtagarum rei priuatæ præpoſiti; ſic in Oriente crèdendum eſt fuiſſe. Præerat & hic Comes, Præpoſitis ſtabulorum, gregum, & armentorum, quæ plura ad ſobolem procreandam Princeps habebat: [a] inter alia ſua armenta Arcadius, [b] celebrat equarum Hermogeniarum, & Palmatiarum ſobolem, quam ab Olybrio Hermogene Coſ. P. V. & P. P. Orientis & Illyrici, & Palmatia P. V. circa annum 414. [c] inductã fuiſſe puto.

Erant & procuratores ſaltuum, in quos greges ad paſcendum mittebantur. [d] Nobilis inter alios fuit Gonaticus ſaltus, quem poſteà Zeno vendi juſſit. [e] Sub hoc comite fuit & comes ſacri patrimonij, quẽ ab Anaſtaſio inuentum Græci in Baſilicis tradunt, is peculiarem prædiorum Principis curam habebat, nec alia tangebat. Alius ſub hoc comite, comes ſtabuli dictus, equos Principis curabat, quorum plures ex Africa, cæteriſque prouinciis ad uſum militum adduci iubebat; ſed & hi præſtari deſierunt, & pro illis exhauſti ærarij neceſsitate flagitante, pecunia ab Africanis exigi cępit, ac primò terni uiceni, mox uiceni, deinde XVIII. & XV. pro ſingulis equis aurei ſunt extorti. Alios binos Comes ſtabuli nomine ſportularum accipiebat: Ex prioribus ſepteni ſingulis equitum contubernijs dabantur. Hi equi Canonicarij, aut curatitij uocabantur. [f] Comes ſtabuli hodie ab aliquibus is eſſe creditur, quem Galli Conneſtabilem appellant; ſed uerius is eſt, quem magnum

a l.unic.C.de grege dominic.
b in d.l. unicæ.
c l.ul.C. Theo.de priuileg. corporat.Vrb.Rom.
d l. 1.C.de paſcu. pub.l.1.C.d fun. & ſaltib. rei dominic.
e in l.ul. C.de prædi.tamiac.
De Comite ſacri patrimonij.
f l. 1. 2. 11. C. Theod.de equor. collat. l. 20. C. Theod. d annon. & tribut.

gnum

gnum ſcutarium uocant, alibi magiſter ſtabulli dicitur.

## *DE OFFICIO COMITIS RERVM priuatarum. Cap. LXXXVIII.*

APPARITORES tam Comitis rerum priuatarum, quam largitionum, non ſolum palatini, quia in palatio ſcribebant; [a] ſed, & Cæſariani, [b] & priuatiani ſeu priuati, [c] & Catholiciani. [d] uocabantur: ad quorum curam patrimonium Principis, & bona ad fiſcum delata ſpectabant. [e] Itaque reditus ex eius prædijs perceptos, ſumptuſque in ea factos, cum diſtractorum pretio notabant, idẽ de bonis publicatis, & alijs ad fiſcum pertinentibus agebant. Et ideo ſi ueſtes, aurum, uel argentum, uel mancipia ex re Principis priuata uenibant, palatini ea emere non poterant, ne ob familiaritatem, quam inter ſe habebant, rebus uilius diſtractis fiſcus deciperetur. Arcadius, & Honorius Neſtorio comiti rerum priuatarum [f] veſtium, inquiunt, auri, & argenti ſeu mancipiorum coemendorum, ſi quando a priuatis noſtris ea contigerit uenundari, palatini ſciant ſibi copiam denegatam, poena in eos amiſsionis precij exercenda. Minus rectè noſtri ibi interpretantur priuatos pro ſubditis imperii, cùm miniſtros priuatarum lex ſignificet, & palatinos pro Principis proceribus exponunt, qui ſunt ipſi res publicas, uel priuatas adminiſtrantes.

a in rubrica. l. 1. & ult. C. de pala. ſacr. largit. & rer. priuatar. & le. 1. C. de offic. com. ſacr. patrim. proſcripto.
b l. 5. & 7. C. de iure fiſci. l. pe. C. de bon.
c l. ult. C. Theo. de palat. ſacr. lar. l. ul. C. de reſcin. uend.
d l. pen. §. ult. C. de bon. proſcrip.
e l. 1. C. de offic. cõ. ſacr. patrim. l. ſi heredum. C. de inoffi. teſtam.
f in l. ulti. C. de reſi. uen.

Eorum uero officium ita ſe habebat. Primus omnium erat Primicerius totius officij. Deinde Secundocerius, qui eiuſdem officij chartas, & ceteros palatinos tractabat, ideſt ſcripturas & rationes, earumque curam habebat. Quatuor vero ſcrinia in hoc officio fuere, beneficiorum, canonum, ſecuritatum, & largitionum priuatarum. Primis tribus, totidem præerant primiſcrinij, ultimo Primicerius. Primiſcrinius alibi uocatur adiutor, aliquanto minoris dignitatis, quam primicerius. Sed aliquando his quatuor ſcrinijs præfecti, omnes primicerij uocantur. Theodoſius A. [g] Priuatiani, inquit, priuilegia largitionalis officij conſequantur, hoc eſt, ut tam Primicerius officij priuatarum, quam alii quatuor reliquorum primicerii ſcriniorum ex conſularibus inter allectos eſſe mereantur. Hactenus ille. Quodlibet uero ſcrinium poſt primiſcrinium tres primates habebat. Theodoſius. [h] Primicerios, ait officii, treſque primates ſcriniorum rerum priuatarum, finito tempore militiæ, inter tribunos militares prætorianos, ſaluis iiſdem præſtitis priuilegiis ſacris conſtitutionibus, noſtram clementiam adorare decernimus.

g in l. ulti. Cod. Theod. de palati. ſacr. largit.
h in l. ult. C. de pala. ſacr. largit.

Anno uero tantum Primicerius, aut Primiſcrinii, eo officio fungi poterant. [i] Mox in aliud transferebantur.

i l. ad ſimilitudinem, C. eo. tit.

Primiſcrinius beneficiorum, ſcribebat res mobiles aut immobiles ex ſubſtantia Principis alicui donatas. Hæc enim nuncupabantur beneficia, qualia multa ſe eccleſiis, xenonibus, ptochotrophiis, epiſcopis, monachis, & alii innumerabilibus pſonis donaſſe Iuſtinianus A. ad Florum Comitem rerum priuatarum ſcribit. [k] Idem ex ſcrinio canonis Phoeniciæ decem libras auri annuas, primicerio tribunorum notariorum dari iuſſerat loco alterius doni prius ipſi facti, quod, inquit, beneficium nuncupatur. [l] Sed hic de beneficiis immobilium, aut etiam mobilium ſpecierum, non etiam pecuniæ numeratæ intelligi cenſeo, hæc enim ad primicerium largitionum ſpectabant: Sic beneficium poſtea appellatum eſt feudum alicui à Principe conceſſum. Beneficia etiam priuilegia uocantur, [m] ueluti aquæ ducen[illegible], alicuius immunitatis, uel alterius rei; quorum rationes ad hoc ſcrinium ſpectabant. Hi uero quibus Princeps aliquid elargiebatur, certam auri ſummam pro rerum donatarum quantitate ſoluere cogebatur, [n] & qui prædia accipiebant egenti Principi redituum partem pendere, [o] quæ omnia beneficiorum ſcriniarii notabant.

k l. ul. §. quia igitur multa. C. de quadrien. præſc.
l Edicto. 4. ca. 1.
m in l. 3. ff. de cõſtit. princ.
n l. 1. & 2. C. The. de collat. donat. ſiue releuator.
o l. 3. & 4. Cod. Theod. eod.

Beneficiarii itaque uocabantur, ſcrinium beneficiorum tractantes, & eorum inſtrumenta conficientes, ſed hoc nomen latius accipit Conſtantinus ad Taurum P.P. ſcribens, [p] Beneficiarii, inquit, uel officiales rationales, ſi interuerſa ratione fiſcali ad eccleſias putauerint tranſeundum, curialium retrahantur exemplo: Sic eſt emendanda illa lex, ex Codice Theodoſ. [q] Sed & qui tributa, aut cenſus fiſco debitos exigebant, Beneficiarii appellabantur. Tertullianus: [r] Neſcio, ait, dolendum an erubeſcendum ſit, cum in matricibus beneficiariorum, & curioſorum, inter tabernarios, & lanios, & fures balnearum, & aleones, & Lenones, chriſtiani quoque uectigales continentur. Intelligit chriſtianos penſitaſſe pecuniam beneficiariis, ne accuſarentur quod eſſent chriſtiani, quemadmodum penſitabant flagitioſæ & uiles perſonæ, ob artem quam exercebant.

p in l. beneficiarij uel officiales, 4. C. de epiſcop. & cleric.
q l. 7. C. T. de cohor.
r in lib. de fuga, & perſecutione.

Primiſcrinius canonum, curam habebat penſionũ quæ pro prædiis per Ponticam & Aſianam diœceſim & in Meſopotamia, Oſrhœnaque à Principe ad longum tempus conductis, uel in emphyteuſim acceptis ſoluebantur. Hæc enim penſio cum certa eſſet canon uocabatur, [s] qui plerunque in auro, quandoque frumento, uino, aut oleo, pendebatur. Vnde auraria & frumentaria penſio uocatur à Cõſtantino. [t] Harum rationes in hoc ſcrinio notabantur, quantum exactum, quantum ex his impenſum, quantum ad comitem miſſum eſſet. Frumentum & aliæ ſpecies ſingulis quatuor menſibus præſtabantur, aurum toto anno prout erat commodum, ſoluebatur. [u]

ſ l. 9. 10. & pen. C. de fund. patrimonialib. & ſaltuenſ.
t in l. 2. Cod. de fund. patrim.
u l. 3. C. Theod. de collat. fund. patrim.

Primiſcrinius ſecuritatum, pecuniarum ſolutarũ chirographa ſeruabat: Securitates enim nihil aliud ſunt, quam apochæ, quibus creditores, debitam ſibi pecuniam ſolutam fuiſſe confitentur. [x] Honorius, [y] ſed & aurum, inquit, quod ex huiuſmodi contributione redigitur, ita debet ſuſceptori aurario conſignari, ut ſecuritatibus nomen inferentis, dies, conſul, menſis, cauſa, & ſumma comprehendatur. Intelligit autem chirographum, quod ſuſcipiens aurum cõſcribit, & ſoluenti pro eius cautione tradit. Idetiam [z] Caſsiodorus declarat. Merito, ait, teſtimonium ſolutionis, ſecuritas dicitur. In hoc ergo ſcrinio reponebantur ſecuritates, ſeu apochæ illorum, qui a Rationalibus pecuniam accepiſſent, uel illis ſoluiſſent, & eorum qui bona publicata à fiſco emiſſent. Zeno huius ſcrinii & eius ſecuritatum ad Aeneam comitem rerum priuatarum ſcribens, meminit. [a] Iubemus inquit, quoties competens ſcriniũ geſtis interuenientibus, diſtractarum rerum pretia ſeſe depoſuerit ſuſcepiſſe: minime poſt huiuſmodi ſolutæ pecuniæ depoſitionem, emptores quaſi non numeratis pecuniis moleſtari: Hæc ille. Vult his ſecuritatibus ità demum fidem haberi oportere, ac ſi geſta interueniſſent, ideſt apud acta factæ fuiſſent.

x leg. in contractib. §. ſed quoniam ſecuritatib. & §. ſeq. C. de nõ numerat. pecun. & in l. 1. 2. 3. & 4. C. de apoch. pub.
y in d. l. 1.
z li. 11. uariar.
a in l. 2. §. ult. C. de quadriẽnij pr̨ſcript.

Primicerius ſcrinii largitionum priuatarum pecuniarum, quas Princeps amicis donabat, rationes ſcribi curabat, & ſtipendiorum, quæ miniſtris & familię Principis; uel Auguſtæ pendebantur, ſiquidem largitiones pro remuneratione & ſtipendiis accipi, ſupra oſtendimus. [b] Sicut ergo alter Comes publicarum erat largitionum, ideſt ſtipendiorum militibus & publicis perſonis ſoluendorum: ita hic Comes priuatarum largitionũ, dona priuatis à Principe data tractabat. [c] Forte etiã manu huius comitis, quotannis Cal. Ianuarii comitibus cõſiſtorialibus. & aduocatis fiſci prætorianis., ſtrenam Princeps largiebatur. Anaſtaſius A. [d] ad Euſtachium P.P. Iubemus inquit, uiros clariſsimos fiſci pro tempore patronos fori tuæ celſitudinis, ſolemni die feſtiuitatis Calendarum Ianuariarum, inter ſpectabiles ſacri noſtri conſiſtorii comites diuina noſtræ ſerenitatis manu punctos conſequi ſolatia. Hæc ille. Nullus ex hoc officio eſſe poterat, quem Princeps propria adnotatione non probaſ-

b l. palatinos. C. de palat. ſacr. larg.
c l. nõ aliter, l. ad ſimilitudinem, C. de pala. ſacr. larg.
d l. 4. C. de aduo. diuerſ. iudicum.



probaſſet: [a] Hoc in ſcrinio memoriæ expediebatur. [b] Nunc de alijs, qui poſtremi erant in ordine illuſtrium, eſt uidendum.

a d. l. non aliter.
b l. ſcrinijs. C. de diuerſ. offic.

## *DE COMITE DOMESTICORVM equitum, & domeſticorum peditum eorumque inſignibus. Cap. LXXXIX.*

PRAETER vexillationes equitum, legioneſque & auxilia peditum palatinorum, quæ olim prætoriana uocabantur, erant & quidam equites, pediteſque & ipſi palatini, prætorianique dicti; ſed nominatim Protectores domeſtici nuncupati, & à Gordiano iuniore inſtituti, quos poſteriores Principes Græci Spatarios uocauerunt, inquit Cedrenus: De his ita Procopius ἀνεκδότοις. ſunt, inquit, & alij in Palatio longè præſtantiores, quoniam maius ipſis ſtipendium ſolui conſueuit, ac digniore militiæ nomine honeſtantur. Hi domeſtici, & protectores uocantur, & a cura rerum bellicarum longè abſunt. In palatio enim conſcribi ſolent, ut ſit ordo, qui tantum perſonæ operam præſtet. Horum aliqui Byſantij, alij in Galatia, non nulli alijs in locis ſtatuuntur. Hactenus Procopius. Qui erant præſentes, ſemper Principem palatio exeuntem comitabantur, & eius palatium cuſtodiebant, quod & ſi ipſum nomen ſatis indicat, clarius tamen explicat Honorius A. [e] Deuotiſſimos, inquit, Protectores, qui armatam militiam ſubeuntes, non ſolum defendendi corporis ſui, uerum etiam protegendi lateris noſtri ſolicitudinem patiuntur; vnde etiam protectorum nomen ſortiti ſunt, inglorios eſſe non patimur, ſed ut deuotiſsimis nuper protectoribus domeſticis, ita his quoque honorem congruum condonamus, ut præter Primicerium, decem primi eorum clariſſimatus dignitate fruantur. Hæc ille. Ita etiam protectores accipit & Socrates, [d] & Spartianus in Caracala, quem ſcribit in ſcapham cum protectoribus ſe recepiſſe, & ueſicę leuandæ gratia inter protectores ſuos equo deſcendiſſe, & occiſum fuiſſe. Capitolinus quoque, [e] ait Gordianum A. uocatum, cum protectoribus, & faſcibus laureatis Carthaginem iuiſſe. D. Hieronymus ſcribit militum uotum fuiſſe, ut demum protectores fierent. Suidas & Zonaras, [f] equites proprie domeſticos, protectores uerò pedites dictos fuiſſe innuunt. Sed Iuſtinianus domeſticos tam in equitum, quam in peditum ſcholis collocat, [g] ac Præſentales tanquam Principi aſtantes uocat. Caſſiodorus quoque [h] eos commiſcet. Domeſticæ, inquit, partis equitum & peditum, qui noſtræ aulæ uidentur iugiter excubare. Nec Notitia eos diſtinguit. Hi ex ſeptem ſcholis Armeniorum præſtantiſsimorum numero M M M D. electi palatium cuſtodiebant, ut ait Suidas, [i] ſcholarij, inquit, erant ter mille quingenti ad palatij cuſtodiam deputati omnium præſtantiſſimi ex Armenijs electi, quibus maius ſtipendium ceteris tribuebatur. His duo millia Iuſtinianus addidit, qui ſupernumerarij ſunt appellati. [k] Non tamen prædicti omnes erant domeſtici, ſed ex his eligebantur.

e in le. deuotiſſimos. C. Th. de domeſti. & protect.
d lib. 1. cap. 13.
e in Maximino.
f in Diocletiano.
g l. reſtituendæ. C. de aduocat. diuerſ. iudic.
h lib. 1.
i in uer. χολάριοι.
k in uerb. ὑπεραριθμός Suidas.

Aliæ duæ Scutariorum ſcholæ Diocletiano imperante, inuentæ fuerunt, altera Iouiana à Ioue, altera Herculiana ab Hercule appellata, ut auctores ſunt Sozomenus [l] & Nicephorus, [m] quæ Imperatorem egredientem ſemper ſequebantur, ſuoſque tribunos habebant. Marcellinus, [n] infamabat, inquit hæc ſuſpitio Latinum domeſticorum comitem, & Agilonem tribunum ſtabuli, atque Studilonem ſcutariorum rectorem. Hunc poſtea tribunum appellat, Aduenit, ait, Studilo ſcutariorum tribunus. Sed has ſcholas duas, quæ Principem protegebant, & ſub Magiſtro officiorum erant, ab illis diuerſas fuiſſe puto, quæ domeſticorum, non Iouiorum dicebantur, [o] nam ita etiam eas Zonaras [p] uocat. Erat uir quidam, inquit ſcholarum domeſticorum notus. Harum ſingula 50. milites continebat, quibus ſanæ capitationes, I. VI. equorum pabula, & plures annonæ dabantur. Iulianus A. [q] ſcias, ait, ſenum capitum domeſticis per ſingulas quaſque ſcholas quinquagenas eſſe iuſsis in præſenti iuxta morem debere præſtari. Scholæ uero ſunt appellatæ, quia cum non legiones, non cohortes, nec legionum auxilia eſſent, hoc nomen meruere. Hi armis ceteris ſplendidioribus utebantur. Si quidem Philo [r] de ſtipatoribus Agrippę regis loquens, ait, omnes in ſe conuertit ſpectantes ſatellitium argenteis clypeis & inauratis armis nitidum. Idem refert Corippus, [s] qui etiam explicat, quo modo palatium cuſtodiretur, hoc carmine.

l lib. 6.
m li. 2. cap. 1.
n lib. 14.
o l. 2. & ul. C. eo. tit. & l. ul. C. ubi ſenato. uel clariſſimi.
p in Theophilo.
q in l. 1. C. The. eod.
r in Flacco.
ſ li. 3. in laudem Iuſtini minoris.

*Ingens excubitus diuina palatia ſeruans,*
*Porticibus longis, porta condenſus ab ipſa*
*Murorum in morem læuam dextramq; tegebat*
*Scuta ſub erectis coniungens aurea pilis*
*Enſe latus ſtricti, perſtricti crura cothurnis*
*Aſtabant celſi pariter, pariterq; nitebant*
*Extantes latis humeris durisq; lacertis*
*Et dextra læuaq; acies adſtare uideres.*
*Multaq; ancipites ſplendeſcere luce bipennes.*
*Terribiles, ætate pares* & infra, *Miratur barbara pubes*
*Ingreſſus primos, immenſaq; atria luſtrans,*
*Ingentes aſtare viros, ſcuta aurea cernunt,*
*Pilaq; ſuſpiciunt alto ſplendentia ferro,*
*Aurea, & auratos conos, criſtaſq; rubentes:*
*Horreſcunt lanceas, ſæuaſq; aſtare ſecures,*
*Cæteraq; egregiæ ſpectant miracula pompæ.*
*Et credunt aliud Romana palatia cœlum.*

Idem [t] explicat, quo modo procedentem Principem ſtiparent, his uerſibus.

t lib. 4.

*Incedunt denſæ mixto lictore cohortes*
*Hinc armata manus dextram læuamq; tuetur*
*Cæſarei lateris, clypeis pia terga tegebat*
*Ingens excubitus, protectorumq; phalanges,*
*Fulgebant rutilo pilis ſplendentibus auro.*

Quidam dixerunt Diocletianum, quando Imperator creatus eſt, comitem domeſticorum fuiſſe. certè Ammianus Marcellinus hiſtoriarum ſui temporis ſcriptor, fuit Protector domeſticus Conſtantij Principis, quemadmodum ipſe ſcribit, [u] Iubetur, inquit, exire tribunus, & protectores domeſticos X. ut poſtularat, ad iuuandas neceſſitates publicas ſecũ duxit, inter quos ego quoque eram cum Vereniano collega, reſidui oẽs propinqui & familiares. Hęc ille.

u lib. 15.

Inter domeſticos X. primi eminebant dignitate, & ſtipendio ceteris præſtantes, clariſſimique vocabantur. [x] Poſt Comitem primus tribunus nuncupabatur & erat ſpectabilis, hũc ſequebatur Primicerius. Marcellinus. [y] Valẽtinus, ait ex primicerio protectorũ tribunus is duci militũ limitaneorũ honore ęquabatur. [z]

Primus poſt Primicerium erat Secũdocerius, quo intra annum mortuo, hęredes nõ ſolum illius anni ſalarium percipiebant, ſed & ſequentis, quo Primicerij loco defunctus ſucceſſiſſet. [a]

Defunctorum quoq; parentũ domeſticorum filij locum ſubibant, & ſi ob teneram ætatẽ armis apti nõ erant, nihilominus protectorum matriculis inſcripti quaternas annonas, i. victum quatuor hominum accipiebant. [b] Præter x. primos ſequentes L. robore ac pietate præſtantes, vexillum ſaluatoris tuebantur, quod ſinguli ordine humeris portabant. [c] & clariſſimi dignitate X. primis æquabantur. [d] Hi ſunt, qui Præpoſiti laborum vocantur. [e]

x in l. 1. C. Theo. de præpoſitis laborum.
y li. 12.
z l. 3. C. de offic. magi. offic. l. 2. C. de domeſt. & protecto. quæ eſt le. ult. C. Theo. eod.
a l. ult. C. eo. tit.
b l. 2. C. The. eo. tit.
c Euſebius lib. 2. de uita Conſtantini cap. 8.
d l. 1. C. Theo. de præpoſ. labor.
e l. 3. C. de prępo. labor. & l. 2. C. de excuſ. muner.

H Fiſci

BIBLIOTECA GRANADA

Fiſci etiam patroni binos quotannis uiros offerre poterant, [a] qui in domeſticorum equitum aut peditum demortuorum locum ſuccederent: modo duo millia ſolidorum huic Comiti ſoluerent. [b] Alij qui ob merita inter domeſticos recipiebantur, quindenos ſolidos, inter Primicerium, & alios decem primos diuidendos ſoluebant: Ceteri, qui gratia, aut ſuffragio in hanc ſcholam admittebantur, quinquagenos, [c] Protectores Principi ſemper aderant, eumque quotidiè ſalutantes, purpuream eius ueſtem oſculabantur, hoc enim modo Imperator adorari dicebatur, [d] cum eius limbum flexis genibus uenerabundi deoſculabantur. [e] Primus Diocletianus genua coram ſe flecti iuſſit, & adorari. Eutropius, primus, inquit, regię conſuetudinis formam magis, quam Romanæ libertatis inuexit, adorarique ſe iuſſit, cùm ante eum cuncti ſalutarentur: Hæc ille. Cum igitur quotidie domeſtici id facerent, adorare purpuram is dicebatur, qui inter domeſticos recipiebatur, [f] ijdem, poterant vicariorum Præfectorum Prætorio vultum exoſculari, quod non omnibus licebat. [g] Vnde Seuerus Imperator, inquit Spartianus, Leptitanum ſuum municipem, & olim contubernalem, fuſtibus cædi iuſsit, quod cum plebeius eſſet, ſe amplexus fuiſſet, & eloqui præconem præcepit, LEGATVM POPVLI ROM. PLEBEIVS TEMERE AMPLECTI NOLI.

Erant, & ſub Comitibus domeſticorum, quidam Deputati à Notitia & Valentiniano, [h] appellati, qui Comitum domeſticorum publicas iuſſiones exequebantur. Hi credo ſunt, qui domeſtici miniſtri à Caſſiodoro [i] uocantur, & Comitibus ad obeunda munera publica obſequebantur. Antea CC. ſolidos, & X. annonas habuere, his Athalaricus, alios L. ſolidos adiunxit. Deputati quoque dicti ſunt fabricenſium, qui armorum curam habentes, & ipſi annonas à Principe accipiebant. [k]

Alij ab his diuerſi erant domeſtici, à ſecretis Principis, dicti. Procopius, [l] Romani, inquit, ad ea quæ quietis ſunt, in palatio miniſtrum ſilentiariorum habebant, ſicuti domeſticum arcanorum Principis conſcium: Hæc ille. Poſt Iuſtinianum, domeſticorum ſcholæ diu permanſere, quarum præfectus, poſteà domeſticus eſt nuncupatus: Nam Zonar. [m] Petrinam ſcholarum domeſticum factum fuiſſe tradit, quia, inquit, Emanuel magiſter deceſſerat. In Conſtantini quoque Leonis filio ſcribit ab ipſo Phocam Bardum magiſtrum, & domeſticum ſcholarum Orientalium declaratum. Idem [n] ait, Ioannem ſcholarum Orientis præfectum, & copiarum Orientalium domeſticum factum, Romanum vero Occidentis domeſticum renunciatum iri, ſi Nicephorum Phocam de medio ſuſtuliſſet. Et in eodem, [o] ſcribit Stipiotam ſcholarum domeſticum, dum Tarſum obſidet, magnam cladem accepiſſe. idem, & Cedrenus. Magnum uero domeſticum poſtea eum uocatum fuiſſe Raphael Volaterranus [p] refert, qui ante Principem ſpatam ferebat.

a C. de præpoſitis laborum. & l. 2. C. de excuſ. munerum.
b p. l. reſtituēdæ C. de aduoca. diuerſor.
c l. 3. C. The. eo.
d l. 3. & 4. C. Th. eod. & l. 1. C. eo. le. 1. C. de appar. præf. præt. l. 1. C. de apparit. Præf. urb.
e leg. 1. C. de comit. & tribun. ſchol. l. 1. C. de ſilentiar. l. 2. C. de fabricenſ.
f d. l. reſtituende & l. 2. C. de fabricenſib.
g le. 1. C. de domeſt. & protect.
h l. omnis C. Th. eod.
i li. 9. ad Vilum.
k §. 1. in auth. de armis, quæ eſt Nouell. 85.
l lib. 2. de bello Perſico.
m in Michaele, Theophili filio.
n in Roman. puero.
o Nicepho. Phoca.
p lib. 29. ſententiar.

NOTITIA



# NOTITIA COMES DOMESTICORVM EQVITVM. COMES DOMESTICORVM peditum. & eorum inſignia.




## NOTITIA.

Sub Diſpoſitione uirorum illuſtrium COMITVM DOMESTICORVM EQVITVM, ET DOMESTICORVM PEDITVM.

DOMESTICI *equites.*

DOMESTICI *pedites, & Deputati ( uetus codex habet Deputati eorum.)*

*Comitis* [a] *Domeſticorum equitum, & Comitis* [b] *Domeſticorum peditum.*

a Comes.
b Comes vetuſtus codex.

## COMMENTARIVM.

DOMESTICORVM COMITES abacum auleo inſtratum, & ſurrectum pro inſigni geſtabant, quo erectus liber ſuſtinebatur, uultum Principis in medio ſculptum more Magiſtrorum militum habens. Illuſtres erant. [c] & Magnifici. [d] viceſque Magiſtri militum in ſuos domeſticos agebant, & eos iudicabant. [e]

Domeſtici uero equites, in cęruleo clypeo ferrugineum globum fune circumligatum pręferebant quem ſex lutea corda circumſtabant: ſupernę uerò duo angeli ſeu genij, Auguſti & Auguſtæ capita ſe inuicem reſpicientia, & circulo ouato incluſa, ſuſtinebant. In manuſcriptis rectius ſunt duorum Principum capita, quæ à Genijs gubernata unum orbis imperium, arcta utriuſque coniunctione, conſtrictum prudenter regunt. Cor enim animæ ſedes prudentiam ſignificat: unde cordati homines prudentes uocantur.

Cod. de domeſticis, & protector.
c l. 1. C. de ſilentiar.
d d. l. reſtituēdæ C. de aduoc. diuer. iudic.
e ut in inſcript. C. de nat. ferar.

H 2 Pedites

Pedites autem domeſtici in umbone cęrulei clypei orbem luteum, corona item lutea, ſexdecim acutiſſimas cuſpides emittente, circundatum ferebant; ſupernè lutea tabella humanum caput eiuſdem coloris continet, quod utrinque ſinguli angeli, ſiue genij ſuſtinent. Marginem tres cingunt circuli, duo lutei, & medius cœruleus, ultimus introrſus, in ſuperiore & inferiore parte eſt teſſerulis ęque diſtantibus diſtinctus, quarum interſtitia tanta ſunt, quanta eorum eſt latitudo. Orbem ab hoſte tutum, armatumq; cuſpidibus contra hoſtes, & Dei prouidentia à duorum Principum angelis regi ſignificat, Caput enim Deum, & quandoque Principē inſinuat, teſſerulæ firmitatem ſignificare poſſunt. Alij duo circuli & ipſi Orientis Occidentiſque connexitatem portendunt. In Madruciano nouem cordę globum cœruleum, quemadmodum in equitum inſigni, cingunt.

Hæc de illuſtribus, inter quos ſunt tres Præfecti, duo Prætorio, & unus urbi, ſex Magiſtri, quinque militum, & unus officiorum, quatuor Comites largitionum, priuatarū, equitum, & peditum domeſticorū: unus cubiculi Præpoſitus, & Quæſtor: Omnes ſunt quindecim perſonæ in ordinę illuſtrium.

## NOTITIA.

*Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Primicerij* SACRI CVBICVLI.

## COMMENTARIVM.

### *DE SPECTABILI PRIMICERIO Cubiculi. Cap. XC.*

EXPLICATO ordine Illuſtriū ad ſpectabiles his proximos eſt ueniendum; inter quos primum locum Primicerio cubiculi in indice Notitia tribuit, & ſi codex impreſſus contentus illum ſemel in dignitatum albo indicaſſe, amplius eius non meminerit. Manuſcripti in Occidentę hæc uerba tantū habent. Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Primicerij ſacri cubiculi. nec aliud ſcriptum apparet; poſtea caſtrenſis ſequitur; unde illi obſequentes palatini, & forte aliqua inſignia deſiderantur.

Is primus poſt præpoſitum cubicularijs præerat, qui Decani uocabantur, & Principis perſonam curabant, eum ueſtiētes, lectos, & cubile parabant. Theodoſius, [a] Noſtræ, inquit, pietatis famulationibus adhærentes decanos magiſtri officiorum obſeruare oportet examen. Decani olim Decuriones ſunt dicti. Tranquillus. [b] Saucium, ait, Domitianum ac repugnantem adorti ſunt Clodius Cornicularius, & Saturius Decurio cubiculariorum, uulneribus ſeptem trucidarunt. Is Poſtea Primicerius eſt uocatus, quem Secundocerius, Tertiocerius, & Quartocerius ſequebantur, qui & ipſi Decani ordine ad Primicerij gradum ſuccedebant, duobuſque annis tantum in eo officio morabantur, nec ultra ad illud poterant reuerti. Honorius. [c] Quatuor, inquit (ſecundocerium autem, & proximos ſequentes intelligit) qui ex corpore decanorum ad primum militiæ gradum peruenerunt, biennij ſpacio primiceriatus gerant officium; neque ulterius cuiquam liceat in hoc immorari, omni gratia, & ambitione ceſſante, poſt duorum annorum curricula ſuccedant prioribus ſubſequentes.

Cod. de Decanis.
a in l. 1. C. de decanis.
b in Domitiano.
c in l. 1. C. de decanis.

Decani hi uocabantur, quod fortè decem uiri eſſent, uel officij nomen fuit: Nam, & 950. decani eccleſię Conſtantinopolitanæ fuerunt, [d] qui curam humandorum defunctorum habuere. Alias decani ſunt, qui decem viris præſunt, ait Vegetius. [e] Primicerius autem, inquit Suidas uocatur ordinis primus, additio illa cerius, nominis eſt productio nihil ſignificans. Hic primicerius priuilegio gaudebat, nè ad tyronum uel equorum pretia teneretur. [f] Cogebatur enim quælibet prouincia tot tyrones & equos Principi tradere, ſed propter exhauſti ærarij neceſſitatem, horum pretium exigebatur, uidelicet viceni, & alicubi triceni ſolidi pro equo: Alij aurei pro ſingulis tyronibus pendebantur, à quo onere immunis erat Primicerius, & ceterij cubicularij. [g] Hic & Decani ſub magiſtro officiorum conueniebantur, nec quùm litigabant fideiuſſorem iudicio ſiſti dabant, ſed primicerij fidei committębantur, ut eos ſiſteret. [h] Horum exemplo in eccleſijs, inſtituti ſunt decani, qui cęteros clericos præcedunt, [i] Primicerius quoque in hiſdem eccleſiis eſt inſtitutus, qui eſt caput acolytharum, lectorum, & pſalmiſtarum. [k] Alicubi eſt dignitas inter canonicos.

d l. 4. & 9. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Nouell. 43. & 59.
e li. 2. cap. 7.
f l. 1. C. Theod. q à præbit. tyrō. uel equor. excuſ.
g l. 2. C. de priui leg. eor. qui in ſacr. palat.
h d. l. 2. C. de decanis.
i c. in capite 50. diſtinct. c. ad hoc §. ultimo. de off. archidiac.
k c. perlectis. ſ. ad Primicerium, 25. diſtinct.





# NOTITIA SVB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS CASTRENSIS cum inſignibus.



## NOTITIA.

Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis caſtrenſis.

PEDAGOGIORVM.
*Miniſteriales dominici.*
*Curæ Palatinorum.*
OFFICIVM *autem uir ſupraſcriptus ſpectabilis caſtrenſis habet.*
TABVLARIVM *Dominicum.*
*Tabularium Dominarum Auguſtarum.*
*Adiutorem.*
*Chartularium, & Scrinium ipſius, & Cæteros Palatinos officij ſupraſcripti.*

## COMMENTARIVM.

IMPERANTE Alexandro, & ante, vnus ex libertis Auguſti eius menſæ præerat Tricliniarcha uocatus, ut indicat ſaxum Corinthi ab Alciato in opuſculo de magiſtratibus citato, quod eſt ſequens. Theoprepon Augu. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij Fel. Aug. Prouinciæ Achaiæ, & Epiri, & Theſſaliæ, Rationalem purpurarum, Proc. ab ephemeride, Proc. à mandatis. Proc. à præd. Gallicanis. Procur. Saltus Domitiani, Tricliniarcham, Præpoſitum à Fiblis, Præpoſitum à Criſtallinis, hominem incōparabilem. Tixander Aug. li. officialis. Poſtea inuentus eſt comes caſtrēſis, quē Primicerio notariorū index Notitię poſtponit; cū uero eorū inſignia repræſentat, inter ſpectabiles ſecūdū facit: hūc ordinem ego ſum ſecutus, quem etiam Honorius A. obſeruat. [a] Hic comes Principi miniſtrantibus extra cubiculum in palatio præerat, qui plurimi fuere, ut pincernæ, cellarij, Lāpadarij, & qui in mēſa ſeruiebāt, quos eos eſſe, puto qui menſores ab Honorio & menſæ miniſtri à Marcellino appellantur: [b] Iidem Caſtrenſiani, & Miniſteriani ſunt dicti. [c] quorum nomen imperante Alexandro, in uſu fuit; Lampridius enim [d] ita aulica miniſteria appellat. Conſtantinus quoque Mygdonium, eodem modo honeſtare uolens, Comitem caſtrenſem palatij uocat. [e] Caſtrenſiani uerò ſunt dicti, uel quod in caſtris degere plurimum cum Principe ſolebant, uel quod exemplo Caſtrenſium, quemadmodum illi in Caſtris Principi miniſtrabant: [f] ita hi in palatio ipſi inſeruiebant. Habent enim aulici militiæ imaginē Tertull. [g] eſt etiam, inquit alia militia regiarum familiarum, nam, & caſtrenſes appellantur. Hæc ille. Ab his erant ſeiuncti, qui cubiculo ſeruiebant, Decani uocati, [h] quibus primicerius cubiculariorum præerat. [i] Comes uero caſtrenſis ceteris.

Paucos Alexander Seuerus miniſtros habuit, & tantum neceſſarios, quibus ſingulas olim annonas dedit, aut ſummum binas. Lampridius, [k] Aulicū, inquit, miniſterium in id contraxit, ut eſſent tot homines in ſingulis officiis, quot neceſſitas poſtularet ita ut annonas, non dignitatem acciperent, fullones, ueſtitores, pictores, pincernæ, omnes caſtrenſes miniſtri, quemadmodum peſtis illa inſtituerat: Sed annonas ſingulas, uix binas. Hæc ille: apud quem pro, pictoribus, puto legendum piſtores. Hæ annonæ poſtea in pecunia, ipſis, & alijs palatinis ſunt ſolutæ, [l] & ob id æraria annona dici cœpit, quia in ære dabatur. [m] Theodoſius uero magnus, inuenta epularum multitudine, horum miniſtrorum numerum adauxit, ſi Zoſimo Chriſtianis infeſto, credim⁹. Hic Princeps, inquit; auctor extitit, ut tantus ſumptus in menſam Imperatoris fieret, ut propter ciborum multitudinem, & in his apparandis magnificentiam, populoſæ coquorum, & pocillatorum, & aliorum cohortes inſtituerentur. Hæc ille. Imperabat igitur hic comes, inquit Notitia, Pędagogijs, Miniſterialibus dominicis, & curæ palatiorum. Pædagogia erant pueri, qui caligis purpureis induebantur, hodie paggios uocant. Marcellinus [n] de Procopio tyrannidem affectantę loquens, Nuſquam, ait, reperto paludamento, tunica auro diſtincta, ut regius miniſter indutus à calce in pubem in pædagogiani pueri ſpeciem purpureis opertus tegminibus pedum.

Miniſteriales uero erant uarij miniſtri, ut Pincernæ, Diſcerptores, Cellarij, & huiuſmodi, qui omnes in ſcrinio libellorum erant probandi. [o]

Cura, fabricæ palatij præerant, marmoraque ſculpi, æris ſtatuas fundi, uel ex gypſo formari, aliaque ornamenta fieri curabat, inquit Caſſiodorus. [p] eiuſdem conſilio moenia ciuitatum reficiebantur, caſtella fundabantur, Prætoriaquæ Principis fabricabantur, virgamque auream geſtans Imperatorem in publicum prodeuntem præcedebat, [q] & epulis cænātis Imperatoris adeſſe poterat, & eum adorare, quod non omnibus permittebatur. [r] Poſteriores Græci hunc Curopalatam appellauere. His præfectus erat comes caſtrenſis à Caſſiodoro [ſ] comes patrimonij appellatus, ab Honorio A, Caſtrenſis ſacri palatij, tanquam caſtrorum inſtar eſſet Principis palatium, ita Narſis & Scholaſticus ab eodem A. uocantur. [t] curabat enim, ut palatium inſtructum eſſet, & Principi opportune, ſplendideque miniſtraretur, cuius locum hodie tenent, qui Magiſtri, aut Maiores dom⁹ uocātur. Principis etiam epulas ordinabat. Caſſiod. [u] & ſi, inquit, epulas noſtras ſolus ordinatione diſponas, non ſolum noſtro palatio clarus, ſed & gentibus neceſſe eſt tradaris eximi⁹. Legati pene ex tota orbis parte ueniētes, cū noſtris cęperint intereſſe cōuiuijs admirātur copioſe repertū, quod in patria ſua norūt eſſe rariſſimū, ſtupent ēt abundantiam unius menſæ, tantas ſeruientium turbas poſſe ſatiare, ut iudicent conſumpta recreſcere, unde tantæ quæ probātur exire. Hīt nimirum in patria ſua quod loquantur, dū parentibus dicere geſtiunt, quæ uiderint: Sic propemodum in toto mundo celeberrimus redditur, qui prouidus noſtris apparatibus inuenitur. Adde quod tempora noſtræ lętitiæ ſecretaria tua ſunt, cū pectus redditur curis alienum, tunc tibi tribuitur ſuggerendi locus quando cunctis adimitur: Merito ut qui es iudex tanti apparatus, & epularum delinitus cibis tibi animus concedatur: Hæc ille. Ex his apparet uniuerſā Principis familiam ex cibis, qui eius menſę ſuperfuerant, nutritā fuiſſe. Hic luxus poſterioribus principib⁹ cępit introduci. Auguſt. n. nō niſi terna, aut ſūmū ſena fercula exhibebat, Tranquill. [x] cœnam, inquit ternis ferculis, aut cum abundantiſſimè ſenis præbebat, ut non nimio ſumptu ita ſumma comitate. Nam aut acromata & hiſtriones, aut etiam triuiales ex circo ludos interponebat, ac frequētiſsimè aretalogos: ipſe cibi vulgaris fuit, ſecundarium panem, piſciculos minutos, caſeum, bibulū manu preſſum, & ficos uirides biferas maximè appetebat. Alexander quoq; parciores coenas faciebat. Lampridius. [y] uſus, inquit, conuiuij diurni hic fuit, uini ad totum diem ſextarij 30. panis mundi pōdo 30. panis ſequētis ad donādū pōdo 150. carnis diuerſæ pōdo 30. Erāt & gallinæ oua, adhibebatur & anſer dieb. feſtis, Cal. Ian. & maiorib⁹ feſtis phaſianus, aliquando duo, additis gallinaceis duobus, leporē quotidie habuit: uenationē frequētē, ſed eā cū amicis diuidebat: pomis ī ſecūda mēſa uehemēter indulſit. Carinus uero uir nequiſſimus, cētū libras auiū, cētū piſciū, mille diuerſę carnis, in cōuiuio ſuo frequēter exhibuit, uini plurimū effudit, ait Vopiſcus. Sic & Heliogabalus viginti & duo fercula ingētiū epularū exhibebat in cōuiuio, & nūquā cęnauit minus cētū ſeſtertijs, i. argenti li. 30. aliquādo tribus millibus ſeſtertijs, ut cęnas Vitellij, & Apicij vicerit: Hæc Lāpridius. De miniſterianis ſeu caſtrenſianis ita Corippus. [z]

*Adſuit obſequio caſtrorum turba virorum,*
*Illis ſumma fides, & plena licentia ſacris,*
*Deſeruire locis, atq; aurea fulcra parare,*
*Regales menſas epulis onerare ſuperbis,*
*Conſeruare domum, ſanctumq; intrare cubile,*
*Internas munire fores, ueſteſq; parare.*

Quidam horū miniſteriorū erāt gradus 1. 2. & 3. formæ dicti, [a] prout diſponebatur à Principe, & ab eodē codicillis impetrabatur. Honorius A. [b] nonnulli, inquit impetratis apicibus 1. uel 2. formæ ſacri miniſterij ſupernumerarij ordinati ſunt. & paulò infra. in 1. uel 2. forma diuino beneficio ſupernumerarij reperiūtur. Hæc ille. Credēdū aūt eſt primæ formæ viros ſequentibus plures annonas habuiſſe, quæ nomina & differentiæ ēt in ſcrinijs palatinorū reperiūtur. [c] Hi oēs cū matribus & uxoribus ſub Magiſtri officiorum ditione erant. [d] Migdonius an. ſalu. 315. caſtrenſis palatij Conſtantini [e] fuit, & Valentiniani 2. Seuerus. [f]

a in l. 1. C. Theo. quia præſta. tyro. excuſan.
b in l. 1. C. de mēſor.
c l. 1. & 2. C. de caſtrenſ. & miniſter.
d in eod. Alexandro.
e in l. 1. C. Theo. ſi per. ſoci. ſine hæred. dec.
f l. contra. C. de re milit.
g de corona milit.
h l. 1. C. de decanis.
i l. 2. C. d. tit.
k in eod.
l l. annonas, C. de erog. mili. anno.
m l. his ſcholaribus, C. eo. tit.
n lib. 26.
o l. in ſcrinii, C. de diuerſ. offic.
p li. 7. uariar.
q Caſſiod. li. 7. in formula curiæ palatij.
r l. 1. C. de comi. ſcholar.
ſ in 6. uariar.
t in l. 1. & 2. C. de caſtren. & miniſter.
u in 6. uariar. in formul. comitis patrimonij.
x in Auguſto ca. 74.
y in eod. Alexandro.
z li. 3. in laudem Iuſtini minoris in carmine.
a l. 2. C. de caſtrēſiā. & miniſteriā.
b in l. 2. C. Theo. de caſtrenſia.
c l. ſcrinijs, C. de palatin. ſacr. larg.
d d. l. pen. & ult. C. de caſtrenſia.
e l. 1. C. Theo. ſi per. ſoci. ſine hered. deceſſ.
f l. 12. C. The. de palati. ſacra. larg.





Officium habebat Comes, & caſtrenſis palatij Tabularium dominicum, ideſt eū, qui rationes ſumptuū quotidianorum in epulas Principis, & aulicos factas conſcribebat. Alius ſub eodem comite erat Tabularius Auguſtæ, qui pro ea idem curabat, adiutor uerò ipſius comitis uices gerebat, & pro eo imperabat, ut ſupra in Magiſtro officiorum eſt dictum. Habebat & chartularium ſcrinio præfectum, qui erat loco primicerij. Hunc credo habuiſſe inuentariū aureorum, argenteorumque uaſorum, quæ erant in quotidiano vſu Principis, & Auguſtæ: mantilium, aulæorum, ſtragularum, linteorum, huiuſmodique aulicæ ſupellectilis, quorum proprium erat hoc ſcrinium. Ceteros quoque palatinos, quibus opus erat in ſuo officio, hic comes habebat.

Symbola horum Comitum inſignia non appellātur, ſicut nec ſequentium ſpectabilium aut clariſſimorum, ſiue in Oriente, ſiue in Occidente, ſed tantum præcedentium illuſtrium, fortè quod ea ſicut illi, in publicum prodeuntes non præferrent, ſed in ipſorum codicillis tantum depingerentur, aut in adiutorio detinerentur, ut quid eſſet ſui officii, admonerentur, prout erat mandatorum liber, quem ſemper prope tribunal fuiſſe diximus. Hæc tamen quod ſaltem eorum uice fungerentur inſignia ubique appello.

Inſignia ergo comitis caſtrenſis palatij erant illa, quæ ad eius ſpectabant officium, quemadmodum omnium aliorum magiſtratuum, nempè abacus cum trapezophoris purpureo tapeto inſtratus, qui librum erectum apertumque ſuſtinet. In manuſcriptis tapetum eſt coeruleum, & liber auro tectus, ſemi apertus: prope alter codex luteus ſpectatur, qui tabularij aut chartularij codicem referre poteſt. Ad ſiniſtram eſt altum armarium ſeu repoſitorium coeruleum imagunculis elaboratum, ſupra baſim tribus trigeſtis extructum, totidemque coronis cingitur, perſonis ſigniſque ac emblematibus undique exornatum. In ſummo armarij plures lagenæ lata corona continentur: Id cylibanthum eſſe uidentur. Varro enim [a] eſt auctor Romanos menſam uinariam rotundam habuiſſe, quam cylibanthum nominabant, ut etiam, inquit, nunc eſt in caſtris, id uidetur declinatum, ἀπὸ τοῦ κάλυκος, ideſt à calice, Hęc ille. In medio uero eſt aureum uas magnum, gutturnio, uel aquiuinario ſimile, id ſupra fundum duplicem, ac perforatum orbiculum habet in uentre tumens, in longum anguſtumque collum deſinit, labro prominente, quale eſt, quo nos ad lauandas manus utimur, egregiè cęlatam, & ſignis ornatam anſam habent. Infra aliud ſimile aureum uas cum duabus anſis cernitur, ore anguſtiore, ſed rotundo, orbiculatoque operculo obturatum. In imo orbiculus inter pedem, & uaſis uentrem intercedit, phialam eſſe arbitror, in qua uinum in ſcyphum fundendum ſeruabatur. Ad dextram aurata rotundaque menſa, ſex rectis lignis, aliiſque tranſuerſis à ſummo ad imum perductis, & latis clauis ſtat confixa, ſuperne corona plures panes circundat. Altera ad ſiniſtram menſa, in hemicyclum fabricata, tribis lignis erectis, & aliis oblique compactis ſuſtinetur: in ſummo lata corona inſertis ex teſtudine uel argento orbiculis menſam exornat. Ad hanc cœnantes, tribus in hemicyclum, ſtratis lectis diſcumbebant, &, ut ait Martialis. C. Græcam literam formabant, in toroque contractis tibiis ſedentes, latera aduerſum menſam habentes cibos ſumebant, prout multa Venetiis, & alibi, triclinia conſpiciuntur, mantilibus menſas non ſternebant, ſed nudis patinis implebant, indeque cibos ſumebant; Qui mos etiam tempore Notitiæ ex hoc inſigni retentus fuiſſe uidetur. Nos ut Domini cœnam imitemur more Hebræorum ſedentes comedimus. Codices manuſcripti armario carent, ſed duas phialas utrinque anſatas, alteram maiorem, minorem alteram repræſentant. Sub poſtremis Principibus Orientis, caſtrenſes, præfecti menſæ ſunt appellati, capitioque & ueſtibus, ut logotheta generalis, qui comiti largitionum ſucceſsit, utebantur. Sceptri ipſius primus condilus ſeu nodus erat aureus: ſequentes alternatim nigri & aurei, ut Sophotatus Curopalata, eſt auctor.

a li. 4. de lingua latina.

### *DE PRIMICERIO NOTARIORVM eiuſque inſignibus, & laterculo maiore. Cap. XCII.*

Cod. de Primicerio, & Secundocerio, & notarijs.

NVNC de eo, qui dignitates in hoc uolumine deſcriptas tractabat, eſt uidendum. Olim magiſtratuum, & omnium in Imperio Romano militantium, Præfectorumque catalogum unus ex libertis Cæſaris præcurator ab ephemeride & mandatis nuncupatus ſcribere, & apud ſe conſeruare, illiſque mandata tradere conſueuerat, quemadmodum ex marmore corinthi ab Alciato in opuſculo de magiſtratibus, & à nobis ſupra in Comite caſtrenſi repræſentato indicauimus. Poſtea uero notariis tribuni titulo honeſtatis id negocium eſt commiſſum, qui cunctos à Rom. Principe ad dignitatem prouectos laterculo maiori inſerebant; erat hic codex, qui ipſos dignitates tam ciuiles, quam militares adminiſtrantes eorūque inſignia, & ſtipendia cum magiſtratus codicillis, & Principis mandatis continebat. [b] Scholarum etiam ordines, & in numeris, militantes cum eorū ſymbolis comprehendebat; Iureconſulti id commētarium Principis nominant. Herennius Modeſtinus. [c] Abeſſe, inquit, Reipublicæ cauſa intelligimus Tribunos militum, præfectos, & Comites legatorum, qui ad ærarium, aut in commentarium Principis delati ſunt. Erat autem ærarium in æde Saturni, ubi plebiſcita, & Senatuſconſulta reponebantur. Id poſtea laterculum dictum, Notariorum Primicerio eſt commiſſum. Mathematici enim quadratam figuram & ad aliquam latitudinem inſtar lateris ſurgentem, πλινθίον, ideſt laterculum uocant, cui hic codex ſimilis, laterculum eſt appellatus, ſic & lapidem quadratum architecti, & agmen Aelianus nuncupant; à quo laterculum hoc deriuari Cedrenus autumat, qui inquit later coctus eſt ſeu πλινθίον Græcis Laterculum a Romanis dicitur. Eſt aūt hic later publicus, in quo Senatorum, & legionum nomina ſcribebātur. Hæc ille. [d] Huic codici Laterculi nomen iam Antoninis imperantibus inditum fuit. Tertullianus enim, qui eo tempore uixit, aduerſus Valentinianos, loquēs de animabus natura bonis, quas Valētinianus beatas eſſe uolebat, ait, Ex earū ergo Laterculo, & in Reges, & in ſacerdotes allegare conſueuerat. Notitia hunc librū pelle inuolutum oſtendit, qui in ſcrinio Laterculi nuncupato, in palatio Principis cōſeruabatur. [e] Iuſtinus A. Tatiano Magiſtro officiorum ſcribens: Quadrimenſtruos, inquit, breues ſcholarium conſcribi uolumus, & eos ſacro ſcrinio Laterculi præſtari, ibi deponendos. Eius alia plura iura meminerunt. [f] Complectitur autem cum minore Laterculo omnes ferè Notitiæ dignitates adminiſtrantes, exceptis palatinis largitionū, & priuatorū, officiisq; magiſtratuū, quæ ex tribus ſcriniis, Memoriæ, Epiſtolarum, & Libellorum prodibant. Hunc Codicem Primicerius Notariorum tractabat cum ſuis ſcribis, qui Tribuni notarii, quòd Tribunis dignitate æquarentur, ſunt appellati. [g] Zoſimus, [h] Ioannes, inquit, præpoſitus aliquando notariis Principis, quos tribunos uocant. A laterculo uero Laterculenſes, [i] & à notis quibus plurimum ſcribebant, Notarii ſunt uocati. Candidatos etiam dictos fuiſſe Caſsiodorus [k] innuit. Pater meus, ait, candidati ſub Valentiniano Principe geſsit Tribuni & notarii laudabiliter dignitatem, idem ſignificat carmen corippi lib. 3. dum ait. Turba decanorum curſorum, in reb. agentū cumq; palatinis ſtās cādida turba tribunis. Eos primū à Gordiano iuniore

b §. vl. nouell. 24. §. ult. Nouell. 25.
c in l. abeſſe in fin. ff. ex quibus cauſ. maior.
d l. ul. C. de primicer. l. 61. C. de decurionib. l. hac leg. & l. ſeq. C. de metat.
e in C. Iulio Cæſare.
f l. ult. C. de offi. mag. offic. Noue. 8. in Notitia.
g l. 1. §. hoc etiā C. de off. P. P. Afric. Nouell. 17. ſeu in Authen. de mand. Princ. in princ. d. Nou. 8. §. 1. ſeu auth. ut iud. ſine quoquo ſufra. fiant.
h lib. 5.
i d. Nouell. 8. & Nouell. 24. & 25. in fin. l. 5. in fin. C. qui milit. poſſunt. l. cōperim⁹. 13. C. de prox. ſacra. ſcrin.
k in 3. ad ſenatū epiſtola.

ſnuentos fuiſſe Cedrenus ſcribit. Hi ergo prouinciarum,& urbis Magiſtratus,cum annonis,& capitationibus ipſis debitis,Magiſtros militum, Legiones, cohortes,Auxilia, Vexillationes cum earum Præfectis,& ſtipendiis notabant, exceptis Præpoſitis caſtrorum,& limitaneorum militum, qui ad minus laterculum,& Memoriales pertinebant. Eorum etiam qui in decem ſcholis militabant, nomina in laterculo reponebant; quorum multis quotidie decedentibus,aut diſcedentibus,ſingulis quatuor menſibus album, ſeu matriculas renouabant. [a] Vndecima uero agentium in rebus ſchola à Scriniariis memoriæ tractabatur. [b] Præter hæc dignitatis codicillos cũ ſuis inſignibus dipictos,& mandatorum codices cuique magiſtratui exhibebant. [c] Ceterum nouis quotidie creatis magiſtratibus, plures libros mandatorũ cum codicillis in armario paratos conſeruabant, ut quibus opus eſſete,orum tantum nominibus additis, traderent. Hic ſunt codices armariis inſerti, quæ in medio Notitiæ inter Orientis & Occidentis dignitates ſpectantur,in quibus officium ſuum hic primicerius repræſentare noluit. Et quia in his ex laterculo deſcribendis plurimum laborabat, illi quiſque magiſtratus 40. uel 50. aureos,uel minus pro dignitatis magnitudine ſoluebat. [d] Imperante Iuſtiniano Comes Orientis, & Proconſul Aſiæ pro codicillis aureos 50. pendebãt,reliqui ſpectabiles,& conſulares aureos 24.Correctores & Præſides 15.Adiutori Primicerii tres ſoluebant ut ex nouella Iuſtiniani VIII. conſtat,ubi magiſtratus 48. numerantur, ſed plures deſunt,ut comes Iſauriæ,Prætor Paphlagoniæ, Moderator Phoeniciæ Libanenſis,Prætor Siciliæ; [e] & alii. Deſiderantur & Præſides VII. Africæ poſtea receptæ,reſtituti: [f] Italiæ etiam tum à Gotthis occupatæ magiſtratus omittuntur,ſed ſumma,quæ ex Nouella. 8. & aliis colligitur,prope ad ſolidos. 1000. accedit. Hæc pecunia inter primicerium, & quatuor primos laterculi ſcriniarios diuidebatur. [g] Adiutori alij tres aurei pendebantur,quod forte ipſi in primis deſcribendorum codicillorum cura demandaretur. [h] Soluet,inquit Iuſtinianus, Prætor Piſidiæ,Primicerio clariſsimorum tribunorum notariorum,& laterculenſibus,ſolid. 25,eius adiutori ſolid. 3. [i] Demum ipſe, [k] decem libras auri Primicerio notariorum ex canone Phoeniciæ quotannis ſolui iuſſit, ne quid illi in poſterum magiſtratus ſoluere cogerentur: ſumma hæc colligit, circiter mille quadringentos noſtros aureos,quod ſalarium ipſi beneficii nomine erat conceſſum.

Hic Primicerius ſpectabilis erat, Protonotarius, ideſt primus notariorum à Socrate, [l] & Marcellino [m] uocatus: biennio manebat in officio, cui ſuccedebat adiutor,ſeu Secundocerius, huic Tertiocerius,tum Quartocerius, qui ſecundum, tertium, & quartum in laterculo locum obtinebant. [n]

Primicerius etiam iura a Principibus condita in ſenatu recitabat, ut ex lege Theodoſii conſtat, [o] Data VI. Calend. M. Recitata in ſenatu per Theodoſium primicerium notariorum. DD. NN. THEOD. XII. & VALENTINIANO. II. AA. CONSS.

Notariorum tres erant ordines, alij Tribuni, & Notarij, vt ſæpe apud Marcellinum appellabantur, honore Tribunis prætorianis æquati; alij domeſtici yocabantur, quòd Imperatori eſſent à ſecretis, cuius arcana ſcribebant. Gratianus A. eos familiares ſuos vocat. [p] Caſsiodorus [q] ad Imperiale ſecretum dicit eligi. Vltimus ordo erat inferiorum tribunorum notariorum. Decem primi poſt Primicerium immunitatem ædium Conſtantinopoli habebant, ne hoſpites recipere tenerentur. [r] Vicarijque dignitate ſplendebant. [s] Domeſtici id eſt familiares Principis, & à ſecretis facti conſularibus æquiparabantur, [t] omnes à diſcuſſorum, & peræquatorum onere liberabantur. i. ne cenſum ſcribere, vel alicuius prædia inſpicere tenerentur. [u] Inter tribunos notarios nemo recipiebatur, qui prius egregij titulum non obtinuiſſet; Caſsiodorus enim Senatoris pater, prius egregius factus eſt, quàm candidatus Tribunus, Notariusque Valentiniani Imperatoris crearetur. Caſsiodorus. [x] Pater, inquit, candidati ſub Valentiniano Principe geſsit Tribuni, notarij q; laudabiliter dignitatem, qui honor tùm dabatur egregijs, cùm ad Imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inueniri. Hæc ille. Factus eſt autem ex illis Notarijs, quos domeſticos diximus vocari, & erãt à ſecretis Principis. Caſsiodorus [y] ex primi ſcrinijs notarios tribunos factos fuiſſe ſcribit. Notarij cingulo, more militum utebantur: Suidas enim ſcribit Auxentium Licinij Imperatoris Notarium ab eo iuſſum inſignem uuæ racemum incidere, & pedibus Bacchi apponere, illum,quòd Chriſtianus eſſet,id facere recuſaſſe: Quare cingulo exutus,iuſſus eſt aula excedere; Is poſtea Mopſueſtiæ epiſcopus eſt factus.

Primicerius officio functus, ſenatoria,& Magiſtri officiorum dignitate honeſtabatur, [z] proconſuliq; æquabatur. [a] Huic hodie comparari poteſt magnus Venetæ Reip. Cancellarius. Reliqui à ſecretis ampliſsimi eius Senatus alijs Tribunis notarijs; Qui uerò ſunt a ſecretis excelſi Conſilij X. Secundo, Tertio, & Quartocerio.

a l.vlt.C.de offi. Mag. officior.
b l.ultim.§.& eſt Notitia. C.de diuerſ. offic.
c d.§. ul.Nouell. 24.& §.ulti. Nouell. 25. §.2. Nouell. 27.
d ut in Nouell. 8.ſeu auth.ut iudic. ſine quoquo ſuffrag. fiant.l.1. §. hoc etiam. & l. 2.in fin.C.de off. P.P.Aphric.
e Nouell.23.29. 104.edict.4.
f l.1.§.2. C.de offic.P.P. Africæ.
g d. Nouel. 8.in Notitia poſt principium, ubi pro ſcriniariis Græc. codex. mendosè legit. ſcrinijs.
h d. Nouell. 24. in fin.
i & §.ult.Nouel. ſeq.
k in edict.4.§.1.
l li.7.ca.23.
m lib.25.
n l.1. & 2. C.de primicer.
o li.6.tit. 1.l. oblationem.in C. Theod.
p in l.penult.C. Theod. de primicer.
q in 4. epiſt.
r l.pen.C.de metat.
ſ l.pen.C.Theo. de primicer. & notar.
t l.2.& 3. C.Th. d.tit.
u d.le. 1.& 2.C. de primicer.
x in 4.epiſtolar.
y li.11. ca.20.
z d.l. 2.C.de primicer. Caſſiodo. in formula notariorum.
a l.placet.C.Th. de primic.





NOTITIA

# PRIMICERIVS NOTARIORVM

Cum Inſignibus.




NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Primicerij Notariorum.

OMNIS *dignitatum & adminiſtrationum notitia, tàm militarium quam ciuilium.*

*Scholas etiam & numeros tractat.*

OFFICIVM *autem non habet, ſed adiutorem de ſchola Notariorum habet.*

COMMENTARIVM.

OFFICIVM hic Primicerius non habet,ſed adiutorem de ſchola ſuorũ Notariorum accipit; cui cùm quilibet magiſtratus pro codicillis ternos aureos ſolueret,præter eos,qui Primicerio pẽdebantur hoc nomine plus minus 300. aureis capiebat.

Pro inſignibus habet librum clauſum,dorſo inſcriptum, eumq; repræſentare arbitror, quem ipſe Comitibus, Ducibus,alijſq; magiſtratibus exhibebat. Habet & faſciculum chartarum conuolutarum loris conſtrictum, qui codicillos magiſtratibus ab eo tradendos refert: infra eſt laterculum maius omnes imperij dignitates ab eo tractatas continens. Is eſt grandior codex pelle tectus, loriſque per foramina

traductis conſtrictus. Hæc ſunt Primicerij Notariorum inſignia, quæ ad eum ſpectantia munera indicabant. Notæ dorſo libri inſcriptæ ſunt. F. L. I. N. T. ALL. CO. M. ORD. PR. quæ ut ſunt obſcuræ, me diu ſolicitum tenuerunt; tandem ita putaui poſſe interpretari. Felix liber iniunctus Notarijs Tribunis à laterculo continens mandata ordine Principis, vel Primicerij. Exponitur qd ſit, à quo expediatur, quid contineat, & vnde edatur, nempè à laterculo. Hic autem non codex, qui ab aliquo ipſi detur primicerio, ſed liber eſt mandatorum, quem ipſe magiſtratibus tradit, & ob id pro eius inſigni ponitur, vt quid ad ipſum præcipuè ſpectet, indicetur. Iuſtinianus A.[a] ad Tribunianum quæſtorem palatij. Illuſtris, inquit, auctoritas tua, eadem mandata, & in libris legũ trãſcribi, & in ſacro laterculo deponi præcipiat; quatenus ex his una cum codicillis ſuſcipiendis, adminiſtratores, quemadmodum poſsint Reipub. ſubuenire, non ignorent. Rurſus,[b] deponi in noſtro ſacro laterculo diuina mandata iuſsimus. Et alibi.[c]

a in Auth. de mãdatis princip. §. j. ſeu Nouel. 17. in princip.

b Nouella 24. §. vlt.

c Nouel. 25. §. 2. 26. §. 1.

Nunc ad alios ſpectabiles ſcrinij præfectos accedamus.

## *DE MAGISTRIS IIII. SCRINIORUM, & eorum inſignibus. Cap. XCIII.*

C. de magiſtris ſcriniorum.

QVATVOR ſacris palatij ſcrinijs Præpoſiti, vt à laterculi præfecto diſcernerentur, non primicerij, ſed magiſtri ſunt appellati, & ideo nec ſecundo, nec Tertiocerios, vt ille; ſed loco eorum Proximos habebant: & ſi poſteriore tempore quãdoque Primicerij ſunt dicti.[d] Scrinia diximus uocari pluteos, vel armaria, in quibus commentarij, breues, edicta, epiſtolæ, libelli, aliave literaria monumenta claudebantur: Suidas ſcriniarium eſſe dicit eum, qui ſcrinium ſiue arculam tractat, itaque cum in chartis, & ſcripturis hoc officium verſaretur, militia literata vocabatur.[e]

d l. ult. C. de diuer. reſcrip.

Quatuor fuerunt palatij ſcrinia, Memorię, Epiſtolarum, libellorum, & Diſpoſitionum,[f] quibus ſingulis ſuus magiſter præerat.[g] Ab Auguſto originem trahunt, qui ſuggerente Mœcenate propter frequentia iudicia, epiſtolas, decreta vrbium, priuatorum libellos, ex equitibus miniſtros ad hæc munera obeunda elegit.[h] Hi poſtea Præfectos habuerunt, qui dignitate aucti, ſcriniorum magiſtri ſunt appellati, & ſpectabiles dicti, Vicarijſque honore æquati,[i] & ab omni onere ciuili ſeu perſonali cum Proximis, qui eos ſequebantur, immunes facti:[k] & ferè omnes erant iuriſperiti, vt Lampridius,[l] ſignificat; negocia, inquit, & cauſas prius à ſcriniorum principibus, & doctiſsimis iuriſperitis, & ſibi fidelibus, quorum primus tunc Vlpianus fuit, tractari, ordinariq; atq; ita referri ad ſe præcepit. Hæc ille. Primi poſt magiſtros eorum erant adiutores,[m] quibus ipſi reſcripta dictabant: Zeno ad Sebaſtianum P. P.[n] viri, inquit, ſpectabiles magiſtri ſcriniorum, qui ſine hac adiectione, ſi preces veritate nitantur, qualecunque diuinum reſponſum dictauerint, & iudices, qui ſuſceperint, reprehenſionem ſubibunt; & qui illicitè dictata ſcribere auſi fuerint, cuiuſcunque ſcrinij memoriales, ſeu pragmaticarij, uel adiutores primicerij, amiſsione cinguli feriantur; ijdem Proximi ſunt appellati, quòd proximum magiſtro ſcriniorum locum tenerent. olim biennio, poſtea vno tantum anno in officio permanſerunt, & inde exeuntes, Comites cõſiſtorij fiebant.[o] Id verò in omnibus ferè gradibus obſeruabatur, ne diu in officio morarentur, tum ut alijs aſcendendi facultas daretur, tum ne in gradu aliquo conſeneſcens tutius in eo delinqueret. Hos ſequuntur in ſcrinio, Melloproximi, ideſt futuri proximi, qui exeunte proximo, eius locum ſubibant, & clariſsimi cum ſequentibus uſque ad Exceptores uocabantur.[p] Proximi adiutoris uice fungebantur, & erant loco Tertiocerij.[q] cuius ſequens adiutor dicebatur.[r] Scriniariorum numerus erat præfixus: Nam in ſcrinio memoriæ LII. uiri, in alijs XXXIIII. militabant:[s] Ex his aliqui erant Exceptores, qui acta iudiciorum, coram Principe, aut P. P. uel Quęſtore ſcribebant.[t] Præter hos & alij ſcrinia tractabant, ſupernumerarij dicti, qui cum locum alicuius defuncti ordinarij ſubibant, ducentos quinquaginta ſolidos pro ingreſſu nomine ſportularum proximo ſoluebant, & alios XX. aut XV. melloproximo:[u] qui poſtea ex Anaſtaſij conſtitutione, in hæredes defuncti tranſlati fuere.[x] Id autem generaliter obſeruabatur, ut pro ingreſſu cuiuſque militiæ aliquid præſertim primis ſolueretur:[y] XV. cuiuſque ſcrinij primates cæteris excellentes, plures annonas alijs percipiebant:[z] quas prius in ſpeciebus, ſeu cibariis acceperunt, poſtea pro his pecunia à Principe eſt cõſtituta:[a] Scriniarij in prouinciis cuncti liberas ab hoſpitandi onere ædes habebant:[b] & pro dignitatis inſigni, cingulo tanquàm milites vtebantur,[c] Vnde Iuſtina Valentiniani ſecundi mater cum Beniuolo ſcrinii memoriæ Magiſtro iuſsiſſet, ut legem ſcriberet, qua Arrianum dogma confirmaretur, altioremq; illi gradum polliceretur; ille ad Auguſtæ pedes cingulo proiecto, nullum ſe pro impietatis mercede honorem accepturum reſpondit.[d] ſed etſi propriè memoriales erant, qui ſcrinium memoriæ tractabant,[e] alii tamen ſcriniarii quandoque & ipſi memoriales ſunt appellati. Hos officia palatina D. Ambroſius uocat.[f] Palatina, inquit, omnia officia, hoc eſt memoriales, agentes in rebus temperare à proceſſu iubentur. Tantum uerò eos, qui primum gradum in ſcriniis obtinuiſſent, lucratos fuiſſe Procopius[g] ſcribit, ut centum centenaria auri quotannis exceſſerint. In ſcrinio Diſpoſitionũ nullus Magiſter reperitur, ſed pro eo eſt comes,[h] & ob id ubique in tractatu ſcriniorum,[i] tria, Memoriæ, Epiſtolarum, & Libellorum à ſcrinio Diſpoſitionum, propter diuerſam in his militantium formam, ſegregantur,[k] Scriniarii ſub Magiſtro officiorum in cauſis ciuilibus & criminalibus, eorumque parentes, liberi, & uxores, ſerui, adſcriptitiique conueniebantur, & cùm litigabant, minores cæteris ſportulas ſoluebant. Magiſtrum ſcriniorum Alexandri Vlpianum fuiſſe Lampridius ſcribit.[l]

e l. proximos. C. de proxim. ſacr. ſcrinior.

f l. 3. & ſequ. C. eod.

g l. vnic. C. de magiſt. ſcrinio. & l. vlt. C. de diuerſ. reſcr.

h vt lib. 52. ſub finem Dion. memorat.

i l. 1. C. de prox. ſacr. ſcrinior.

k l. 1. C. de magi. ſcrin. l. eos. C. de excuſ. mun. l. iubemus. C. de ꝓx. ſacr. ſcrin. l. maximorum. C. de vacat. muner.

l in Alexandro.

m in l. vlt. C. de diuer. reſcript.

n in d. l. vlt.

o l. pro biennio, l. proximos. C. eod. tit.

p l. peculiari, C. eod.

q l. vnicuique & l. pen. C. eo. tit.

r d. l. vnicuiq; l. cõperimus. l. pe. C. eo. tit.

s l. hac parte. C. eod.

t d. l. peculiari.

u d. l. vnicuique.

x l. ſi quis in ſacris. C. eo.

y l. pen. §. vlt. de leg. 3. l. antepe. ff. de annu. leg. l. 6. §. 1. ff. de decurionib.

z d. l. vnicuique.

a l. annonas. C. de erog. milita. ann. l. vlt. C. de inoff. teſtam.

b l. in ſacris. C. de ꝓxim. ſacr. ſcrin.

c l. vlt. C. de diuerſ. reſcrip.

d Sozom. li. 7. c. 13. Tripart. li. 9. c. 20. Ruffin. in d. Ambr.

e d. l. vlt. C. de diuer. reſcr. l. vlt. C. de inoff. teſta. l. 2. C. de priuil. eor. qui in ſacro. palat. milita.

f epiſt. 33.

g ἀνεκδότοις.

h l. proximos. C. de ꝓx. ſacr. ſcrin.

i vt C. de proxi. ſacr. ſcrinio.

k vt in d. l. peculiari, & ſeq. & l. comperimus. C. eod. tit.

l in Alexandro.





# NOTITIA MAGISTER SCRINIORUM

## Cum Inſignibus.

*Memoriæ epiſtolarum & libellorum Græcorum.*




## COMMENTARIUM.

PRO inſignibus habent Magiſtri ſcriniorum ſeptem recta linea diſpoſitos, & fibulis conſtrictos codices, quorum alij viridi, alij rubro corio in mea Notitia teguntur. Madrucian⁹ codices ſex, tres cęruleo, totidem luteo coloribus depictos, & omnes notis inſcriptos demonſtrat. Referunt codices mãdatorum, qui Magiſtris memoriæ, libellorum, & diſpoſitionum tradebantur, habent has notas FL. INTALL. COM. ORD. PR. quas ſupra expoſui.

Lutei verò Magiſtris epiſtolarum traditi, his notis inſcribuntur F L. VALE. MAG. EP. IVSSI. DD. id eſt, Felix liber uindicandus à laterculo Magiſtro epiſtolarum, iuſsione diuina; Valentiniani, qui tum in Occidente imperabat, hic nomen non conuenit in Vrſini exemplari hæ notæ non apparent, ſed tantũ in Notitia Occidentis. Plures ſpectantur mandatorũ libri, quàm ſint Magiſtri, ſed tot dicis gratia oſtendũtur. Sub prædictis ſex ordine diſpoſitis codicibus, alij quatuor viſuntur, quorum vnus apertus Græcas quaſdam litteras, ſed obſcuras continet. Hunc Codicem referre arbitror, cui exempla Græcarum epiſtolarum erant inſerta. Alij tres Codices in manuſcriptis rubro tecti eos indicant, in quibus latinæ epiſtolæ, reſcripta, edicta, & diſpoſitiones Principis conſeruabantur. Meus impreſſus vnum ex his codicem praſsino tectum oſtendit; alterum rubro; in angulis & vmbilico aureis bullis exornatum, quem, Laterculum minus in ſcrinio memoriæ referre puto.[a] His quatuor inuolutarum chartarum faſces intermiſcentur, qui

a l. 1. C. de offic. Q reſto.

tur, qui libellos ſupplices, reſcripta, epiſtolas Græcas, latinaque edicta, ſeu leges ſignificant. In imo duæ chartæ apertæ ſpectantur, altera pura, altera his Græcis literis ſcripta, ΑΣΒΑΣΙΛΕΙΑ ΕΚΘΕΣΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΠΑΡ. ideſt Imperium, expoſitio capitũ, quæ ſine adiunctis nullum ſenſum habent, fortè aliquam epiſtolam Græcam repræſentat. Manuſcripti duas & ipſi chartas, vnam puram, & apertam demõſtrant, aliam inuolutã, quæ facilè vel codicillos Pręfecturæ ſcriniorum, aut aliqua ex ſupradictis referunt. Sed vt dilucidius hæc ſcrinia noſcantur, de ſingulis ſigillatim, ac primo de Memoriæ tanquam nobiliori tractabimus..

## N O T I T I A.

### Magiſter Memoriæ.

ADNOTATIONES *omnes dictat, & emittit, & precibus reſpondet.*

### Magiſter Epiſtolarum.

LEGATIONES *ciuitatum, conſultationes, & preces tractat.*

### Magiſter Libellorum.

COGNITIONES *& preces tractat.*

### Magiſter epiſtolarum Græcarum.

EAS *Epiſtolas, quæ Græcè ſolent emitti, aut ipſe dictat, aut Latinè dictatas transferi in Græcũ.*

OFFICIVM *autem de ipſis nemo habet, ſed adiutores electos de Scrinijs.*

## C O M M E N T A R I V M.

### *De Magiſtro Memoriæ. Cap. XCIIII.*

a lib. 29. de Magiſtratibus Græcorum. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum.

MEMORIALIVM hanc originem Volaterranus [a] tradit, quam & ego in uetuſto codice Græco legi. Eos, ait, olim militum, aut aliorum nomina ſcripſiſſe, qui in bello, aut alibi, aliquid laude dignum egiſſent, eorumque facta Principi ſuggeſsiſſe, vt pro meritis præmia acciperent, & inde à rerum geſtarum memoria, quam conſeruabant, Memoriales appellatos; ſed hoc in vſu eſſe deſijt, alijq; horum loco ſunt ſubſtituti, qui in primis laterculi minoris curam habuerunt, in quo præfecturæ, Tribunatus, & Præpoſituræ caſtrorum quæ erant in limitibus Imperij continebantur. [b] Eaque in ſcrinio memoriæ vocato reponebantur, in quo præter laterculum in alijs quoque voluminibus plurium memoria conſeruabatur. Theodoſius. [c] Ex ſcrinio, inquit, memoriæ totius minoris laterculi dignitates mittantur. Qui laterculum tractabant, laterculenſes ſunt dicti, [d] cæteris memoriæ ſcriniarijs digniores. [e] Alij ſcrinio memoriæ præfecti Memoriales appellabantur, etſi quandoque etiam epiſtolarum, libellorum, & diſpoſitionum ſcriniarij, vt dixi, memoriales ſunt nuncupati. [f] Zeno A. [g] Qui, inquit, illicitè ſcribere auſi fuerint, cuiuſcunq; ſcrinij memoriales, ſeu pragmaticarij, vel adiutores primicerij, amiſsione cinguli ferientur. Omnes enim quia ſuarum ſcripturarum memoriam conſeruabant, memoriales ſunt vocati. [h] ſic Maſſurius Sabinus memorialium librum ſcripſit, in quo res memoria dignæ continebantur: Noſtri interpretes ſingularia appellare maluerunt.

b l. 1. & 2. C. de offic. quæſtor.
c in d. l. 1. C. de offic. quæſtor.
d l. cõperimus. l. vlt. C. de ꝓx. ſacro. ſcrin.
e d. l. vlt. C. de ꝓxim. ſacr. ſcrin.
f l. 2. C. de priuil. cor. qui in ſacro. palat. milit.
g in l. vlt. C. de diuerſ. reſcrip.
h d. l. 1. & 2. C. de offic. queſtor.

Prædictum laterculum, ad curam & ſolicitudinem Quæſtoris palatij pertinebat, cuius arbitratu præcedente Principis auctoritate, Præfecti & Tribuni limitaneorum militum, & Præpoſiti caſtrorum emittebantur. [i] Cum verò Magiſtri militum id ſibi vſurparent, Theodoſius Iunior, duabus epiſtolis, altera ad Saluſtium Quæſtorem, altera ad Helionem Comitem, & Magiſtrum officiorum, miſsis id prohibuit: in priore ita ſcribit. [k] Totius minoris laterculi curam, ſcias ad tuæ ſublimitatis ſolicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu, e ſcrinio memoriæ totius minoris laterculi dignitates, hoc eſt præfecturæ, omnes tribunatus, & præpoſituræ caſtrorum, iuxta conſuetudinem priſcam clementiæ meæ auctoritate deinceps mittantur. Hæc ille. Ducum verò & Comitũ rei militaris dignitates, legionum, auxiliorum, & equitum nomina, ſicut & Magiſtratuum ciuilium ſub Primicerio notariorum in maiore laterculo tractabantur.

i d. l. 1. & 2.
k in d. l. 1. C. de offic. Quæſtor.

Præter curam laterculi minoris Magiſter memoriæ, inquit Notitia, adnotationes omnes dictat, & emittit. Adnotatio erat, breuis ſcriptura continẽs, quæ Principis nomine ſtatuebantur, aut confirmabantur. Arcadius A. [l] Non aliter, inquit, quilibet in officio ſacrarum largitionum, vel priuatarum rerum cingulum militiæ ſibi ſumendum exiſtimet, niſi noſtræ mãſuetudinis adnotationem meruerit: Hæc ille. Quod ergo Princeps verbo reſpondebat, Magiſter proximo breuiter dictabat, & ille vel memoriales adnotabant, & ab his quæ dictabantur excipiendis, exceptores vocabantur, cæteris aliquanto digniores.

l in l. 9. C. de palat. ſacr. largit.

Hic Magiſter etiam emittit, inquit Notitia, interpretor duplomata ad currendum equis publicis nomine Principis, vel Magiſtri officiorum, [m] quem emittendi facultatem habuiſſe, ſupra eſt declaratum. Precibus etiam reſpondebat, (ſubijcit Notitia,) id eſt, dictabat reſponſa, quæ Princeps libellis ſupplicibus dabat. Zeno. [n] Vniuerſa, ait, reſcripta: ſiue in perſonam precantium, ſiue ad quemlibet iudicẽ manauerint: quæ vel adnotatio, vel quæuis pragmatica ſanctio nominentur: ſub ea conditione proferri præcipimus ſi preces veritate nitãtur. Theodoſius, [o] Memoriales, inquit, qui excipienda huiuſmodi reſcripta vel implenda curauerint, bonorum proſcriptione puniri decernimus. Implebãt autem, qui excepta reſcripta latius extendebant. Hanc ſubalpini decretationem vocabant, quæ primò breuiter adnotata, cũ latius extenditur, dicitur impleri. [p]

m l. in ſacris. C. cod.
n in d. l. vlt. C. de diuer. reſcrip.
o in l. vlt. §. memoriales. C. de petitionib. bonor. ſublat.
p d. l. vlt.

In eodem memoriæ ſcrinio probatoriæ ſcribebãtur, id eſt, ſcripturæ, ſeu breues à Principe ſubſcripti, quibus probabat perſonas Agentium in rebus, & palatinorum, qui Comitibus largitionum, & rerum priuatarum obſequebantur, ut Leo A. declarat. [q] Loca etiam, curſus publici à Memorialibus deſcripta fuiſſe exiſtimo, quale eſt itinerarium, quod ſub Antonini nomine manſiones, ſeu oppida, aut vicos, in quib. equi curſus publici alebantur, recenſet, quæ veriſimile eſt in memorialium ſcrinio conſeruata fuiſſe: vnde euectiones à Principe uel Magiſtro officiorum, qui huic ſcrinio imperabat, indulitæ prodibant. Quare non ſine ratione ante Madrucij Notitiam id itinerarium ſcriptum reperitur; & cum miro ordine cætera imperij, & Principis ſcripta magna diligentia cõſeruarentur, rem tanti momenti, & tanto ſtudio comparatam, in principis ſcrinijs conſeruatam fuiſſe credendum eſt. Inſtrumentorum quoq; bellicorum, ac liburnarum typos, & limitum extruendorum rationem, & alia huiuſmodi, poſt Notitiam deſcripta, ijſdem commiſſa fuiſſe puto, apud quos perpetuò, & ad æternam memoriam tenebantur: quorum ſcriniarij non immeritò Memoriales ſunt appellati. Hos Imperator Alexander apud ſe frequenter habebat. Lãpridius, [r] Pomeridianis, inquit, horis ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita ut ab epiſtolis, à libellis, à memoria ſemper aſsiſterent; nonnunquàm ſi ſtare per ualetudinem non poſſent, ſederent, relegentibus cuncta librarijs, & ijs, qui ſcrinium gerebant, ita ut Alexander ſua manu adderet,

q l. vlti. §. & eſt notitia. C. de diuerſ. offic.
r in Alexandro.



ſi quid eſſet addendum; ſed ex eius ſententia, qui diſertior habebatur: Hæc ille. In memoriæ ſcrinio erãt 62. ſcriniarij, [a] ex quibus 12. erant adiutores Queſtoris palatij: [b] Septem Antiquarij, videlicet quatuor Græci, & tres Latini, [c] qui libros conſeruabant, & vetuſtate corruptos deſcribebant. Valentinianus. [d] Antiquarios, ait, ad bibliothecæ codices componendos, & pro vetuſtate reparandos, quatuor Græcos, & tres Latinos ſcribendi peritos legi iubemus: & D. Gregorius, [e] cum ad monaſterium veniſſet, antiquarios ſcribentes reperit, ideſt librarios. A Græcis archeotæ appellantur. Arcadius I C tus. [f] Hi quoque inquit, qui cuſtodes ædium, vel archeothæ, vel lolographi, vel tabularij, muneribus perſonalib. adſtringuntur. Auguſtus vni ſeruorum hoc munus demandabat, vt docet inſcriptio ſupra ſub ſcrinio veſtiarij recitata; & alia. SVLPICIAE THALVSSAE ANTIOCHVS TI. CLAVDII CAESARIS A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS CONIVGI SVAE BENEMERITAE. item C. IVLIVS FELIX A BIBLIOTHECA GRAECA PALAT. Itaque in hoc ſcrinio erant adiutores Quæſtoris 12. Laterculenſes, antiquarij VII. Reliqui Exceptores, & reſcripta implentes. Digniores verò cęteris erant Laterculenſes; ad hunc enim locum ex adiutoribus Quæſtores tranſibant, [g] & minoris Laterculi curam habebant; Nec alijs poterant ſcrinijs ſe immiſcere: [h] cingulo ſicut & Magiſter utebantur, [i] ſtipẽdiumque a Principe Calend. Ianuarij percipiebant, cum eius res curarent. [k] Officium Magiſter memoriæ non habet, ſed adiutores ex ſcrinijs accipit. Magiſtrum ſequebatur Adiutor Proximus dictus, quòd illum prope accederet, eratque loco Secundocerij. Hunc melloproximus pro Tertiocerio [l] ſequebatur.

a l. hac parte. C. de ꝓx. ſacr. ſcrin.
b l. comperim⁹. C. eo.
c d. l. hac parte.
d in l. 2. C. Theo. de ſtud. liber. art. vrb. Rom.
e lib. 1. Dialog. cap. 4.
f in l. munerũ. 18. §. hi quoq; ff. de mun. & hon.
g l. cõperimus. & l. ult. C. de ꝓxim. ſacr. ſcrin.
h d. l. hac parte. C. eod.
i d. l. ult. C. de diuerſ. reſcrip.
k l. 14. & l. pen. C. de ꝓxi. ſacro. ſcrin. l. laudabilẽ. C. de aduo. diuer. iud.
l l. pro biennio. C. de prox. ſacr. ſcrin.

### *DE MAGISTRIS EPISTOLArum. Cap. XCV.*

AVGVSTO imperante nondum Magiſtri epiſtolarum inuẽti fuiſſe videntur; ſiquidem ſuas ipſe epiſtolas ſcribebat, aut dictabat, quas poſtea M. Agrippę, aut Męcenati emendandas, vel eorum arbitrio mutãdas tradebat. Dion. [m] Agrippæ, inquit, & Mœcenati tãtam poteſtatem detulit Cæſar in rebus omnibus, vt litteras quaſcunque ad Senatum, vel alios mitteret, ipſi prius legere poſſent, & in eis, q̃ vellent, immutare: cuius rei gratia anulum ab eo acceperant, quo literas obſignarent: Duplex enim ſignum, quo tũ maximè utebatur, fieri iuſſerat, quorum in utroque ſimilis ſphinx impreſſa erat. Poſtea uerò ſui imagine ſignauit, qua omnia deinceps imprimebat. Eaque reliqui poſt eum Imperatores, præter Galbam, ſunt uſi. Nam is ſigno à maioribus ſuis accepto imprimebat, nempe cane ex prora nauis cadente. Hæc ille. idem Tranquillus, [n] in duplomatibus, libellisq;, & epiſtolis ſignandis, initio ſphinge vſus eſt, mox imagine magni Alexandri, nouiſsimè ſua Dioſcoridis manu ſculpta, qua ſignare inſecuti quoque Principes ꝑſeuerarunt. Ad epiſtolas omnes horarum quoq; momenta, nec diei modo, ſed & noctis, quibus datæ ſignarentur, addebat. Hactenus Tranquillus. Proximi Auguſto ſucceſſores, & ipſi epiſtolas per ſe ſcribebant, aut dictabant. Philo enim in legatione ad Caiũ de eo loquens, Tũ breui, inquit, mora interiecta cuidam ab epiſtolis dictat reſponſum ad Petronium; idẽ de ipſo Tranquillus, [o] pari, ait, arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret epiſtolam, ſic cœpit; Dominus & Deus noſter ſic fieri iubet. Non multò poſt inuentus eſt magiſter epiſtolarũ, quem, vt infra dicetur, Nero habuit, & penes ſequẽtes Principes perſeuerauit. Nam Hadrianus Suetonium Tranquillum 12. Cæſarum hiſtoriæ ſcriptorem nobiliſsimum, magiſtrum epiſtolarum habuit, [p] & alij Imperatores poſtea ijſdem vſi ſunt magiſtris. Hi accepto à Principe rerum argumento, alijs ſcribentibus dictabant. Zeno A. [q] ſpectabiles, inquit, magiſtri ſcriniorum, qui ſine præfata adiectione qualecunque diuinum reſcriptum dictauerint, reprehẽſionem ſubibunt. Hæc ille. Epiſtolares primò minus nobilis fuiſſe uidentur; ſiquidem auctor eſt Spartianus Hadrianum primum ab epiſtolis & libellis equites Romanos habuiſſe. Arcana verò Principes nulli committentes, manu propria ſcribebant, vt Capitoli. Commodum erga Clodium Albinum, quem ſucceſſorem ſibi deſignabat, egiſſe memorat his verbis; Imperator Commodus Clodio Albino. Alias ad te publicè de ſucceſſore atque honore tuo miſi, ſed hãc familiarem & domeſticam omnem, vt vides, manu mea ſcriptam epiſtolam dirigo, qua tibi do facultatẽ, vt ſi neceſsitas fuerit, ad milites prodeas, & tibi Cæſaris nomen aſſumas. Hactenus capitolinus: cęteris verò epiſtolis cum alij principes ſubſcriberent, Commodus ſæpe hoc omiſit. Lampridius [r] de eo loquens in ſubſcribendo, inquit, tardus ac negligens, ita, ut libellis vna forma multis ſubſcriberet. in epiſtolis autem plurimis, Vale tantum ſcriberet. Alexander ſua manu addebat, ſi quid addendum eſſet, inquit idem Lampridius, ſed ex eius ſnĩa, qui diſertior habebatur.

m lib. 51.
n in Auguſto ca. 50.
o in Caio Caligula. cap. 13.
p Spart. in Hadr.
q in l. ulti. C. ſi cõtr. ius uel util. publ.
r in Commodo.

Hic magiſter legationes ciuitatum, cõſultationes, & preces tractat, ait Notitia. Legationibus enim Regum aut ciuitatum intererat, ut poſtulata intelligeret & reſponſa ſcriberet. Prius tamen in auditorio Præfecti Pręorio deſideria Legatorum nulla facta determinatione examinabantur, poſtea in Principis conſiſtorio ab epiſtolaribus recitabantur, qui demum ex ſententia Principis reſponſum acceptum ſcribebãt. [s] Præſidibus quoque de facti ſpecie dubia conſulentibus ex Principis ſententia reſcribebat: hæc conſultatio uocabatur. Vlpianus, [t] ſi pręſes, inquit, prouinciæ conſuluerit, & ad conſultationem eius eſt reſcriptum, appellandi ius ſupereſt: [u] Præclarum conſultationis & reſcripti Principis exemplum extat in libro de collatione legum Romanarum, cum Moyſis legibus, ex quo Vlpiani locus illuſtratur: [x] Verba, inquit, conſultationis & reſcripti, ita ſe habent, Inter Clodium optime Imperator, & Euariſtum cognoui, quòd Clodius Lupi filius in conuiuio, dum ſago iactatur culpa, manu Marij Euariſti, ita malè acceptus fuerit, ut poſt diem quintum moreretur; atque apparebat nullam inimicitiam cum Euariſto fuiſſe, & cupiditatis culpam coercendam eſſe credidi, ut cæteri eiuſdem ætatis iuuenes emendarentur. Ideoque Mario Euariſto Vrbe, Italia, prouincia Bætica in quinquennium interdixi. Decreui & impendij cauſa duo millia patri eius perſolueret Euariſtus, quòd manifeſta eius fuerat paupertas. Velis reſcribere. Verba reſcripti. Pœnam Marij Euariſti rectè Egn. Taurine moderatus es ad modum culpæ; Refert enim & in maioribus delictis conſulto aliquid admittatur, an caſu: & ſanè in omnibus crimininibus diſtinctio hæc pęnarum, aut iuſtitiam prouocare debet, aut temperamentum admittere; Ex his uerbis alius Vlpiani locus. [y] hinc deſumptus, eſt emendandus; Vbi dum legitur pœnam aut iuſtam eligere debet, ſubſtituendũ eſt, aut iuſtitiam prouocare debet, aut temperamentum admittere.

s l. quotieſcũq;. 10. C. Theo. eo.
t in l. 1. §. 1. de appellatio.
u l. antep. pen. & ult. C. de appell. & conſultat. l. 2. C. de legib.
x in l. 4. §. 1. de ſiccar.
y §. ulti. d. l. 5. de pœnis.

Laſciuia verò ſago iactandi antiquitus erat in vſu, & hodie aliquando exercetur. Tranquillus, [z] ferebatur, inquit, & uagari noctibus ſolus, atque inualidum quenquã obuiorum, vel potulentũ corripere, ac diſtento ſago impoſitũ in ſublime iactare. Martialis. [a]

*Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.*

z in Othone. c. 2.
a lib. 1.

Conſultatio etiam erat, cum in conſiſtorio cum Proceribus cauſas Princeps examinabat, aut aliàs ſtatuebat. Theodoſius, [b] Quæ ex conſultatione, inquit, procerum ſtatuimus, non ſemper iura ſint generalia, eadem conſulta uocantur. [c]

Vbi ab illuſtri perſona ad Principem prouocabatur, Epiſtolares acta ſcribebant, vel ſi ſpectabilis iudicis ſententia appellatione ſuſpenſa fuiſſet quam Pręfectus, Prætorio cum Quæſtore cognoſcebat; [d] Theodoſius A. [e] In his, ait, iudicijs, quæ conſultationum introduximus loco, vel apoſtolos, vel ea q̃ apud eum geſta ſunt, cõtra eius ſnĩam dicitur appellatum, ſuſcipere

b in d. l. 2. C. eo. ll.
c l. Conſulta. C. de teſtam. l. ne q̃s. C. de offic. recto prouin.
d l. in offerẽdis. & l. ſeq. C. de appella. Nouel. 20.
e in l. præcipimus. C. eo. tit.

pere ab appellatoribus, & cognitiones īducere apud viros illuſtres prædictos iudices, & ea, quæ gerũtur, excipere, ſcribere, ſcriptaq; litigatorib. edere noſtros epiſtolares præcipimus: Idē ſignificat Iuſtinianus, [a] Qui, inquit, ex ſacro quidē epiſtolarum ſcrinio, ſunt ſpectabilium Iudicũ, vindicabunt ſibi appellationis miniſteriũ: Hanc ob cauſam & cũ à Ducibus appellabatur, acta ſcribebant: [b] ob id pragmaticarij à monumentis, q̃ ſcribebant, ſunt appellati, [c] & hæ ſunt conſultationes, quas ab epiſtolarib. tractari Notitia indicat. Precibus ēt ciuitatum hic Magiſter reſpondebat, priuatorũ verò petitionib. libellorũ magiſter. Tribunatus quoq; legionũ per epiſtolam dari ſolitos expediebat. Vegetius, [d] Tribunus, inquit, maior, p̄ epiſtolā ſacram Imperatoris iudicio deſtinatur. Officiorũ prę terea illuſtriũ & ſpectabilium magiſtratuum codicillos ſcribebat. Leo A. [e] Scrinij, ait, ſacrarũ epiſtolarũ Notitia ſic: in officijs virorũ illuſtrium p̃fectorum p̄torij Orientis & Illyrici, & vrbi, officij proconſulis Aſiæ, & Africæ, Comitis Orientis, præfecti Auguſtalis, comitis diuinarũ domorum, vicariorũ Thracię, Ponti, & Aſiæ, & Macedoniæ, & Theſaurenſium claſſis: Hactenus Leo. Claſſem verò hic, non nauiũ puto, appellat, ſed eorũ multitudinem, qui comitib. theſaurorũ inſeruiebant; quos Theſaurenſes Valentinianus A. appellat. [f] Nullus, inquit, theſaurenſis, vel officialis comitis theſaurorũ, ſemel deprehenſus euerſor repetat militiā. Hi in hoc ſcrinio p̄babant: Theodoſius ad Achatium Comitē largitionũ. [g] Comitum, inquit, theſaurorũ dięceſeon prouectionis, & ipſos theſaurēſes uetus obſeruatio principali dexteræ reſeruauit, nec aliter voluit eos in cōmittendis publicis neceſsitatib. habere progreſsũ, niſi militiā ex emiſſa à ſacris ſcrinijs probatoria cōdonaſſet: Hæc ille. Intelligit autē ſcrinium epiſtolarum: itaq; ex tot officiorũ codicillis, quos ſcribebant, non modicũ lucrũ faciebant. Deniq; oēs Principis epiſtolas hic magiſter expediebat; earũq; exemplum in ſuo ſcrinio reponebat. Hunc p̄ximus loco Secundocerij, deinde meloproximus Tertiocerij loco, ſicut & ipſe Magiſtrũ memoriæ ſequebatur. Triginta quatuor in hoc ſcrinio militabant, [h] quorum ſeptē Quæſtori adiutoris titulo inſeruiebāt, inde ad laterculenſis gradũ, in ſcrinio memoriæ tranſeuntes locũ adiutoris vendebant. Iuſtinianus, [i] Deuotis, inquit, viris adiutoribus, deſiſtentibus ab eodē officio non prohibendis, cũ uel ad laterculenſis gradum in ſcrinio ſacræ memoriæ prouecti fuerint, uel ſecundũ locũ obtinuerint, in duob. alijs ſcrinijs, i. ſacrarũ epiſtolarũ, ſacrorumq; libellorum & cognitionũ, poſt quē proximi creabũtur, alios pro ſe, quos elegerint, ſurrogādos adiutores petere: qui poſteriores erunt cęteris. His verbis conſtat ſecundũ locũ in ſcrinijs appellari, qui erat meloproximi, & primũ p̄ximi poſt Magiſtrũ; adiutoreſq; ad eos gradus poſt Laterculenſis officiũ, tanquā digniores aſcendiſſe. Non omitto vſum epiſtolarũ fuiſſe, ut prius ſcriberetur nomen eorũ, ad quos litteræ deſtinabātur, niſi maior minori ſcripſiſſet: Vnde Præſides ſuum nomen inferioribus præmittebant, quemadmodum D. Ambroſius memorat. [k]

Alium ponit Notitia Magiſtrum epiſtolarum Gręcarũ, qui epiſtolas Gręcè ſcribebat, aut Latinè dictatas in græcum uertebat, cũ Græcis eſſent edēdę. Hic, Nerone imperāte, inſtitutus erat. Ioſephus. n. ſcribit [l] Beryllum, qui Neronis pædagogus fuerat, ſcribendis eius Græcis epiſtolis præfectum.

Officium neque hic Magiſter habebat, ſed ex ſcrinijs adiutores accipiebat. Epiſtolares cingulo ornabantur, ut alij ſcriniarij. [m] Theodori epiſtolarum Memorialis ſe hoc epigrāma inueniſſe Cuiacius refert. [n] FLAVIVS THEODORVS V. D. MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARVM ET ADIVTOR V. M. QVAESTORIS SACRI PALATII SCRIPSI MANV MEA IN VRBE ROMA CONSTANTINOPOLITANA III. CAL. IVNII MAVORTIO V. C. COS. IVSTINO ET IVSTINIANO IMP. Notæ illæ V. D. ſignificant Vir deuotus, vt ſępe appellatur in iure, [o] & V.M. Viri Magnifici,

a in d. Nouel. 20. ſiue auth. de adminiſtrant. offic. in ſacr. appell. in princ.
b l. pen. C. de appellat.
c l. vlt. C. de diuer. reſcri. l. 5. C. qui milita. poſſ.
d lib. 12. c. 7.
e l. vlti. §. pen. C. de diuer. offic.
f in l. 2. C. de palat. ſacr. largit.
g ĩ l. vlt. C. Theo. de diuer. offic.
h l. hac parte. C. de p̄x. ſacr. ſcrin.
i in l. cōperimus. & l. ult. C. de proxi. ſacr. ſcrini.
k in 2. ad Corin. in prin.
l lib. antiq. 20. c. 14.
m l. vlt. C. de diuerſ. reſcr.
n in l. 13. C. ᵭ p̄xim. ſacr. ſcrin.
o in l. cōperim⁹. C. de p̄xi. ſacro. ſcrin. Nouel. 20. in fi. l. vlti. C. ubi ſenato. vel clariſ.

*DE MAGISTRO LIBELLORVM. Cap. CXVI.*

LIBELLVS hic pro ſcriptura p̃ces Principi oblatas cōtinente accipitur: [p] cum. n. non oēs poſſent Principē alloqui, aut tp̄s ſingula explicandi nō haberēt, expediens viſum fuit ſcripto, ſeu libello deſideria cuiuſq; exponere: ita. n. ſupplicũ preces vocabant. Gordianus, [q] errores, inq̄, eorũ, q̃ deſideria. i. p̃ces ſcribũt, veritati p̄ iudiciũ afferre nō p̄nt. & ita alibi ſæpe accipit. [r] Opilius Macrinus libellis reſcripta facta dānabat, cũ nũq̃ id Traianus feciſſet. Capitolinus, [s] ſtatuerat, iquit, oīa reſcripta veterũ Principũ tollere, vt iure, non reſcriptis ageret: Nefas eſſe dicēs leges videri Cōmodi & Caracalli, & hoīum imperitorũ uoluntates, cum Traianus nunq̃ libellis rñderit, ne ad alias cauſas facta preferrentur, q̃ ad gratiā cōpoſita viderētur. Hęc Capitolinus. vnde diuerſa Traiani reſcripta [t] ad magiſtratus non libellos edita ſunt cēſenda. Libellus dictus eſt, q̄ cum aliæ chartæ olim conuoluerētur, hic in formam libelli plicabatur: Tranquillus, [u] epiſtolæ, inquit, eius ad Senatũ extāt, quas primus videtur ad paginas & formam memorialis libelli cōuertiſſe, cùm anteà Conſules & Duces nō niſi trāuerſa charta mitterent ſcriptas. Hactenus Tranquillus. vt libelli Principi darentur, a Cæſare initium habuit, in quo ita idem ſcribit. libellum, inquit, inſidiarum indicem ab obuio quodam porrectum, libellis cęteris, quos ſiniſtra manu tenebat, quaſi mox lecturus cōmiſcuit. Hæc ille. eos ipſe & Auguſtus p̄ ſe expediebat, & ſignabat, quemadmodum de epiſtolis eſt dictũ. Tranquillus [x] in duplomatib. inq̄, libelliſq; & epiſtolis ſignandis initio ſphinge vſus, mox imagine magni Alexandri, nouiſsimè ſua, qua ſignare inſequentes quoque Principes perſeuerarunt. Hactenus Tranquillus. Poſteriores Imperatores ut ſe hoc onere ſubleuarēt, magiſtros libellorum inuenerũt, quemadmodũ & epiſtolarũ, quod ſub Nerone factum diximus. Diu tamen Principes ipſi libellis ſupſcripſerũt. Lāpridius [y] Commodus in ſubſcribendo tardus ac negligens, ita ut libellis una forma multis ſubſcriberet. Hæc ille. Sed cũ hoc opus Principes faſtidire cępiſſent, hic magiſter plures ſcriniarios habuit, q̃ rñſa à Pricipe accepta ſcribebāt. Sub tp̄s Notitiæ 34. erāt ſub hoc magiſtro libellēſes uocati, [z] q̃ libellos ſupplices priuatorũ nō ciuitatũ accipiebāt, Magiſter eos Principi oblatos legebat, & ipſe adnotabat, [a] aut libellēſib. rñſa dictabat. [b] Cognitiones, inquit Notitia, & preces hic magiſter tractat: Cognitio eſt cauſæ diſcuſsio, & examinatio, cum litigantes audiuntur. Vlpianus, [c] ſolent, ait, proconſules cuſtodiarũ cognitionē mādare legatis. ſ. vt præauditas cuſtodias ad ſe remittāt. Cùm ergo ad Principem ab eius delegato appellabatur, cauſam cognoſcebat pro Principe Quęſtor & Prefectus pręto. qui erat in comitatu: cognitionē verò hic Magiſter tractabat, & acta libellenſes ſcribebant: Theodorus A. [d] ſi priuato, inquit, non illuſtri uni pluribuſve, ut aſſolet, noſtra ſerenitas adita delegauerit cauſam, & eius definitio fuerit appellatione ſuſpenſa, vir quidem magnificus præfectus prætorio, qui in noſtro eſt comitatu, cum uiro illuſtri Quæſtore temporali iudicet die. Noſtri verò libellenſes quæ apud arbitros, ideſt delegatos geſta ſunt, ſuſcipiant, cognitiones inducant, & ea quæ geruntur, excipiant, ſcribant, ſcriptaq; litigatoribus edant: qui etiam apud arbitros (licet illuſtres ſint) ex delegatione noſtra cognoſcētes excipiunt, ſi in ſacratiſsimo noſtri numinis comitatu cauſæ dicantur. His uerbis declaratur Notitia, dum ait, hunc Magiſtrum cognitiones tractare: acta enim cauſarum, cũ à Principis delegato appellabatur, cognoſcentib. P.P. & Quæſtore, hi a libellis ſcribebāt: ubi uerò inſtæ ſpectabiliũ iudicũ appellatione ſuſpendebantur; tũ epiſtolares acta conficiebant. Id & Iuſtinianus cōprobat. [e] Super illis, ait, litibus, quas non ſpectabiles iudices iudicant, ſed aduocati ſolum: referatur negotiũ, tā ad P.P. q̃ ad glorioſiſsimũ Quæſtorē deuotiſsimis libellenſibus miniſtrantibus eis. i. acta ſcribentibus. Vbi quoq; de uiro illuſtri Princeps iudicabat, acta ijdem libellenſes ſcribebant. Zeno A. [f]

Quoties

p vt in titu. C. quan. libel. Princip. dat.
q in l. 2. C. de erro. aduocat.
r in l. 2. C. de fid. inſtru. & iu. haſt. fiſca. l. 3. C. de poſtul. in l. ſanũ. C. de tranſ. in l. 1. C. de ſuff. in l. 4. §. in greſſus. ff. de off. proconſ. & alibi.
s in Opilio Macrino.
t l. 1. de interdi. & releg. l. 1. §. Diuus Traianus, de quæſtio. d. l. 1. §. ſeruũ. l. 5. de pe. l. cũ uerò. §. ſubuentum. ff. de fideicom. liberta.
u in C. Cæſare.
x in Auguſto ca. 50.
y in Cōmodo.
z l. hac parte. C. de p̄x. ſacr. ſcrin.
a l. vlt. C. de diu. reſcrip.
b d. l. vlt.
c in l. ſolent, in prin. ff. de off. p̄conſul.
d in l. p̄cipimus. §. huic. C. de appellat.
e in d. Nouel. 20. in fin.
f in l. vlti. C. vbi ſenatores, vel clariſſ.



Quoties, inquit, uiro illuſtri crimē ingeritur, nullius alterius iudicis, niſi noſtræ pietatis huiuſmodi volumus eſſe cognitionem, viris deuotiſsimis ſacri noſtri ſcrinij libellenſibus ſolemnia implentibus audiātur. Cauſarum quoq; in vrbe à Principe delegatarũ acta notabant, & ideo hoc ſcrinium libellorum, & cognitionum à Iuſtiniano appellatur. [a] Codicillos etiam officiorum, Magiſtrorum militum, comitum, & Ducum limitum, & plurium palatinorum, ſeu probatorias edebant. Leo A. [b] explicans ex quibus ſcrinijs officiorum accipiendæ ſint probatoriæ, ait. Item Notitia ſcrinij ſacrorum libellorum ſic ſe habet: officij virorum magiſtrorum militum vtriuſq; præfecti Orientis & Illyrici, inuitatorum, admiſsionalium, memoralium, omniumq; pædagogorum, cellariorum, menſorum, lampadariorum eorum qui in ſacris ſcrinijs deputati ſunt, decanorum partis Auguſti, & curſorum partis Auguſtæ, officij virorum ſpectabilium, ducum Palæſtinæ & Meſopotamiæ, nobilis Comitis Phœniceſeos, Corſenæ, Syriæ, & Auguſtæ Euphratenſis, Arabiæ, & Thebaidis, Libyæ, Pentapoleos, vtriuſq; Armeniæ, vtriuſque Ponti, Scythię, Myſiæ primæ. Secundæ Daciæ, Pannoniæ, officij virorum ſpectabilium comitis Aegypti, Pamphyliæ, Iſauriæ, Lycaoniæ, & Piſidiæ. Id etiam clarius explicat Iuſtinianus: [c] loquens enim de Prætore Lycaoniæ ait: Vtrāque cohortem in vnam contrahimus conſtituendam ex probatorijs, more ſolito ex ſacro libellorum ſcrinio, ex quo antea duciani apparitores eas accipiebāt. Probatoriæ codicilli vocabantur, quibus perſonæ cohortalium primum ab ipſo Principe, deinde à Magiſtro literis ſubſcribente probabantur: [d] quare plurimum libellenſes ex tot officiorum ſcripturis lucrabantur. Ex triginta quatuor viris huius ſcrinij VII. adiutores Quæſtor eligebat, quot & ex ſcrinio epiſtolarum. [e] Inde ad ſecundum locum ſcrinij aſpirabant, id eſt, ad meloproximum, mox ad proximum. [f] Magiſtri libellorum erant plerunq; Iureconſulti, qui poſtmodum Præfecti prætorio fiebant, Nam & Papinianus libellos egiſſe dicitur, antequam ad præfecturam perueniret, [g] & Aurelius Arcadius Chariſius, ſe magiſtrum libellorum appellat. [h] Carini puto & Numeriani, ad quem ipſi ſcribunt. [i] Paulus quoque & Vlpianus hoc officio functi fuere. Spartianus: [k] Intimauit, inquit, etiam aſſeſſores, in quibus prouincijs aſſediſſent, in his adminiſtrarent, quod Seuerus, & multi deinceps tenuerunt, vt probant Pauli & Vlpiani præfecturæ, qui Alexandro in conſilio fuerunt, ac poſtea cum vnus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſent, ſtatim Præfecti facti ſunt. Hæc ille. Imperante Iuſtiniano Conſtantinus fuit Magiſter ſcrinij libellorum ſacrarumque cognitionum, [l] qui fuerat aduocatus in foro P.P. [m] Is eſt Conſtantinus qui pandectarum compilator, & magiſter largitionum fuit. [n]

Libellenſes cingulo honeſtabantur, quemadmodum & cęteri ſcriniarij, [o] & à Magiſtro officiorum iudicabantur. [p]

Neque hic Magiſter officium habebat, ſed adiutores ex ſcrinijs accipiebat, qui negocia ad libellos ſpectantia expediebant. Formam libelli ſupplicis inuentam Romæ apud Alberinos ponit Rutilius in Celſo, quæ eſt ſequens.

Velius Fidus Iubentio Celſo collegę ſuo ſalutem: Arrij Alphij, Arriæ Fadillæ Domini N. Imperatoris Antonini Auguſti matris liberti, libellum tibi miſi cogniti mihi ex longo tempore primæ iuuentutis, etiam miratus cum ab ædibus eſſem quod eo loci ſe contuliſſet, à quo didici cauſa ſe requietionis, ſed & religionis magnopere à Domino N. Imperatore impetraſſe, ita ne qua mora videatur, ei per nos fieri libellum ſubſcriptum per eundem publicũ, mihi ſine mora remittas. Opto te ſaluum, & fœlicem eſſe.

EXEMPLVM LIBELLI DATI.

Cum ante hos dies coniugem, & filium amiſerim, & preſſus neceſsitate corpora eorum fictili ſarcophago commendauerim, donec quietis locus, quem emeram, ædificaretur, via Flaminia inter miliar: 2. & 3. euntibus ab vrbe parte læua cuſtodia monumenti Fla. Thumeles Ameſolæ M. Sini Orgili, rogo Domine permittas mihi in eodem loco in marmoreo ſarcophago, quem mihi modo comparaui, ea corpora colligere, vt quando & ego eſſe deſier, pariter cum eis ponar. Decretum fieri placet. Iubentius Celſus promagiſter ſubſcripſi, III. Non. Nouembr. Antio Pollione, & Opiniano Coſ. ordinarijs, Seuero & Sabiniano Coſſ. Fuit is annus ſalutis 156. Antonino Pio imperante.

a in l. vlt. C. de prox. ſacr. ſcrin.
b in l. ult. §. vlti. C. de diuer. offic.
c §. 1. Nouell. 25.
d l. penul. & vlt. C. de diuer. offic. l. 2. C. de cohort. princip.
e d. l. cōperim⁹. C. de proxi. ſacr. ſcrinio.
f d. l. cōperimus, C. eod. tit.
g l. reſcriptum, in prin. ff. de diſtract. pign.
h in l. 1. ff. de offic. P.P.
i l. 4. C. de calumniat.
k in Peſcennio.
l §. j. in 1. cōſtit. C. §. ad iſtum in 2. conſtit. cod.
m §. 2. C. de emē dat. C. Iuſtin.
n l. 2. §. quæ omnia. C. de ueter. iur. enucleando.
o l. vlt. C. de diuerſ. reſcrip.
p l. 1. ĩ ſacris. C. de p̄x. ſacr. ſcrin.

*De Comite Diſpoſitionum. Cap. XCVII.*

SCRINIVM Diſpoſitionum Notitia prætermittit, ſed in pluribus iuribus eius mentio fit; [q] Vnde forte Notitiæ tempore eius vices Magiſter epiſtolarum implebat, per quem plura Princeps diſponebat, inde Magiſter diſpoſitionum eſt appellatus. Inter ſe verò differebant, cum hoc ſcriniũ, nec Magiſtros, nec Proximos haberet, ſed pro his comitem. [r] Qui ſcriniũ diſpoſitionum tractabant, Referendarij vocabantur. Hi ſupplicum deſideria, aut iudicum conſultationes Principi inſinuabant, & reſponſa data conſulentibus mittebant, quę etiam mandata dicebantur. Legitur. n. apud Theodoſium. [s] Mandata Imp. Theod. & Valent. A.A. miſſa Antiocho cæteriſque Præfectis Pretorio per Referendarium Procopius ἀνεκδότοις, Referendarij, inquit, erant, qui preces ſupplicum referebant Principi. Hi antea pauci erant, poſtmodum à Iuſtiniano vſque ad numerum XVIII. excreſcere permiſsi, demum ad octo ſunt redacti. [t] Nos, inquit, vt multis opitularemur, per referendarios ſingulorum petitiones diſcentes plures fecimus, quàm antea eſſe conſuerant, qui multos nobis introducentes ſupplicantes, multis etiam petitionibus ſunt vſi. Et poſtquā VIII. eſſe ſtatuit, ſub finem addit. Referendarios in petitionibus indigentium, & Principis in eos auxilium, vitam ſuam impendere. Hæc principis reſponſa, quæ ſuper litibus emanabant, diſpoſitiones vocabantur. Iuſtinianus: [u] Aliqui iudicum, ait, dicunt, quòd diſpoſitiones ſpectabilium noſtrorum referendariorum inſinuatæ eis ſunt, tanquam diſponentes, quemadmodum oporteat negotium examinari aut iudicari. & propterea ſancimus, ut dum lis examinatur, nullam diſpoſitionem ſpectabilium referēdariorum diſponentem quomodo oportet inceptum examinare negotium valere. Et idem infra ſæpius repetit, ex quibus quid ſit diſpoſitio, & referendariorum officium ſatis apparet. Sed id clariùs etiam alibi [x] ex eodem liquet: Spectabiles, inquit, referendarij noſtras iuſsiones faciant manifeſtas, & in cauſis quas docēt, ſeu referunt ad noſtram tranquillitatem, neque ipſi, neq; adiutores eorum quemquā teneant, neq; ſub fideiuſſoribus conſtituant, vel paciſci cogant, aut cauſis ſe immiſceant, ſed ſolas noſtras iuſsiones, aut ſcripto, aut verbo prolatas, iudicibus inſinuent. Idē Procopius probat, [y] Theodorus, ait, reſponſionibus Imperatorijs præerat, continuò eidem ſupplicantium preces nuncians, Referendarium Latini hoc munus appellant: Hæc ille. Expoſitio uerò quam Principi faciebant referendarij, relatio appellabatur: [z] Hęc iuſſa quæ pro lege ſeruari Princeps uolebat, Quęſtor in prouincijs publicari iubebat. [a] Referendarijs ergo præfectus erat Comes, qui adiutores habebat; [b] omneſq; tenebantur ſicut & alij ſcriniarij uiginti annis militare. [c] Completo uerò militiæ tempore referendarij conſulari honore decorabantur: [d] Comes cōſiſtorianus fiebat. [e] Erat autem conſiſtorium ſeſsio uirorum, inter quos, Princeps legatos cauſaſque audiebat, & definiebat, ſedens inter eos, qui appellabātur comites conſiſtoriales. [f] Referendarij ſpectabiles dicebantur. [g] Hæc quo ad palatinos ſufficiant. Nunc ad ciuiles prouinciarum magiſtratus eſt ueniendum,

q ut in l. 1. §. 4 & l. p̄ximos. C. de ſacr. ſcrini. in l. ult. C. de decurionibus.
r d. l. proximos.
s in l. 2. C. de offic. eius qui uic. alter. iud. uel p̄ſ.
t Nouell. 10. ſeu auth. de referendarijs.
u Nouel. 113. in princ. ſeu auth. in med. lit. non fier. ſacr. formas.
x ex Nouel. 124. ſeu authen. vt litigātes iur. in exord. lit.
y lib. 2. de bello Perſico.
z l. 2. & 3. C. de legib.
a d. l. 3.
b d. Nouel. 124. §. antepen.
c l. 3. C. de p̄xi. ſacr. ſcrinio.
d Nouell. 113. & 124.
e l. proximos. C. de p̄x. ſacr. ſcrin.
f l. vlt. C. de comit. conſiſtor.
g l. 2. C. eo. tit.

nīendum, qui magnam huius operis partem continebunt.

## *DE MAGISTRATIBVS PROuinciarum. Cap. XCVIII.*

PRAETER Palatinos ſupra explicatos, erant & aliquot prouinciarum Magiſtratus ſpectabiles, vt Proconſules, Comes Orientis, Præfectus Auguſtalis, & Vicarij, qui plures ſub ſe conſulares, correctores, præſideſq; habebāt: Ideo prius de eorum origine, auctoritate, ac differentijs aliqua ſunt præmittenda: Demum ſecundum Notitiæ ordinem ſingulos ſuo loco prouinciarum rectores, explicabimus. Hæc quoque eſt pars breuiarij, quam ſub nomine prouinciarum, & regnorum ab Auguſto ſcriptam fuiſſe Tacitus ſcribit, [a] quæ nunc eſt altius repetenda.

a in 1. annalium.

Cum extra Italiam arma proferre, & prouincias ſubigere Romani cęperunt, primum Sardiniā Corſicamq; & Siciliam, deinde Hiſpaniam & Galliā Narbonenſem in ſuam poteſtatē redegerunt, in quas totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionem venerant, miſerunt. Victis itaque duabus Hiſpanijs, quatuor circa annū 520. ab Vrbe cond. ad regendas prouincias Prætores exierunt. [b] Liuius; [c] Biduo poſt, inquit, prætorum comitia habita; prætores illo anno primum ſex creſcentibus iam prouincijs, & latius pateſcente Imperio creati ſunt, prouincias autem ſorte inter ſe diuidebant. Idem [d] Prætores prouincias ſortiti C. Fabritius Licinius Vrbanam, Catinius Labeo Peregrinam. C. Manlius Volſo Siciliam, Appius Claud. Nero Hiſpaniam inferiorem, M. Portius Lecua Piſas. P. Manlius in Hiſpaniam citeriorem adiutor conſuli datur.

b l. 2. §. capta deinde Sardinia. ff. de orig. iur. & in 2. epitome L. Florus.
c in 2. de bello Macedon.
d in 3. de bello Macedon.

Prima Sardinia inter primum & ſecundum bellum Punicum, ductu Titi Manlij Coſ. Romani imperij iugum accepit. Appius Claudius Coſ. primus in Siciliam exercitum traiecit, quam poſt annos 52. captis Syracuſis M. Leuinus Coſ. prouinciā fecit. Caius verò Flaminius prætor primus rexit, ut Cicero, Liuius, & Paterculus ſcribunt. Hiſpaniam primi omnium Gn. & Publ. Scipiones initio belli ſecundi Punici, cum exercitu ſunt ingreſsi, inde uariè poſſeſſa, & ſæpè amiſſa, tandem uniuerſa ductu Auguſti facta eſt ſtipendiaria. Cum verò Prætores tantum prouincias regerent, capta Africa, & propagato latiùs imperio, placuit, ut qui priore anno Coſſ. fuiſſent, ſequenti Proconſules prouincias adminiſtrarent, [e] illam autem P. Scipio Aemilianus diruta Carthagine in formam prouinciæ redegit. Macedoniam Paulus Aemilius, Lucius Mummius Achaiam, Fuluius Nobilior Aetoliam; Aſiam L. Scipio, Aphricam frater Antiocho eripuit, ſed beneficio ſenatus populiq; Romani à Regibus poſſeſſam, M. Perpenna, capto Ariſtonico tributariam fecit, Cyprum Cato uita Rege defuncto. Cretam Metellus; Syriam, Pontumque cum adiacentibus prouincijs Gn. Pompeius. Gallias magna cum clade Romanorum ſæpius afflictas, & amiſſas C. Cæſar recepit, Idem Numantiam perdomuit, Volſo Manlius Gallogræciam: Bithinia teſtamento Nicomedis Romanis relicta eſt hæreditaria. Aegyptum Auguſtus ſtipendiariam fecit, in ærarium quantum pater eius ex Gallia reditus habebat, conferens. Eam prouinciam tempore Ptolomęi Auletæ decem millia, & quingenta talenta pro tributo ſoluiſſe, Strabo [f] refert: quæ ſumma efficit, ſepties centena, & quingentena millia aureorum, ſeu ſeptē milliones cum dimidio: Sed duplum huius ſummæ Romani auxerunt: Nec mirum cum Alexandriam orbis emporium fuiſſe Plinius dicat. Omnes enim Indiæ, mariſque rubri gemmæ, purpura ac byſſus, alięque opes eo deferebantur. Tiberius uerò Cæſar Illyrijs, Dalmatiſq; ſubactis, Vindelicos, Noricos, Pannoniam, ut Cordiſecs, deniq; & Cappadociam, nouas Imperio prouincias adiecit, vt Tranquillus & Paterculus [g] referunt. Claudius Cæſar Britannos, & Orchadas inſulas ſubegit, ut Tacitus & Tranquill. memorant. Pontus Polemoniacus Rege Polemone concedente, & Alpes Cotiæ, Cotio Rege defuncto, à Nerone Rom. Imperij prouinciæ ſunt factæ, ut Eutropius & alij ſcribunt. Iudæa antea à Pompeio domita, primo Herodi, deinde Archelao, Philippo & alteri Herodi eſt conceſſa, & illis extinctis prouincia facta, ſed eam rebellantem cum Lycia, Rhodo, Byzantio, & Samo, quæ liberæ fuerant, præterea Thraciam, & Ciliciam Comagenem Veſpaſianus imperio Romano adiecit. [h] Daciam, Thaiphalos, Vectabulos, Tergiuintos, Armeniam, Meſopotamiam, Traianus ſubegit; Arabum & Azabernorum regionem Pertinax: Nonnullæ minores regiones à poſterioribus Principibus domitæ, poſtea amiſſæ fuerunt.

e de offic. procōſulis Feneſtella, & alij.
f lib. 17.
g in 2. Hiſtor. Rom.
h Dion. Eutropius, & alij.

Hæ à proconſulibus, prætoribus, Quæſtoribuſque ſunt adminiſtratæ, donec Auguſtus rerum potitus, Reipub. formam mutauit: Prouincijs enim inter ſe, & popu. Rom. diuiſis, illi pacatas regendas conceſſit: Suſpectas uero, & hoſtibus confines ſibi retinuit, veritus, ne ſi earum adminiſtrationem populo tradidiſſet, arma in ſe quandoque conuerterent. Illorum igitur Magiſtratus, etiāſi conſules non fuiſſent, quod eorum loco imperarent, Proconſules appellauit; qui ex ſenatoribus, etiam non conſularibus ſorte lecti, anno tantum in Imperio manebant, & ſex faſcibus, conſularibuſq; inſignibus pomerio vrbis egreſsi, donec reuerſi fuiſſent, vtebantur, ſed nullum in milites ius habentes, nec enſem, nec clamydem geſtabant. Quos verò ipſe in prouincias à ſe retentas miſiſſet, legatos uocauit, etiam ſi conſulares viri eſſent, & proprætores, quòd Prætoris officio fungerentur. Sed hi poſtmodum Præſides, & omnes legati Cæſares ſunt appellati. [i] Quinque faſces, inquit Dion. [k] præmittebant, vnumq; tantum ſecum aſſeſſorem ducebant, militibuſque imperantes, & enſe accincti, clamydem induebant, & quantum Cæſari placuiſſet in magiſtratu manebant. Italiæ uerò Præſidibus, qui militibus imperabant, ideo Prætoris nomē impoſuit, quia ueteres exercitus Imperatores, Prætores nominabant. [l] Hi poſtea prætoris nomine abolito Correctores ſunt dicti. Itaque prætoris nomen, & Conſulis, inquit Dion, tantum in Italia permanſit, cuius rectores, prætores & conſulares appellabantur.

i l. pen. ff. de off. Præſid.
k lib. 53.
l Aſcon. 3. in Verrem.

Duas verò prouincias his tantū, qui conſules fuiſſent permiſit, Aſiam & Aphricam, quibus tres aſſeſſores, & ipſos conſulares, quos ipſe probaſſet, dedit. Mittebantur & Quæſtores in prouincias inferiores, qui poſtea Procuratores C[illegible] pellati, vt Pilatus qui Iudæam procurauit: Verùm Strabo in calce operis, decem ſenatui, ab Auguſto prætorias prouincias conceſſas fuiſſe ait, in quas Prætores mittebātur, & duas conſulares, quæ à Proconſulibus adminiſtrabantur. Itaque populo [illegible] ut alij XII. prouincias conceſsit, cæteras ſibi retinuit. [m] Auguſto uero defuncto Tiberius populo conceſſos magiſtratus, nō ab eo, ſed à ſenatu eligi iuſſit. Sic omnia paulatim in Principem ſunt tranſlata. Tacitus. [n] Tum primum, inquit, è campo comitia ad patres tranſlata ſunt, Nā ad eam diem etſi potiſsima arbitrio Principis, quædā tamen ſtudijs Tribunorum fiebant, neq; populus ademptum ius queſtus eſt, niſi inani rumore, & ſenatus largitionibus, ac precibus ſordidis exſolutus, libens tenuit moderante Tiberio, ne plures quàm quatuor candidatos commendaret ſine repulſa, & ambitu deſignandos: Hæc ille. Demum imperio Conſtantinopolim tranſlato, poſteriores Principes aliud magiſtratuum genus, vt Vicarios & Comites creauerunt. Sed quoniam prouinciarum magnitudo earum Præfectos diſtinguit, prius aliqua de ipſis, earumque diuerſitate ſunt dicenda.

m Dion. lib. 53.
n in 1. annalii.

Prouincia eſt, quæ non à Regibus, ſed Magiſtratibus regitur; Strabo, [o] vniuerſæ, inquit, terræ pars, quæ ſub Romanis eſt, aliam partem Reges tenent, aliam ipſi habent, quam prouinciam uocant: Præfectos & Quæſtores, ſeu tributorum exactores in eam mittunt: Hæc ille, Prouinciæ, vt plurimum fluminib.

o lib. 17.





montibuſque terminantur, Pelagius Pontifex, [a] eam eſſe vult prouinciam, quæ undecim, vel decem minimum ciuitates habet: tot enim regnum conſtituunt. [b] Scitote, inquit, certam prouinciam eſſe, quæ habet decem ſeu vndecim ciuitates, & vnum regem. Iuſtinianus quoque [c] abſonum eſſe dicit, vt Hellenopontus octo, & Polemoniacus quinque tantum ciuitates habeat, quæ ſimul iunctæ ſunt tredecim vrbes, & uix unam conſtituunt prouinciam. Quare unicum ipſe utriuſque Ponti Moderatorem creauit.

a epiſtola prima.
b Scitote. 6. q. 3.
c in Nouel. 28. d̄ moderatore Helenoponti.

Vrbes autem olim erant, quæ forum cauſarum, & Duumuiros, ſeu ius dicentes magiſtratus habebant: Modeſtinus, [d] non ſolum metropoles, ſed & minora oppida ciuitates appellat, in quibus erat forum cauſarum. Pauſanias verò [e] ciuitates nominat, quæ prætorium, Gymnaſium, Theatrum, forum, & Balneum habebant: loquens enim de Panapeo; Vrbs, inquit, ea eſt Phocenſium, ſi modo vrbem eam appellare par erit, in qua ciues non prætorium, non Gymnaſium, non theatrum, non forum vllum habent, non denique vllum perennis aquæ conceptaculum. Herodianus quoque libro tertio ſcribit Byſantium, quia Nigro fauerat à Seuero dirutum, & theatro thermiſque, & omni cultu atque honore detracto in vici formam redactum. Hæc & Iureconſulti pro ciuitatum inſignibus recenſent, Paulus, [f] ciuitatibus, inquit, legari poteſt etiam, quod ad honorem, ornatumve ciuitatis pertinet; Ad ornatum, quod ad inſtruendum forum, theatrum, ſtadium legatum fuerit. Martianus. [g] Vniuerſitatis, ait, ſunt, non ſingulorum, veluti quæ in ciuitatibus ſunt, Theatra, & ſtadia, & ſimilia ciuitatum. Procopius [h] addit Baſilicam, quam porticum appellat, quòd columnis ſuſtentetur. De Melitenis enim ſermonem faciens, ait, Domos ædificarunt, templaque fecerunt, Præfectorumque diuerſoria, ac forum, & alia, quæ ſunt vrbium inſignia, plateas, porticus, balnea, theatra, & ſi quid aliud ad magnæ vrbis ornatum pertinet.

d in l. ſi duas. 6. decet. ff. d̄ excuſ. tutor.
e lib. 10.
f in l. ciuitalib'. 122. de leg. 1.
g in l. tantum. 6. de rer. diuiſ.
h lib. 3. de ædif. Iuſtin.

Simile Diuus Gregorius Nazianzenus [i] narrat. Parua tibi, inquit, eſt ciuitas, ac ne ciuitas quidem, ſed aridus locus, & inamœnus, atque infrequens: nobis mœnia ſunt & theatra, ac equeſtres curſus, & palatia, & pulchræ atque ingentes porticus, & illuſtris hæc, ac uiſenda columna, forum frequens, nobiliumque virorum præclarum concilium, num propterea, ait, morte mulctandi ſumus, quòd nec ciuitatem ereximus, nec muris cincti ſumus, nec equorum curſibus, nec ſtadijs, & venationibus, nec balneorum ſuauitate, ac ſplendore gloriamur? Hæc ille. ſed declaranda ſunt prędicta ciuitatum inſignia. Prætorium eſt domus, ubi ius Præſes reddebat. Iuſtinianus, [k] loca, inquit, in quibus publicè magiſtratus ius reddere, uel habitare ſolebant, prætoria appellarunt; ita etiam Leo uocat, [l] temporibus, ait, quibus religioſos viros à turbulenta obſeruatione prætorij uacare contigerit, precatione ſolita ſacroſanctis altaribus obſecundent. Gymnaſium erat paleſtra, ideſt locus quadratus, peryſtilio, ſeu quatuor porticibus clauſus; quale eſt, quod vulgo clauſtrum monachorum dicitur, cuius porticus ad meridiem poſita, erat duplex, & exhedram cum ſedibus habebat, in qua ſedentes philoſophi diſputabant, quale hodie eſt, capitulum monachorum dictum. Prope erant lauacra, ut Vitruuius [m] deſcribit: iſtud eſt, quod latinè in iure ſtadium appellatur. [n] Palæſtræ ſimilis eſt Piſis campus ſanctus uocatus. Theatrum eſt, vbi fabulæ recitabantur. Forum, vbi de exigua ſumma Defenſores ciuitatum, aut Duumviri ius dicebant. Porticus uocabantur Baſilicæ, latinè Regiæ dictæ, quæ teſtudinatæ, columnis fulciebantur, ubi negocia tractabantur, & circùm, tabernas rerum uenalium habebant, de quibus in iure frequens eſt mentio: [o] ſacræ Chriſtianorum ædes ad eā ſimilitudinem fabricatę, Baſilicę ſunt appellatæ, [p] cū vero inſigniorib. oppidis epiſcopi fuerint pręfecti, [q] hodie apud Italos ciuitas non cenſetur, quæ illis careret, [r] quod in alijs prouincijs non obſeruatur, nec id neceſſarium eſſe, legum interpretes fatentur. [s]

i in oratione ad Arrianos, & de ſe ipſo.
k Nouell. 24. in princ.
l in l. oēs. §. 1. C. de epiſc. & cler.
m in quinto.
n in d. l. non tantum, 6. §. 1. d. l. ciuitatib', de leg. 1.
o ut in l. pēdiculis. §. pen. ff. de auro & arg. leg. l. inter ſtipulantē. §. ſacrā, l. continu'. §. cū quis, de uer. oblig.
p c. plectis. §. ad epiſcopū, 25. diſ.
q c. quāto, d̄ off. ord. & c. 1. de priuileg.
r Bar. in l vrbis, d̄ ſi. ff. de uerb. ſig. & l. ult. ff de colleg. illicit.
s c. 1. d̄ priuileg. vbi Abbas.

Prouinciæ uero pro diuerſitate tēporū variæ fuere. Initio omnes erant prætoriæ; Pomponius. [t] capta, inquit, Sardinia, mox Sicilia, & Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia, totidem Prætores, quot prouinciæ in ditionem uenerant, creati ſunt, qui prouincialibus præeſſent; Hæc ille. poſtea uero capta Africa, primum in eam miſſus eſt proconſul, [u] deinde in Aſiam, & Achaiam; itaque duæ factæ ſunt prouinciarum ſpecies, Prætoriæ, & Conſulares, in quas qui Conſules fuerant, mittebantur, & proconſules uocabantur: ſub Prætoribus Quæſtores continebantur. Primus P. Philo anno ab urbe condita CCCCXXVIII. cum Palepolim in Græcia obſideret, prorogato ſibi imperio, donec cum Græcis debellatum eſſet, Proconſul eſt creatus. [x] Poſtea anno DCV. actum eſt, ut qui priore anno conſules fuiſſent, in prouincias cum poteſtate conſulari irent, proconſuleſque dicerentur. Auguſto imperante in Italia tantum prætorij magiſtratus, & Conſulares erant, in prouinciis proconſulares, & pro prætorij. Sola Aegyptus præfectum Auguſtalem ex ordine equeſtri habuit. [y] Vndecim prouinciæ ab Auguſto populo traditæ proconſulares fuere, Aphrica, Numidia, Aſia, Achaia cum Epiro, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Creta cum Libya Cyrenaica, Bithynia cum adiacente Ponto, Sardinia, & Betica. Sed Achaiam & Macedoniam, poſteà Tiberius, Præſidibus ſubiecit. Tacitus, [z] Achaiam, inquit, & Macedoniam onera deprecantes leuari in pręſens proconſulari imperio, tradique Cæſari placuit. Aliæ vndecim à Cæſare retentæ, pro pretoriæ fuere. Iberia Tarraconenſis, & Luſitania; vniuerſa Gallia cum Narbonenſi, Aquitanica, Lugdunenſi & Celtica, Syria Cœle, Phœnicia, Cilicia, Cyprus & Aegyptus. Tranquillus tamen [a] Ciliciam proconſularem uocat, & Cappadociæ conſularem Rectorem pro equite Romano impoſitum ſcribit, quę poſtea ſub Pręſide fuit. Itaque apparet quare Bithyniam Plinius iunior proconſul rexerit, & cur in marmoribus prouinciarum Rectores, modo proconſules, modo proprętores nominentur: ſed hec poſtea ſunt mutata. Conſtantinus. n. nouam magiſtratuum formam inuenit. In primis quatuor Pręfectos pręторio inſtituit unum Orientis, cui diœceſes quinque ſunt tributę, Oriens, Aſia, Pontus, Aegyptus, & Thracia: Alium Illyrici, cui duæ Macedonia & Dacia ſunt datę. Tertium Italię, qui etiam Africam, & Illyricum Occidentale regebat. Quartū Galliarum, qui etiam Hiſpanię & Britannię imperabat. Hi in quatuor orbis partibus conſtituti, quia ubique eſſe non poterant, plures in ſingulis ſibi commiſsis diœceſibus Vicarios poſuerunt, qui pluribus pręſidibus imperabant. Vnde Gratianus A. Vicarios pro pręfectis diœceſes ſibi creditas temperare ſcribit. [b] Singulis uerò prouinciis, proconſules, aut conſulares, uel correctores, aut pręſides pręerant. Orientem uni comiti cum XV. prouincijs commiſit, pręfectum Auguſtalem in Aegypto reliquit: Neque tum alius pręter hos reperiebatur ciuilis prouinciarum magiſtratus, nec plures Notitia, nec Zeno [c] nominant.

t in l. 2. §. capta. ff. de orig. iur.
u Nouell. 30.
x Liuius lib. 8.
y Strab. in 17. & Dion. lib. 53.
z in primo.
a in Veſpaſiano.
b ī l. 1. C. de px. ſacr. ſcrin.
c in l. 1. C. ut tā ciuiles quàm militar. iud.

Prętoribus ſex faſces, & totidem proconſulibus pręferebātur. [d] Appianus: [e] Prętores, inquit, ad exercitum Romani miſerunt, quos ἑξαπέλεκους, hoc eſt, ſex ſecurium uocant: quia conſules duodecim ſecuribus & totidem faſcibus Regum more utebantur. Prętores autem quia dimidium dignitatis habebant, etiam dimidium inſignium ſunt conſecuti. Plutarchus: [f] Pretor, ait, in Hiſpaniam miſſus eſt, non cum ſex ſecuribus, tot enim pretores habent, ſed totidem aliis aſſumptis, ut imperij conſularis dignitatem haberet. Cicero de Verre pretore Siciliæ loquens, ait. Sex lictores circumſiſtunt exercitatiſsimi, & ad pulſandos uerberandoſve homines valentiſsimi; Faſces ex uirgis betulę, fiebant.

d l. pconſules. ff. de offic. proconſ.
e in Syria hiſtoria.
f in Paulo Aemilio.

Plinius; [a] Betula, inquit, arbor eſt Gallica, mirabili candore atque tenuitate, terribilis Magiſtratuum virgis, eadem circulis flexilis, item corbium ſportis: Hæc ille. Lictores, taurina pelle indutos fuiſſe Palladius [b] ſcribit, quòd an ſit uerum ſubſiſto. Demum proprætoris nomine abolito, in prouincijs Proconſules, Præſidesque fuerunt, In Italia verò prætoribus, Correctores ſucceſſerunt, ut in Apulia, Calabriaque, Lucania, & Brutijs, [c] quòd nomen & in aliquas prouincias, ut Auguſtanicam, Paphlagoniam, & Sauiam eſt propagatum. Olim erant & prouinciæ Quæſtoriæ, ut Cyprus, [d] ad quas ibant nomine exigendorum tributorum hi, qui Quæſtores dicebantur, & ius populis Prætoris vice dicebant: verum ius gladij non habebant, ut ait Dion. [e] Hi prius Proconſules comitabantur, & tributa exigebant: [f] poſtea per ſe ipſi ignobiliores prouincias adminiſtrarunt. Eorum loco, Imperatores ſuos procuratores crearunt, qui Proconſules, Præſidesve in prouinciam ſecuti, aliquod imperium habebant; [g] cauſas enim fiſcales tantum iudicabant. [h] cum vero Præſidis loco regionem aliquam adminiſtrabant, imperium quidem habebant: ſed maiorum Magiſtratuum inſignibus vti non poterant. Quare Capitonem in Aſia procurantem Tiberius deportauit, quòd ſatellitibus vſus, præfecturæ ſibi auctoritatem vſurpaſſet. [i] Hi quandoque ex equitibus, quandoque ex libertinis Cæſaris creabantur: Quare prouinciarum tres ordines, vt & magiſtratuum facti ſunt, quædam maiores, quædam mediæ ſeu conſulares, quædam minores, ideſt præſidum ſunt appellatæ. Iuſtinianus; Veneranda, inquit, vetuſtatis auctoritas, ita magiſtratus digeſsit, vt alij maiores, alij medij, alij minores eſſent. Idem ad Archelaum P.P. Africæ. [l] Carthago, ait, Byzantium, & Tripolis, Rectores habeant conſulares, reliquæ Præſidibus gubernentur. Zeno A. ad Sebaſtianum P.P. [m] Nemo, inquit, ex Præſidibus clariſsimis, vel Conſularibus, aut Correctoribus, uel qui adminiſtrationis maioris infulas meruerunt, ideſt viri ſpectabiles, proconſules, aut præfectus Auguſtalis, aut comes Orientis audeat excedere de locis, quos rexiſſe noſcitur, antequàm quinquaginta dierum conſtitutus numerus finiatur. Hæc ille. Maioribus prouincijs maiores magiſtratus, ideſt ſpectabiles, quales ſunt proconſules, Medijs conſulares & Correctores, Minoribus præſides ſunt præfecti. [n] Proconſulares prouinciæ, antea vndecim fuere, poſtea ad tres redactæ ſunt, Aſiam, Achaiam, & Africam, qua amiſſa priores duæ tantum proconſulares permanſerunt. [o] Zeno enim utrunque Proconſulem imperij nominat, cum hi duo ſoli tum reperirentur: Sed Africa à Barbaris recepta, eius Proconſulem Iuſtinianus renouauit, Idem Cappadociam, Armeniam primam, & Palæſtinam proconſulares fecit, [p] quas in numero maiorum eſse uoluit, ſicut & illas, quibus Comites, Prætores, & Moderatores dedit, qui ius etiam in milites habebant, [q] erantque ſpectabiles.

Mediæ uerò erant prouinciæ conſulares, non Conſulum aut Proconſulum, ſed in quas ſenatores cum Conſularibus ornamentis mittebantur. Minoris enim ſunt adminiſtrationis, quàm proconſulares. [r] Medijs prouincijs & Correctores imperabant, qui Conſularibus in hoc inferiores erant, quòd ornamentis conſularibus non utebantur, ſed militibus imperantes, enſem & chlamydem geſtabant, quibus Proconſules carebant.

Minores prouinciæ à Præſidibus regebantur, [s] qui propriè ordinarij uocantur. [t] Ita hos Præſides interpretatur Iuſtinianus: [u] Palæſtinam, inquit, quondam Proconſul tenuit, ſed eo amiſſo ad magiſtratum, quem uocant ordinarium deuenit, ideſt præſidem: Ordinario enim iure is prouincias regere dicitur. [x] Sed & Conſulares erant ordinariæ. Idem A. [y] loquens de quarta Armenia: conſiſtat, ait, ipſa in forma ordinariorum Magiſtratuum, Conſularis à nobis facta. Itaque prouinciarum magiſtratus, aut Proconſules erant, aut conſulares, vel Correctores, aut Præſides; plura enim Notitiæ tempore nomina non inueniuntur, de quibus ſingulis cum ſit diſſerendum prius, quæ omnibus ſunt communia, deinde in quo diſcrepent, dicemus,

a lib.16.c.18.
b in Nathanaele Abbate.
c l. de omnibus. l. penul. ff. de offi. præſid.
d Cicero in epiſtola ad C. Sextilium Ruffum.
e lib.53.
f l. 1. ff. de offic. Quæſtor.
g l. vlt. ff. de ꝓcurat. Cæſar.
h l. nec quicquã, in princ. ff. de offic. preconſ.
i Dion. lib. 57.
k in §. illud. Authen. de appellat.
l in l. 1. §. Deo nobis. C. de offi. PP. Africæ.
m in l. 1. in prin. C. ut oẽs iudi. tã ciuiles q̃ milit.
n d. §. illud. Auth. de appell. ſeu Nouell. 20.
o l. 1. C. de rõn. oper. public.
p Nouel. 30. 31.
q edicto 4. de ꝓſide Phœnicię, & Libani, & Nouel. 26.
r d. l. 1. C. ut om. iudi. tam ciuil. q̃ milit.
s d. l. 1. §. Deo, itaq; nobis. C. de offic. P.P. Africæ.
t l. ordinariorũ. C. de cohortalib. l. 1. C. de collat. fundor. fiſcal. l. 1. C. ſi quacunque prædit. por. l. 2. C. de prox. ſacro. ſcrin.
u Nouel. 103.
x l. ult. C. đ mod. mulct.
y Iuſtinian⁹ Nouel. 31. §. pen.

## COMMVNIA MAGISTRATVVM Prouinciarum. Cap. CXIX.

ETSI ſpeciali uocabulo, qui minores prouincias regunt, Præſides appellentur, omnes tamen ſub generali Præſidis nomine, Proconſules aliiq; ꝓuincijs Pręfecti continentur: Aemilius Macer. [z] Pręſidis, inquit, nomen generale eſt, eosque Proconſules, & Legati Cæſaris, & omnes prouincias regentes, licet ſenatores ſint, Præſides appellantur; Nec ſola hac uoce, ſed & re in multis conueniebant: In primis, quia omnes cunctis in prouincia maius imperium habebant, in ſontesque animaduertebant: [a] Omnes ſenatorem in prouincia morantem iudicabant; [b] Vniuerſis in prouincias uenientibus, per aliquot ſtadia Decuriones occurrebant, exceptis aduocatis, qui portas exire non cogebantur. [c] Id à Poſthumio Albino Coſ. anno ab Vrbe cond. DCXXXI. originem habuiſſe uř, qui iratus Præneſtinis, ꝙ apud eos ſacrificans non eſſet honoratus, iuſsit, ut ipſorum magiſtratus ſibi obuiam exirent: [d] quod poſtea in exemplum tranſiit: is enim honos alijs quoque magiſtratibus eſt habitus. Nullus rectorum cum prouincias circumibant, ad priuatos diuertere poterat, ſed in manſionibus curſus publici hoſpitabantur; Aliæ domus, ad quas declinaſſent, publicabantur. Valentinianus. [e] Quiſquis, inquit, prouinciæ Pręſidentem propria poſſeſsione ſuſceperit, ager, quem diuerſorium habuerit, prædictus in tranſitu, fiſci uiribus vindicetur; Ita enim iudices manſiones inſtruere, & inſtaurare nitentur. Hæc ille. Omnes officia cohortalium habebant: Sed minor erat Præſidum numerus, in quorum officio circiter quinquaginta apparitores fuere, cum totidem Africæ Præſidibus Iuſtinianus conſtituat. [f] Quandoque tamen plures pro locorum, ſiue regionum conſuetudine habuerunt. Hæc dicebatur cohors prætoria, quæ olim præter paucos, Pręſidis arbitrio eligebatur. [g] Cicero. [h] Atq; inter hos, inquit, quos ſibi comites, & adiutores negociorum publicorum dedit Reſpublica, duntaxat his finibus præſtabis, quod ante pręſcripſi. Quos vero ex domeſticis coniunctioribus, aut ex neceſſarijs apparitoribus tecum eſſe uoluiſti, qui quaſi ex cohorte prætoria appellari ſolent, horum non modo facta, ſed dicta præſtanda ſunt: Hæc ille. Tempore poſteriorum Principum, & Notitiæ, hęc aliam formam habuerunt, ut infra dicetur.

Omnium prouincias regentium præcipua erat cura tributa exigere, [i] & ob id ſinguli in officio Numerarios habebant, ideſt arithmeticæ, & numerorum peritos, qui quandoque Tabularij uocantur, quod ex acta tributa, indictiones, & capitũ cẽſus ſcriberẽt. [k] Omnibus etiam mandatorum Principis codices, & codicillos magiſtratus cum inſignibus depictos, Notarii maioris Laterculi exhibebant, [l] pro quibus aliquot aureos ſoluebant. Cohortales generaliter magiſtratus in publicum prodeuntes præcedebant. Lampridius. [m] Apparitores, inquit, nullos paſſus eſt, Tribunis, aut Ducibus, niſi milites anteire, iuſsitque ut ante Tribunum quatuor milites ambularent, antę Ducem ſex, ante legatum decem. Hęc ille. Id autem quod Ducibus prohibuit, ciuilibus magiſtratibus conceſsit, qui apparitores præmittebant. Nicephorus enim, [n] ait Iulianum Apoſtatam prohibuiſſe,

z in l. 1. ff. de off. præſid.
a l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offic. præſid.
b l. 2. C. vbi Senato. vel clariſſ.
c l. 1. C. quib. mu‍ner. excuſ. q poſt. implet. milit.
d Liuius lib. 12.
e in l. 4. C. Theo. de offi. rect. pro.
f in d. l. 1. §. Deo nobis. C. de offic. P.P. Afric.
g l. quicunq;. C. de cohortalib.
h ad Q. fratrem Aſiæ pro ꝑtoré.
i §. 1. Authen. de mandat. Princip. ſeu Nouell. 17. & l. ult. C. eo. tit.
k l. 2. C. đ numerar. l. 1. ꝓuinciis. C. eod. l. duos. C. de ſuſceptorib.
l Auth. de mãda. Princip. Nouell. 24. ad fin.
m in Alexãdro.
n lib. 10. c. 20.



prohibuiſſe, ne apparitores Præſides antecederent, quando delubrum ingrederentur Deorum honoris gratia; aliàs uerò permiſit, ut lictores cum faſcibus & ſecuribus præirent. [a] D. etiam Baſilius [b] ſcribit præconem & ferigerulos pręſides præire cõſueuiſſe. Nec verò gregatim, aut bini, uel terni, ſed ſinguli ordine unus poſt alium magiſtratum præcedebant, quemadmodum in numis antiquis ſpectantur, & Liuius [c] ſcribit, patrem Fabium cum ueniſſet ad filium Cos. equo inſidentem, undecim faſces prætervectum non deſcendiſſe, nec Lictores uerecundia maieſtatis eius quicquam dixiſſe. Tum filius proximo lictori iuſsit, ut patrem officij ſui moneret. Proximus autem magiſtratui lictor dignior erat, inter quem & Præſidem nemini ſe interponere licebat ut Valerius [d] ſcribit: Vnde in antiquo marmore legitur. M. VLPIO. AVG. LIB. PHOEBIMO LICTORI PROXIMO. Primus ſubmouebat plebem, & ob id præter faſces uirgam manu gerebat. Proximus mandata magiſtratus exequebatur, neq; adeo uile erat hoc officium, nam ſerui Lictores eſſe non poterant. [e] Eadem etiam omnes ferme prouinciarum Rectores inſignia gerebant, ſcilicet librum mandatorum abaco impoſitum, cui tapetum uenerationis gratia ſubſternebatur. Hic in auditorio, ubi lites dirimebantur, retinebatur, ut in conſularibus Palæſtinæ & campaniæ Notitia oſtendit. Iiſdem præter codicem præfatum & uultus Principum in ſummo aureæ pilæ expreſsi præferebantur: Caſsiodorus. [f] Vultus etiam, inquit, geniata obſequij pompa præmittit. Sic hodie ante Archipræſules, & Patriarchas crux argentea, cum Domini effigie haſtæ altæ præfixa præmittitur. [g] Hunc enim uſum ab antiquis pręſidibus ſumptum puto. Iidem purpura, & torque aureo ornabantur. Tertullianus [h] loquens de Præfectis prouinciarum, ait, Igitur purpura illa, & aurum ceruicis ornamẽtum eodem more apud Aegyptios, & Babylonios, inſignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, uel trabeę, uel palmatæ, & coronæ aureæ ſacerdotum prouincialium. Hæc ille. Erat autẽ torques aurum ductum implexum ex tribus quaſi funiculis, quod de collo geſtabant, inquit Sophotatus Curopalata. [i] Hic antiquitus victoriæ inſigne fuit, qui uictoribus donabatur. D. Ambroſius de obitu Valentiniani Imperat. Torques, inquit, inſignia eſſe victoriæ dubitari non poteſt, cum hi, qui in bello fortiter fecerint, torquibus honorentur. Tales magiſtratus videri uolebant, & ideo his ornabantur. Omnium uero magiſtratuum pręcipuum inſigne fuit cingulum, ſine quo Principem adire non licebat, ut ait D. Chryſoſtomus: [k] & ideo in cingulo eſſe dicebantur, qui actu prouincias adminiſtrabant, ad aliorum differentiam, qui honoraria dignitate fungebantur, quæ cingulo carebat. [l] Quare ex auctoritate magiſtratus cingulo exuebantur. [m] Habebant & ſinguli prouinciarum rectores ſuos aſſeſſores, quibus Peſcennius Niger ſalaria ex publico conſtituit, ne eos grauaret, quibus aſsidebant, dicens, iudicem, nec dare, nec accipere debere, vt Spartianus ſcribit. idem & Alexand. Imperat. ſtatuit, quamuis dicebat eos ad magiſtratum promouendos eſſe, qui per ſe ſine aſſéſſore poſſent adminiſtrare, vt auctor eſt Lampridius. Annonas etiam, ideſt alimenta, & pabula equorum ſinguli Magiſtratus prouinciarum accipiebant. Conſtantinus A. Cyndino P.P. [n] Reſpublica, inquit, Præſidibus annonas, & alimenta eorum pecoribus ſubminiſtrat; quod uetus inſtitutum fuit: Ex l. enim Iulia prouinciæ Proconſulibus, aut Prætoribus fœnum, ligna, lectos, ſupellectilem, & tectum dabant. Cicero. [o] Nos Aſia accepit mirabiliter, aduentus noſter ne minimo quidem fuit ſumptui, ſcito non modo nos fœnum, aut quod de lege Iulia dari ſolet, non accipere, ſed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos, & tectum quicquam. Multis locis ne tectũ quidem, & in tabernaculo plerunque manere. Hæc ille. qui ſignificat, magiſtratus in itinere ſub tentorijs pernoctare ſolitos. Ex publico etiam his argentum dabatur. Cicero, [p] Hominẽ, inquit, qui cum poteſtate ex legatione in prouinciã eſſet profecturus, tam amentem eſſe putauerunt, ut emeret argentum, dabatur enim ex publico, ut noſtis. Et alibi, [q] ubi ternis denarijs ęſtimatum frumentum? ubi tabernacula? ubi muli? ubi tot, tantaque ornamenta magiſtratibus, & Legatis à Senatu populoque Rom. permiſſa & data? Liuius quoq; [r] Magiſtratus, inquit, exeuntes mulis, tabernaculisq;, & omni inſtrumento inſtruebantur: Ad eos hoſpites uero diuertebant, qui & Romæ apud ipſos priuatos hoſpitabantur, ſocios nunquam onerabant: Id & Plutarchus [s] confirmat. Legati tamen ſi repente aliquo mitterentur, ſingula iumenta per oppida, qua iter faciendum erat, imperabant, aliud onus non iniungebant. Hinc dicta eſt ſupellex, quia pecunia à Republica alicui dabatur, qui ſuo ſumptu inſtrueret legatos, ſub pellibus, ſeu tentorijs habitaturos. [t] Verum L. Poſthumius Albinus conſul Anno ab Vrbe condita. D LXXXI. Præneſtinis iratus, iumenta, & locum ad quem diuerteret, cum illac tranſiret, imperauit. Auguſtus verò magiſtratibus prouinciarum pro ſupellectili, ac cæteris neceſſarijs, certam pecuniam numerauit, vnde utenſilia locari deſierunt. [u] Tranquillus. [x] Auctor, inquit, fuit, nę magiſtratus poſito honore ſtatim in prouincias mitterentur, ut proconſulibus ad tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur. Verum Alexander Imperator morem antiquum renouauit. Lampridius: Cum iudices, àit, promoueret, exemplo veterum argento, & neceſſarijs inſtruxit, ita ut Præſides prouinciarum acciperent argentum pondo uicena, phialas ſenas, mulos binos, ueſtes forenſes binas, domeſticas binas, balneares ſingulas, coquos ſingulos, aureos centenos, & ſi uxores non haberent, ſingulas concubinas, quòd ſine his eſſe non poſsint, reddituri poſita adminiſtratione, mulos, equos, muliones, coquos: Cætera ſibi habituri, ſi benè ſe geſſerint: ſi malè præter condemnationem, aut peculatus, aut repetundarum in quadruplo reddituri. Hæc ille. Conſtantinus quoque ijs alimenta præſtitiſſe uidetur. [y] Sed certam magiſtratibus pecuniam numerari Theodoſius minor præcepit, [z] quem Iuſtinianus ſequutus, pro ſingula annona, ideſt uictu unius hominis ſolidos quinque taxauit, pro capitatione, ideſt pabulo unius equi, ſolidos quatuor. [a] Andronicus Commenus Imper. minoribus magiſtratibus 40. minas; maioribus 80. id eſt, 400. & 800. noſtros aureos dedit, arctiſsimè præcipiens, ne quid aliud acciperent: [b] antea enim ciuitas, in quam Præſes ibat, eum per triduum alebat, & P.P. præſtanda alimenta præſcribebat. [c] Vbi ſucceſſor in prouinciam ueniſſet, ſtatim deceſſor diſcedere tenebatur, nec ultra tres menſes in itinere poterant morari. [d] Auguſtus conſtituit, ne ullus magiſtratus, niſi iubente Principe, pecuniam prouincię imperaret, qui hoc feciſſet, crimen læſæ maieſtatis incurreret: Idem ſtatuit, neminem ante triceſimum annum prętorem creari, & qui non prius Aedilis, & Quæſtor, uel Tribunus plebis fuiſſet. [e] Sed hæc, ut alia multa poſtea Principum arbitrio ſunt immutata: Nam etſi annuus Romanis magiſtratus eſſet inſtitutus, manebat tamen in prouincijs quamdiu Principi placebat: Tiberius eos diu imperare permiſit, ut ait Tranquillus. Antoninus Pius ſeptenis, & nouenis annis bonos Præſides in prouincijs detinuit, ut auctor eſt Capitolinus. Romam reuerſuri ex prouincia, prius ad ſenatum ſcribebant. Cicero, [f] occultus, inquit, aduentus, nullæ ad ſenatum ex prouincia literæ. Regreſsi, cum ad portam Vrbis veniſſent, inſignia magiſtratus deponebant. [g] Quod Cicero Piſonem ex Macedonia Proconſulem redeuntem feciſſe dicit: togulæ enim eius lictoribus præſtò ad portam fuere, quibus illi acceptis, ſaga reiecerunt, militariq; veſte abiecta, ciuicam induerunt: Sed id Proconſules tantũ feciſſe credo: Præſides vero egreſſos ꝓuincia, inſignia ſtatim depoſuiſ-

a Caſsiodorus in formula conſularitatis.
b in Exacmero, homil. 5.
c lib. 24.
d lib. 1. de inſtitutis antiquitatũ.
e Dion. lib. 48.
f in forma conſularitatis.
g c. antiqua. de priuileg.
h de Idololatria.
i de officialibus palatij, ubi de eiſ ſerijs tractat.
k ĩ 1. ad Corint. c. 2. ſermone 20.
l l. 1. C. vt dignit. ordo ſeruet. l. omnes. C. de metat.
m §. 1. in Auth. đ inceſt. nupt. ſeu Nouell. 12.
n in l. 2. C. de curſu publ.
o ad Atticum.
p in 5. actione, in Verrem.
q in 7. actione.
r lib. 52. in prin.
s in M. Catone.
t l. Labeo. in prĩ. de ſuppel. lega.
u Dion. lib. 53.
x in Auguſto. ca. 36.
y l. 2. C. de curſu publico.
z l. 1. C. de anno. & capit.
a l. 1. & 2. C. de P.P.
b Niceta lib. 2.
c Nouel. maiora. tit. 1. de curialib.
d l. 2. ad l. Iuliam maieſt. Dion. lib. 53.
e Dion. d. lib. 53.
f in L. Piſonem.
g l. ult. ff. de offi. proconſ.

ſe. Omnes in publicis ædibus habitabant. Erant.n.in maioribus vrbibus præter palatia Principis, prætoria, idest ædes in quibus iudicabatur. [a] Anastasius, non Leo, vt vulgo impreſſum eſt, [b] præcepit ne Præſides aliique maiores magiſtratus, niſi in palatijs, aut prætorijs habitarent, vel in illis, quas ſpeciebus, ideſt rebus ad annonam pertinĕtibus uacuas inueniſſent. [c] Hæc prætoria ab hoſpitibus, vel militibus recipiendis erant immunia. [d] Quæ ſi defuiſſent, Ciuitas domum Magiſtratui inuenire tenebatur: in priuatis enim ædibus habitare non debet, vt cenſent Iurium Interpretes. [e]

In prætorijs vbi ius dicebatur, altius tribunal ad hunc vſum erectum erat, illi credo ſimile, quale Vitruuius [f] dicit, ſe in Iulia Baſilica feciſſe: Tribunal, inquit, eſt in ea æde hemicycli ſchœmatis minore formatum curuatura, ideſt non erat curuum, quemadmodum fornix formarum aquæductuum, ut faceret ſemicirculum rotundum, ſed uelut arcum formabat, ita vt Cornua diſtarent, pedibus quadraginta ſex. A medio curuaturæ, vſque ad lineam cornuum, intercedebant pedes quindecim. Sed hæc forma non ſemper obſeruata fuit. Cœpit enim tribunal, vt ait Iſidorus, eſſe locus editus, ad quem per gradus aſcendebatur, ubi in ſublimi ſedens Magiſtratus ius dicebat, inferius in ſubſelliis ſcribæ degebăt: In imo verò ſolo ſtabant litigantes, quemadmodum Zeno [g] deſcribit, qui loquens de illuſtri reo criminis facto: ſedendi, inquit, in aliqua parte ſecretarij, quæ iudicibus inferior, altercantibus verò ſuperior eſſe videatur, licentiam habebit. Præclaram tribunalis formam Notitia in conſulari Campaniæ repræſentat, locus aliquot gradibus eminens, in medio ſolium ius dicentis habet, ſupra purpureæ cortinæ anulis ſuſpenſæ ad latera deducuntur, quæ complicatæ faciem tribunalis aperiunt, id tum velum leuatum vocabatur. [h] Obducebatur verò, cum de condemnando, vel abſoluendo deliberabant: vnde ſecretarium vocabatur. [i] In medio verò ſedens ius dicturus librum mandatorum alto tapeto impoſitum habebat, quemadmodum ibi ſpectatur: Locus hic à Iureconſult. Auditorium appellatur. [k] Magiſtratus iure alibi quàm pro tribunali iudicare non poſſunt; [l] vnde tribunali præeſſe, & pro tribunali cognoſcere dicuntur. [m]

Sed etſi ſummam in prouinciam Præſides, aut Proconſules auctoritatem haberent, [n] ante Diocletianum tamen, non omnes cauſas ipſi iudicabant, ſed litigantibus iudices dabant: id diſertè aperit Seuerus, [o] negans ſuper cauſa ſtatus poſſe, Præſidem cognoſcere: & Antoninus, [p] adito, inquit, Præſide prouinciæ, & accepto familiæ erciſcundæ iudicio ex perire. Quare edictis Prætores, vel Proconſules ſe iudicium, vel actionem daturos pollicebantur, non iudicaturos. [q] Cicero: [r] Quid? Prætor ſolet indicare deberi? Gellius, [s] Prætores, inquit, pro iniurijs æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt. Plautus. [t] Poſtquam quidem, ait, prætor recuperatores dedit damnatus, demum vi coactus reddidit D. & M. Philippum. Id & Suidas affirmat. [u] Aliquando tamē cauſarum & perſonarum fauore ipſimet cognoſcebant, ueluti cauſas liberales, ideſt libertatis, ingenuitatisque, [x] & quaſdam alias pecuniarias, [y] quæ à Iureconſultis pro extraordinarijs recenſentur. [z] Verum Diocletianus ſanxit, ut Præſides omnia per ſe ipſos negocia definire poſſent, non cogerētur. [a] Cauſas verò criminales ſemper cognouerunt & terminarunt. [b] Magiſtratus extra fines ſuæ prouinciæ eſſe non poterant, nec bellum ſine ſenatus, vel Principis decreto gerere. [c] Quamobrem Dion [d] M. Craſſum notat, qui ſine ſenatus decreto bellum Parthis intulit. A defenſoribus ciuitatum, Duumuiris, pedaneiſque iudicibus ad Præſides appellabatur, [e] ab ipſis uerò ad ſpectabiles, veluti Proconſules, uel Moderatores, ſi cauſa decem libras non excedebat, [f] aliàs ad Præfectum prætorio ibatur. [g] Maiorano imperante, ciuitates Præſidem ad ſe uenientem per triduum alebant, & Præf. Præto. diurna alimenta ipſi præſtanda pſcribebat. [h]

a Nouell. 24. in princip. l. omnes §. 1. C. de epiſc. & cleri. l. ptoria. C. de oper. publ. l. ult. C. de offic. rec. pro.
b in l. nulli, quæ eſt 4. ul. C. de off. rect. prouinc.
c l. 1. 2. & pen. C. de nauicular. & nauclar. ſpecies transformantib.
d l. cŭctos. C. de metatis.
e Alber. in l. obſeruare, in princ. ff. de offi. procōſ. & legat.
f lib. 5. cap. 1.
g In l. ult. C. ubi ſenator. uel clariſsi.
h ut in l. de ſubmerſis. C. de nau frag.
i d l. ult. C. ubi ſenat. uel clariſſ. l. 2. C. de pxim. ſacr. ſcrin. l. ult. C. de offi. diuerſ. iudic.
k ut in l. lecta. ff. ſi cert. pet. & l. pen. ff. de off. aſſeſſor. in l. 22. ff. ad Trebellian.
l l. pen. ff. de inſt. & iur. l. cum ſententiam. ubi Bart. C. de ſent. & interlocu. om. iud. l. 2. §. dies, ff. quis ord. in bon. poſſeſſ. ſeruet.
m l. 1. ff. de iud. l. 2. ff. de re iudic.
n l. 4. ff. de offic. præſid.
o in l. 1. C. de ordi. cognit.
p in l. 2. C. eo ti.
q l. 1. §. 1 ff. de dolo. l. ſi id quod. ff. de iuriſd. om. iudic. l. Lucius. ff. mandati.
r ad Q. Fratrem.
s lib. 2.
t in Bacchide, ſcena quinta.
u in uerbo ἡγεμονία.
x l. 1. antepen. & pen. C. de ord. cognit. l. ſi pater. C. ne de ſtatu defunc. l. pen. & ult. C. vbi cau. ſtat.
y l. 1. ff. de rei vēdic. l. minor. ff. de euictionib.
z in tit. ff. de var. & extraor. cogni.
a l. 2. C. đ pedan. iudicibus.
b l. 1 ff. de off. eiꝰ cui manda. eſt iuriſdict.
c l. 2 ff. ad le. Iul. maieſtat.
d lib. 39. & 40.
e l. Imperatori, ff. de appellat.
f §. pen. & ult. Authen. de appellat.
g l. 27. C. de appellationib.
h Nouella Maiorani, de curialib.

## DE PROCONSVLIBVS, ET *differentia inter eos, & alios Prouinciarum Magiſtratus. Cap. C.*

Cod. de offic. proconſulis.

MAGISTRATIBVS generaliter explicatis, nunc Proconſul à cæteris eſt diſtinguendus: Is ſex faſces, cum totidem ſecuribus præmittebat, [i] Præſides quinque, ut auctor eſt Dion. [k] Iuſtinianus [l] loquens de proconſule Cappadociæ, Ciuilis, inquit, officij utetur inſignibus, curru ex argento, ſecuri & faſcibus; Hæc ille. Eadem fortè & Conſularis geſtabat inſignia, qui conſularibus inſulis ornatus incedebat, ſed non Correctores, ſicut nec Præſides. Proconſul etiam vrbem egreſſus, in itinere, & reuerſus, donec portam vrbis ingrederetur, ornamentis proconſularibus utebatur. Vlpianus. [m] Proconſul, inquit, ubique proconſularia inſignia habet, ſtatim atque urbem egreſſus eſt, quod & Dion [n] refert. Voluntariam præterea, ut appellant iuriſdictionem, vbique extra urbem exercebat. [o] Martianus, [p] omnes, ait, proconſules ſtatim, quàm urbem egreſsi fuerint, habent iuriſdictionem: ſed non contentioſam, ſed uoluntariam: ut ecce manumitti apud eos poſſunt, tàm liberi, quàm ſerui, & adoptiones fieri; Hactenus Martianus, vnde Plinius Fabato proſocero pollicetur ſe curaturum, ut Caleſtrius Tyro in Bęticam proconſul proficiſcens in itinere prope Ticinum eius ſeruos vindicta manumittat: [q] & illos cum multis alijs liberauit. Hæc alijs magiſtratibus non concedebantur, qui dignitatis inſignia, non niſi cum in prouinciam ueniſſent aſſumebant, & decedentes ſtatim deponebăt, [r] Sic & Pręfectus Aegypti, cŭ ſucceſſor Alexandriam ingrediebat, inſignia deponebat. [s] In modo quoq; multandi differebant: Procōſules.n. in ſex auri vncijs, ut & Comes Orientis, & Pręfectus Auguſtalis multabat. Cæteri Præſides tantum in duab. [t] Item proconſul legatŭ ſecum ducebat, cui vniuerſam iuriſdictionem demandabat. [u] Præſes ſolo aſſeſſore contentus, pedaneis iudicib. cauſas delegabat; [x] vnde legati tantŭ procōſulis iura meminerunt. [y] Splendidiore quoq; titulo, i. ſpectabili, Proconſul gaudebat. [z] Præſides erant clariſsimi, [a] quod fuit poſt inuentŭ ſpectabilis titulum. Ante Conſtantinŭ.n. Proconſules clariſsimi vocabătur, [b] ut & Claudium Maximum Africæ proconſulē, Apuleius vocat, qui Marci Antonini temporib. uixit, & Galerium Maximŭ ſub Valeriano acta D. Cypriani appellăt. CLARITATIS quoq; NOBILITATIS, POTESTATIS, vel SVBLIMITATIS, [c] titulo, etiam à Principe proconſul honeſtabatur. [d] Præſes uerò, prudentię, aut verbo grauitatis. [e] Pręterea ordinarię erant clariſsimorŭ prouinciæ, non proconſulum, aut ſpectabilium. [f] Itē anno tantum proconſul in prouincia morabatur [g] qui tamen in aduētŭ ſucceſſoris ius dicebat. [h] Pręſes, quantŭ Cęſari libuiſſet. [i] Olim quoq; à ſe uel ab aliis relegatos procōſules reſtituebant, quod poſtea fieri Traianus mandatis Plinio ſecundo traditis phibuit. [k] Sunt qui volunt ſolŭ Proconſulē deportare potuiſſe, non præſidem, [l] ut Budæus, [m] maius.n. inquit, eſt Proconſulis imperium quàm Pręſidis, qui iuriſdictionem tantum cum imperio habebat. Procōſul uerò omne tenebat imperium, & iura, quæ Romę prætori data fuerant: [n] quare edicta contra legē promulgabat. [o] & hoc ius puinciale uocabatur, [p] qđ Pręſidib aliisq; clariſsimis magiſtratib. antea negabatur, ſed ipſis poſtea à Probo eſt conceſſum. [q] Vopiſcus, patrib. ait, permiſit, ut pconſules crearēt legatos, Cōſules ius ptoriŭ Pręſidib. darent, qđ aliàs habituri nō erant, nec ante ipſum habuerūt: Itaq; Procōſules, quæ iure ptorio, ſeu ptoris auctoritate ipſis attributa edicebant,

i l. pconſules. ff. de offic. proconſ.
k lib. 53.
l Nouel. 30. §. 6.
m in l. 1. ff. de offic. proconſ.
n lib. 53.
o l. 1. 2. & vlt. ff. de offic. proconſ.
p in d. l. 2. ff. eod.
q Plin. epiſt. 16. lib. 7.
r Plin. epiſt. pen. lib. 7.
s l. 3. l. ſi fortè. ff de offi. præſidis. Dion. lib. 53.
t l. 1. ff. de offic. præf. Auguſt.
u l. vlt. C. đ mod. multar.
x ut in l. obſeruare. §. poſt hæc. ff. đ off. pconſ. & leg.
y §. 1. Inſti. de ſuſpect. tutorib.
z l. 46. l. ult. cum ſeq. l. legatꝰ, cum ſeq. l. pen. ff. de offic. procōſ. & leg.
a l. 1. C. ut oēs iudi. tă ciuiles q̃ criminal. §. ult. in Auth. de nō alienăd reb. eccl. ſeu Nouell. 7.
b d. l. 1. in princ. l. ſi pręſes, uir clariſsimus. C. de pignoribus.
c l. 3. C. ex quib. cau. infam. irrog. irrogat. & l. 1. C. ſi ex falſ. inſtr.
d l. 1. C. de offi. com. ſacr. palat. apud Suri. 23. Auguſt & 30. octob. in actis martyr. & D. Marcelli.
e l. 1. C. de offic. comit. ſacr. patr.
f l. 4. C. Theod. de decurionib.
g Nouel. 31. §. pe. l. oēs, in prin. C. de epiſc. & cler.
h l. meminiſſe. de off. proconſ.
i Dion. lib. 53.
k Plin. epiſt. 26. ad Traianum.
l l. 1. §. ij quibus ff. de leg. 3. l. iter pœnas. ff. de interd. & releg. l. 2. §. 1. ff. de pœnis.
m in §. de aſſeſ.
n l. ſi in aliam, §. vlt. & l. ſeq. ff. de offi. proconſ.
o §. 1. Inſtitu. de bon. poſſ.
p l. in hæredē. ff. de dolo, & Nouel. 24. in princ. l. quod aŭt. ff. de eo qđ mer. cau. l. neceſſarijs. ff. de acq. hered. l. 2. ff. vn. cogna. l. 1. de alien. iudi. mut. cauſ. fact. l. 1. qđ cŭ eo qui in alie. pot. l. 2. ff. de milita. teſta. l. 7. ff. quēad. teſt. aper.
q in Probo.



cebant. aliquădo pretores vocătur, vt appellat Caius edicti prouincialis interpres, [a] vnde olim proconſules in prouincia, vt prætores, de liberalibus & ingenuitatis cauſis non præſides cognoſcebant. Plinius Traiano, [b] poſtulantibus, inquit, quibuſdam, vt de cognoſcendis liberis, reſtituendiſq; natalibus ſecundum exempla proconſulum ipſe cognoſcerem, reſpexi ad ſenatuſconſultum, quod de ijs tantum prouincijs loquitur, quibus Proconſules præſunt. Hoc idem ſignificauit Paulus: cum liberalem cauſam maiores iudices habere dixit. [c] Seuerus quoque Præſidem de cauſa ſtatus cognoſcere nō poſſe reſcripſit. [d] niſi in aliam cauſam incidat, [e] poſt Probum verò etiam Præſidibus hæc facultas data fuit. [f]

Plus etiă pro codicillis magiſtratus ſoluebat Proconſul, quàm Præſes, vt Iuſtinianus tradit, [g] cuius argumentum fortè non ab omnibus animaduerſum loci ratio poſtulat, vt explicem. Diſponit ea Notitia quantum quiſque magiſtratus pro codicillis adminiſtrationis ſoluere debeat, treſque illorum claſſes facit; primam Comitum, quibus Aſiæ Proconſulem & Thraciæ, ſeu longi muri Vicarium addit. Hi ſacro cubiculo, ſeu tribus eius chartularijs, ſolidos 63. ſoluebant. Primicerio notariorum ſolidos 40. eius adiutori ſolidos 3. officio præfecti præto. ſolidos 40. & ſi minores comites aliquantò minus ſoluerent, ſcilicet quantum conſulares, excepto officio P. P. cui ſolid. 50. pendebant: ita enim ex varijs exemplaribus ille locus eſt emendandus. Secundus ordo conſularium chartularijs tribus ſacri cubiculi ſolid. 9. pendebat. Primicerio notariorum ſolid. 24. eius adiutori tres. officio P. P. 40. Tertia claſsis præſidum, chartularijs tribus cubiculi pendebat ſolid. 9. Primicerio notariorum ſolid. 15. eius adiutori 3. offic. PP. 36. Ex his patet in redimendis magiſtratus codicillis inter Proconſules, Conſulares, Correctores, ſeu Præſides differentiam fuiſſe. Præſides etiam, aut Comiti Orientis, aut Vicarijs parebant, Proconſul autem ſoli Præfecto Prætorio. [h] A Præſide etiam Principis delegato in cauſa X. libras auri non excedente ad finitimum Proconſulem appellabatur. A Proconſule verò ad Præfectum prætorio, qui erat in comitatu, & Quæſtorē palatij. Sed vbi cauſa 10. libras auri excedebat, à Præſide ad Præfectum Præto. regionis prouocabatur. [i] Præterea nullus in officio Præſidum à libellis nominatur, quod illi per ſe non per alios reſcribere tenerentur. [k] Idem erat in Conſularibus Occidentis, & Correctoribus. Sed proconſul per Libellenſes preces expediebat. [l] Solus Præſes Arabiæ, adiutorem à libellis habuiſſe reperitur, quem Notitia poſt officium Ducis Arabiæ, in eius Pręſidis officio recenſet, quia idem etiam Dux erat. Apparitores quoque proconſulum, & aliorum ſpectabilium, codicillis à Principe & Proconſule ſubſcriptis creabantur, ſicut & Illuſtrium. Theodoſius & Valentinianus: [m] In his, inquiunt, officijs, id eſt, virorum ſpectabilium proconſulis Aſiæ, Comitis Orientis, præfecti Auguſtalis, & Vicariorum; nemo aliter admittatur, niſi eum emiſſa ſacri ſcrinij probatoria conſecrauerit. ita uocabantur codicilli quibus officiales probabantur, & ex ſcrinio epiſtolarum accipiebantur. [n] Officiales verò præſidum, in albo tantum, vel apparitorum matriculis ſcribebantur. [o] Horum etiam cohortales ex eodem officio Principem habebant; Spectabilium verò apparitores ex ſchola agentium in rebus accipiebant, excepto ſolo proconſulis Aſiæ officio, cuius Princeps ex eodem corpore creabatur.

Argentato quoque curru, & biiugo Proconſul vehebatur, [p] quem Præſidibus conceſſum non fuiſſe puto. Chlamyde verò indui, aut cingulo, enſeve accingi olim proconſul non poterat, quia militibus nō imperabat. [q] Et hæc ſecundum aliquos eſt ratio, quare ſtratores reorum cuſtodes habere non poterat: [r] Hi enim milites erant, qui Prætoribus, & alijs nonnullis prouincias moderantibus permittebătur: ſed ego interpretor eum ſtratores nō poſſe ſuos. i. domeſticos habere. In inſignibus etiam Proconſules ab alijs Rectoribus differebant, ut infra dicetur.

Legatus præterea proconſulis maiorem quàm aſſeſſor Præſidis auctoritatem habebat: vniuerſa enim illi mandata iuriſdictione, ſubdelegare, & tutores dare poterat, [s] quod Præſidum, aliorumque magiſtratuum aſſeſſoribus, etiam mandata iuriſdictione non licebat. [t] Vlpianus, [u] Nec mandante, inquit, pręſide, alius tutorem dare poterat, præter municipales magiſtratus, qui iuſſu Præſidis tutores dabant. [x] Ratio differentiæ eſt illa, quia legatus à Principe auctoritatem ius dicendi habebat nō aſſeſſor. [y] Curru etiă cum Proconſule vehebatur legatus, quod poſt Seuerum fieri cœpit, cum antea pedibus irent. [z] Hæc de proconſulibus, & eorum inter alios differentijs. Conſulares, correctores, ac præſides, infrà, poſt ſpectabiles explicabimus. Nunc ſingulos prouinciarum magiſtratus, vt omnes uno intuitu cerni poſsint, ſummatim collectos, in ſequenti indice repræſentabo.

a in l. 1. & l. 7. quēad. teſta. aper. in l. vlt. quod quiſque iur.
b epiſto. 36.
c in l. non diſtinguemus 32. §. de liberali. de arbit.
d in l. 1. C. de ordin. iudi.
e d. l. 1. 13. C. de ord. cogn.
f l. 2. C. de pedă. iudi. l. iamdudŭ. C. vbi cau. ſtat. l. cum ſtatus. C. de ord. cogn.
g §. Notitia, in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr. fiăt ſeu Nouel. 8.
h l. 1. C. de offic. com. ſacr. patr.
i Nouell. 23. ſeu §. illud, in auth. đ appell. & inſtr. q̃ temp. Nouel. 27. & 30. edic. 4. Poſt Nouel. de Præſide Phęniciæ Libani.
k l. 2. C. de aſſeſſoribus.
l l. 1. C. eod. titu.
m in l. in his. C. de diuer. offic.
n vt in l. vlt. §. itē ſcrinij ſacrar. epiſtolar. C. eo. titu. de diuer. offic.
o l. quicquam. 2. C. de cohort. princip.
p nouel. 30. §. 6.
q Dion. lib. 53.
r l. obſeruare. §. 1. ff. de off. pcōſ.
s l. legatus. l. pe. ff. de off. proconſ. & leg.
t l. 2. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.
u in l. nec mădăte. ff. de tutorib. & curatorib. dat. ab his.
x l. Lucius. 2. §. cŭ teſtamento. ff. de admini. tutor. §. ſed hoc iure. Inſtitu. de attilian. tutore.
y l. ſolet. §. 1. d. l. legatus, & l. pen. ff. de off. procōſ. & leg.
z Spartian. in Seuero.

## Sequitur ſummarium Magiſtratuum ciuilium Orientis.

- *P.P. Orientis ſuberat. V. diœceſes, prouinciæ. XLIX.*
  - *Proconſul Aſiæ ſub quo prouinciæ III.*
    - *Proconſularis.* — *Aſia.*
    - *Conſularis.* — *Helleſpontus.*
    - *Præſes.* — *Inſularum.*
  - *Comes diœceſeos Orië tis, ſub quo prouinciæ XV.*
    - *Conſulares V.*
      - *Palæſtina.*
      - *Phœnices.*
      - *Syria.*
      - *Cilicia.*
      - *Cyprus.*
    - *Præſides VIII. Clariſs.*
      - *Palæſtina ſalutaris.*
      - *Palæſtina ſecunda.*
      - *Phœnices Libani.*
      - *Euphratenſis.*
      - *Syria ſalutaris.*
      - *Oſrhoena.*
      - *Meſopotamia.*
      - *Cilicia ſecunda.*
    - *Preſides II. perfectiſſimi.*
      - *Arabia.*
      - *Iſauria.*
    - *Claſsis Seleucia.*
  - *Præfectus diœceſeos Aegypti, ſub quo prouinciæ VI.*
    - *Præſidum V.*
      - *Libya ſuperior.*
      - *Libya inferior.*
      - *Thebais.*
      - *Aegyptus.*
      - *Arcadia.*
    - *Correctoris I.* — *Auguſtanica.*
  - *Vicarij III.*
    - *Vicarius diœceſeos Aſianæ ſub quo prouinciæ VIII.*
      - *Conſulares II.*
        - *Pamphylia.*
        - *Lydia.*
      - *Præſidum. VI.*
        - *Piſidia.*
        - *Lycaonia.*
        - *Phrygia Pacatiana.*
        - *Phrygia ſalutaris.*
        - *Lycia.*
        - *Caria.*
    - *Vicarius diœceſeos Ponticæ ſub quo prouinciæ XI.*
      - *Conſulares II.*
        - *Galatia.*
        - *Bithynia.*
      - *Præſidum VIII.*
        - *Honorias.*
        - *Cappadocia prima.*
        - *Cappadocia ſecunda.*
        - *Hellenopontus.*
        - *Põtus Polemoniac°.*
        - *Armenia prima.*
        - *Armenia ſecunda.*
        - *Galatia ſalutaris.*
      - *Correctoris I.* — *Paphlagonia.*
    - *Vicarius diœceſeos Thraciæ, ſub quo prouinciæ VI.*
      - *Conſulares II.*
        - *Europa.*
        - *Thracia.*
      - *Præſidum IIII.*
        - *Hæmimons.*
        - *Rhodopes.*
        - *Mœſia ſeconda.*
        - *Scythia.*





### DE PROCONSVLE ASIAE, ET *eius inſignibus. Cap. CI.*

MAGISTRATIBVS prouinciarum, ita diſtinctis, nunc eos ſecundum Notitiæ ordinem ſigillatim declaraturi, ab Aſiæ Proconſule auſpicabimur, qui alios ſpectabiles prouinciarum magiſtratus præcedebat, & Præfecti Prætorio Orientis imperio ſuberat, ſed non eius Vicario, ſicut nec Comes Orientis, & ideo in Notitia à Vicarijs ſeparatur, quibus auctoritate inferior non erat, & ſi anguſtior imperio inueniebatur. Neque enim totam Aſiam minorem adminiſtrabat, quæ partim Comiti Orientis, partim duobus Vicarijs parebat; ſed eam tantum oram, quæ mare Myrtoum reſpicit. Subacta primum fuit Aſia, à L. Scipione, qui ob id Aſiaticus eſt cognominatus: & prius conſules, mox proconſules acceperat, vt Gn. Manlium, quem Liuius primum in Aſia Conſulem fuiſſe ſcribit. Auguſtus quoque cum prouincias ordinaret, duas ſolas conſulares, ideſt ab his, qui Conſules fuiſſent, adminiſtrandas fecit, Libyam & Aſiam; nec eam totam, ſed illam tantum partem, quæ cis Halim Tauro includitur, exceptis etiam Galatis, Bithynia, Propontide, & gentibus, quæ ſub Amynta fuerant, quemadmodum in calce operis Strabo recitat. Nam & ſi Aſia minor tota dicitur, quę inter Pontum euxinum, & Carpathium mare continetur, in ea tamen regione, vbi eſt Lydia, propriè & ſtrictè Aſia uocatur, Ponto, & Bithynia ad ſeptentrionem, Galatia, Lycaonia, & Piſidia ad auroram, exclusis, ut auctor eſt Ptolemæus. Aeneas Syluius, [a] eam quinque prouincias continuiſſe ſcribit, Phrygiã maiorem, Myſiam, Troadem cum Aeolide, Ioniam, & Cariam, quæ omnia vſq; ad mare Icarium & Myrtoum, inſulasque Aegei maris, Aſiæ adiacentes Proconſul habuiſſe videtur: quod etiam imperantibus poſterioribus Principibus diu eſt obſeruatum. Cæteras verò Aſiæ partes Prætores, aut Præſides regebant. Verum poſt Conſtantinum Vicarijs latè imperantibus, Proconſul eam tantum partem cum inſulis retinuit, quæ inter Cariam & Lydiam nominatim Aſia dicitur, prope Sardos & Caiſtrum, ubi eſt Epheſus, ut auctor eſt D. Hieronymus, [b] Aſiæ, inquit, regio, quæ cognominatur minor, vndique circundata eſt mari, ſed ſpecialiter vbi Epheſus ciuitas eſt, Aſia vocatur, quod & Homerus [c] ſentit: quem Virgilius, [d] ita uertit.

*Et quæ Aſia circum,*
*Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Caiſtri.* [e] item
*Sonat omnis & Aſia longè, pulſa palus.*

Aſia, ciuitas Lydiæ, ait Stephanus, vniuerſæ Aſiæ nomen dedit: Lydia verò Caria & Lycia à Vicario Aſianæ regebantur. Poſtremò adiectus eſt primum à Theodoſio Magno, mox ab Honorio, & Theodoſio iuniore huic Proconſuli Helleſpontus, quòd eius cõſulares iniquè ab Apparitoribus Vicarianis Ponticæ vexarentur. [f] In prouinciam proficiſcens hic proconſul, per mare iter facere tenebatur, ac primum omnium Epheſum metropolim attingere. Vlpianus [g] Quædam, inquit, prouinciæ etiam hoc habent, ut per mare in eam prouinciam proconſul ueniat; ut Aſia, ſcilicet uſque adeo, vt Imperator noſter Antoninus Auguſtus, ad deſideria Aſianorũ reſcripſerit, Proconſuli neceſsitatem impoſitam per mare Aſiam applicare καὶ τῶν μητροπόλεων ἔφεσον, ideſt, & inter matrices urbes Epheſum primam attingere. Poſt hæc ingreſſus prouinciam, mandare iuriſdictionem legato ſuo debet; nec hoc ante facere, quàm fuerit prouinciam ingreſſus: Eſt enim per quàm abſurdum, antequàm ipſe iuriſdictionem nanciſcatur (nec enim prius ei competit, quàm in eam prouinciam venerit) alij eam mandare. Hæc ille. Imperante & Conſule Tiberio cum Druſo, quaſſata terræ motu Aſia prętorio viro, cum quinque faſcibus regenda eſt commiſſa. [h] Ab hoc Proconſule ad Prefectum vrbi Conſtantinopolitanæ appellabatur. [i] Et illius fori aduocati ab Anaſtaſio obtinuere, ut depoſito patrocinandi officio eſſent clariſsimi, & Comites ordinis primi, [k] Antoninus Pius, antequàm imperaret, Aſię proconſul fuit. [l]

a de Aſia minore cap. 60.
b de locis Hebraicis, in actis apoſtolorum.
c in 2. Iliadis.
d in 1. Georgicorum.
e & in 7.
f l. 1. C. de offic. comit. ſacr. patrimon.
g in l. obſeruare, §. quædam. ff. de off. proconſ.
h Dion. lib 57.
i l. cũ appellatio. C. de appellatio.
k l. 1. C. de aduoca. diuerſ. iudic.
l l. 6. §. 1. ff. de cuſtod. reor.

# NOTITIA.

# PROCONSVL ASIAE,

## Cum Inſignibus.



*ASIA INSVLAE HELIOSPONTVS.*



## NOTITIA.

**Sub diſpoſitione viri Spectabilis Procon ſulis Aſiæ Prouinciæ infraſcriptæ.**

ASIA.
INSVLAE.
HELLESPONTVS.
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de eodem officio.*
*Cornicularium.*
*Adiutorem.*
*Commentarienſem.*
*Ab actis.*
*Numerarios.*
*Scriniarios.*
*A libellis.*
*Exceptores, & cæteros Officiales.*

COM-



## COMMENTARIVM.

PROCONSVLIS inſignia erant ſex faſces, [a] totidem ſecures, & toga purpurea: præferebat & vultus Principũ quemadmodum Præfectus Prætorio, & alij maiores magiſtratus, & abacum alba mappa inſtratum, librũ mandatorum ſuſtinentem, is in meo codice rubro corio tegitur, in manuſcriptis argenteo, quorum capita, & medium faſcia aurea cõplectitur, qualem tam in Oriente quam in Occidente Proconſulum, Præfectorum, & Magiſtrorum fuiſſe cernimus. Tapetum in Vrſini codice eſt cęruleũ & uirgis in cancellos diſpoſitis munitum, in quarũ medio bullæ item cęruleæ apparent. Mandatorum proconſulis, aut conſularium præſidum codex, quid contineret, non exprimitur, exceptis his, quæ à Iuſtiniano renouata, aliquot capitibus explicantur. [b] Ne quid tamen deſideretur, aliquot eorum capita in diuerſis pandectarum locis diſpoſita colligam, quæ omnia fere circa iudicantis integritatem, expurgandà crimina, & exigenda vectigalia verſabantur. In primis, ait Vlpianus, [c] Mandatis continetur, ne domum uel munus ipſe proconſul, uel qui in alio officio erit, accipiat, ematuè quid, niſi victus cottidiani cauſa. Item [d] magiſtratus ſolos, & præſides prouinciarum poſſe multam dicere, mandatis permiſſum eſt. Sed & caput mandatorum extat, inquit Marcianus, [e] ut irenarchæ, cum apprehenderint latrones, interrogent eos de ſocijs & receptatoribus, & interrogationes litteris incluſas, atque obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittant. Præterea in mandatis principum eſt, ait Paulus, [f] ut curet is, qui prouinciæ præeſt, malis hominibus prouinciam purgare. Et, [g] nequis perpetuis vinculis damnetur. Idem [h] de decurionibus & principalibus ciuitatum qui capitale admiſerunt, mandatis cauetur, ut ſiquis it admiſiſſe videatur, propter quod relegãdus extra prouinciam in inſulam ſit, Imperatori ſcribatur, adiecta ſententia à Præſide. & paulò infra, [i] alio quoq; capite mandatorum in hæc uerba cauetur. ſi qui ex principalibus ciuitatis latrocinium fecerint, aliudue quod facinus, ut capitalem pęnam meruiſſe uideantur, commiſſerint, uinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes, & adijcies quid quiſque commiſerit. Mandatis etiam cauetur. [k] intra annum requirendorum bona obſignari, ut ſi redierint, & ſe purgauerint, integram rem ſuam habeant. Si neque reſponderint, neque qui ſe defendant, habuerint, tunc poſt annum bona in fiſcum cogantur. Aliam mandatorum particulam Vlpianus lib. VIII. de officio proconſulis his uerbis recitat. [l] Mandatis denique ita cauetur. debetis cuſtodire, ne dardanarij ullius mercis ſint, ne aut ab his, qui coeptas merces ſupprimunt, aut à locupletioribus, qui fructus ſuos æquis precijs uendere nolunt, dum minus vberes prouentus expectant, annona oneretur. Mandatis quoque Imperatorum continetur, [m] vt in prouincijs Præſides de querelis patronorum ius dicentes ſecũdum delictum admiſſum libertis poenas irrogent. Item [n] ut Præſides attendant, ne patroni in cauſa, cui patrocinium præſtiterunt, teſtimonium dicant, & non patiantur eſſe collegia ſodalicia. [o] Plinius ad Traianum, ſecundum mandata tua, inquit, ἑταιρίας eſſe uetueram. Mandatis & illud adijcitur, [p] ne præſides prouinciarũ in ulteriorem familiaritatem prouinciales admittant nam ex conuerſatione æquali contemptio dignitatis naſcitur. Et [q] ne prius deponat imperium deceſſor, quam ſucceſſor in metropolim uenerit, licet prouinciam attigerit. Item [r] qui ob collatam in opus publicum pecuniam, nomen ſuum inſcribit, quantitatem pecuniæ exprimat. Alia huiuſmodi mandata Principum ex iuribus colligi poſſunt, quę non ſolum proconſulibus, ſed omnibus prouinciarum magiſtratibus promiſcuè dabantur. Poſtremò totum volumẽ mandatorum, quæ dari conſueuerant, Iuſtinianus XVII. capitibus explicat. [s]

a ut l. proconſules ff. de offi. procon. & lega.
b in l. ult. C. de mandat. princip. & auth. eo.
c in l. ſolẽt in fi. ff. de offi. procõſ.
d in l. aliud fraus in fin. ff. de ver. ſign.
e in l. 6. ff. de cuſto. reor.
f in l. 3. ff. de off. præſid.
g Caliſtratus in l. 35. ff. de pęn.
h in l. Diui §. 1. ff. eod.
i d. l. diui. §. ult.
k in l. fin. ff. de requiren. reis.
l in l. 4. de extra ord. crim. in princip.
m l. Diuus Veſpaſianus. §. 1. ff. de iure patron.
n in l. fina. ff. de teſtib.
o le. 1. ff. de colleg. & corpor.
p l. obſeruandũ, ff. de off. præſi.
q l. 1. ff. de offic. præfect. Aug.
r l. ul. ff. de oper. publ.

Sed, ut ad alia inſignia reuertamur: infra librum mandatorim habet hic proconſul, imagines trium mulierum, quæ prouincias ipſi commiſſas referunt, ſcilicet Aſiam, Inſulas, & Helleſpontum, ut nomina ipſis inſcripta indicant. Hæ inſigne quoddam regiũ in capite, & uaſa aureis plena manibus gerunt, quæ exactionem tributornm ex tribus illis regionibus faciendam, ad proconſulem pertinere ſignificabant. Longis aureiſque tunicis indutę ſunt, in manuſcriptis, albas aut cęruleas habent. Aſia calceis, coeruleoque pallio utitur: Aliæ calceis carent. Quæ inſulas refert purpureum pallium; quæ Helleſpontum, viride geſtat. Sed in codice Vrſini omnes rubris cothurnis altè calciatę habitu non differunt. In Madruciano longis ueſtibus demiſſis uix pedes oſtendunt. præter hæc ceterorum quoque magiſtratuum inſignia Aſiæ proconſul habebat.

Officium Proconſulis Aſiæ conſtat ex 400. apparitoribus, ut aliorum Proconſulum, [t] quod probabatur codicillis a ſcriniarijs ſacrarum epiſtolarum ſcriptis, & primum à Principe, mox ab ipſo proconſule ſubſcriptis. [u] Officiales fermè habebat, quemadmodum Vicarij. Principem de eodemmet officio, & ceteros, quos alij magiſtratus: inter eos Notitia ſcriniarios recenſet, quos ego interpretor ſubadiuuas, ut in officio comitis Orientis, & proconſulis Aphricæ, ac Vicariorum Occidentis nominantur, & Iuſtinianus primiſcrinij ſubadiuuas interpretatur. [x] Hi rationes numerariorum ſcribebant, & in ſcrinijs conſeruabant. [y] Primiſcrinius autem Numerarius uocatur, quia tenet præcipuum ſcrinium, in quo ſũt rationes uectigalium & tributorum, ut exponit Notitia in officio P.V. Romæ, [z] ubi qui numerarij ſub adiuuæ dicuntur hic ſcriniarij appellantur. [a] Alij quoque officiales omnes ſcrinia habebãt, & ſcriniarij uocabantur: [b] ſed hoc in loco ab illis ſeparantur. Proconſul Aſiæ pro codicillis proconſulatus ſoluit ſacro cubiculo ſolidos 13. Primicerio Tribunorum notariorum, & quatuor ſcrinarijs laterculi ſolidos. 40. eius adiutori tres, officio Præfectorum quibus ſuberat, 80. [c]

ſ in Authen. de manda. Principũ ſeu Nouella. 17. quæ eſt l. ult. C. eod. ti. ſed malè, cum ipſa Nouel. ſit poſt. editionẽ Cod. emiſſ., Beliſario conſule.
C. de apparitoribus proconſul. & legati.
t l 2. C. de apparito ib. proconſ. & leg.
u l. ulr. C. de diuerſ. offic.
x in l. 1. 6. in ſcrinio primiſcrinij C. de offic. præſ. præt. Aphricæ.
y d. §. in ſcrinio.
z & in l. 3. C. de apparitorib. P. P.
a l. ſcriniarios. c. de teſtam. milit.
b d. l. ſcriniarios.
c Nouell. 8.

## *DE CONSVLARI HELLESPONTI, & præſide inſularum. Cap. CII.*

ANGVSTVM Fretum citra Propontidem Helleſpontus vocatur vulgo arctum Gallipolis nuncupant: ſed hoc in loco regio Aſiæ ad Helleſponti oram ſita ſignificatur: Ab Oriente Pontum & Bithyniam, à Meridie Lydiã habet, à Septentrione Propontidem, ab Occaſu Helleſpontum fretum: Phrygia minor ſeu Helleſpontia & Troas, à Ptolomęo nuncupatur, ubi metalla in primis fodiebantur; quandoque Troadenſia, & Docimana, à Docima oppido dicta, & Proconneſia à Proconneſo Propontidis inſula. [d] Huic prouinciæ præerat conſularis, olim Vicario Aſianæ ſubditus, cuius officium cum ab apparitoribus Vicarij Aſianæ uexaretur, Theodoſius Magnus Aſiæ proconſuli Helleſpontum adiecit; quo defuncto, cum rurſus ab eodem Vicario repeteretur, Honorius, & Theodoſius Minor, Simplicio Aſiæ Proconſuli, illam prouinciam confirmarunt: [e] officiũ inquiunt, Helleſponti conſularis æternæ recordationis, patrem ſerenitatis noſtræ adijt, & expoſitis ſuis incommodis, quibus à Vicarianis apparitoribus urgebatur, orauit ſub tuæ ſublimitatis agere poteſtate, cuius allegationes humanæ procliuius pium Principem commouerunt: quod & nos obtinere cenſemus Is eſt Simplicius, qui antea Tripolis Præſes fuerat. [f] Illud uero reſcriptum, expuncta. Comitis

d leg. 9. & 11. C. Theo. de indulg. debitor.
e l. 1. C. de offic. com. ſacr. patri.
f l. 59. C. Theo. de appellat.

patrimonij

patrimonij rubrica, ſub titulo, de officio proconſulis & legati, proxime præcedenti, ad quem pertinet, locandum puto. Itaque Notitiæ tempore hic conſularis Aſiæ proconſuli paruit. Is pro magiſtratus codicillis ſoluit, quantum alij conſulares. Abydũ eius metropolim fuiſſe arbitror, uulgò Amò dictam. Ab hoc conſulari, non ad Proconſulem, aut Præfectum prætorio, ſed ad urbis Conſtantinopolitanæ Præfectum appellari Conſtantinus iuſsit, [a] quod locum habebat ubi cauſæ decem libras auri excedebant, alias ad Proconſulem prouocabatur. [b] Hæc Notitiæ tempore obtinebant. Iuſtinianus uero Helleſpõtum Ponto Polemoniaco coniunxit, eique moderatorem dedit ſpectabilem creatum, unde ſub eo, proconſul iterum hanc prouinciam amiſit. [c]

Præſidi uerò inſularum Aſiæ adiacentium ſemper imperauit. Nam & ſi Præſides proximis ſuæ prouinciæ inſulis ius dicunt, [d] ubi ultra centum miliaria non diſtant, ut Iurium cenſent interpretes, [e] Inſulis tamen Aſiam circumiacẽtibus, proprius datus eſt Præſes, inſularum appellatus. Has Ptolomeus fermè numero. XVII. recenſet, inſulæ, inquit, adiacent Aſiæ apud Helleſpontum. Tenedos: in Aegeo autem pelago Lesbos, ſeu Mytilene, in Icario, Icaria, Poſidium, Samus, in Myrtoo Arceſine, Begialis, Minya, Aſtipalea una ex Cycladibus inſulis: in Rhodiaco & Capathio, Syme, Ceſi, Coos, Coij, inquit Strabo ſoluebant quotannis pro annuo tributo Romanis C. talenta, quæ Auguſtus remiſit pro Veneris ſtatua, quã illis abſtulit, & Romę C. Iulio Cęſari dedicauit: Rhodus, etiam paucæque aliæ Inſulæ huic Præſidi paruerunt. Rhodus, & inſulæ, inquit ſext. Rufus, primum Romanis infeſtiſsimæ. poſteà fideliſsimæ liberæ ſunt relictæ, ſed Veſpaſianus eas dato præſide prouincias fecit, quod & Tranquillus refert. Tenedos ſtatione Græcorum nobilis à Virgilio celebratur, LXXX. ambit ſtadia. Lesbos Troadis, & Aeolicarum urbium altera metropolis, circuitus eſt ſtadiorum mille centum. Vrbes in ea celebres fuere, Mytilene, quæ adhuc extat, & ab ea, inſula nunc Midalina uocatur, & pyrrha. Hęc quoque à uinorum generoſitate à poeta laudatur. [f] Samum, ubi natus eſt Pythagoras, 600. ſtadia, Icariam 300. circumire ferunt. Diocletianus ad Diogenem Præſidem inſularum ſcribit, [g] quem ſub imperio P.P. Orientis fuiſſe, aliquot iura ſignificant. [h] Cum plurimum uero inſularum præſes Rhodi moraretur, eius ciues apud Valẽtinianum, & Gratianum Principes conqueſti, obtinuerunt, ut per hyemem, quo tempore difficilis & periculoſa eſt nauigatio, in una ex quinq; illius inſulæ urbibus degeret, poſtea ad alias tranſiret. [i] Erat autem Rhodus omnium totius Aſiæ inſularum metropolis opulentiſsima, inquit Iornandes, ubi plurimum Præſes morabatur; à roſarum copia eſt denominata, quas ſuis nummis imprimebant, cum inſcriptione ΡΟΔΙΩΝ. infra legitur, ΑΡΙΣΤΟΚΡΙΤΟC, qui fuit primus eorum magiſtratus: litteræ Δ. ſpeciem præ ſe fert, ait Conſtantinus Porphyrogenneta, triangulari uidelicet figura. Dorienſiũ colonia eſt, qui ex Peloponneſſo Argiuis & Lacedemonijs ab Hercule gen⁹ ducũt: quemadmodum in catalogo nauium Homerus ſcribit. eã triquetro ordine à Lindo Ialyſſo, & caniro inſulis cingi dicit. Pro codicillis adminiſtrationis quã tum alij Præſides hic ſoluebat. [k] Ab eo quemadmodum & à Præſide Helleſponti ad Præfectum urbi Conſtantinopolitanæ appellabatur. [l]

a l. cum appellatio. C. de appellationib.
b §. illud. in Authẽt. de appellat. & intr. quæ tẽp. ſeu Nouell. 23.
c Nouell. 20. ſeu Authent. de adminiſt. offic. in ſacr. appellat.
d l. inſulæ. ff. de iudic.
e Paul. Caſtr. in d. l. inſulæ. & Barthol. in tractatu de inſula.
f in 3. Georgicorum.
g in l. pen. C. ubi cauſ. ſtatus.
h ut l. 4. C. de nauicul. ſeu naucle. & Nouell. 8.
i l. 6. C. de off. rector. prouinc.
k ex forma Notitiæ Nou. 8.
l d. l. cum appell. C. de appellatio.

## *DE PROCONSVLE ACHAIAE & eius inſignibus. Cap. CIII.*

NOTITIA impreſſa in indice Achaiam tãquam partem Macedoniæ ſub Præfecto Illyrici ſtatuit: Cum uero eius Proconſulis inſignia, & officium repræſentat, ſpectabilium ſeriem ſecuta. Aſiæ proconſuli ſubnectit, & à ſuo Pręfecto longe ſeparat. Ego quoque eius ueſtigijs inhærens, eundem ordinem ſeruabo. Manuſcriptus Vrſini codex indicis parte, quæ P.P. Illyrici reſpicit, prætermiſſa, eius tantum inſignia, cum Macedoniæ, & Dacię imaginibus depingit, cetera omittit: quod argumentum eſt eã regionem tum à Barbaris occupatam, non totam Imperio Romano paruiſſe. auctor. n. eſt Paulus Diaconus, Attilam Hunnorum Regem, Martiano, & Valentiniano III. imperantibus, cũ Pannonias, Daciãq; teneret, Macedoniam, Myſiam, & Achaiam cum utriſq; Thracijs deuaſtaſſe. Achaia uocatur Græcia, ab Achæis, quia quo tempore à Mummio ſubacta eſt, in ea Principatũ Achæi tenebant. [m] & ideo Achaia Græcia eſt uocata. In ea eſt Athenarũ ciuitas cuius Pyræus portus, inquit. D. Hieronymus, [n] ſeptemplici muro erat communitus. Achaia Gręcię nobilis regio, ac pene inſula Aegeo, & Ionio mari cincta, ab Occidẽte Macedonia, & parte Aegei pelagi circundatur, contingitq; Iſthmum corinthiacum, olim XII. vrbibus clara, [o] A Nerone immunis facta, poſtea à Veſpaſiano rurſus tributis fuit ſubiecta. [p] Huius metropolis erat Corinthus in Iſthmo, ubi Proconſul degebat, & eo ad L. Iuniũ Gallionem Achaiæ proconſulem D. Paulum adductũ fuiſſe D. Lucas ſcribit. [q] Hic proconſul etiam Pelopõneſum nunc Moream uocatum rexit, quam Achaiæ partẽ Ptolomęus eſſe uoluit, [r] eius Præſidis à Notitia nulla mentio fit, & Plinius [s] ad Maximum Achaię Proconſulem ſcribens auctor eſt Athenas, & Lacedæmonem Pelopõneſi metropolim ſub Achaiæ proconſulatu contineri: ita. n. ſcribit, cogita te miſſum in prouinciam Achaiam illam ueram & ueram Græciã in qua primum humanitatis litteræ & fruges inuentæ eſſe creduntur. Deinde Hanc eſſe terram, quæ nobis miſerit iura, quę leges non inuitis, ſed petentibus dederit. Athenas eſſe, quas adeas, lacædemonem eſſe quam regas. Hæc ille. qui literas primum ibi inuentas, & frumenti ſemina à Cerere Triptolemo in Attica tradita ſignificat, quod & Pauſanias, Diodorus, Iuſtinus, Ouidius, & alij prodiderunt. Achaia cum eſſet prætoria, lege clodia proconſularis eſt facta, [t] & ſub Romanis Principibus poſtea Proconſulem ſemper habuit, ut ſub Traiano Maximũ. [u] Apud Vlpianũ quoq; [x] Hadrianus Calphurnium Rufum Proconſulem Achaiæ monet, nè legatum ante ſe è prouincia dimittat. & Paulus Iureconſultus Valerij Proculi Achaiæ Proconſulis meminit, [y] eandem ſub Gallienis à Valente proconſulari imperio gubernatam fuiſſe Capitolinus, & Spartianus [z] ſcribunt: Sed & Conſtãtino Seueriano eiuſdem procõſuli ſcribit. [a] Raphael quoq; volaterranus [b] recitat inſcriptione, quæ uidebatur in columna in arce Athenarum Græce ſcripta, & latina eſt huiuſmodi. Clariſsimo Proconſuli Græciæ Rufo Feſto, & Areopagitæ Areopagi ſenatus trecentorum, & populus Athenienſis beneuolentiæ, & beneficentiæ gratia. Is forte eſt Feſtus. qui ſub Valentiniano, conſularis Syriam, & proconſul Africam rexit. [c] De nique Iulianus Apoſtata Vectium prætextatum Achaiæ proconſulem fecit, ut auctor eſt Marcellinus. [d] Decius tamen apud Trebellium Pollionem, [e] Meſſalam Achaiæ præſidem appellat. Imperante uero Iuſtiniano, deſijſſe in Græciam Proconſules mitti ſuſpicor, quia in Notitia octauæ Nouellę, in qua omnes prouinciarum Oriẽtis magiſtratus recenſentur nullus nominatur Achaiæ, aut Græciæ Præſes, quæ fortè tum à Barbaris tenebatur.

m Pauſan. lib. 7.
n in actib. apoſtolor.
o ut ſcribit Polybius.
p auctore Pauſania.
q actu apoſt. 18.
r Aeneas Sylui. in Europa. ca. 12.
ſ epiſtol. ul. li. 9.
t Cicero in Piſõ.
u Plinius d. epiſtol. ult.
x in l. meminiſſe. ff. de offic. pro conſ. & lega.
y in l. ult. ff. ad trebell.
z in Valente.
a in l. 9. C. Theo. de epiſco. & cleric.
b in fin. 8. libri Geographiæ.
c l. 1. C. ubi de poſſagi. eport. l. 3. C. de cohorta.
d lib. 21.
e in claudio.

NOTITIA



# NOTITIA PROCONSVL ACHAIAE CVM INSIGNIBVS.




GRANADA

NOTITIA.

Sub Diſpoſitione uiri ſpectabilis PROCONSVLIS ACHAIAE, PROVINCIA INFRASCRIPTA.

ACHAIA.

*OFFICIVM autem habet ita.*

*PRINCIPEM de ſchola Agentium in rebus ducenariorum, qui adorata clementia principali cum inſignibus exit tranſacto biennio.*

*Cornicularium.*

*Commentarienſem.*

*Quæſtorem.*

*Adiutorem.*

*Ab actis.*

*Numerarios.*

*A libellis.*

*Exceptores, & ceteros apparitores.*

COMMENTARIVM.

INSIGNIA proconſulis Achaiæ ſunt, liber rubro corio tectus, aureiſque faſcijs in ſummo, & medio cinctus, is ſupra abacum albo tapeto, quem aureus limbus ornat, eminet, quemadmodum in proconſule Aſiæ viſitur. Manuſcripti argento opertum, & aureis faſcijs cinctum oſtendunt, ut in aliis Proconſulibus. Duo quoque

Principes

Principes in aurata columna alte ſpectantur, & ipſius Achaię imago uas aureis plenum dextra tenens, quod ſiniſtra aperire uidetur Tutulum ſeu petaſum in capite geſtat, purpuream togam humero dextro connexam ſuper auream talaremque tunicam induta, nudis pedibus incedit. In manuſcriptis tunica purpurea auroque & albo diſtincta, ſub uiridi pallio, & aureis cothurnis induta ſpectatur, reliqua ſunt ſicut in Proconſule Aſiæ cuius omnia habet inſignia.

In officio etiam exemplo aliorum Proconſulum, hunc CCCC. apparitores habuiſſe ueriſimile eſt, [a] quorum primus erat Princeps, ex Ducenarijs ſcholę agentium in rebus, qui clariſsimus uocabatur, [b] & adorata clementia principali, cum inſignibus tranſactio biennio exibat, id eſt eo munere liberatus ad adorandum, ſeu exoſculandum reuerenter purpuram Principis admittebatur, [c] ita enim ſalutabatur. Notum eſt autem ex D. Hieronymo & alijs deoſculationem pro adoratione accipi, is enim [d] ſcribit ſe in ſecundo pſalmo, καταφιλήσατε, ideſt deoſculamini uertiſſe, adorate: quia, inquit, qui adorant, ſolent deoſculari manum & capita ſubmittere, quod beatus Iob ſe elementis feciſſe negabat, dicens, ſi uidi Solē, cum fulgeret, & oſculatus ſum manum meam ore meo: Et Hebræi iuxta linguæ ſuæ proprietatem de oſculationem pro ueneratione ponunt: Hæc D. Hieronymus, Plinius; [e] in adorando, inquit, dextram ad oſculum referimus. de quo plura Coelius Rhodiginus. [f] Princeps ergo huius officij, oſculando Principis purpuram eam adorare dicebatur. Hic aūt ritus in adorando Principe ita obſeruabatur, duo ueſtem eius purpuream extollebant, quam adorans oſculabatur Procopius, Gilimer inquit, [g] & Belliſarius iuſsi ab his, qui Imperatoriam purpuram ſuſtinebant: Iuſtinianum ſupplices adorauerunt. Hæc ille. Id ergo huius Principi officij indulgebatur, quod alijs Præſidum officialibus nō licebat, ut Principem ſcilicet officio liberatus, adoraret. [h] Tumque Vicarij dignitatem conſecutus, Comes primi ordinis fiebat. [i] Hic primus proconſulem ſalutabat, & apud eum ſedebat, [k] ſi cohortalis fuiſſet ab eo onere, princeps officij factus, liberabatur: & qui poſt ei principatum nati erant ex illo liberi, [l] minores etiam ſportulas ipſe, uxores, liberi, & coloni, cum litigabant executoribus ſoluebant. [m]

a l. 2. C. de apparitorib. proconſ. C. de principibus agentiū in rebus.
b ut in l. fin. C. de princip. ag. ī reb.
c l. 2. C. de priuileg. ſcholar.
d ad Pāmachium in Apologia aduerſus Rufinum.
e li. 28. ca. 2.
f li. 20. cap. 8. in fin.
g lib. 2. de bello Vandalico.
h l. 1. C. de apparitorib. Præfect. urb.
i l. eos. & l. ſeq. C. de princip. ag. in reb.
k l. 4. C. eod. tit.
l l. pen. C. d. t.
m l. fi. C. eo.

Inſigne autem cum quo hic Princeps exibat, erat cingulum, quo ipſe & pauci alij apparitores utebantur, [n] functique officio illud deponebant, niſi maiorem dignitatem eſſent aſſecuti, ut iſte, qui comes primi ordinis creabatur.

n l. 3. C. de numerar. l. prīcipes C. de princip. ag. in reb. l. ul. C. de apparitorib. magiſt. milit.

Non omnes uerò agentes in rebus ad Principis gradum promouebantur, ſed illi tantum, qui ducenarij dignitatem attigiſſent, & hoc ſenſit Conſtantinus ad agentes in rebus ſcribens: [o] ad ducenariū, inquit, centenariam, & biarchiam, nemo ſuffragio ſed labore unuſquiſque perueniat: principatum uero adipiſcatur matricula decurrente: ita ut ad curas agendas & curſum illi exeant, quos ordo militiæ uocat, & eius laborum adiutor: Hæc ille.

o in l. 1. C. de offic. mag. offic.

Habebat Proconſul Achaiæ in officio, & Cornicularium, Commentarienſem, Quæſtorem, adiutorē, ab actis, Numerarios a libellis, Exceptores, & ceteros apparitores. In huius officio, & aliorum Proconſulum, omittitur, cura epiſtolarum, quam alij magiſtratus habebāt, & pro ea ſubſtituitur Quæſtor qui in aliorum officijs non nominatur: Is erat, quem vulgo cancellarium uocant, uel à ſecretis. Niceta [p] ait, Domeſticum à Latinis ſeu cancellarium, à Græcis Logothetam uocari. Id etiam ſignificat Caſsiodorus, [q] & ſi loquitur de Quæſtore Principis. Aſiæ proconſul habebat Scriniarios qui hic omittuntur. Proconſul Africæ in Occidente Primiſcrinium. Hi omnes probabantur à Principe, codicillis ſcriptis à ſcriniarijs ſacrarum epiſtolarum, & ab ipſo Principe, ac demum Vicario ſubſcriptis. [r]

p lib. 7.
q in 6. in formula Quæſturæ.
r l. ult. C. de diuerſ. offic.

*DE COMITE ORIENTIS, EIVSque inſignibus, & officio.*
*Cap. CIIII.*

SEPTEM totius imperij Orientalis erāt diœceſes, ideſt plurium ſimul prouinciarum adminiſtrationes, quarum quinque Præfecto Prætorio Orientali parebant, ſcilicet Orientis, Aegypti, Aſianæ, Pōticæ, & Thraciarum. Aliæ duæ, Macedoniæ & Dacię Præfecto Illyrici ſuberant, prout iura, [s] & Notitia in indice diſtinguunt, ſingulæque ſuos prouinciarū Rectores habebant. Prima ergo ſub memorato Præfecto Prætorio erat Orientis diœceſis comiti commiſſa.

Cod. de offic. comitis Orientis.
s l e. nulli. C. de numerar. l. unic. C. ut nemo ad ſuum patroc.

Orientem ueteres plagam uocabant, ubi ſol oritur, à Tigri flumio uſque ad Cyprum, & Thracias uerſus Occidentem, & à Ponto Septentrionali uſq; ad Arabiam uerſus Meridiem, totamque eam regionem olim Syriam dictam, auctor eſt Plinius, [t] quā terrarum maximam appellat. Vniuerſæque huic regioni Præfectus Prætorio Orientis imperabat. Ammianus uero, [u] ita de Oriente ſcribit. Orientis limes in longum porrectus, & rectum ab Euphratis fluminis ripis ad uſque ſupercilia porrigitur Nili, Læua Saracenis conterminatus gentibus, dextra pelagi fragoribus patens, quam plagam Nicanor Seleucus occupatam auxit mirum in modum; cum poſt Alexandri Macedonis obitum ſucceſſorio iure teneret regna Perſidis: Hæc ille. Guilielmus Tiri Epiſcopus, [x] totam Syriam Orientem fuiſſe ſcribit: Syria, inquit, aliquando largius accipitur, ut ſit nomen totius Orientis: Aliquando ſtrictius, ut parti tantum conueniat: Syria maior, multas prouincias intra ſuum continet ambitum; à Tygridi enim habens initium, uſque in Aegyptum protenditur, & à Cilicia uſque in mare Rubrum, cuius ab inferiore parte, quæ eſt inter Tygridem, & Euphratem, prima eius partium Meſopotamia eſt; poſt hanc uero eiuſdem Syriæ Coeleſyria maxima portio eſt, in qua Antiochia ciuitas illa nobilis cum ſuis ſuffraganeis urbibus ſita eſt, cui quaſi à Septentrione utraque Cilicia contermina eſt, quæ eiuſdem Syriæ ſunt partes. Ab Auſtro uero Phœniciæ ſtatim coniungitur. Inter partes eius præcipuas ſunt etiam Syriæ partes, utraque Arabia, prima cuius metropolis eſt Boſtrū: Secunda metropolis eſt Petra deſerti; ſed & Syria Sobali eius Syriæ maioris pars eſt nouiſsima ad Aegyptum reſpiciens: Hæc ille. Nos quoque Orientem hic intelligimus totam eam regionem; quæ à Cilicia, Cypro, & Arabia, uſque ad Tigrim extenditur: Ea eſt tota plaga Orientalis, excepta Aſia minore. Cum igitur Perſę Armeniam, & Meſopotamia, aliaſque uicinas regiones deuāſtarent, opus erat maiore magiſtratu, qui eorum conatus frangeret. Itaque inuentus eſt Comes uir ſpectabilis, qui Orienti cum militum robore præeſſet; ſed eum Præfecti Prætorio Orientis Vicarium fuiſſe puto, qui Comitis titulo eſt inſignitus, uarijſque nominibus appellatus. ſub Decio enim & Fl. Claudio Metaphraſtes Eumolpium Comitem Orientis nominat: ſub Diocletiano Bibianum Prefectum Orientis, & Domitianum Licaoniæ Comitem. Alij Præſidem, ut Vopiſcus, [y] cum, inquit, conſediſſet Valerianus Auguſtus in Thermis apud Byzantium præſente exercitu, aſsidentibus Bebio Marco P. P. Q. Vicario, Præſide Orientis: Hæc ille: Is eſt Vicarius proprio nomine ita appellatus, ad quem Diocletianus, & Maximianus ſcribunt. [z] Conſtantinus & ipſe quandoque Vicarium Orientis nominat, [a] quandoque Comitem, ſicut & Conſtantius, Gratianus, & alij. [b] Auctor eſt Marcellinus libr. quarto. imperante Conſtantio poſt Marcellinum, [c] Honoratum

t li. 5. ca. 12.
u lib. 14.
x lib. 4. de bello ſacr. cap. 9. & li. 13. cap. 2.
y in Aureliano.
z l. 14. C. de pœnis.
a in d. l. 1. C. in qb. cauſ. coloni. l. 12. C. Theo. de Decurion.
b l. 2. C. de op. pub. l. 4. C. de aquædu. l. 1. C. de præb. ſalario. quā quam alij. C. pro comit: correctorem nominent l. 6. C. Th. de oper. pub. l. 33. & 90. C. Theo. de decurio. l. 2. C. Th. de ſil. deb. l. ulti. in text. C. de his, q per inet. iud. non appell. l. 1. C. de cōmer. & merca. l. 36. C. T. de operi. Publ. l. 26. C. The. de epiſc. & cler. l. 8. C. Theo. de hæret.
c l. 4. C. de oper. publ.



noratum poſtea Nebridium Comites Oriētis fuiſſe, quibus Modeſtus, [a] mox Philagrius ſucceſsit, Huic Iulianus Apoſtatæ auunculus, deinde Rufinus Arabianus. [b] Quis uero hunc magiſtratum inuenerit, non conſtat, certe uniuerſo imperabat Orienti, Zoſimus. [c] Comitis inquit, Orientis magiſtratus ea poteſtas eſt, ut qui eum gerit, omnibus prouincias Orientis adminiſtrantibus præſit, & quæcunque non aguntur, ut par eſt, corrigat. XV. enim prouincijs imperabat, quinque conſularibus, & octo præſidialibus, duabuſque perfectiſsimorum. Quinque conſulares ſunt Paleſtina, Phœnicia, Syria, Cilicia, & Cyprus. Initio hæ proprætoriæ fuerunt, poſtea factæ conſulares: Aliæ octo præſidum manſerunt, nempe, Paleſtina ſalutaris, Paleſtina ſecunda, Phœnicia libani, Euphratenſis, Syria ſalutaris, Oſrhoena, Meſopotamia, & Cilicia ſecunda. Iis additæ ſunt Arabia, & Iſauria, quæ perfectiſsimos iudices habuerunt. Itaque. XV. prouinciæ Comiti Orientis paruerunt, quarum appellationes ipſe cognoſcebat, [d] & Rectores corrigebat. [e] Claſsi quoque Seleuciæ dictæ imperabat, quæ ad purgandum latronibus Orientem, aliaſque neceſsitates obeundas, per Oruntem flumen nauigabat, [f] Antiochiæ, quæ Syriæ eſt metropolis, reſidebat. Vbi Strabo, [g] Orientis Præfectos prætorium habuiſſe ſcribit, eamque eſſe tetrapolim: ex quatuor enim contiguis urbibus conſtabat, quarum quælibet proprio muro cingebatur, ſed omnes ſimul communibus moenibus claudebantur: Daphnes lucus omnium amœniſsimus, in eius erat ſuburbio, cuius nullam arborem excindere, uel diſtrahere licebat. [h] D. Hieronymus, [i] hanc urbem, totius Orientis metropolim appellat, ubi primum Chriſtianorum nomen eſt inuentum, qui prius homines uiæ uocabantur, [k] ibi & D. Petrus primo ſedit: Conſtantinopolitana ſynodus, [l] Orientis, inquit, epiſcopi, ſolum Orientem adminiſtrent, ſeruato honore primatus Eccleſiæ Antiochenæ. Eam incendio hoſtili exuſtam Iuſtinianus reſtituit, ac mirifice ædificijs exornatam, Theopolim uocauit, [m] & ita eam Procopius appellat. [n]

a Marcellin. lib. 19.
b Marcellin. lib. 21.
c in 5. poſt princip.
d l. nemo. C. de iuriſdic. omni. iudic.
e l. 51. C. The. de offic. rector. prouinc.
f li. 1. C. de claſſi.
g lib. 16.
h l. 1. & 2. C. de cupreſſ. ex luco Daphnenſ. nō excidend.
i epiſtol. 61. ad Pammachium.
k §. actuum apoſto. ubi oecumenius.
l canone 2.
m l. 6. in fin. C. de ſumma trinit. Nouell. 7. capi. 8. Nouell. 123. §. 3. Nouella. 42. §. 1. Nou. 109. in principijs.
n lib. 2. de ædificijs Iuſtinian. & Cedren. 2. anno Imperij Iuſtiniani.

Verum amplam huius Comitis poteſtatem Iuſtinianus ualde coarctauit, [o] cui ſolam Syriam primam, & illi contiguuam Cyrrheſticam reliquit.

o Noue. 8. §. hoc aūt ipſū dicimus

Appellabatur à Comite Orientis ad P P. qui erat in comitatu, & Quæſtorem palatij: cauſis inſeruiebant, officium Præfecti, & ſcrinium epiſtolarum: Hoc enim erat generaliter ſtatutum, ubicunque à ſpectabili appellabatur. [p] Multat Comes Orientis tantum in V. I. auri vncijs, [q] quæ eſt fere ſumma 55. noſtrorum aureorum: alij ſpectabiles in tribus tantum uncijs.

p §. qa uero duę in Authen. de adminiſt. off. ī ſacr. appell. ſeu Nou. 20. l. præcipimus §. 1. C. de appellationib.
q l. fin. §. 1. C. de mod. multar.

Soluit Comes Orientis pro codicillis ſuæ adminiſtrationis ſacro cubiculo ſolidos. 63. Primicerio Tribunorum notariorum, cum quatuor ſcriniarijs ſacri laterculi ſolidos 50. eius adiutori, tres, officio Prefectorum prætorio. 80. tota hæc ſumma eſt ſolidorum 196. [r] In foro comitis Orientis. 40. tantum aduocati orabant, qui non minus quinquennio iuri operam dediſſent: Horum primus per biennium fiſci patronus creatus, [s] ex publico ſalarium fermè aureorum. 600. percipiebat, quod Cal. Octob. ſoluebatur, quemadmodū & aduocatis P P. [t] Incipiebat fiſco Calend. Aprilis patrocinari, [u] & finito biennio, nullius, niſi propinquorū cauſas tuebatur. Priuilegium habebat, ne milites, aut alios hoſpitari teneretur. [x]

r in §. quantam. Nouell. 8.
ſ l. iubemus. C. de aduoca. diuer. iudic.
t l. per han. C. d. tit.
u d. l. per hāc. ti.
x d. l. iubemus.

NOTITIA

# NOTITIA
# COMES ORIENTIS
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

Sub Diſpoſitione uiri ſpectabilis COMITIS ORIENTIS, PROVINCIAE INFRASCRIPTAE.

PALESTINA.
PHOENICE.
SYRIA.
CYPRVS.
CILICIA.
PALESTINA *ſecunda.*
PALESTINA *ſalutaris.*
PHOENICE *Libani.*
EVFRATENSIS.
SYRIA *ſalutaris.*
OSRHOENA.
MESOPOTAMIA.
CILICIA *ſecunda.*
ISAVRIA.
ARABIA.

OFFICIVM *autem uiri ſpectabilis, Comitis Orientis habet ita.*

PRINCIPEM *de ſchola Agentium in rebus ducenariorum, qui adorata clementia principali, cum inſignibus exit.*
*Cornicularium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Ab actis.*
*Numerarios.*
*A libellis.*
*Subadiuuas.*
*Exceptores, & ceteros officiales.*

COMMEN-



## COMMENTARIVM.

COMES Orientis pro inſignibus, duorum Principum effigies in ſummo auratæ columnæ præferebat, & librum purpura tectum atque, (ut in Proconſule Aſiæ dictum eſt.) abaco impoſitum: Manuſcripti codices argẽteũ ei⁹ tegumen oſtendunt, cuius ſummum aurea faſcia cingit. In umbilico aureæ tabellæ aureus item Principis uultus includitur. Abaci tapetum eſt, ut Proconſulum, ceruleum. Infra uerò depictæ ſunt XV. imagines mulierum, uario ueſtiũ habitu amictarum, quæ totidem prouincias Comiti parentes referunt, ſola Palæſtina purpuream togam geſtat: Aliæ, pallium, aut pallam auream, uel uiridẽ aut purpuream: Omnes auream coronam in capite pro more prouinciæ comptę, & ante pectus uas aureis plenum, tributorum exigendorum à Comite typum manibus geſtant. Aliquæ collo monile baccatũ tenẽt, ſola Iſauria uelo caput tegit. In Vrſini codice omnes pallijs partim ceruleis, partim uiridibus, aut purpureis inducę, capillis per humeros ſparſi, aureũ folium ſupra frontem geſtant. In Madruciano ceruleis pallijs uelatæ ſpectantur. Tres uero harum prouinciarum facti ſunt ordines, & quinę in ſingulis ordinibus recta linea collocatæ. Quinque ſuperiores ſunt conſulares, uidelicet Palæſtina, Phœnice, Syria Cyprus, & Cilicia. Reliquæ. X. ſunt Præſidum, & omnes clariſsimorum, exceptis ultimis Iſauria & Arabia, quæ ſunt perfectiſsimorum, & ideo in indice præſidales non connumerantur. Hæc in magiſtratus codicillis depingebantur, & forte ante comitem progredientem præferebantur, [a] certe in auditorio coram populo pro tribunali retinebantur.

a l.4. C.de iniurijs.

Aliud inſigne Comitis præcipuum erat enſis, quo accinctus ibat, ſed eo Proconſules carebant. [b] Imperabat enim nõ tantum populis, ſed & militibus. [c] Caſsiodorus. [d] Quamuis inquit, omnium dignitatum officia à manu ſecludantur armata, & ciuilibus veſtibus uideantur induti, qui diſtrictionem publicã docentur operari, tua tamen dignitas, & terroribus ornatur, quæ gladio bellico, rebus etiam pacatis accingitur: Vide quo iudicio fueris euectus, quando alijs uigorem faſcium uideamus eſſe creditum, tibi autem ab ipſis legibus ferrum conſtat eſſe porrectũ: Rem cruentam dederunt animo pacato, ut & noxij nimium metuerent, & læſi de optata ultione gauderent. Hæc ille. Alia præterea præſidum ornamenta, nempe faſces cum argentata ſecuri, uehiculum item argentatum, & alia huiuſmodi habebat.

b Dion.li.53.
c Nouell. 27. de comite Iſauriæ.
d li. 7. in formula comitiuę prouinciæ.

Sexcentos uero apparitores tenebat, [e] qui ſine ſacra probatoria creari non poterant, ſicut nec alij illuſtrium & ſpectabilium magiſtratuum cohortales, [f] Probatoriæ ſunt litteræ à Notarijs ſcrinij epiſtolarũ ſcriptæ, & manu Principis ſubſcriptæ, quibus apparitores officio Comitis Orientis aggregandos comprobabat. [g] Hæc ſubſcriptio encauſto tantum fiebat: Is erat liquor cocto murice, & trito conchylio conſtans, qui uicem atramẽti, cum tamen purpureus eſſet, exhibebat. [h] Hoc forte fiebat encauſtica pictura, cuius Plinius [i] meminit, non igne, ut aliqui exiſtimant, tabula inuſta. Habet hic comes in officio Principem, inquit Notitia: de ſchola agentium in rebus ducenarium, qui adorata Clementia principali, cum inſignibus exit: Hæc in officio proconſulis Achaiæ ſum interpretatus: ſed hic fortè addendum, exit (tranſacto biennio) quemadmodum ibi legitur, & infra in officio Vicarij Ponticæ: Hunc ſequebantur Cornicularius, Commentarienſis, Adiutor, Ab actis, Numerarij, A libellis, Subadiuuæ, Exceptores, & ceteri officiales. Hic etiam, ut in Proconſulibus cura epiſtolarum omittitur, cuius loco, Subadiuuæ poſiti uidentur. Ad hoc officium Alytarchiæ, uel ſecundum aliquos Lyciarchiæ munera ſpectabãt: ideoque horum occaſione aliqua de his, & de Syriarchis ſunt dicenda; quorum iura non ſemel meminerunt. [k]

e l.vnic.C. de apparitor. com. Orient.
Cod. de apparitoribus comitis Orientis.
f l.pen. & fin.C. de diuerſ. offic.
g l.probatorias. C.d.ti. de diuer. offic.
h ut in l. pen.C. de diuer. reſcrip.
i li.35.ca.11.
k l. 1. C. de offi. Comit.Orient. l. 1.C. de naturalibus liber. l.athletæ.§.1.ff.de excuſationib.

### DE LYCIARCHI, ET SYLIARchi muneribus & ludis. Cap. CV.

LYCIARCHVS, Syriarchuſq; ſuarum prouinciarum ſacerdotes, pro illarum, ut opinabantur, ſalute, ſacra procurabant. Ideoque initio magiſtratus munera edere conſueuerant, ideſt gladiatores inter ſe, & cum feris in amphitheatro committere, ut Tertullianus de ſpectaculis refert. [l] In actis procõſularibus martyrum, [m] legitur Numerium Maximum proconſulem Ciliciæ iuſſiſſe Terentiano Ciliciæ ſacerdoti, ut munera ederet, & illum plures emiſiſſe feras, quæ multorum corpora deuorarunt: cum uero martyres non tangerent, pręſes iuſsit Terentiano, ut munus gladiatorium ederet, à quibus martyres ſunt confoſsi. Ludos etiam Circenſes, equorum curſus, & theatrales in ſcenis, exercebant. Qui a Lyciarcho editi, ſub Comitis eiuſq; officij cura ordinabantur: Syriarchi uero ludi à Syriæ Rectore procurabantur. [n] De Lyciarchis hæc Strabo; [o] Lycij, inquit, adeo ciuiliter & continenter vixerunt, ut fœliciter uſque ad Italiam in mari imperauerint, & in nullo turpi lucro ſe extulerunt; ſed in patrio more Lyciaci conuentus permanſerunt. Sunt quatuordecim urbes, quæ in eo ſuffragium ferunt, & in commune comitium ex quaque ciuitate conueniunt, & quod maior pars comprobarit, decernunt; Maximæ ciuitates tria habent ſuffragia: Mediæ duo: Alię unum. Eadem pro portione tributa pendunt, aliaque munera ſubeunt. & paulò poſt. In conuentu primũ eligitur Lyciarchus, ideſt Lyciæ præfectus; poſt, alii urbium magiſtratus, iudicia in communi fiunt, prius de bello, & pace, & ſocijs belli conſultabant: nunc id eis non licet, ſed in Romanorum eſt poteſtate: ſub quibus poſiti imaginem antiqui magiſtratus retinuerunt creandi Lyciarchi, qui non amplius, ut olim imperat, ſed ſacerdotio fungens ludis publicis præeſt: Hæc ille. idem in pluribus alijs prouincijs fiebat, in quibus negocia publica legati ciuitatũ tractabant, ad quorum conuentus plura Principum reſcripta extant, ut Adriani, [p] ſiue Pij Antonini, [q] τῷ κοινῷ τῶν Θεσσάλων, πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρᾳκῶν [r] τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας, [s] Alexandri, τῷ κοινῷ ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων [t] ideſt communi ſeu uniuerſitati Theſſalorum, Thracum, Aſiæ, & qui in Bithynia ſunt Græcorum; ita eorum comitia appellant, in his etiam cauſæ tractabantur, & ſacra à Lyciarcha & Syriarcha fiebant. Tertullianus, [u] Quid ergo, inquit, mirum ſi apparatus agonum Idolatria conſpurcat, de coronis profanis, de ſacerdotalibus Præſidibus, de collegiarijs miniſtris. Sic Pauſanias, [x] Sacra, ait, Ioui Nemęo Argiui in Numęa faciunt, eique certum ſacerdotem deligunt, & armatis uiris curſus certamina, proponunt in ipſo Nemęorum conuentu. Hæc ille. Dubium uero eſt, quomodo Lyciarchi ſacerdotis munera, & ludos, officium Comitis Orientis, Leonis A. iuſſu, [y] curaret, cum Lycia non ad Orientis Comitem, ſed Vicarium Aſiæ ſpectet: Cuiacius uir doctiſsimus, [z] Leonis illud reſcriptum, [a] deprauatum eſſe ait, & ex uetuſtis codicibus, pro Lyciarchiæ legendum Alytarchiæ. Fuit autem, inquit, Alytarcha ſacerdos Antiochiæ in Syria: ita dictus, quod in ludis, qui in honorem deorum fiebant τοῖς ἀλυταῖς, ideſt maſtigophoris præeſſet; eius fit mentio in Legibus, [b] & auctor eſt Phauorinus, ipſum qui olympica certamina ordinabat, Alitarcham dictum. Similia ſacerdotia Modeſtinus recenſet, [c] ſcilicet Aſiarchiam, & Bithiniarchiã, & Cappadocarchiam, prout in Gręco archetypo legitur, quæ ſacerdotia gentium eſſe dicit, ſeu gentilium; & ita etiam appellat Strabo

l tit. de munere.
m apud Cæſarẽ Baron.an.290.
n l.18. C.de off. Comit.Orientis.
o lib. 14. Geograph.
p in l. 37. ff. de iudic.
q in l.5.ff. ad L. Iuliã de ui.publ.
r & in l.1.§. 1.ff. de appellationi.
ſ l.6. ff. de excuſationib.tut.
t l.25.ff.de appellationib.
u li. de ſpectaculis.
x lib.2.
y in l.unic.C.de off.Com.Orient.
z li.2. obſer.13.
a d.l.unia.
b in l.vl.C.Theo. de expenſ. ludor l.12.C Theo. de iure fiſci, & l.vlt. C.de cupreſſis ex luc Dapbn.ſecundum correctiorẽ lectionem.
c in l. Athlatæ. par. 1. de excuſ. tutor.

bo in calce ſui operis, ἐισὶ δὲ καὶ δύνασαι τινὲς, καὶ φυλαρχοὶ, καὶ ἱερεῖς ὑπ' αὐτοῖς, ideſt ſunt autem Principes quidam ſub ipſis, & phylarchi, & ſacerdotes. Horum & Phoeniciarchorum Conſtantinus Iuſtinianuſque meminerunt. [a] Aſiæ quoque ſacerdotium nominatur à Papiniano, [b] & Hermogeniano, [c] Euſebius porro Cæſarienſis [d] narrat, rogatum fuiſſe Philippum aſiarcham; ut leonem emitteret in Polycarpum, & ille negauit ſibi licere, quod munus ſuæ editionis exijſſet. Ruffinus aſiarcham munerarium uertit: ſumptus enim in edenda munera ipſi Phoeniciarchi faciebant. Alexander A: [e] Si de proprio ſuo, inquit, patrimonio muneris editionem tuo nomine pater tuus repromiſit, ideoque etiã ſacerdotem te creari impetrauit: onus erogationis commune omnium hæredum eius eſſe præſes prouinciæ non ignorabit. Idem Honorius A. [f] Iudices, inquit, in ludis duos aureos non excedant, exceptis Alytarchis, Syriarchis, itemque Aſiarchis, quorum nomen uotiuæ feſtiuitatis ſolemnitas dedicabat. [g] Conſtantius uero, & Gratianus A A. [h] nec non alij [i] hæc ſimpliciter ſacerdotia uocant. Coronam auream in capite, togam auro purpuraque intextam hi ſacerdotes geſtabant. Tertullianus: [k] Eodem more, ait apud Aegyptios & Babylonios inſignia erant dignitatis, quo more nunc prætextæ, uel trabeæ, uel palmatæ, & coronæ aureæ ſacerdotum prouincialium.

De ijs ornamentis intelligit Valerianus A. [l] ad Vindium prouinciæ cuiuſdam ſacerdotem factum ſcribens Atrocem, inquit, ſine dubio iniuriam eſſe factam manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt, cum eſſes in ſacerdotio, & dignitatis habitum, & ornamenta præferres. Hactenus de Comite Orientis, Lyciarchis & Syriarchis; nũc de prouinciarum Rectoribus qui ipſi parebant, eſt differendum; & iuxta Notitiæ ordinem, à Conſularibus ut dignioribus auſpicati, ab eo qui Palęſtinam regebat incipiemus: deinde ad Præſidales perfectiſſimorum prouincias ueniemus.

a in l.1. C. de naufr.lib. lib. Edicto. 4. de magiſtratu. Phoenicię Liban. Nouell. 89. §. ult.
b in l.8. de uacation. muner.
c in l.17. de munerib. & honoribus prouinciæ ſacerdotium uocatur.
d lib. 4. eccleſiaſtic. hiſtor ca. 15.
e in l. unic. C. dę periculo ſucceſſ. parent. li. 10.
f in d. l. fin. C. Theo. de expenſ. ludor.
g l. 103. C. Theo. de Decurionib.
h in l. 46. 75. C. Theo. d. tit.
i in l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbitr. l. 1. §. 1. ff. ad l. Iuliã de ambit. l. pe. C. de pactis. l. 33. & 51. C. de epiſcop. & cleric. l. pe. ff. de uacat. muner.
k de idolatria.
l in l. 4. C. de iniurijs.

*DE CONSVLARI, & poſteà PROconſule Palæſtinæ, eiuſque inſignibus. Cap. CVI.*

PRIMVS inter Orientis Rectores qui comiti parebant, conſularis Palæſtinæ recenſetur, eadem Iudæa dicta ab Oriente, & Septentrione Libano, & Antilibano: Ab Occidente parte Phœniciæ terminatur: & a Sidone uſque in Gazam, & Arabiam ſecundum Syriaci littus maris extenditur: A meridie Arabia Petræa cingitur. Latitudo eius à Ioppe oppido ad Thracones montes, ſiue Antilibanum, eſt circiter millium paſſuum LX. quam mediam ferè Iordanes fluuius diuidit. Longitudo à fontibus Iordanis, & monte Libano, uſque ad Berſabeam urbem atque initium Aegypti, eſt millium paſſuum. CLX. Plinius ait CLXXXVIII. Clauditur undique montibus hinc abruptis rupibus, & profundis vallibus concurſu torrentium, inde altis, & implexis anfractibus ſic contractis, ut per anguſtos colles uix pateat tranſitus uiatori. Appellata eſt Palæſtina à Philiſtin, quem nos corruptè Paleſtinum dicimus. Is deſcendit à Cham filio Noe, ait D. Hieronymus. [m] Dirutis Hieroſolymis, caput Palæſtinæ fuit Cęſarea, ad littus maris Syriaci, cis Iordanem ſita, prius turris Stratonis à Stratone Sidonis Rege ædificata, poſtea Cæſarea à Veſpaſiano uocata, inquit, Iuſtinianus, [n] quod in eius obſidione is Cæſar ſit appellatus. Plinius ait Veſpaſianum eo coloniam deduxiſſe, unde togatus eius populus incedebat, & Palæſtinæ imago togata in Comitis Orientis inſignibus conſpicitur. Ioſeph [o] uero, [o] & Ammianus. [p] ac D. Hieronymus, [q] in honorem Octauiani Principis eam urbem ædificatam, & Cæſaream ab Herode ſeniore uocatam uolunt; quam ampliatam mirificè ædificauit, ac templũ ibi albo marmore Auguſto conſtruxit, & Palæſtinæ primæ, [r] uel ut ait Guilielmus Tyri Epiſcopus [s] ſecundæ metropolim eſſe uoluit. D. quoque Hieronymus [t] Cæſaream Palæſtinæ caput appellat, ubi Herodes primi nepos ab Angelo percuſſus, Cornelius Cẽturio baptizatus, & Agabus Propheta, [u] Zona D. Paulum ligauit, ibidem & milites ad utraſque Iordanis ripas ſub duce Palæſtinæ ſtationem habebant, Ea demum iuris Italici, ideſt immunis facta fuit. [x] Cum uero populo opibuſque abundaret, prius ſub Iuliano Apoſtata conſularem habuit, [y] deinde ſub Gratiano Proconſulem, [z] quo tempore in duas prouincias diuiſa fuit, ſiquidem Theodoſius in utraque Palæſtina iudæorum Synedria, ſeu ſeniorum, ac magiſtrorum collegia fuiſſe ſcribit: [a] poſtmodum in tres partes eſt diuiſa: Primam ideſt maiorem, cuius metropolis fuit Cęſarea, ſeu turris Stratonis, & Secundam, cuius caput fuit Samaria, Sebaſte, ab Herode Rege dicta, quæ fuit colonia, [b] alij dicunt Scythopolim, [c] & Tertiam Salutarem, cuius metropolis erat Hieroſolyma. Prima tantum Conſularis fuit, reliquæ à Præſidibus regebãtur. Hæc prouincia celebris erat Rhetorum atque artium academijs, in quibus ſe inſtitutum fuiſſe D. Gregorius Nazianzenus in oratione funebri Cæſarei fratris memorat.

m in quæſt. in Geneſ. cap. 10.
n Nouell. 103. de Proconſ. Palæſtinæ.
o lib. 15. Antiq. iudaica. ca. 10. & li. 16. c. 5.
p lib. 14.
q in act. apoſtol.
r d. Nouell. 103. in prin.
ſ li. 10. belli ſacri cap. 15.
t in epiſt. ad pãmachium.
u in act. apoſto. ubi D. Hieronymus.
x l. 1. & ult. ff. de cenſib.
y l. ſi quis decurio. 24. C. de decurio. l. 55. C. T. eo. tit.
z l. 42. C. Theo. de appel. l. 28. C. Th. quor. appell. non recip. & d. Nouell. 103. in prin.
a in l. iudæorum C. de iudæis.
b d. l. 1. ff. de cenſib.
c Pratum ſpirituale, cap. 50.

Iuſtinianus uero [d] Palæſtinam primam proconſularem fecit, ut prætexta, ideſt ueſte purpura circũtexta, quali & alij Proconſules, & aureo torque, curruque argentato publice uteretur, & more aliorum Proconſulum ſex faſces præmitteret. [e] Viginti duas libras auri, quæ efficiunt fere 2400. noſtros aureos à Principe percipiebat, quibus ipſe, & aſſeſſor, officiumque alebantur; ac ſtationariorum militum manu & aliorum opera quietam pacatamque regionem tenebat. Ab eo quemadmodum & ab alijs ſpectabilibus ad P.P. qui erat in comitatu, & Quæſtorem ſacri palatij, adminiſtrante officio P. Prætorio appellabatur. [f] Pro codicillis magiſtratus ſoluebat hic cõſularis tribus chartularijs ſacri cubiculi ſolidos nouem. Primicerio Tribunorum notariorum 24. Eius adiutori tres; officio Præfectorum 40. Hæc colligebant ſummam ſolidorum 76. [g] Proconſul uero ultimo creatus, ſoluebat quantum alij proconſules, [h]

Sub finem Notitię Orientalis, ſpectatur conſularis Palæſtinæ, habens à dextra abacum purpureo tapeto ſurrectoque inſtratum, cui liber mandatorum viridi corio tectus inhæret, propè aurei Principum vultus, aureæ item columnæ, præfixi aſtant, quæ ſunt eius inſignia. Ipſe in ſolio enſe aurata uagina condito, balteoque item aurato, accinctus ſedet, ſiniſtra haſtam tenens, in cuius ſummo, tabula nomen prouinciæ Palęſtinę ſcriptũ oſtendit, dextra auratum cornu aureis plenum gerit: quod tributum in primis ex prouincia ab ipſo exigendum refert. [i] In capite galerum cum aureis pinnis phrygiatum præfert. A pede ſurſum ad poplitem purpureis ocreis per medium auro diuiſis indutus, uiridi pallio dextrum humerũ tegit: In manuſcriptis tunicam cęruleam pallio purpureo amictus, in ſolio aurato alte ſedet. Mandatorumque liber argento tectus, quatuor auratis loris conſtringitur. Alios conſulares ijſdem uſos inſignibus Notitia monet.

Officium conſularis Paleſtinæ hoc habebat, nempè Principem de eodem officio, Cornicularium, Cõmentarienſem, Adiutorem, Numerarium, Ab actis, A libellis, Exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam, ſine annotatione clementiæ Principalis: Hæc Notitia. Eadem ferme uerba ſunt Theodoſij A. ad Florentium P. p. [k] Nullum, inquit, ex principe cohortalis officij, uel ad aliam poſſe militiam adſpirare, uel miniſterijs ſibi contra publicam utilitatem blandiri, uel ad quamlibet aliam dignitatem ad præiudicium præteriti ſtatus accedere concedimus. Hæc ille. Ita enim cohorti erant obnoxij apparitores, ut eam non poſſent deſerere.

d d. Nouel. 103.
e l. antepe. ff. de offi. proconſ.
f l. præcipimus. §. 1. C. de appella. §. 1. in Authent. de adminiſt. offi. in ſacr. appel. ſeu Nouell. 20.
g Nouell. 8.
h d. Nouell. 8.
i Nouell. 103.
k in l. pen. C. de cohortalib.



ſerere. [a] Hæc officia militiæ vocabãtur, [b] & ideo Notitia dixit. Hos non poſſe ad aliam tranſire militiam, SINE ANNOTATIONE CLEMENTIAE PRINCIPALIS. Annotatio erat ſubſcriptio Principis. Leo enim A [c] iubet his qui militiæ. i. officijs maiorum iudicum ſociantur, edi authenticas ſcripturas, quæ diuinam, inquit, noſtræ pietatis continent adnotationem. i. ſubſcriptionem, & ita in præcedente reſcripto idem Leo de officijs loquens, interpretatur. [d] Militiam, ait, ſortiantur ex auctenticis ſacris probatorijs manu noſtra ſubſcriptis. Ita verò Princeps ſubſcribebat A.M.D. id eſt, Auguſti manu diuina, vt apparet in nouella lege Valẽtiniani. [e] Et quia notis ſubſcribebat, puncti diuina manu dicebantur illi, quorum litteris Imperator ſubſcribebat. [f] Hanc diuinam ſubnotationem appellauit Iuſtinianus. [g] Præfata clauſula, vt apparitores ad aliam non tranſeant militiam, in illuſtrium, aut ſpectabilium officijs non reperitur, quia illi cohorti non erant obnoxij. [h] alij conſulares, ſubijcit Notitia, ad ſimilitudinem Conſularis Palæſtinæ officium habent: hunc enim conſularem tãquam digniorem, aliorum exemplar eſſe voluit. Cæteras Palęſtinas infrà inter pręſidales proſequemur. Nunc alias conſulares continuabimus.

a l. 7. & vl. C. eo.
b d. l. 7.
c in l. vlt. C. de diuerſ. offic.
d vt in l. pen. C. eod.
e de homicidio caſu facto.
f l. 4. C. de aduocat. diuerſor. iudicum.
g l. prima in fin. C. de Iuſtin. C. confirmand.
h l. 1. C. de apparitorib. P. P.

*DE CONSVLARI PHOENICIAE. Cap. CVII.*

MARCELLINVS, [i] de Phœnicia hæc ſcribit. Accliuis Libano monti Phœnice regio plena gratiarum, & venuſtatis, vrbibus decorata magnis, & pulchris, in quibus amœnitate celebritateq; nominum Tyrus excellit, Sidon & Berythus, ijs denique pares Emiſſa & Damaſcus, ſeculis conditæ priſcis. Hæc ille. A palmarum copia, quas Græci phœnices appellant, dictam eſſe Phęniciam Procopius [k] ſcribit. Guilielmus Tyri Epiſcopus, [l] ita diuidit; Olim, per multa tempora Phœnicia ſimpla fuit, & vniformis, nunc autem in duas diuiſa eſt, quarum prima maritima dicitur, cuius metropolis eſt Tyrus, vrbs habẽs XIIII. ſuffraganeos: altera verò dicitur Phœnicia Libanenſis, cuius metropolis eſt Damaſcus, quæ etiã aliquando dicitur Syria. Hæc iterum Phœnicia poſtea diuiſa eſt in duas partes, quarum altera dicitur Damaſcena; altera Emiſſena: Hæc ille. D. Hieronymus [m] Phœnicia, ait, prouincia Syriæ eſt, cuius partes ſunt, Samaria, Gallilæa, & aliæ plurimæ regiones. Gallileæ quoque duę ſunt, una gentium vicina finibus Tyriorum in tribu Neptalim, vbi & Solomon vigintiquinque ciuitates donauit Hiram Regi Tyri; altera circa Tyberiadem, & ſtagnũ Genezaret in tribu Zabulon: Hæc D. Hieron. Tota regio inter Palęſtinam & Syriã Palmirenam trianguli ſpeciem præbet. Ab Oriente habet fontem Eleutheri, & Chryſorhoæ caput, à Meridie montem Libani: ab Occidente mare Aegyptiũ, vbi in latum extenditur, Phœnicia maritima, à Corſæo fluuio cincta, vbi Biblus, & Tripolis, Berythus, ac Sidon, Conſularem habuit, qui Tyri reſidebat: altera Phœnicia Libani præſidem; itaque Diocletianus ad Criſpinum, [n] & Conſtantinus ad Marcellinum [o] Phœniciæ Præſides ſcribentes, de hac intelligunt. Iulianus verò Apoſtata, Iulianum; [p] & Valentinianus, Leontium, [q] Phœniciæ conſulares vocantes, de maritima loquuntur, quam & Iuſtinianus inter conſulares recenſet, [r] in ea etiam Dux cum pluribus equitum peditumque copijs caſtrametabant, vt Phęnicię maritimæ Tyrus metropolis eſſet ab Hadriano Paulus Tyrius rhetor ad eum legatus profectus impetrauit. [s] Poſtea Theodoſius Iunior Berythum eiuſdem prouinciæ metropolim fecit. [t] Itaque duas metropoles habuit, ſicut Pontica Amaſiam & Neoceſaream. [u] ſequitur Syrię conſularis, & ipſe Comiti Orientis ſubiectus.

i lib. 14.
k in primo de bello Perſico.
l lib. 13. ſacri belli. cap. 2.
m in act. Apoſtolor.
n l. 3. C. de diuerſ. reſcript.
o in l. vnic. C. de form. & imp. ſublat.
p l. 52. C. Theod. de decurionib.
q l. 9. C. T. de luſtra. collat.
r Nouel. 8. in Notitia.
ſ Suidas in ver. Παῦλος Τύριος Alciat. lib. 14. parerg. c. 15.
t l. 1. C. de metropo. Berytho.
u Nouell. 28.

*DE CONSVLARI SYRIAE PRIMæ. Cap. CVIII.*

SYRIA Septentrionẽ verſus, Cilicia, & Amano monte terminatur: ad Orientem Euphrate, ab Occaſu Syrio & Aegyptio pelago; à Meridie Arabia Fœlici, & Aegypto. Plinius terrarum maximam appellat. Sub ea Palæſtinam, Phœniciam, & Meſopotamiam complexus, Marcellinus vero [x] ſub Syria Comagenam ſeu Euphratenſem Phœnicem, & Palæſtinam compræhendit. Eius latitudo inter Ciliciam & Arabiam eſt 470. millium paſſuum. Longitudo 525. Antea Aſſyria dicta, ab Aſſur, cuius metropolis eſt Damaſcus, inquit D. Hieronymus, [y] vbi Syriæ præſes degebat. Antè Hadrianum hæc vna prouincia fuit, cui Auguſtus Saturninum mox Cirinum, Quintilium, Varrum, & alios legatos præfecit, [z] ſub Claudio Cæſare, defuncto Rege ſohenio Ituræ, & mortuo Agrippa Iudæa Syriæ ſunt additæ, vt auctor eſt Tacit. [a] & Ioſeph [b] Imperante Nerone conſularem habuit. vt auctor eſt Tranquillus, Iudæi, inquit, cæſo præpoſito inſuper Syriæ conſularem ſuppetias ferentem, rapta aquila fugauerunt. Hæc ille. Eodem titulo hanc prouinciam Catilium Seuerum ſub Hadriano adminiſtraſſe puto; [c] qui, inquit Spartianus, eam a Phœnicia ſeparare voluit, nè Antiochia, quam odio proſequebatur, ciuitatum metropolis diceretur. Ea regio Libano monte interſecta, in duas prouincias ſcinditur Pheniciam, & Syriam coelem, ideſt cauam Syriam, ſic dictam, quia inter duos montes clauditur. Demùm excluſis Iudæa, & Phoenicia tres prouinciæ factæ; Syriæ in plurali ſunt appellatæ, [d] & in tres diuiſæ; Syriam coelem, quæ prima nuncupatur, & Conſularem habebat, Palmyrenam ſeu ſalutarem ſecundamque Syriam dictam; & Comagenam ſeu Euphratenſem propè Amanum montem. Ammian. [e] Poſt Oſrhoenam, inquit, Comagena, nunc Euphratenſis aſſurgit Hierapoli vetere, Nino, & Samoata ciuitatibus amplis, & illuſtribus. Deinde Syria per ſpatioſam inter patet diffuſa planiciem. Hanc nobilitat Antiochia mundo cognita ciuitas, Laodicea, Apamea, & Seleucia: poſt hanc accliuis Libano monti Phoenice regio. Vltima terrarum eſt Palæſtina, per interualla magna patentia, cultis abundans terris, & nitidis. Quibus verbis, quatuor Syrias deſcribit, Phoenicia, & Iudæa incluſis, ſed excluſa Palmyrena. Notitia Syriam coelem ſiue primam conſularem ponit, Euphratenſem ſeu Comagenam, & Syriam ſalutarem, ſeu ſecundam, Præſidales: Iuſtinianus verò, [f] primam & ſecundam Syriam conſulares ſtatuit, Euphratenſem Præſidalem. Quæ ergo à Notitia ſimpliciter Syria vocatur, eſt coeles, quæ prima à Leone Imperatore nuncupatur, [g] & hæc diuiſis Syrijs conſularem habuit. Conſtantius enim Hieroclem, & Theodorum Syriæ conſulares appellat. [h] Marcellinus, [i] Theophilum, Valentinianus Feſtum. [k] Huic ſub Antonino Caracalla Claudius Triphoninus Iureconſultus præfuiſſe creditur, [l] ſub Diocletiano Arcadius Chariſius, & ipſe Iureconſultus illi ius dixit. [m] Sub Conſtantino Dalmatius eius fratris filius. [n] Poſtremò Iuſtinianus hanc prouinciam cum Cyrrheſtica regione Comiti Orientis regendam commiſit. [o] Huius metropolis erat Antiochia, omnium totius Orientis ciuitatum nobiliſſima. Tacitus. [p] Diſceſſere, inquit, Mutianus Antiochiam, Veſpaſianus Cæſaream; illa Syriæ, hæc Iudęæ caput eſt. Herodianus libro ſecundo ſcribit Syriorum gentem eſſe leuiſſimam, pronamque ad res nouandas, ac ludis oblectari. Hactenus, de conſulari Syriæ, primæ. Nunc vt Notitiæ ordinem ſeruemus, alijs

x lib. 14.
y in quæſtio. ad 10. cap. Geneſ.
z Lucas 2. Ioſeph & Aegeſipp. de excid. vrb. Hieroſolymit.
a lib. 12.
b in 19. antiq. C. vlt.
c l. 1. C. de teſta. Spartia. in Hadriano.
d l. 7. §. quibuſdam. ff. de inter. d. & relega. l. 3. ff. de cenſib.
e lib. 14.
f in Nouella. 8. in Notitia.
g in l. vnic. C. de offi. com. Orien.
h l. 6. C. Th. de iur. fiſc. & l. 78. C. eo. quor. appellã. non recipiant.
i lib. 14. & 15. ad fin.
k l. 3. C. de cohortalib.
l l. 1. C. de iudæis.
m l. 9. C. de quęſtionib.
n Eutrop. & Niceph. lib. 8. c. 48.
o hoc autem ipſum, Nouell. 8. §. quia verò duæ, Nouell. 20.
p lib. 18.

Syrijs Præſidialibus intermiſsis, ceteros Orientis cōſulares proſequemur: & Cypri conſularem continuabimus.

## DE CONSVLARI CYPRI. Cap. CIX.

CYPRVS inſula in Pamphilio mari ſita, à Cypro Cynirij, & Veneris filio eſt appellata, ut Stephanus de urbibus & inſulis, & de colonijs Aegyptiorum Conſtantinus Porphyrogenneta tradit. Addit eam XIII. urbes habuiſſe, Conſtantiam metropolim, Citium, Amathum, Cyreneam, Paphum, Arſinoem, Solos, Lapithum, Cerbeam, Tamaſiam, Trymithum, ex qua S. Spiridon & Carpaſus prodiere. Diuerſis Regibus paruit, inter quos fuit Demonicus, ad quem Iſocrates orationes ſcripſit, donec ad Reges Aegypti, & inde ad Romanos peruenit, ut infra dicetur. De hac ita Marcellin.[a] Cyprum inſulam, inquit, procul à continenti diſcretam, & portuoſam, inter municipia crebra, urbes duę faciunt claram, Salamis & Paphus altera Iouis delubris, altera Veneris inſignis. Tanta autem tamq; multiplici fertilitate abūdat rerum omnium, ut nullius externi indigens adminiculi, indigenis uiribus à fundamento ipſo carinæ ad ſupremos uſq; carbaſos ędificet onerariam nauem, omnibuſq; armamentis inſtructam mari committat. Nec pudet dicere auide magis hanc inſulam Populum Romanum inuaſiſſe, quam iuſte. Ptolomęo enim Rege fœderato nobis, & ſocio ob ærarij noſtri anguſtias iuſſo ſine ulla culpa proſcribi, ideoque hauſto ueneno uoluntaria morte deleto, & tributaria facta eſt, & uelut hoſtiles eius exuuiæ claſsi impoſitæ in urbem adductæ ſunt per Catonem. Hæc ille. Ob penuriam ergo ærarij Rom. à Pub. Clod. Trib. Pleb. lege lata eſt publicata, & mortuo Ptolomæo eius & Aegypti Rege, à M. Catone in prouinciæ formam redacta, primuſque eam C. Sextilius Rufus Quæſtor iure prætorio adminiſtrauit; Deinde Ciliciæ attributa à Procōſule eſt adminiſtrata, Strabo[b] eam prætoriam fuiſſe ſcribit, aliquando tamen à Proconſulibus rectam ex marmoribus conſtat, & D. Lucas[c] à Sergio Paulo proconſule eam ſub Claudio adminiſtratam fuiſſe refert. Demum conſularem habuit, qui pro codicillis magiſtratus pendebat quantum alij conſulares.[d] In ſacris literis chetim uocatur, quia is primus ibi urbes condidit, à quo Cithium oppidum tempore D. Hieronymi extabat, ut ipſe in locis Hebraicis narrat. Appellabatur olim à Conſulari Cypri ad Quæſtorem exercitus Iuſtiniani; Deinde cautum eſt, ut ad eum & Quęſtorem palatij prouocaretur.[e]

Auctor eſt Nicephorus,[f] imperante Anaſtaſio corpus D. Barnabæ Apoſtoli in Cypro ſub arbore ſiliqua inuentum, ſuper cuius pectore Matthæi Euangelium ipſius D. Barnabæ manu ſcriptum iacebat, hac de cauſa Cyprij ab Antiochiæ Archipræſule, cui ſuberant, fuere liberati, itaque tum Metropolitanum habere cœperunt. Id Iuſtinianus in gratiam Theodoræ coniugis Cypriæ confirmauit.[g]

a lib. 14.
b li. 14. in fin. & 17. in fin.
c actu. 13.
d Notitia Noue. 8.
e Nouell. 41.
f li. 16. cap. 37.
g d. cap. 37.

## DE CONSVLARI CILICIAE PRImæ, & præſide ſecundæ. Cap. CX.

VLTIMVS ſub Comite Orientis Conſularis eſt Ciliciæ: hæc ab Oriente Amano monte à Syria cęle ſeparatur, à Septentrione parte Armeniæ & Cappadociæ, ab Occidente Pamphylia, a Meridie Iſsico ſinu terminatur. Eam Marcellinus[h] ita deſcribit: Superatis Tauri montis uerticibus, qui ad Solis ortum ſublimius attolluntur, Cilicia ſpacijs porrigitur latè diſtentis, diues bonis omnibus terra, eiuſque lateri dextro adnexa Iſauria: & infrà. Hæ duæ prouinciæ bello quondam Pyratico cateruis mixtæ prædonum à Seruilio proconſule miſſæ ſub iugum, factæ ſunt uectigales: Hæc ille. Idem Sext. Ruffus; Cilicia, & ſi pars Aſiæ minoris, Orienti tamen attribuitur, nō Aſianæ. Eius metropolis eſt Tharſus D. Pauli Apoſtoli patria, & Proconſulis ſedes, quæ Cidno fluuio interciſa, uulgo Teraſſa nuncupatur. Prouincia Carmania dicitur, à Carmanis Turcis qui eam an. 250. tenuere donec a ſuæ ſectæ hominibus expulſi ſunt. Huic olim Proconſul imperabat: Nam Cicero, Plinius, & alij Ciliciæ proconſules, aut eorum loco fuere. Hadriano imperante Viuium Varum legatum habuit,[i] deinde Benidium Rufum.[k] ſed dubium an tum eſſet cōſularis, an poſtea à M. Antonino ſit facta: Is enim prouincias inquit Capitolinus, ex proconſularibus conſulares, aut ex conſularibus proconſulares, aut prætorias, pro belli neceſsitate fecit. Certè ſub Antonino Caracalla Rutilianus Ciliciam Conſularis regebat.[l] Vopiſcus Aurelianum, Conſtantino imperāte proconſulem Ciliciam rexiſſe ſcribit. Duplex uero Cilicia fuit,[m] Campeſtris Cilicia prima dicta, & Thrachea Cilicia ſecunda. Prima à Conſulari regebatur,[n] cuius metropolim Tharſum fuiſſe diximus. Secunda à Pręſide,[o] cuius metropolis Amauarza urbs antiquiſsima fuit. Strabo,[p] Cilicia, inquit, quæ extra Taurum eſt, diuiditur in Ciliciam Thracheam, ideſt aſperam, & Campeſtrem. Thrachea oram maritimam peranguſtam habet, & nullum, uel raro locum planum, ei Taurus imminet, parum frequens incolis uſque ad latera Borealia, quæ circa Iſauriam ſunt, & Homonades uſque in Piſidiam: Eadem Thrachiotis dicitur, & incolæ Thrachiotę. Campeſtris uero, à Solis, & Tarſo Iſsum uſq; pertendit. Hæc ille.[q] Hanc inter conſulares, & aliam inter præſidales etiam Iuſtinianus recenſet.[r] Ciliciam Thracheam ante Regibus conceſſam in prouincię formam Veſpaſianus conuertit. Tranquillus.[s] Thracheam, inquit, Ciliciam & Comagenam ditionis Regiæ uſque ad id tempus, in prouincię formam redegit, vulgo codices ſunt corrupti, pro Thracheam enim legunt Thraciam, quę longè ante Romanis paruerat, id & Pub. victor[t] comprobat Syria ait Palęſtina, nec non Cilicia Thrachęa, & Comagene, quam Auguſtophratenſem nominamus, prouincijs acceſſere, additique ſunt Iudęi. Hanc Ciliciam Dario Perſarum Regi 50. talenta olim pro tributo ſoluiſſe, Herodotus[u] eſt auctor. Cilices inſignes nautę & piratæ fuere, ac nauibus plus M D. cum ſocijs mare uexarunt, donec a Gn. pompeio ſunt extincti,[x] eorum mores in prouerbia abierunt[y] Ciliciæ primæ Rector pro codicillis magiſtratus ſoluebat, quantum alij conſulares: Secundæ quantum præſides.[z] Hi ſunt conſulares, qui Comiti Orientis ſub erant: nunc de alijs eius præſidibus eſt dicendum, & à reliquarum palæſtinarum rectoribus auſpicabimur.

h lib. 14.
i l. 3. §. 1. ff. de teſtib.
k l. 2. in fin. ff. de iure immuni.
l l. 1. C. de generali abolitio.
m l. 5. C. de tempor. appellat.
n Nouell. 8. in Notitia.
o l. 24. C. T. de appellat. l. 1. de inoffic. dotib. d. Nouell. 8.
p lib. 14.
q Ptolem. lib. 5. cap. 8. Plin. lib. 5. cap. 27.
r d. Nou. 8. in Notitia.
ſ c. 8. in Veſpaſiano.
t in Veſpaſiano.
u in quinto.
x Plutarcheos in Pompeio.
y Cilix haud facile uerum dicit, cilicij ſermones, cilicium exitium cilicij imperatores.
z d. Nouell. 8. in Notitia.

## DE PRAESIDIBVS, II. ET III. Palæſtinæ ſalutaris. Cap. CXI.

SVB eodem Comite præſidem habuit ſecunda Palæſtina, cuius metropolis fuit Samaria, poſtea ab Herode Rege, Sebaſte appellata, ideſt Auguſta. Hæc regio inter Galilæam, & Iudæam ſita à Ioſepho Samaritis, ab alijs prima Palęſtina uocatur. Tertia uero Palęſtina ſub eiuſdem Comitis imperio ab alio præſide regebatur, quę à ſalubribus aquis, ſalutaris eſt dicta. Hę reperiūtur propè oppidū Emaus poſtmodū Nicopolim à Romanus uocatū ob uictoriā cō

tra



tra Iudęos obtentam. Sozomenus,[a] Ante hanc urbem, inquit, in triuio, ubi Chriſtus cum Cleopha poſt reſurrectionem incedens, ſimulabat ſe ad alterum pagum contendere; Fons eſt quidem ſalutaris, in quo non homines modo, qui ægrotant loti curantur, ſed & alia pariter animalia diuerſis detenta languoribus emundantur, quod ex eo contigiſſe traditur, quia Chriſtus ad fontem cum diſcipulis pedes lauauit, Vnde aqua facta eſt diuerſarum medicamen paſsionum. Ioſephus uero[b] id naturali aquæ uirtuti non miraculo tribuit. D. Hieronymus,[c] eſt ait, in tribu Aſer, uilla quædam nomine Betoænea, in quinto decimo lapide in Cæſarea ſita in monte contra Orientalem plagam, in qua & lauacra dicuntur eſſe ſalubria. Marcellinus,[d] loquens de Palæſtina. In his, inquit tractibus nauigerum nuſquam uiſitur flumen, at in locis plurimis aquæ ſuaptè natura calentes, emergunt ad uſus aptæ multiplicium medelarum. Hæc ille. Idem tradit Guilielmus Tiri Epiſcopus.[e] Ioſephus quoque[f] ſcribit aquas calidas apud Callirroen vltra Iordanem fluuium, præter uim medicam potu quoque iucundas fuiſſe. Epiphanius contra Ebionitas.[g] proficiſcuntur, inquit, ad Gadara ad aquas calidas, quo loco ſingulis annis conuentus celebratur. Accedunt enim undequàque, qui lauare uolunt ad dies aliquot, morborum uidelicet deponendorum gratia. Hæc ille. Huius prouinciæ metropolis fuit Aelia Capitolina, ita ab Aelio Hadriano, qui eam reſtituit, appellata, prius Hieruſalem dicta: His tanquam minoribus regionibus Præſides imperabant, quorum officia & inſignia erant ut aliorum Præſidum. Vnde Pilatus, quandoque præſes, quandoque Procurator Iudeæ uocatur. Primam & Secundam Paleſtinam inter conſulares Nouella 8. recenſet. Tertiam uero, quæ ſalutaris a Notitia nuncupatur inter præſidales: unde apparet Iuſtiniano imperante prouinciarum formā mutatā fuiſſe, quemadmodū & in ſecūda Syria eſt dictū.

a li. 5. ca. 22.
b li. 4. belli. iuda. 1.
c de locis Hebra.
d lib. 24.
e li. ſacri belli 7. ca. 24. & lib. 13. cap. 2.
f lib. 17. antiq. iud. ca. 8.
g hereſ. 30.

## DE PRAESIDE PHOENICES libani. Cap. CXII.

ALTERA eſt Phœnicia libani dicta, quæ ab eo monte incipit, Libanenſis ab Honorio uocatur.[h] Libanus à libano, ideſt thure, quod producit, eſt appellatus, Arabiam contingit, ait Ptolomęus. Ad eius radices & Iordanis fontes eſt Cæſarea Philippi, ab eo in honorem Tiberij Cæſaris condita, & cognominata. Totius prouinciæ metropolis erat Damaſcus, vrbs nobilis, ut refert D. Hieronymus, quæ quondam ait in omni Syria tenuit principatū, ut nūc Saracenorū metropolis perhibetur, unde & Rex eorum Nauuias famoſam in ea ſibi, gentique ſuæ baſilicam dedicauit, Chriſtianis in circuitu ciuibus Baptiſtæ Ioannis eccleſiam frequentantibus. Hæc D. Hieronymus.[i] Hæc prouincia præſides habuit, Criſpinum ſub Diocletiano,[k] & Marcellinum ſub Conſtātino,[l] Verum Iuſtinianus illi Moderatorem ſpectabilem uirum dedit, qui decem libras annuas pro annonis ex ſcrinio Phœniciæ percipiebat,[m] Ea ſumma efficit ferme noſtros 1100. aureos. Præterea milites Tertiodalmatas dictos, cū onere exigendorū tributorum habuit, nihilq; pro codicillis magiſtratus Primicerio notariorū ſoluebat. Degebat in hac prouincia & Dux cum militibus. ſequuntur Syriarū pręſides eidem comiti parentes.

h in li. 10. C. de ædific. priuat.
i de locis Hebr. in act. apoſto.
k l. 3. C. de diue. reſcrip.
l l. vnic. C. de formu. & impet. ſublat.
m Edicto. 4. Iuſtinia. de magiſtratu Phœniciæ Libanicæ.

## De præſidibus euphratenſis Syriæ, & ſalutaris. Cap. CXIII.

SYRIA olim Comagena, poſtea Euphratenſis nuncupata, ad Euphratem porrigitur: ut ait Ammianus.[n] Procopius,[o] Regio, inquit, Samoſatis iuxta Euphratē eſt iam dudum Comagena, nunc autem ex fluuij nomine Euphratiſia uocata: Hæc ille. Antiocho Comagenorum Rege defuncto, eam Tiberius Cæſar Rom. imperio adiecit, & illi Q. Seruæum Prætorem dedit, ſicut Tacitus[p] refert. Sed Tranquillus Veſpaſianum, eam, in prouinciam redegiſſe ſcribit. Huius metropolis eſt Samozata, Luciani patria, ubi Euphratis pons. Euphratenſem hanc regionē Notitia, & Honorius[q] uocant. Auguſtæ Euphratenſem Leo Imperator.[r] De hac ita Aurelius Victor,[s] Comagena, inquit, quam hodie Auguſta Euphratenſem uocant; ab Euphrate fluuio, cui adiacet, eſt appellata, ſicut Libanenſis: Hæc ille. Auguſtus ſuum illi nomen addidit quando Armeniam cum ſignis M. Craſſo ademptis recuperauit. pręſides Euphratenſis, & Syriæ ſalutaris, ſoluebant pro codicillis magiſtratus ut alij præſides: nempe Chartularijs cubiculi ſolid. 9. primicęrio Tribunorum notariorum. XV. eius adiutori tres officio P.P. Orientis XXXVI.

Vltima eſt Syria ſalutaris à ſalubribus aquis in ea ſcaturientibus appellata: Ammianus,[t] In his, inquit, tractibus nauigerum nuſquam uiſitur flumen: at in locis plurimis aquæ ſuaptè natura calentes emergunt, ad vſus aptæ multiplicium medelarum. Hæc eſt Palmyrena, Syria ſecunda ab Anaſtaſio uocata.[u] In huius Præſidis foro 30. aduocati patrocinabantur, quorum primus per biennium fiſci aduocati officio fungebatur, eo tempore exacto, amplius non patrocinabatur, ab onereque hoſpitandi immunis, alijs etiam gaudebat priuilegijs.[x] Iuſtiniano imperante, ſecundæ Syriæ rector Conſularis fuit.[y] Tres enim & ipſe Syrias recenſet: primam quæ eſt caua, & conſularis: ſecundam Palmyrenam, quæ ante ipſum à Præſide regebatur; & Euphratenſem quę ſemper Præſidum fuit. In his limite imperij Roma. poſito dux ſtatiua habebat, ut infra dicetur. Nunc alij huius diœceſeos præſides ſunt continuandi.

n li. 14.
o lib. 5. de bello Perſico.
p in ſecunda.
q l. per prouinc. 10. C. de ædific. priuat.
r in l. ulti. C. de diuerſ. offic.
ſ in Veſpaſiano.
t lib. 14.
u in l. petitionis C. de aduo. diuer. iudic.
x d. l. petitiones.
y d. Noue. 8. in Notitia.

## DE OSRHOENAE, ET Meſopotamiæ Præſidibus. Cap. CXIV.

OSRHOENA ciuitas regioni p̄ximæ Meſopotamiæ nomen dedit, ut ſentit Suidas: Procopius[z] ab Oſrhoo qui ibi regnauit, dictam putat: Aedeſſa, inquit, cum ipſis, circa, locis Oſrhoinę uocatur. Eſt enim Oſtrhoes uiri nomē qui hic regnauit, ſuperioribus tēporibus, quando hi coloni Perſis fęderati erant. Hęc ille. Oſdroena ab Honorio uocatur:[a] Ea pars eſt Meſopotamiæ, inter Amanum & Maſium montes: à Septentrione habens Armeniam maiorem: ab Occaſu Euphratem, quo à Comagena diuiditur: ab Ortu ad Niſibim extenditur, cuius caput eſt Aedeſſa, Valentinianus:[b] Quicunque, inquit, per Oſrhoenam primipilarius maiore lætatur numero filiorum, vnū loco ſuo ueluti hæreditario iure ſubſtituat, alterum pro amore patriæ, Aedeſſenæ curiæ tradat obſequijs: Hæc urbs imperante Iuſtino à flumine Scirto eſt ſubmerſa. Zonaras,[c] Aedeſſa, inquit, urbs illuſtris Oſrhoenæ prouinciæ ſubmerſa eſt, cum Scirtus fluuius, qui eam mediam perfluit, exundaſſet, & vrbis ædificia deieciſſet, atque auexiſſet, & ciues partim ruina, partim undis oppreſsiſſet. Aliquot diebus elapſis aqua imminuta, lapidea tabula in ripa fluminis eſt reperta, cui notis hieroglyphicis inſculptum erat; Scirtus fluuius malè ſaltabit ciuibus: σκίρτᾶν enim ſaltare Græci dicunt: Eadem Cedrenus.

Iuſtinianus[d] Oſrhoenam inter conſulares recēſet cum antę ſemper præſidem habuiſſet. Pro ſingulis XXX. iugeris agri, Oſrhoeni ueſtē in ipſa ſpecie militibus ſoluebant. Oſrhoenæ nomen antiquitus nō inuenitur, Adiabena.n. uocabatur: primum à Gn. Pompeio, poſtea à Traiano, Romano Imperio adiecta, uerū amiſſa ab Alexandro Seuero, deinde ab Aureliano recuperata fuit. Hic contra perſas erectum limitem imperii Dux cum militaribus copijs tuebatur.

z lib. 1. de bello Perſico.
a in lib. 10. C. de ædific. priuatis.
b in l. 5. C. de cohortalib.
c in Iuſtino.
d in d. Nouel. 8.

a in Nouel. 154.
b de locis Hebraicis in act. apoſt.

Meſopotamia μεσὴ τῶν ποταμῶν à Stephano & Iuſtiniano, [a] uocatur, ideſt inter Tygrim & Euphratem flumina media. Carrham inſignem ciuitatem habebat Craſsi clade; inquit D. Hieronymus, [b] apud Chriſtianos hoſpitio Abraham patriarchæ, & parentis eius morte nobilem. Hanc cum Oſrhoena Gn. Pompeius ſubegit, & amiſſam Traianus, Alexander, & Aurelianus recuperarunt. Iuſtinianus & ipſe inter præſidales recenſet. [c]

c in Noue. 8.
d l. omnes. l. null. C. de fund. patrimon. facit. Nouell. 189.

In his duabus prouincijs, Princeps Conſtantinopolitanus plura prædia ad alendos milites deſtinata habebat, quæ nec alienari, nec locari, nec in emphyteuſin dari poterant, [d] & limitotropha, ideſt limitaneos milites alentia uocabantur, qui ſub duce ultra Tigrim, & citra Eufratem, & in ipſa Meſopotamia plurimi caſtrametabantur. Hi erant ſub Comite Orientis Præſides clariſsimi: nunc ad reliquos duos Iſauriæ & Arabiæ eſt ueniendum, qui perfectiſsimi nuncupabantur.

## *DE ISAVRIAE PRAESIDE, & poſtea comite. Cap. CXV.*

ISAVRIA Ciliciæ ad Taurum montem proxima, Lycaonibuſque finitima, a Publio Seruilio Iſaurico ſubacta fuit. De hac ita Marcellinus, Ciliciæ lateri dextro adnexa Iſauria uberi palmite uiret, & frugibus multis, quam mediam, flumen nauigabile Calicadnus interſcindit: Et hanc quidem præter oppida multa duę ciuitates exornant, Seleucia, opus Seleuci Regis: & Claudiopolis, quam deduxit coloniam Claudius Cæſar: Iſauria enim ante hac mœnium potens olim ſubuerſa, ut rebellatrix interuicina, ægre ueſtigia claritudinis priſtinæ monſtrat admodum pauca: Hæc Marcellinus. A Præſide, ut puto uiro perfectiſsimo regebatur, neque enim hic pręſes, neque Arabiæ, quem perfectiſsimum fuiſſe conſtat, in Notitię indice inter conſulares, aut Præſides inuenitur, unde eos tanquam perfectiſsimos à clariſsimorum catalogo, excluſos fuiſſe exiſtimo.

e in Nou. 20.
f Nouell. 27.

Ceterum Iuſtinianus illi primò Prætorem militibus præfectum, poſtea Comitem uirum ſpectabilem, dedit, [e] qui populis & militibus imperaret. [f] Exigebat is prouinciæ tributa, & pro annona 300. ſolidos à fiſco percipiebat, ita enim credo legendum in nouella 27. cum tantum etiam Præſidibus Piſidiæ, Licaoniæ, & Thraciæ daretur, [g] Ad quorum exemplum hic Comes eſt creatus, [h] Ea ſumma excedit noſtros 420. aureos, uitio uero librariorum tantum 200. aurei ibi ſunt ſcripti; Similiter dum legitur aſſeſſori dari aureos 12. reponendum eſt 72. quot prętori Piſidiæ, & pluribus dabantur. Officiales duas libras auri, ideſt aureos noſtros 220. Percipiebant, & à Principe in ſcrinio libellorum probabantur, inde enim codicillos officij accipiebant. In cauſis 700. aureos non excedentibus in Iſauria motis, uel à Principe delegatis, ad hunc comitem prouocabatur. qui pro codicillis adminiſtrationis, tribus tabularijs ſacri cubiculi ſolidos XI. ſoluebat. Primicerio Tribunorum notariorum, & laterculenſibus 24. eius adiutori 3. officio Præfectorum prætorio pro iuſsionibus, & quacunque alia cauſa ſolidos 13. [i] Iſauri pro inſignibus latronibus in iure notantur. [k] quos collecta iuuenum manu prædari ſolitos Zoſimus ſcribit. Iſauros chlamydes rubro circumtextas geſtaſſe auctor eſt Cedrenus. Hanc prouinciam cum duabus legionibus Dux cuſtodiebat.

g Nou. 24. 25. 26. in fin.
h Nou. 27. §. 2.
Nouell. 27.
k l. pen. C. de ferijs. l. ult. C ad l. Iuliã de ui pub.

## *DE PRAESIDE, ET MODERATORE Arabiæ. Cap. CXVI.*

ARABIA à Septentrione Euphratem habet: ab Oriente montes Babiloniæ, à Meridie Arabiam fœlicem, ab Occidēte Iudęam. Hanc primus Romanorum Aelius Gallus ab Auguſto miſſus armis ſubegit. Rebellantem Traianus in prouinciæ formam redegit. [l] Seuerus rurſus ipſos domuit, etſi aliud Dion refert. Triplex eſt Arabia Felix, quam nunquam ingreſsi ſunt Romani, nec de illa hic ſermo habetur: Alia eſt Arabia deſerta, quæ nec ad nos pertinet; Tertia Petręa dicta, cuius metropolis erat Boſtra, vulgo Buſſereth dicta, ubi legionem fuiſſe Ptolomæus ſcribit, quæ erat tertia Cyrrhenaica. Alij uolunt Petram prouinciæ caput fuiſſe, unde petrenſis Arabia, uel Petręa uocatur, ſed id antea fuerat. Boſtram enim Iuſtinianus [m] poſtea eius metropolim fuiſſe innuit. Huic pręerat Pręſes, qui etiam ducis officio fungebatur perfectiſsimus nuncupatus, ut infra in Duce Arabiæ legitur, [n] & ideo neque hic, nec præcedens in Notitiæ indice, aut inter conſulares, aut Pręſides clariſsimos reperitur: A Iuſtiniano uero inter præſides recenſetur. [o] præcipua eius cura erat, ut ſcopeliſmum prohiberet, Vlpianus. [p] In prouincia Arabia, inquit; σκοπελισμὸν ideſt lapidum poſitionem, crimen appellant: cuius rei admiſſum tale eſt: Plerique inimicorum ſolent prædium inimici σκοπελίζειν, ideſt lapides ponere indicio futuros, quod ſi quis eum agrum coluiſſet malo leto periturus eſſet inſidijs eorum, qui ſcopulos poſuiſſent; quæ res tantum timorē habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum qui ſcopeliſmon fecerunt. hanc rem præſides exequi ſolent grauiter uſque ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortem comminatur; Hæc Vlpianus.

l Sex. Ruffus.
m Nou. 102.
n l. 18. C. de pen. l. 4. C. Th. eo. tit.
o Nouell. 8. in Notitia.
p in l. 9. ff. de extraordir. crimin.

Huius præſidis cohortales poſt officium Ducis Arabiæ Notitia recitat; ſcilicet Principem ex eodem officio Cornicularium. Ordinarios, Commentarienſem, Numerarios, & adiutores eorum, Adiutorem, A libellis, ſiue Regerendarium, Exceptores, & ceteros officiales. Ordinarios autem interpretor ab epiſtolis, & ab actis, alij enim ſignificari non poſſunt: Quod autem ſcriptum eſt adiutorem, intelligo totius officij ſuccurrētem, ubi opus eſt, & præſidis uices agentem: erant & a libellis qui alio nomine Regerendarij uocabantur, quibus alij præſides carebant: Sed hic ipſis tanquam dux utebatur. Poſtea uero ſeparatum eſt eorum officium, & diuiſos Pręſidem, ac Ducem hæc prouincia habere cœpit, qui vt ſæpè inter æmulos euenit, cùm inter ſe disſiderent, diſcordiaſque inter populos alerent, & ideo Reſpublica malè adminiſtraretur, Iuſtinianus ei Moderatorem præfecit, virum ſpectabilem, [q] cui quindecim libras auri cōſtituit, quę ſumma excedit 1600. noſtros aureos, & aſſeſſori duas auri libras, i. fermè 220. noſtros aureos. Officio verò 9. quæ efficiūt plus minus mille auris. Pro codicillis anteà ſoluebat vt Pręſes Euphratenſis, poſtea moderator quantum alij ſpectabiles dedit. A quo appellabatur quemadmodū ab alijs ſpectabilibus. In hac prouincia eſt Caſsius mons ſepulchro Pompei Magni nobilis, & mons Sinai, vbi Deus legem Moiſi dedit, & nunc D. Catharinæ oſſa iacent. Hi ſunt Magiſtratus, qui Comiti Oriētis parebant: nunc ad ſecundam Imperij Orientalis diœceſim, i. ad Aegyptum, & præfectum Auguſtalē ſecundum Notitiæ & codicis Iuſtiniani ordinem, qui eum Comiti Orientis ſubnectunt, eſt tranſeundum.

q in Nou. 102. de moderatore Arabiæ.





## *DE PRAEFECTO AEGYPTI, eiuſque inſignibus, & officio. Cap. CXVII.*

ff. & C. de offic. præfecti Auguſtalis.

AEGYPTVS omnium regionū fertiliſsima, & opulentiſsima, à Septentrione Aegyptio pelago: ab Oriente mari Rubro, & Palæſtina, Iſthmoque terminatur: ab Occidente Catabathmo à Cyrenuica Lybia diuiditur: à Meridie ultra Thebas, & Moeroen inſulam ad cataractam Aethiopiæ coniungitur. Tota regio in tres ſummas præfecturas diuiditur, Thebaicā, Mediam, & Inferiorem: Hæc Δ. ideſt deltæ figuram habens inſula à Nilo efficitur, qui mediam Aegyptū interfluit, & multo ante quam ad mare perueniat, in duas partes diuiſus uno alueo Africam uerſus Canopum petit: altero Peluſium ad Aſiam, quæ duo oſtia inter ſe diſtant millibus paſſuum, 161. inquit, D. Hieronymus; [a] alij dicunt 120. Ex his alia orta flumina in mare currunt. A ſummo Δ. & Memphi Thebas uſque uocatur Media; poſtea Thebaica, aut Aegyptus ſuperior uſque Sienem. Hæc olim in decē præfecturas, ſeu nomos diuidebatur: inferior in totidem: Media in XVI. itaque erant XXXVI. præfecturæ ſeu ꝓuinciæ Aegypti: Sed poſteriores Impp. addita etiam Libya, non plures, quam ſex præfecturas fecerūt, Libyæ Cyrenaicæ ſeu, ſuperioris: Libyæ inferioris: Thebaidis: Aegypti: Arcadiæ, & Auguſtanicæ: Aegyptus enim inferior quæ Delta erat, duplex facta fuit. Auguſtanica uerſus Peluſium, & quę ſpecialiter Aegyptus uocatur, ſed & hæ duæ, eodem nomine Aegypti ſunt dictæ: Et ideo Gratianus uectigal Arabarchiæ per Auguſtanicam, & Aegyptum tā quam contiguas confirmat. [b] Ammianus quoq; [c] ferme ſimilem ponit diuiſionem, Tres, inquit prouincias Aegyptus fertur habuiſſe temporibus priſcis Aegyptum ipſam, Thebaidem, & Libyam, quibus duas adiecit poſteritas: Ab Aegypto Auguſtanicam & Pentapolim à Libya ſicciore diſparatam: Hęc ille. Vniuerſa hæc regio Aegyptiaca diœceſis appellatur. [d] cuius quælibet prouincia ſuum habebat Præſidem, inter quos nullus eſt conſularis. Abſurdum enim uiſum eſt conſularem, non conſulari, ſed equeſtris ordinis uiro (qui eſt Præfectus Auguſtalis) ſubeſſe. Cum enim Auguſtus prouincias inter ſe, & populum diuideret, nouam imperij formam conſtituens, in alias quidem ſenatores, in Aegyptum uero, quam ſibi præcipuam reſeruauit, equeſtris ordinis uirum miſit, & à ſe Præfectum Auguſtalem uocauit. [e] Primus eam prouinciam Aeli. Cornelius Gallus rexit, ut Strabo, Sext. Ruffus, & Eutropius ſcribunt, eum poſtea de coniuratione in ſe ſuſpectū Auguſtus occidit: Is eſt, quem Virgilius in Ecloga ultima decantat. Poſtea Seuerus conceſsit, ut Aegyptij non amplius equitem Rom. ſed Senatorem pręfectum haberent, [f] unde hic nec faſces, nec ſecures præmittebat, quemadmodum proconſul. Trebellius enim Pollio [g] Proconſulem in Aegyptum mitti non potuiſſe dicit, quia apud Memphim in ærea columna ſcriptum erat, Aegyptum liberam fore, cum in eam Romani faſces, & prætexta perueniſſent, & ob id antea nec ſenator, nec conſularis mittebatur, quem decorum non erat ſine prætexta aut faſcibus eſſe: id olim fuit, ſed poſtea, hic Præfectus inſignibus proconſularibus eſt exornatus. [h] Alij cauſam reddunt, quia cum primum ſub Regibus Aegyptus eſſe deſijt, Auguſtus nouitate faſcium, & ſecurium eum populum perterrefacere noluit, Quidam, [i] ne propter maximum eius prouinciæ prouentum, opibus potentes facti ſenatores imperio Romano negocium facerent. Duodenum. n. millium, & quingentorum talētorum cenſum Auletes Cleopatræ pater ex Aegypto percipiebat, quæ eſt ſumma ſeptuagies quinquies centenum, millium noſtrorum aureorum, uulgus Italicum ſeptem milliones cum dimidio appellat, quā ſummā ea prouincia potitus Auguſtus duplicauit. [k] At D. Hieronymus [l] ait, Ptolomæum Philadelphū, ex Aegypto quinquies tricies centena millia modiorum frumenti exegiſſe, & talentorum quatuordecim millia & octingenta, quæ ſumma efficit ferme nouem, ut vulgus loquitur milliones, & quindecim modiorum frumenti.

a de locis Hebr. in act. Apoſtolo.
b in l. uſurpationem. C. de vectigal. & commiſſ.
c lib. 22.
d in l. 1. C. ut nemo ad ſuum patroc. l. 2. C. de militari. ueſtes.
e Dion. li. 53.
f Dion. li. 21.
g in Aemilio Tyrannos.
h l. 1. ff. eod. de off. præf. Aug.
i Tacit. li. 6. 12. & 17.
k Strabo. li. 16.
l in 9. Danielis.

Ceterū Seuerus Imp. Aegytijs Senatores dedit, [m] & Antoninus eius filius Aegyptios in Senatum adſciuit. Præfectus Auguſtalis erat ſpectabilis, Proconſuli comparatus, cuius inſignia, & titulos geſtabat, [n] locumq; Regum tenere dicebatur. Tacitus. [o] Aegyptum, inquit, iam inde à D. Auguſto equites Romani obtinent loco regum, idē Strabo. [p] erat. n. ait hæc prouincia uelut regnum peculiare Imperatoris. Vnde Nero ab omnibus deſtitutus, Aegxpti præfecturā concedi ſibi orare cogitauit, ut auctor eſt Sueton. [q] Hic Præfectus ut alij magiſtratus tributa prouinciarum ſuarum exigebat. [r]

m Dion. li. 52.
n li. 1. ff. eo.
o in ſeptimo.
p lib. 17.
q cap. 47.
r ut in l. 1. C. eo.

Primum uero omnium ipſum curare oportuit fęlicem embolā, i. frumenti ex Aegypto tranſuectionē ut Cōſtātinopolim intra præſtitutum diē ueheretur, & alius Alexandriam intra mēſem Septembrem pro alendis eius urbis pauperibus cōduceretur pœna in dicta ſolidi in ternas artabas, i. ternos medimnos Atticos, niſi id eſſet executus: [s] Nullaq; nauis, quæ plꝰ duobus millibus modiorum caperet, ab hac embola etiam religionis prætextu excuſari poterat. [t] Auguſto imperāte, inquit Aurelius victor, ex Aegypto vrbi ducenties centena millia frumenti inferebantur, ſcilicet modiorū. Itali viginti milliones uocant; pendebat modius circiter libras XX. unde exceſsiſſet, hæc ſumma decies centena millia ex noſtris ſaccis. Hegeſippus quoq; ſcribit, [u] Aegyptum quatuor mēſibus anni Romanos aluiſſe. Verum tranſlato Conſtātinopolim imperio, hoc triticum eo conductum populo uēdi cœpit, inopibuſq; donari, inter quos Pius Conſtantinus octuaginta millia panum quotidie diſtribuebat, ut Metaphraſtes [x] narrat. Iuſtiniano uero imperante tritici 800. myriades artabarum ſeu medimnorum Atticorum Conſtantinopolim mittebatur, i. octo. ut uulgus loquitur, milliones, pro quorū naulo Princeps nautis octuaginta millia ſolidorum ſoluebat, quæ ſumma efficeret pluſquam centū millia noſtrorum aureorum, [y] capiebat autem medimnus modios ſex ſeu libras 120. Hoc modo emebatur. Erat apud vrbis Præfectum, uel annonæ liberalitate Senatus & aliorum ſepoſita ſumma ſexcentarum undecim librarum auri, i. ferme 62. millium noſtrorū aureorum ad hoc triticum coemendum. [z] Hac pecunia in Aegypto triticum emptum Conſtantinopolim tranſmittebatur.

s edict. 13. Iuſti.
t l. iubemus. 10. C. de ſacroſ. eccl. quæ eſt l. ult. C. de nauig. non excuſand.
u li. 2. ca. 9. de excid. vrb. Hyeroſolymitanæ.
x in Paulo conſtantinopolis patriarcha.
y d. edicto. 13.
z l. 1. C. Tho. de frum. urb. conſtantin.

Cōmiſſorū ſibi Pręſidū hic Pręfectus crimina inquirebat, & delictis ipſorū prius Principi denūciatis eos puniebat uel remouebat. [a] ipſe Alexandriæ degebat, quæ primū totius imp. Rom. emporiū à Plinio, [b] Strabone, & alijs appellatur. Eo. n. Indiæ ac totius Orientis merces cōfluebāt, quæ nūc in Luſitaniā cōuertūtur. Iuſtinianus uero [c] huius Præfecti imperiū coarctauit, quē Alexādriæ tātū, & utriq; Aegypto, i. uniuerſæ Deltæ, ac militibus præſētalibus ibi degētibus præfecit. Excepta tñ Mareotide, & Menelai urbe, quā Libyæ adſcripſit, duos harū prouinciarum Præſides ſolos illi parere uoluit, eiuſq; officiū 600. apparitorū ſtatuit, inter quos 100. primates præcellebāt quorū 50. auguſtaliani, alij quinquaginta Duciani appellabantur. Tenebatur hic Præfectus quotannis curſū 36. equorū populo exhibere, iccirco Iuſtinianus illi aureos 1520. ad hunc uſū præſtituit, quorum 320. in curſu equorum impendebātur, reliqui in annonas ipſius. [d] Is olim 100. quinquaginta Philippeos quotānis pro ſalario à Valeriano Principe, & alios 160. trientes aureorum percipiebat, & in ſtrenis aureos 47. quot Cal. Ianuarij aduocatis fiſci, ac Comitibus conſiſtorij, alijſq; dabantur [e] & hæc præter frumētū uinum, oleum, ueſtes, argentum, laridum, fœnum,

a li. 2. C. eo.
b li. 5. ca. 10.
c edicto. 13.
d Edict. 13. c. 16.
e l. 4. C. de aduo. diuerſ. iudic.

a de quibus Trebellins Pollio in Claudio.

paleam, hordeum, equos, & alia. [a] Verum Iuſtinianus ſuo Prefecto Auguſtali annonas quinquaginta, ideſt cibaria, pro uiris totidem, & quinquaginta capita, ideſt totidem equorum pabula dedit: preterea libras auri 40. annuas, que poſſunt efficere noſtrorum aureorum 4350. Aſſeſſori uero libras auri quinque, ideſt aureos noſtros ferme 550. & mille ſolidos apparitoribus, qui à Vindice ſoluebantur. [b] Is erat Queſtor ad exigenda tributa a Principe Alexandriæ conſtitutus, quem Anaſtaſius inuenit. [c] Præter hæc quandringentos nonaginta duos aureos ex fiſci crumena in accendēdis balneis publicis Præfectus Auguſtalis impendebat, & alios ob quaſdam alias cauſas publicas. [d] Præfectus Aegypti, inquit Vlpianus, [e] non prius deponit præfecturam, uel imperium, quam Alexandriam ingreſſus ſit ſucceſſor eius, licet in prouinciam uenerit, & ita mandatis eius continetur.

b d.Edicto, 13.

c Euagr. li. 3. cap. 42. Niceph. li. 6. cap. 44. de quo in edicto. 8. ca. 3. & edicto. 13. ca. 14. & 15.
d ut in d. edict. 13 cap. 15. & 16.
e in l. uni. de off. Præfect. Auguſt.

# NOTITIA PRAEFECTVS AVGVSTALIS CVM INSIGNIBVS.








## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis, Præfecti AVGVSTALIS PROVINCIAE INFRASCRIPTAE.

LYBIA *ſuperior.*
LYBIA *inferior.*
*THEBAIS.*
*AEGYPTVS.*
*ARCADIA AVGVSTAMNICA.*
OFFICIVM *autem habet ita.*

PRINCIPEM *de Sebola Agentium in rebus, ducenarium, qui adorata clementia principali cum inſignibus exit.*
*Cornicularium.*
*Adiutorem.*
*Commentarienſem.*
*Ab actis.*
*Numerarios.*
*Curam Epiſtolarum.*
*Exceptores, & ceteros Officiales.*

COMMENTARIVM.

EADEM geſtabat inſignia Præfectus Auguſtalis, quæ Comes Orientis, nempe Auguſtorum uultus in ſummo auratę columnæ, abacum albo tapeto inſtratum, qui librū tegimine argēteo tectum ſuſtinebat: Infra effigies ſex prouinciarum ipſi ſubiectarum, uaſa aureis plena tenent, id erat tributum, quod Aegyptus pendere tenebatur, & Præfectus exigere, Auro baccatis monilibus colla, circundatæ, aureas in capite coronas geſtant. aliquæ pallia ex humeris abiecerunt: In manuſcriptis, his humeros tegunt, & Libya inferior læuam manum, Arcadia dextram eleuant, quod adorationis fidelitatiſque ſignum eſſe creditur. Liber eſt qualis Magiſtrorum militum In ijſdem codicibus abaci aulęum, ut ſuperiorum, eſt cœruleum.

Officium habebat ut Vicarij, & ferè ut Præfectus Orientis, exceptis his qui à libellis erant, & ſingularijs, quibus carebat, ipſe enim per ſe libellis ſubſcribebat, ut Præſides; [a] Singulariorum uero officio alij cohortales fungebantur. Princeps officij adorata clementia principali, cum inſignibus exibat, intelligo, tranſacto biennio, ut in proconſule Achaiæ, & Vicario Ponticæ. Et hæc uerba Notitiæ addenda cenſeo. Officiales à Principe probabantur codicillis, à notarijs ſcrinij epiſtolarum conſcriptis, prout & in alijs ſpectabiliū magiſtratuū officijs obſeruabatur. [b]

a l. 2. C. de adſeſſoribus.
b l. ult. C. de diuerſ. offic.

Totius Aegypti populus Nerone imperante, erat, decies ſeptingentorum quinquaginta millium hominum, præter Alexandriæ incolas. In Aegypto ciuitates, & oppida inſignia fuiſſe ultra 18. millia Diodor. Sicul. tradit. Plinius ultra uiginti millia. Hic limes Imperij erat conſtitutus, quem Dux cum pluribus militum copijs tuebatur.

### *DE PRAESIDIBVS VTRIVSQVE Libyæ. Cap. CXVIII.*

AVGVSTALI Præfecto, inter alios duo utriuſq; Libyæ Præſides parebant ſuperioris, & inferioris: Superior ſeu prima ab Orobo Cyrenaica appellatur: Hanc, ait Strabo [c] Alexandriæ & Mareotidi regionem proximam Libyam uocari, quæ poſt Aegyptum in parte Africæ prima incipit à ciuitate Paretonio, & montibus catabathmi; Inde ſecundum mare ad aras Phileniorum extenditur, ubi Oriētis terminabatur imperium, eadem Pentapolis eſt dicta à Plinio, & Ptolomæo, ob numerū quinq; clariorū ciuitatū, quas cōtinet, ſcilicet Cyreneam, Apolloniā, Barcen, Arſinoe, Berenicen. Sed Ammian. [d] pro Apollonia Ptolemaidem ponit. In pentapoli Libya, inquit Cyrene poſita eſt urbs antiqua, ſed deſerta, quam Spartanus condidit, Battus, & Ptolemais, & Arſinoe, eadem quæ Teuchira & Darius & Berenice quas Heſperidas appellant. In ſicciore uero Libya Paretonion, & Cherecla, & Neapolis inter municipia pauca & breuia: Hæc ille Cyrene patria fuit Callimachi, prius Calliſto, deinde Thera, poſt Cyrene dicta. Ptolomaidis Epiſcopus fuit Syneſius inde oriundus, qui multa ſub Arcadio ſcripſit. Ptolomæus antiquior Cyrenarum Rex populum Romanum heredem reliquit, cuius urbes ſenatus liberas eſſe iuſsit, ut Sext. Ruff. ſcribit. Auguſtus uero eā regionē in prouinciæ formā redactā Cręte adminiſtrationi coniunxit, ut Dion, & Strabo memorāt. Sed poſteriores Principes proprium Cyrenenſi Præſidē dederunt, Iuſtinian⁹ [e] unum utriuſq; Libyæ Præſidem conſtituit, à præfecto Auguſtali ſeparatum, cui Mareotidē, & Menelaitum urbes addidit, in quas uoluit ab eo Vicarium mitti, qui eius uice ciuiles criminaleſque cauſas cognoſceret: Habebat is uiginti apparitores ex officialibus præſidis, & quinquaginta illius regionis milites, & pro honorario aureos centum, [f] ſi codex non eſt mēdoſus. Hic præſes pro codicillis dignitatis obtentæ, ſoluebat quantum alij Præſides. [g]

c lib. 17.
d lib. 22.
e in Edicto 15.
f d. Edicto. 13. cap. 21. & 23.
g d. Nouell. 8.

Ab alio Præſide Libya interior regebatur, quæ longe uerſus Oceanū Meridianum extenditur: à Septentrione habet Cyrenaicam: ab occaſu Syrtes maiores, & Trogloditas; à Meridie Aethiopiam. Hanc quoq; Appion Rex Romanis teſtamēto reliquit. Sext. Ruff. Cyrenas, inquit cum ceteris ciuitatibus Libyæ, Pentapolis, Ptolomæi antiquioris liberalitate ſuſcepimus. Libiam ſupremo Appionis Regis arbitrio ſumus aſſecuti: Hunc genere nothum Regem Laginorum fuiſſe Appianus [h] ſcribit, & Cyrenaicam fœdere Romanis conceſiſſe. Sed Marcellinus [i] Ruffo adhęret, cuius uerba tacito Auctore recitat. Huius Iuſtinianus neq; alibi, neq; in catalogo magiſtratuum Orientalium [k] meminit in utraq; Libya alius limes erat imperij Rom. ubi Dux cum multis equitū alis, & peditū cohortibus degebat Libya alias tota ora Africæ dicebatur, quam Auguſtus cōſularem ſecit. [l] de qua hic non agimus.

h in fine belli. Mithridatici.
i li. 22. in fin.
k ut in d. Nou. 8. neq; in d. Edicto 13. quod forte eā in poteſtate non haberet.
l ut Strabo in fine operis memorat.

### *DE PRAESIDE THEBAIDIS, & eius inſignibus. Cap. CXIX.*

THEBAIS tertia pars Aegipti à Thebis uſque ad Syenem uerſus Meridiem porrigitur; à Thebis regionis metropoli eſt dicta. Ea magna fuit ciuitas ambitu. 17. millium paſſuum, magnis ædificiis, quæ ad quintam contignationem ſurgebant, magnificiſq; templis exornabatur. Centum portas ab Homero habuiſſe dicitur, quas aliqui tum mœnium, tum tēplorum, atque aliorum publicorum operum, fuiſſe interpretantur. Sed Marcellinus [m] murorum ciuitatis uult fuiſſe. Extra urbem ad Nilum Memphim uerſus centum ſtabula habuiſſe fertur, ſingula. 200. equorum capacia, olim Buſiris à conditore eſt nominata. Alij Dioſpolim appellant, nunc paruus eſt 300. domorum pagus. Hic, inquit Marcellinus, obeliſcos uidimus plures, alioſq; iacentes & cōminutos, quos antiqui Reges bello domitis gētibus, aut ꝓſperitati bꝰ ſūmarū rerū elati, mōtiū uenis exciſos erectoſq; dijs ſuperis in religione dicarūt, & alia quę ſequuntur. Stephanus hanc tredecim millia uillarum & 30. habuiſſe ſcribit, & hominum myriades. 700. & in

m lib. 13.

longum per 400. ſtadia extenſam fuiſſe.

Cum uero tota Aegiptus olim Heptapolis a ſeptẽ primis urbibus diceretur; ex his quatuor Thebaidis fuerunt, Panopolis, Antinous, Lycopolis, & Hermopolis; aliæ tres Arcadiæ ſunt tributæ. Ammian. [a] Thebais, inquit multas inter urbes clariores, alijs, Hermopolim habet, & Copton, Aminam, quam Adrianus in honorem Antinoi condidit ſui: Hæc ille, D. Hieronymus [b] hanc putat eſſe regionem, quæ olim dicta eſt Geſſen, in qua Patriarcha Iacob cum filijs habitauit, cum ueniſſet in Aegyptum. [c]

Iuſtiniano imperante duæ fuere Thebaides, ab uno Præſide rectæ, [d] quibus Ducem, eundemque Præſidem præfecit. Strabo [e] ſcribit tres Romanorum cohortes in Thebaide circa Syenem excubaſſe, & alias in proxima regione, præter tres legiones in Aegypto commorantes: ſed in Notitia, ſub Duce Thebaidis, octo legiones fuiſſe leguntur.

Huius Præſidis inſignia, pro aliorum exemplari à Notitia oſtenduntur, uidelicet liber uiridi corio tectus, quem ſuſtinet abacus, albo ſurrectoque tapeto, & ad terram uſque demiſſo inſtratus, illum in ima parte aureus limbus circundat. Is codex eſt mandatorum Imperatoris, in cuius dorſo ſcriptæ ſunt hæ notæ, FL. VAL. PNEN. IVSSVAV. quas poſſumus ita interpretari. Fœlix liber, ueniens à laterculo Principis noſtri eius numinis iuſſu Auguſtali, uel primicerij notariorum, & numinis iuſſu auguſtalis, In manu ſcripta Vrſini Notitia pro PNEN. eſt PNEVZ, quæ tres ultimæ notę ſignificant, eius ut Paulus Diaconus interpretatur, & hanc lectionem emẽdatiorem puto; illas uero notas. VAL. non ſum auſus pro Valentiniano exponere, qui tempore huius Notitiæ Romæ, non in Oriente imperabat. Tegumẽtum libri in manuſcripto eſt auratum. Infrà uero oppidi eſt effigies, quod metropolim & ſedem Præſidis ſignificare cenſeo ſcilicet Thebas. Aliorum præterea habebat inſignia Præſidum de quibus ſupra dictum fuit. Principum ſimulachris caret quæ conſulares, & omnes ſpectabiles præmittebant: In Occidente uero omnibus Præſidibus, etiam perfectiſsimis tradebantur, Thebaidis Præſes apparitores habebat non pauciores quinquaginta, quemadmodum, & alij præſides, ſcilicet Principem de eodem officio, Cornicularium, Commentarienſem, Adiutorem, Numerarium; Ab actis, Exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus tanquam cohorti obnoxijs, non licet iaquit Notitia, ad aliam tranſire militiam ſine auctoritate Clementiæ Principalis: Hanc clauſulam ſupra in conſulari Palæſtinæ recitatam explicui: Cum uero dicit hos cohortales ad aliam militiam tranſire non poſſe, intelligit, ad alterius prouinciæ officia, aut ſcrinia notariorum, uel largitionum, rerum priuatarum, quorum exercitatio militia appellabatur. [f] ſubdit Notitia ceteros omnes Præſides ad ſimilitudinem Præſidis Thebaidis officium habere, hunc enim tanquam digniorem aliorum exemplar eſſe uoluit. In hac prouincia limite imperij Rom. conſtituto, Dux cum multis equitum peditumque numeris excubabat.

a lib. 22.
b in lib. Hebraicar. quæſtion.
c Geneſ. 45. 46.
d ut in d. Edicto 13. cap. 22. §. ſequitur.
e lib. 17.
f l. 7. pen. & ult. C. de cohortal. l. ult. C. de inoffic. teſtam. l. ulti. C. de pignorib.

## DE PRAESIDIBVS ARCADIAE & Aegypti auguſtanicæque correctore. Cap. CXX.

ARCADIA ab Arcadio Imperatore nominata, pars eſt Aegypti, quæ antea Heptanomus a ſeptẽ nomis, ideſt præfecturis uocabatur ſeu Heptapolis à ſeptem primis urbibus, quartum quatuor Thebaidis, tres Arcadiæ fuere, [g] Heraclea, Memphis, & Oxyrinthus. Ea regio extra Deltam, Libyam uerſus, Nilo adheret, Ptolomeus in Marmarico collocat. Huic præerat ſuus Preſes ſicut & Thebaidi.

g ut ait Stephanus, & Raphael Volater. lib. Geograph. 12. & Euſthacius.

Tres uero pręcipuas Aegypti partes Ammianus [h] facit Aegyptum, Thebaidem, & Libyam, quam priſcorum temporum partitionem fuiſſe memorat: Sed duas, inquit adiecit poſteritas, ab Aegypto Auguſtanicam, & Pentapolim à Libya ſicciore diſparatam: Eſt autem propriè Aegyptus. Delta. Hęc ille. Eodẽ modo Gratianus A. [i] ab Aegypto Auguſtanicam diuidit, quam aliqui quaſi Auguſtamnicam, ideſt fluuialem prouinciam interpretantur: alij Auguſtaneã legunt. In ea, ait Ammianus, eſt Peleuſium nobile oppidum, quod Peleus Achillis pater dicitur condidiſſe luſtrari Deorum monitu iuſſus in lacu, qui eiuſdem ciuitatis alluit moenia, cum poſt interfectũ patrem nomine Phocum horrendis furiarum imaginibus raptaretur, & Caſsius mons ubi Pompei ſepulchrum eſt Magni, & Oſtracinæ, & Rhinocurula: Hactenus ille. Hæc regio extra Deltam, inter Nilum & Arabiam petream iacet, Imperante Conſtantio Præſidem habuit Auxentium. [k] Notitiæ uero tempore ſub correctore fuit. Iuſtinianus duas Auguſtanicas ponit, primam quæ conſularem habebat, ſecundam quæ correctorem. [l] Reliquum uero quod intra Deltam continetur, ſpecialiter Aegyptus uocatur, olim à Præſide adminiſtrata. Demum, & ipſa in duas prouincias eſt diuiſa primam & ſecundam, quę ſingulæ à ſuo Præſide regebantur, [m] & utraque Aegyptus nominatur, [n] quibus Iuſtinianus unum Præfectum Auguſtalem præfecit, nec ultra eum imperare uoluit, cum olim uniuerſæ Aegypto & Thebaidi unus ius diceret, & Alexandriam, omneſque Deltæ maiores urbes adminiſtraret: minores uero à Præſidibus regerentur: Ammianus enim ſcribit: Aegyptus ipſa, quæ iam indè ut Romano imperio iuncta eſt regitur a Præfectis, exceptis minoribus multis Athribi, Oxyrincho, Thmui, & Memphi maximis urbibus nitet; quibus Auguſtalis Præfectus imperauit. Hæc ille. Per totam Aegyptum & Auguſtanicam uectigal Alabarchię pro traducẽdis animalibus erat conſtitutum. [o] Nunc de Iuridico Alexandrię, eſt dicendum, quem etſi ut minorem Magiſtratum Notitia omittit, eius tamen faciendam eſſe mentionem cenſui, cum Pręfecto Aegypti ſubſit, & ſępe iura de eo loquantur. [p]

h lib. 22.
i in l. 9. C. de uectigalib. & commiſſ.
k in l. 34. C. Th. de Decurionib.
l Nou. 8. in Notitia.
m in Notitia d. Nou. 8. & Edicto 14.
n d. Edicto 13. cap. 6.
o d. l. 9. C. de uectigali. & cõmiſſ.
p ff. & C. de offi. iurid. Alexand. l. 41. §. Lucia Titia ff. de fideicomm. libert. §. nos aũt Inſtit. de Attiliã. tutore.

## DE IVRIDICO ET ALIIS ALExandriæ Magiſtratibus. Cap. CXXI.

AEgypti totius metropolis eſt Alexandria inclyta ciuitas, ab Alexandro Macedonum Rege eius conditore appellata prius No dictam ait D. Hieronymus. [q] Hęc diuitijs, aeris temperie, mercium negocijs, ſtudijs & pulchritudine ceteras antecellabat, ut Strabo [r] refert: pręter amplas enim & latas uias, quibus tota diſtinguebatur, duabus latiſsimis patebat, quę plus iugere expandebantur, & ſe ſe medias ad rectos angulos ſecabant, pręter fana pulcherrima, pręclaras regias, ſeu Baſilicas habebat, earum pars erat Muſęum, quod ambulacrum, exędram, & maximam domum continebat, in qua erat cœnaculum, ubi ſtudijs operam dantes degebant: Horum cœtus communes pecunias tenebat, & ſacerdotem Muſęo pręfectum, olim a Regibus, nunc à Cęſare conſtitutum, cui ciuitatis cura incumbebat, ibi omnium liberalium ſtudiorum ſcholę florebant, quarum tantam dignitatem, & exiſtimationem fuiſſe Ammianus [s] narrat, ut medicis ad commendandam artis ſcientiam ſufficeret, ſi ſe Alexandrię eruditos fuiſſe dixiſſent. D. Gregorius Nazianzenus, [t] hanc urbem doctrinarum omnium officinam, omniumq; ciuitatum uerticem appellat: Strabo uero ob mercium frequentiam, maximum orbis

C. de officio de iuridic. Alexandriæ.
q de locis Hebraicis in act. apoſt.
r li. 17. Geoglop.
ſ li. 22.
t in oratione funebri, Cæſaris fratris.



orbis terrarum emporium: Procopius Sophiſta mundi barathrum: Stephanus per excellentiam, inquit, πόλις uocabatur, ſicut Athenæ ἄστυ, & Roma, vrbs nuncupatur: In ea quotidie pauperibus frumentum dabatur, quemadmodum Romæ & Conſtantinopoli; Nam Theodoſius Valentinianuſque, præter alios conſuetos, ibi centum decem modios diurnos inter plebem diſtribui iuſſerunt. [a] In purgandum Nilum quotannis 400. ſolidi impendebantur, ex dinummio huius ciuitatis uectigali præcepti. [b] Viri quoque ſexcenti ſub Patriarcha ægrotos curabant, parabolani dicti. [c] Quædam etiam priuilegia eius aduocati, & primates habebant. [d] In hac ſplendidiſsima ciuitate Iuridicus degebat, qui erat ut in alijs ciuitatibus defenſor, aut duum uiri: hos enim in dandis tutoribus Iuſtinianus comparat, [e] ac ſicut coram ciuitatum defenſoribus, donationes inſinuabantur, id eſt actis inſerebantur, idem & coram Alexandriæ Iuridico fiebat. [f] Maiore tamen is, quàm illi, poteſtate præditus erat. Strabo enim inquit, ſub Præfecto Auguſtali eſt δικαιοδότης Iuridicus, qui maximam in iudicijs poteſtatem habet: Nam uelut is, qui à Cęſare creabatur, de omnibus ciuilibus cognoſcebat; ſicut autem proprium Auguſtalem Præfectum tota Aegypti prouincia ab alijs differentem habebat, dignum quoque fuit tàm inclytæ ciuitati, ut erat Alexandria, iudicem dari, quem non ciuitatis defenſorem, ut aliarum iudices urbium dicebant, ſed præcipuo nomine Alexandriæ Iuridicum: Hæc Strabo. Itaque de quacunque pecuniæ quantitate iudicabat, quod ciuitatum defenſoribus non licebat: hi enim olim quinquaginta tantum aureorum cauſas cognouerunt, [g] poſtea 300. [h] Verum Alexandria Iuridicum, & non Duumuiros habebat, quoniam hi ex Decurionibus tantum creabantur qui Alexandriæ non erant: Paulus, [i] Is, inquit, qui non ſit decurio, duumuiratu, vel alijs honoribus fungi non poteſt: quia decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur. Hactenus Paulus.

Alexandrini autem uelut ſub Regibus uiuere ſoliti, decurionibus carebant, & ideo duumuiros non creabant, ſed à Cæſare Iuridicum accipiebant. Seuerus vero Imperator, illis decuriones conceſsit: Spartianus, Deinde Alexandrinis, inquit, ius βουλευτῶν, ideſt curialium dedit, qui ſine publico conſilio; ita vt ſub Regibus ante uiuebant, uno iudice contenti, quem Cæſar dediſſet.

Erat & Alexandriæ ſacerdos, qui ſacra curabat, ſicut de Lyciarchis, Aſiarchis, Phœniciarchis, & aliis huiuſmodi diximus, qui indutus purpura, patriæ honore gaudebat, ait Strabo. [k] Tertius erat ſcriba actorum, qui iudicijs præerat: Quartus Prætor nocturnus, ut Præfectus vigilum Romæ, qui obſeruabat, ne quid criminis nocte committeretur, & delinquentes corrigebat. Huiuſmodi magiſtratum Conſtantinopoli Iuſtinianus creauit, ac Prætorem plebis dictum dignitate auxit. [l] Quintus fuit uindex, qui rebus publicis Alexandriæ præerat, ab Anaſtaſio inuentus; [m] Balnea etiam iuridicus incendi curabat, in quæ ex redditibus urbis 492. aurei impendebantur, & 419. in id, quod uocabatur Anticantarum, & 558. cum dimidio receptori naulorum, quæ ſumma eſt aureorum 1469. In curſum quoque equorum, & equos 36. ut ſupra diximus, fiſcus aureos 320. ſoluebat, & alios 100. pro exagogio, ex quib. colligitur ſumma aureorum 1889. quos fiſcus Alexandriæ impendebat. Iuſtinianus uero ſuperfluis amputatis præcipit ex hac ſumma 320. in curſum equorum ab Auguſtali exhiberi, reliquos 1200. ipſi pro annonis ſolui. [n] Alexandriam quoque unus ex palatinis mittebatur, qui præpoſiti cubiculi locum tenebat, ad quem certa tributa deferri curabat. [o] Hæc ſunt quæ ad ſecundam præfecti Orientis diœceſim pertinent: nunc ad tertiam, ideſt Aſianam, & eius Vicarium, eſt accedendum ſecundum Notitiæ & codicis Iuſtiniani ordinẽ, à quibus Præfecto Auguſtali ſubnectitur.

a in l. ulti. C. de frumento Alexãdrino.
b l. vnica. C. de Alexan. prim.
c l. placet. 17. cũ ſeq. C. de epiſco. & cleric.
d l. Alexãdrinis, cũ 2. ſeqq. C. de decurionib. l. vlt. C. de legationib.
e in §. pen. Inſti. de Attilian. tutor.
f d. l. 1. C. eod.
g l. 1. C. de defenſorib. ciuitat.
h §. 1. in Auth. de defenſorib. ciuit.
i in l. honores. §. 2. ff. de decurionibus.
k lib. 17.
l In Nouell. 13. Edicto. 8. & Edicto. 13.
m Euagr. lib. 3. c. 42. Nicephor. li. 16. c. 44.
n d. Edicto 13. c. 16.
o in c. 20. Edict. 13.

## DE VICARIO ASIANAE, ET eius inſignibus. Cap. CXXII.

QVATVOR erant in Oriente Vicarij, Aſianæ diœceſeos, Ponti, Thraciarum & Macedoniæ, quot etiam Leo recenſet. [p] Primus, tertiæ Præfecti Prætorio Orientis diœceſi, Aſianæ dictæ, Vicarius præerat, octo prouincijs imperans. Gratianus A, [q] ad Cynegium PP. ſcribens: Proximos, inquit, memoriæ, epiſtolarum ac libellorum, atque diſpoſitionum, ita Vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro Præfectis diœceſes ſibi creditas temperarunt: Hæc ille. Aſiana diœceſis erat tota illa Aſiæ minoris pars, quæ mare Icarium, & Carpathium reſpicit, cuius, & eius Vicarij, iura ſæpe meminerunt. [r] Vicarij autem ſunt dicti, quòd vices ipſius Præfecti Prætorio gererent, Vlpianus; [s] A Præfectis, inquit, prætorio, uel eo, qui uice præfecti, ex mandatis Principis cognoſcit, deportatus ſtatim amittit ciuitatem; & Valentinianus A. [t] præcipit Vicarios in ciuilibus cauſis Comitibus anteferri; Siquidem, inquit, præfecturæ meritum cęteris dignitatibus anteſtat; & Vicariæ dignitas ipſo nomine eius ſe trahere indicat portionem. Conſtantinus quoq; [u] Vicarios vice Præfecti cognoſcere dicit, quum ad Valerianum agentem vicariam præfecturam ſcribit, [x] & Nicephorus [y] Patricium, Metaphraſt. [z] Eliodorum Vicarios P. Prætorio appellat. Ammianus itẽ, [a] Fiduſtium pro Præfecto Aſiam rexiſſe ſcribit. Eodẽ modo Caſsiodorus; [b] Vices, ait, agentium mos eſt, ſic iudicum uoluntatibus obedire, ut ſuas non habeant dignitates; ſplendent mutuo lumine, nituntur uiribus alienis, & quędam imago in illis uidetur eſſe ueritatis, qui proprij non habent iura fulgoris. Tu autem Vicarius diceris, & tua priuilegia non relinquis, quando propria eſt iuriſdictio, quæ datur à Principe: Habes enim cum Præfectis aliquam portionem; partes apud te ſub Prętoriana aduocatione confligunt; Vice ſacra ſententiam dicis: & ſubdit, additur, quòd nec ſalutari te ſine chlamyde iura uoluerunt, ſcilicet, ut ſub ueſte militari ſemper viſus, nunquàm credaris eſſe priuatus; ſed hæc omnia ad Prefecturę gloriam indicamus eſſe conceſſa, ut qui tantæ ſedis Vicarium diceret, umbratile nil uideret: Hęc ille, qui licet loquatur de Vicario Pręfecti vrbis Romę, idem tamen de aliis eſt dicendum; & ideo Vicarij ſępe his notis ſignificantur [c] V. P. ideſt Vicarij Prefecti. Cum itaq; a pręfectis Vicarij penderent, illis præſentibus priuati erant. D. Ambroſius, [d] pręfectorũ, inquit, Vicarij pręſentibus eis, priuati ſunt. Tempore Iureconſultorum Vicarij Pręfectorum fuere, quos ex mandatis Principis uice Pręfecti cognouiſſe Vlpianus ſcribit. [e] Sed hi certas prouincias nõ regebant: Diocletianus quoque & Gordianus Vicarijs ſcripſiſſe inueniuntur, [f] a quibus ego pedaneos iudices ſignificari ſuſpicor: Verum alibi legitur Diocletianum in Hiſpanijs Viatorem Vicarium habuiſſe; [g] Conſtantinus Vicarijs Comitis titulum addidit: Octauianum enim Hiſpaniarum Comitem creauit, [h] mox Tiberianum, quem aliquando Vicarium, [i] quãdoque Comitem appellat: [k] Eo imperante, Tertullianus Aſię Vicarius fuit, quem ipſe V. P. Comitem diœceſeos Aſianę uocat; [l] ei Veronicianus ſucceſſit, [m] mox clearchus, [n] deinde Auſonius Gallus poeta, [o] & ſub Theodoſio Euthymius. [p] Vicarij ſub Conſtantino erant Perfectiſsimi: nam ipſe & Tertullianum, de quo ſupra, & rerum Vicarium virum perfectiſsimum in epiſtola ad Probianum Africæ proconſulem appellat; [q] poſtea ſpectabiles ſunt facti: ſub eodem Ariſtęneum Aſiæ Vicariũ fuiſſe Marcellinus ſcribit, [r] qui ab Euſebia uxore Euſebis, ideſt pius cognominabatur: Vicarij a Principe creabãtur, & ſi PP. vices agebant; vnde Vicarij Auguſtales uocantur à Iuliano

C. de offic. Vicarij.
p in l. fi. C. de diuerſ. offic.
q in l. 1. C. de proxi. ſacro. ſcrin.
r l. 5. C. de tpib. appellat. l. antep. C. de Numer. l. 2. C. de milita. veſte. l. 1. C. ut nemo. ad ſuũ patrocin. l. ult. C. de diuerſ. offic. l. 8. C. de cohortal. l. 1. C. de palat. ſacr. largit. & alia.
s in l. 1. §. 4. de legat. 3.
t in l. 1. C de officio Vicarij.
u in l. a proconſu. lib. 19. C. de appellationib.
x in l. q̃uis. C. de iur. & fact. igno.
y lib. 7. c. 42.
z 19 Septem.
a lib. 20.
b lib. 6. variar. de Vicario Præfecti vrbi.
c l. 3. C. fin. regũ. l. 1. C. Theod. l. j. C. The. de extraord. & ſord. muner.
d in epiſt. ad Coloſſen. c. 2.
e in d. l. 1. §. 4. de leg. 3.
f in l. 1. & 2. C. de pedan. iudic.
g Martyrolog. 23. Octob.
h l. cũ ſeruũ. C. de ſeru. fugit.
i l. ſi à ſpõſo. C. de don. antenup.
k d. l. cũ ſeruum. C. de ſer. fugit.
l in l. 3. C. fin. regundo.
m l. 4. C. Theo. de numera. l. 1. C. eodẽ. l. 1. C. de palat. ſacr. largit. l. 6. C. Th. de extraord. ſiue ſord. num.
n l. 1. C. The. ne colon. iſcio dom.
o l. 69. C. Th. de decurion.
p l. 19. C. Th. de cohortalib. princip. & cornicular.
q epiſtol. 68. D. Auguſtin. & contra Donatiſtas poſt collatio. ca. 33.
r lib. 18.

Iuliano A. [a] & inter ſenatores cenſebantur, chlamyde militari induti, carpento uehebantur, vt auctor eſt Caſsiodorus. [b] Quæ à Præfectis imperabantur, &, præſertim ad tributa ſpectantia exequebãtur; obſeruabantque Præſides prouinciarum nequid iniquum committerent. Aſianæ Vicarius cis Taurum in Aſia minore octo prouincias regebat, quarum duæ erant conſulares Pamphylia, & Lydia, aliæ Præſidũ, Piſidia, Lycaonia, Phrygia Pacatiana, Phrygia ſalutaris, Lycia, Caria. Helleſpontus verò conſularis, & inſulæ ſub Præſide Proconſulem Aſiæ ſequebantur, & ideo Nicephorus [c] Aſiam ſuo tempore ab vndecim Præſidibus rectam fuiſſe teſtatur, [d] quod uerum eſt, his duobus, & Aſiæ proconſule computatis. Vicarius Aſianæ idem Præſes erat Phrygiæ Pacatianæ, [e] quæ illi committebatur, ut propriam haberet adminiſtrationem. Verum Iuſtinianus [f] ſublato nomine Vicarij, & poteſtate, vnum Phrygiæ Pacatianæ præfecit, Comitem appellatum, qui vtriuſque ſalarium, & apparitorum officia in unum conflata habebat, & illius prouinciæ militibus imperabat, [g] hic Vicarius in vſum quatuor lampadum oleum à Principe accipiebat, quemadmodum infra in Vicario Ponticæ dicetur, cuius ferè omnia habebat iura, & inſignia. Appellabatur ab eo ad P.P. qui eſt in comitatu, & Queſtorem ſacri palatij, [h] quemadmodum & in alijs ſpectabilibus obſeruabatur.

a In l. vlti. C. de his qui per met. iud. non appell.
b lib. 6. variar.
c lib. 13. c. 3.
d & Tripart. lib. 10. c. 4.
e Nouell. 8. §. 3. Nouel. 27.
f d. Nouel. 8. §. illud tamen.
g Nouel. 20. §. qui uero dux, d. Nouel 8. §. illud tamẽ, d. Nouel. 27. §. 2. & Nouel. 24. §. quæcunq; igit.
h l. præcipimus, C. de appella.

NOTITIA.

# VICARIVS DIOECESEOS ASIANAE

## Cum Inſignibus.








NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri Spectabilis Vicarij Diœceſeos Aſianæ, Prouinciæ infraſcriptæ.

PAMPHYLIA.
LYDIA.
CARIA.
LYCIA.
LYCAONIA.
PISIDIA.
PHRYGIA *Pacatiana.*
PHRYGIA *ſalutaris.*

OFFICIVM *autem uiri ſpectabilis Vicarij diœceſeos Aſianæ habet ita.*

PRINCIPEM *de ſchola Agentium in rebus Ducenarium, qui adorata Clementia principali cum inſignibus exit.*
*Cornicularium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Ab actis.*
*Numerarios.*
*Curam Epiſtolarum.*
*Exceptores, & cæteros officiales.*

COMMENTARIVM.

INSIGNIA Vicarij Aſianæ sũt purpurea chlamys, quę eſt ueſtis militaris, nos cappam uocamus; vultus Principum in ſummo auratæ columnæ, abacus albo tapeto inſtratus, qui librum viridi corio tectum ſuſtinet, in eo mandata Principis continebantur, quibus Vicario iuriſdictio demandabatur, & ut vice Pręfecti cognoſceret, Vlpianus, [a] A Præfecto Prætorio, inquit, vel eo qui uice Præfecti ex mandatis Principis cognouit; Item à Præfecto vrbis deportatos ſtatim amittere ciuitatem conſtat. Hæc ille. Infra imagines octo mulierum, totidem illi ſubiectas prouincias ſignificantes, coronam in capite geſtant, collaq; monilibus, ac torquibus circundata, & uaſa aureis plena tenent: Ex illis Phrygia Pacatiana, & Piſidia ſunt velatæ: ſola Lycia pallio puniceo humeros tegit, Phrygia Pacatiana dextram manum extollit, ſalutaris, & Caria indicem eleuant, quod fidei & adorationis ſignum eſſe diximus: Helleſpontus & inſulę deſunt, quia Proconſuli Aſiæ parebant: In manuſcriptis omnes palliatæ, ſparſos poſt terga capillos habent. Codicilli magiſtratus, & auro tectus codex mandatorum, cœruleo abaco inhærent, codici hę notæ ſunt inſcriptæ. FL. IN TAL. COM. ORD. PR. quas notas ita ſum interpretatus; Fœlix liber iniunctus notarijs tribunis à Laterculo continens mandata ordine Primicerij. In manuſcriptis eaſdem notas, & codicillos, omnes Vicarij habent tàm in Oriente quàm in Occidente: In impreſſo nec notæ, nec codicilli apparent, præterquam in Vicario Britanniæ. Comites vero & Duces in codicibus & notas, & propè codicillos præferunt. Illuſtres pro notis vultum Principis libri dorſo inſculptum tenent.

a in l. 1. §. deportatos, de leg. 3.

Officium habebat ferè ut Comites & Proconſules, videlicet Principem de ſchola agentium in rebus Ducenarium, qui adorata clementia principali, cum inſignibus exit, inquit Notitia, ideſt cum cingulo, ꝙ erat inſigne huius Principis, & illud ex officio exiẽs retinebat, quod aliis non concedebatur. Neque hic, neque cæteri officiales poterant creari, niſi à Principe, mox à Vicario, litteris probatorijs in ſcrinio epiſtolarum ſcriptis comprobati fuiſſent, ſicut in maiorum Magiſtratuum officijs obſeruabatur. [b] Iis, qui à libellis erant, Vicarij carebant, quia per ſe illis ſubſcribebant, [c] ut Præſides, & Correctores, nec ſingularios officiales habebant. Aſiani pro tricenis iugeribus agri ſingulam ueſtem, ideſt chlamydem militibus ſoluebãt, quæ ſolido ſeu aureo æſtimabatur. [d] Nunc de magiſtratibus Aſianæ Vicario parentibus, ac primò de Conſularibus Pamphyliæ, & Lyciæ eſt videndum, poſtea de Præſidibus tractabimus.

b l. ult. C. de diuerſ. offic.
c l. 2. C. de aſſeſſor.
d l. 2. C. de milit. veſte.

*DE CONSVLARIBVS Pamphyliæ, & Lydiæ. Cap. CXXIII.*

PAMPHYLIA olim Mopſia cognominata, nunc vulgo Sattalia, corrupto uocabulo, ab Attalia eius metropoli, ciuitate maxima dicitur, Ab Oriente habet Ciliciam, ab Occaſu Lyciam; à Septentrione Galatiam; à Meridie mare Pamphylium. Dicta eſt Pãphylia, inquit, Metaphraſtes, [e] quòd ex omnibus gentibus eſſet conflata: Id enim ſonat Græca hæc dictio, Stephanus uero deriuat à Pamphylia Rhacij & Mantus filia: eius metropolis eſt Aſpendus, olim Clara dicta. Vulgatum eſt prouerbium, [f] Aſpendius Cythariſta, quod furem ſignificat, quia Aſpendij intus ſiniſtra tantum manu chordas carpunt, nec dextra plectro utuntur.

e in S. Matrona.
f in 3. in Verrem Ciceronis.

Imperante Conſtantino, Lycia, & Pamphylia ab uno Præſide regebantur: ad Euſebium enim Lyciæ, & Pamphyliæ Præſidem ſcribit, [g] quem virum perfectiſsimum appellat; vnde cum hæ prouinciæ, tum nec conſulares eſſent, nec Præſidem clariſsimum haberent, inter minores prouincias cenſebantur, Pamphylia poſtea Conſularis facta eſt, & a Lycia diuiſa, & à Iuſtiniano [h] inter conſulares recenſetur, Pamphyliæ ciuitatibus Iulianus Apoſtata conceſsit, ut quicquid acquiſiuiſſent, earum eſſet, [i] cum de hoc controuerſiam paterentur.

g in l. 1. C. de capit. ciui. cenſibus eximend. & l. 2. C. Theo. de cenſu ſiue aſcriptitija.
h in Nouel. 8.
i l. 2. C. de diuer. pręd. vrb.

Lydia inter Cariam, & Helleſpontum iacet, cuius metropolis Sardis fuit, ſub Croeſo Rege inſignis: Lydia, ait Sext. Ruffus, ſedes antiqua regnorum Antiocho à L. Scipione adempta fuit. Prius Proprætorem, mox Conſularem habuit, Gratiano imperãte, qui ad Pallium Lydiæ Conſularem ſcribit, [k] & inter Conſulares recenſetur à Iuſtiniano in Notitia, [l] & ſi generali nomine ἄρχων uocatur. Itaque tantum pro codicillis magiſtratus ſoluebat, quantum alij conſulares. Ab eo ad Præfectum urbi Conſtantinopolis appellabatur, [m] quod in alijs erat ſecus. Conſularibus Aſianæ explicatis, ad eius Pręſides accedamus.

k in l. 6. C. de dilatorib.
l d. Nouel. 8.
m l. cum appellatio. C. de appellatio.

*DE PRAESIDIBVS LYCIAE, & Cariæ, Lycaoniæ, & poſtea Prætore Iuſtiniano. Cap. CXXIIII.*

LYCIA inter Pamphyliam, & Cariam media à Septentrione, confinis eſt Phrygię, olim LX. oppidis clara, ex quibus ętate D. Pauli 36. tantum permanſerant; Earum opulentiſsima metropolis fuit Myra, [n] ad quam ipſe in Italiam nauigans appulit; [o] Ex his initio quatuordecim ferebant ſuffragium de reb. belli & pacis, ac Lyciarchum creabant, qui uniuerſę prouincię ius dicebat. Olim mari uſque ad Italiã imperarunt, ut ait Strabo. [p] Lycia à Lyco Pandionis filio nomen habuit; Hęc & ſequentes tempore No-

n Martyrolo. 6. decem.
o actu apoſt. 27.
p lib. 3.

titiæ Præſides habebant. At Iuſtinianus Lyciam inter conſulares recenſet. [a] Caria verò ab Oriente habet Lyciam, A Septentrione Lydiam, ab occidente mare Icarium, vel Aegeum; à Meridie Carpathium. A Care Phoronei filio dicto eſt Caria, ait Stephanus: quam inter Conſulares Iuſtinianus connumerat. [b] Ad littus promontorium inſtar peninſulæ habebat, Doris dictum, in quo Gnidus inſignis ciuitas ſita erat, [c] vbi Veneris templum, & ſimulachrum à Praxitele mira arte fabricatum ſpectabatur. Lycaonia mediterranea ab Oriente Tauro, à Cilicia Thrachæa diuiditur; à Septentrione contermina eſt Cappadociæ: ab occaſu Piſidiæ; à meridie Iſauriæ. Huic Lncaon Arcadiæ Rex nomen dedit, quem in eā profectum, & à Ioue, cui membra humana comedenda appoſuerat, in lupum conuerſum, poetæ fabulantur. Is ante Aeneam Oenotrios in agrum Romanum deduxit, ut Iuſtinianus narrat: [d] eius prouinciæ inſignes vrbes erant Lyſtra, & Derbe, in quibus D. Paulus verſatus eſt, [e] & Iconium [f] metropolis, vbi Præſes & Dux limitaneus ius dicebant, ſed ibi Præſes tātum ciuilia tractabat, & ſi poſtea imperante Iuſtiniano is inter Conſulares eſt connumeratus. [g] Militum Dux crimina cognoſcebat. Iuſtinianus uerò duos eos magiſtratus in unum contraxit, & pro his Prætorem Iuſtinianum virum ſpectabilem conſtituit, qui tàm populo quàm militibus præeſſet. [h] Veteres enim militum magiſtratus Prætores nominabāt. [i] Faſces ante cum ſecuri argento celata præmittebat, & apud ſe ad tribunal retinebat. Argentato etiam curru utebatur, quæ eius erant inſignia; pro annona & capite ſiue alimentis & equorum pabulis aureos 300. percipiebat, eius aſſeſſor 72. officiū libras duas auri, ideſt noſtros aureos 220. [k] Pro codicillis iuſſus eſt ſoluere quantum conſulares, ideſt tribus chartularijs ſacri cubiculi ſolidos octo. Primicerio notariorum, & Laterculenſibus 24. eius adiutori 3. Officio Præfectorum, cui parebat, ſolidos 40. [l] Prius ſoluebat quantum alij Præſides. Appellationis cauſas in ſua prouincia à Principe, uel alio delegatas, niſi quingentos aureos excederent, ipſe cognoſcebat, nec ad delegantem deuoluebantur, ne diſpendiū in re parua litigantes ſentirent; [m] In primis mœnia, & publica opera, aquæductus, pontes, vias, & ſimilia, curare debebat. [n] Eius officium erat centum apparitorum, in quo eminebat Princeps Cornicularius, cæterique primates. [o] Iconi, quæ prouinciæ erat metropolis, hic Prætor reſidebat.

a Nouel. 8.
b in d. Nouel. 8.
c d qua 27. actu. apoſtolor.
d in Nouel. 25. d Prætor. Lycaoniç
e actu. apoſt. 14.
f Ptolemæus.
g d. Nouel. 8.
h Nouel. 25.
i §. 1. d. Nouell. 25.
k §. pe. d. Nouel. 25.
l §. ult. d. Nouel. 25.
m §. pen. d. Nouel. 25.
n §. antep. d. Nouell.
o §. 2. d. Nouel.

### *DE PRAESIDIBVS PISIDIAE, Phrygiæ Pacatianæ, & Salutaris. Cap. CXXV.*

INTER Lycaoniam ab Ortu, & Pamphyliam ab Occaſu eſt Piſidia; Iſauriam habet à Meridie, Galatiam à Septentrione. huius Præſes cum Duce militibus imperante continuas rixas exercens vileſcebat. [p] Quare Iuſtinianus eum [q] de Præſide Prætorem fecit, & ciuilem militaremq; adminiſtrationem illi cōmiſit, & centum apparitores ex publico ſeu fiſco alēdos dedit. In primis uero mandauit, vt prouinciam delinquentibus purgaret, item annonam, publicaq; opera curaret. Inter ſpectabiles cenſebatur, & Prætor Iuſtinianus nominabatur.

Inſignia habebat argentatum currum, & faſces cū ſecuribus argento celatis. [r] Cauſas appellationum intra 500. aureos in ſua prouincia, etiam à Principe delegatas cognoſcebat; quemadmodum Prætor Lycaoniæ. pro annonis & capitibus ſolidos 300. percipiebat. Aſſeſſor 72. Officium libras auri duas, ſeu noſtros aureos 220. pro codicillis ſoluebat chartularijs ſacri cubiculi ſolidos 9. Primicerio Notariorum, & Laterculenſibus 24. eius adiutori tres. Officio Præfecti Prætorio 40. Illi præter codicillos inſignia magiſtratus cōtinentes, mandata Principis ex ſacro laterculo tradi iubentur, [s] Appellatur ab hoc, quemadmodum ab alijs ſpectabilibus. [t] Phrygia Aſiæ minoris regio, quam Suidas Achrilim credit nominatam, in maiorem & minorem à Xenophonte, Ptolemæo, & Strabone diuiditur, qui minorem Epictetū, & Helleſpontiacum uocat, Helleſponto etiam à Diodoro [u] attribuitur; eadem Troas dicitur. Maior ab Ariſtide ſuperior, à Strabone Paroria appellatur, quæ olympo & Helleſponto adiacet: in ea Coloſſæ, vnde Coloſſenſes, ad quos D. Paulus ſcribit. Laodicęa metropolis, & Hierapolis [x] claræ urbes habebantur, quæ Nerone imperante, terremotu periere, [y] ſed Laodicea à locupletibus ciuibus eſt reſtituta. Minor Phrygia poſtea Pacatiana fortè, ab Ouinio Pacatiano eſt dicta, qui ſub Conſtantino P.P. Orientis, in ea diu reſedit, ac Conſul & P. V. fuit. [z] Ab Oriente habet Cappadociam, ab occaſu Phrygiam maiorem, ſeu ſalutarem vocatam; à Septentrione Galatiam; Ab Auſtro lydiam. Olim ſingulæ ſingulos habuere Præſides, poſtea Aſianæ Vicarius hanc prouinciam, ut Præſes adminiſtrauit. [a] Iuſtinianus uero ſublato Vicario Phrygiæ Pacatianæ Comitem præfecit, qui nulli alij Aſianæ Præſidi imperabat, illi tamen totum, quod pro utroque magiſtratu Vicarius habebat, cū vtriuſq; officij cohortibus ſalarium reliquit. [b] Is omnia Comitum inſignia geſtans, curru & ipſe argentato uehebatur, aureoq; torque ornatus, faſces cum argentatis ſecuribus præmittebat. Soluebat pro codicillis promotionis quantum Conſulares. [c] Prior pręſes officium habebat, ut alij prouinciarum Rectores.

Maior Phrygia, quæ ad oram Aegei maris, prope Helleſpontum, ubi Troas, ſeu minor Phrygia extenditur, Caico flumine interſecatur, à Galatia Iero fluuio diſterminatur, inquit D. Hieronymus; [d] Salutaris ob plurimos ibi à Michaele Archangelo ſanitati reſtitutos eſt uocata. Nicephorus, [e] Memoriæ, inquit, proditum eſt, Argonautas Græcorum, cum ad eum quoque locum perueniſſent prædari, atq; diripere regionem eam cœpiſſe, & ab Amyco, qui tum ibi rerum potiebatur, in fugam uerſos, & palantes in quendam nemoroſum, & incultum propter denſitatem arborum locum profugiſſe, ibiq; eis latitantibus virtutem cœlitus aduenisse, viri ſpecie, alas ueluti Aquilæ in humeris habentem, uictoriamq; aduerſus Amycum Oraculo denunciaſſe, illos porrò id ſecutos cum illo conflixiſſe, & victoriam reportaſſe, & ipſum vna cum copijs ſuis concidiſſe, atque ut gratiam viſioni ei referrent, fanum illi & ſtatuam, ea, quæ illis apparuerat forma, in loco eo excitaſſe, nomenque ei regioni Soſtenium indidiſſe, quòd ſcilicet robore ibi accepto ſalui euaſiſſent. Eam ſtatuam laudatiſſimus princeps Cōſtantinus, cum in eam oram neceſſaria de cauſa diuertens uidiſſet, familiaribus comitibuſque ſuis rem talem expoſuit, regionemque eam cum ſtupore admiratus ibi manſit: Somni porro capiendi tempore aſſiſtens illi uiſio ſtatuæ eius ſimilitudine; Ego, inquit, Michael Archidux Domini Sabaoth virtutum, Chriſtianorum fidei tutor, qui tibi contra impios tyrannos belligeranti auxiliaria arma contuli: Itaque ex ſomno excitatus regionem illam pulcherrimè excoluit, & ara imperiali, magnificaque manu, & liberalitate in parte Orientali conſtituta, celeberrimum id templū ciuibus ſimul, & aduenis reddidit: Maximè tamen eam ſacram ædem illuſtrauit Archangelus: Nullus enim graui quopiam caſu, aut ineluctabili periculo, aut ægritudine incognita, morbo denique incurabili circumuenitur, qui ibi Deum orans implorauerit non facilè opem, & auxilium inuenerit. Et certo ſatis creditur D. Michaelem Archāgelum apparere ibi ſolitum, ſalutiferum eum efficere locum, cuius rei gratia ab antiquis etiam Michaelium eſt uocatus. Eadem Nicephorus, [f] alibi repetit. Alia mira de aquis ſalubribus ope D. Michaelis factis recitat Simeon Metaphraſtes, qui precibus D. Albertij aquas etiam in Phrygia minore ſcaturijſſe ſcribit.

p Nouel. 20. c. 4.
q Nouel. 24.
r §. 4. Nouel. 24.
s §. pen. & ult. d. Nouel. 24.
t d. §. pen. & ult. Nouel. 24. & l. pcipimus. C. de appellatio.
u lib. 18.
x de quib. in 2. 4. ad Coloſſēſes.
y Euſeb. in Chronicis. Tacit. 14.
z l. 4. C. Theo. de ſponſali. l. 2. C. Theo. de aduoca. fiſc.
a Nouel. 8. c. 2.
b §. illud tamen. Nouel. 8. Nouel. 20. c. 6.
c d. Nouell. 8. in Notitia. in prin.
d in act. apoſtol.
e lib. 7. c. 50.
f lib. 8. c. 4.

bit. Pytea



bit. Pytea ciuitas in Phrygia ad mare ſita, ob aquarū calidarum ibi ſcaturientium ſalubritatem, Sotoropolis, ideſt ſalutaris ciuitas eſt appellata, à qua prouinciæ nomen inditum, & ibi Conſtantino Magno uenenum datum Zonaras ſcribit. Alios, qui hoc in locó curati ſunt, recenſet Sozomenus, [a] In Phrygia Docimia vicus eſt, vnde Dòcimius lapis, aliàs Symandius effoditur, ex quo integræ columnæ uarietate alabaſtro perſimiles fiebant. [b]

Præſidem Notitiæ tempore Phrygia ſalutaris habebat. Iuſtinianus verò illum inter Conſulares recenſet, quem pro codicillis magiſtratus tantum ſoluere uoluit, quantum alij conſulares. [c] Ab eo ad Præfectum urbi Conſtantinopolitanæ appellabatur. [d] Hęc de Aſianæ diœceſi dicta ſufficiant; Nunc ad Ponticam ueuiamus.

a lib. tripart. 2. cap. 19.
b Aeneas Syluiꝰ de Aſia minore.
c in Notitia Nouel. 8.
d l. cum appellatio. C. de appel.

### *DE VICARIO PONTICAE, & eius inſignibus. Cap. CXXVI.*

QVARTA Orientis dięceſis Pōtica fuit, cuius Vicarius XI. prouincijs præerat, duabus conſularibus Galatiæ, & Bithyniæ, & IX. præſidalibus, Honoriadi, Cappadociæ primæ, Cappadociæ ſecundæ, Hellenoponto, Pōto Polemoniaco, Armeniæ primæ, Armeniæ ſecundæ, & Galatiæ ſalutari, & Paphlagoniæ, quòd & Tripart. [e] refert. Pontum Pompeius in prouinciæ formam redegit; ſed eam Cęſar Mithridati Pergameno conceſſit: deinde ad Polemonem peruenit, quo extincto, cum Pythodoris eius uxor nomine duorum filiorum illud regnum adminiſtraret, à Nerone imperio Romano eſt adiectum, concedente Rege Polemone, inquit Eutropius; quòd de filio dictum puto. Idem Euſebius refert, & Tranquill. Ponti, ait; regnum concedente Polemone, in prouinciæ formam redegit; Sed Sext. Aurelius, Regia ſtirpe deficiente, Neronis tempore, inquit, Pontus prouincia facta eſt: Tota ea regio à Boſphoro Thracio uſque ad Colchidem, & Orientem uerſus, & Armeniam, Pontus dicebatur, Paphlagoniamq;, Galatiam, & Cappadociam continebat: Sed propriè à Boſphoro Thracio, vſque ad Bithyniam & Sangariū fluuium perueniebat; vnde duplex Pontus fuit; [f] ſed vſque ad Eufratem tota diœceſis Pōtica uocabatur. [g] Theodoſius imperium adeptus Pontum in VIII. regiones diuiſam uni Vicario commiſit, videlicet Pontum Polemoniacum, Amaſiam, Honoriadem, Bithyniam, Paphlagoniam, Armenias duas, & Cappadociam, quemadmodum Stephanus & Volaterranus [h] ſcribunt. Huic tractui Præfectus ſępe Vicarius Ponticæ dicitur, [i] quandoque Comes diœceſeos Ponticę, [k] Marcellinus [l] refert Conſtantium in honorem uxoris Euſebiæ, hunc Vicarium pietatis cognominaſſe, qui Præſes etiam Galatiæ primæ erat; [m] duplex officium & ſalarium, alterum tanquam Vicarius, alterum tanquam Conſularis habebat. Iuſtinianus uero abolito Vicario, pro Præſide primæ Galatiæ Comitem dedit, quem etiam militibus præfecit, [n] priſtinoque illi utriuſque magiſtratus ſtipendio relicto, duorum officiorum cohortes in unum contraxit; cū uero is tollendis latronibus non ſufficeret; Vicarium rurſus reſtituit, [o] quem etiam militibus, & uniuerſę regionis Pręţoribus pręeſſe iuſſit, & Magiſtri officiorum in Pontice fabricis, & Comitis patrimonij, in prędijs Principis, quę plurima ibi erant, locum tenere uoluit, & Phylarcho prouincię ſacerdoti, alijſque omnibus imperare. Denique in Pontica cauſas delegatas, & appellatione ſuſpēſas, quæ 500. aureos non excedebant, ad eum remota appellatione deuolui, & ipſum, in qua uelit prouinciæ parte morari, & à Bithynia uſque ad Armeniam, Trapezuntum, & fines Perſarum delinquentes punire iuſſit. Septuaginta in eius officio Vicarianos apparitores à Principe codicillis in ſcrinio epiſtolarum probandos conſtituit, [p] quod & in alijs maiorum magiſtratuum officijs obſeruabatur. Mulos eidem, tanquam circumire coacto ex publico dedit, aſſeſſoremque & pręconem addidit, ac quatuor lampades ſeu candelas ſumptu Principis ardentes conceſſit, eas illis ſimiles eſſe puto, quas ad dextram, & ſiniſtram libri mandatorū, in Præfectorum inſignibus pręlucere uidimus, Reſponſales quoque Magiſtrorum pręſentalium, apud eum eſſe iuſſit, qui illorum nomine militum palatinorum cauſas iudicabant. Gręci apocriſarios nominant. [q] Galatię uero ſuus Pręſes eſt reſtitutus.

e lib. 10. c. 4.
f Nouell. 29. c. 2. in fi. l. ulti. ad fi. C. de diu. offic. Nouel. 27. in prí.
g l. 5. C. de tēpo. appellat. l. antep. C. de Numera. l. 2. C. de militar. veſt. l. 1. C. vt nemo ad ſuum patroc.
h lib. 10. Geographiæ.
i in l. fi. §. pen. C. de diuerſ. offic. & in l. 10. C. Theo. d hæret. l. 7. C. Th. de deſerto. l. 12. C. Theo. de exac.
k l. vnic. C. de comit. & tribun. ſcholar.
l lib. 17.
m §. 3. Nouel. 8.
n §. hoc autē ipſum. Nouel. 8. & Nouel. 27.
o Edicto 8. d Pōtici tractus Vicario.
p l. ult. C. de diuerſ. offic.
q in Nouell. 25. cap. 1. ad fin.

NOTI-

# NOTITIA.

# VICARIVS DIOECESEOS PONTICAE

## Cum Inſignibus.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri Spectabilis Vicarij Diœceſeos Ponticæ, Prouinciæ infraſcriptæ.

BITHYNIA.
GALATIA.
PAPHLAGONIA.
HONORIAS.
GALATIA *ſalutaris.*
CAPPADOCIA *prima.*
CAPPADOCIA *ſecunda.*
HELLENOPONTVS.
PONTVS *polemoniacus.*
ARMENIA *prima.*
ARMENIA *ſecunda.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de ſchola Agentium in rebus ducenarium, qui adorata clementia principali, cùm inſignibus exit tranſacto biennio.*
*Cornicularium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Ab actis.*
*Numerarios.*
*Curam Epiſtolarum.*
*Exceptores, & cæteros officiales.*

## COMMENTARIVM.

INSIGNIA Vicarij Ponticæ ſunt, duo Principes in ſummo aureę pilę, quiſq; in ſua cella, ideſt proprio imperio, dextras coniungentes, ac codicilli, liberque uiridi corio tectus, rubroque ac ſurrecto tapeto inhęrens, cum notis, quas in Vicario Aſianę manuſcripti oſtendunt, in quibus huius Vicarij codex auro tectus ſpectatur. Notę in impreſſo ita ſe habent FL. IN TALL. COM. ORD. PR. quas per errorem in alijs Vicarijs ſicut, & codicillos omiſſas fuiſſe arbitror: Infra XI. mulierum uiſuntur effigies, eodem habitu ornatuque, quo alias ſub Vicario Aſianæ deſcripſimus, quæ XI. prouincias huic Vicario parentes denotant: Sola Cappadoçia prima uiridem togam ſiniſtro humero connexam gerit; Armenia prima uelatum caput habet; Reliquæ præter Galatiam, & Hellenopontum pallio carent: Manuſcripti omnes eodem habitu referunt, quo alias ſub Vicario Aſianæ repræſentarunt, aliquas ſcilicet cũ pallio cœruleo, alias albo uel aureo, ſparſisque in humeros capillis. In Madruciano uaſa aurea in manibus tecta tenent, in quibus intus aurum contineri ſignificatur. Hic Officium habebat, ut alij Vicarii, caret his, qui erant ab actis, & Singularijs.

Soluebant Pontici pro ſingulis triginta iugeribus agri, ſolidum nomine ſingulæ chlamydis militibus dandæ. [a] Rectores Ponticæ diœceſeos ſunt ſequentes.

a l.2. & 3. C. de milit. ueſt.

### DE CONSVLARIBVS Galatiæ, & Bithyniæ. Cap. CXXVII.

CONSVLARIVM prouinciarum, quæ duæ Vicario Ponticæ ſuberant, prima fuit Galatia, à Gallis dicta, qui olim in auxiliũ à Rege Bithyniæ uocati, in Aſiam traiecerunt, & victoria potiti, regnum cum eo diuiſerunt, ſicque Græcis admixti, primo Gallogręci, poſtea Galatæ ſunt appellati, [b] Sext. Ruffus: Gallogræciam, inquit, id eſt, Galatiam. (ſunt enim, vt nomen reſonat ex Gallis Galatæ) quòd Antiocho contra Romanos auxilium præbuiſſent, inuaſimus. Gn. Manlius: (ita enim ex Liuio Floro, & Appiano, legendum eſt, non Mummius,) proconſul Galatas proſecutus eſt, & confugientes partim in Olympũ, partim in Ancyram (ita legendum pro Megaram) de arduis eos in plana detruſit, & uictos in perpetuam pacem redegit. Poſtea Galatiam Diotarus Tetrarches, nobis permittentibus tenuit. ad extremum ſub Octauiano Cæſare Galatia in formam prouincię redacta eſt; Eam primus M. Lollius Paulinus adminiſtrauit: Hactenus Ruffus. [c] Ad hunc extat Horatij epiſtola. Hæc prouincia ab ortu Cappadociam; ab occaſu Sangarim fluuium, & Bithyniam: à Meridie Pamphyliam, a Septentrione Pontum habet. Gomoritas à Gomor prius dictos, auctor eſt Ioſephus.[d] Cæterum Theodoſius duas Galatias fecit, primam & ſecundam ſalutarem dictam, ut auctor eſt Stephanus de vrbibus & Volaterranus. Prima conſularem habebat, ſecunda Præſidem, quod confirmat Notitia. [e] Sed primam Vicarius poſtea adminiſtrauit, quem Iuſtinianus depoſitum, ut dixi, reſtituit.[f] Huius metropolis Ancyra fuit. Synodo ibi habita celebris, quæ ab anchoris nauibus ereptis nomen habuit, inquit Apollonius. Comes Galatiæ primæ pro codicillis magiſtratus ſoluebat, quantum maiores Rectores prouinciarum. Præſes autem ſecundæ Galatiæ, quantum alij Præſides.

b D. Hierony. in act. apoſt. ad eos apoſt. Paulus ſcribit, Iornandes & alij.

c & Dion. lib. 54. & Eutrop.

d lib. 1. antiq. iudaica.

e Nouell. 8.

f Nouell. 8. & edict. 8.

Bithynia ab Oriente Sangari fluuio, a Galatia diuiditur ab occaſu, & Septentrione Ponto: à Meridie Epicteto, & Aſia minore à Proconſule recta: Hæc prius Bebricia deinde Mygdonia, poſtremo à Rege eius nominis Bithynia eſt uocata, [g] Herodotus, & Strabo à Thracibus Bithynijs, dictam uolunt: cuius Rex Nicomedes Philopater liberis carens, Auguſto imperante, eam prouinciam populo Romano teſtamento reliquit, [h] quæ poſtea cum Ponti parte, in qua Mithridates regnauerat, una prouincia facta eſt, & tota Bithyniæ nomine appellata. eius metropolis Nicœa, uel ut Leo Imp. uult, Nicomedia fuit. primo proconſularis in eo gradu diu manſit. Nerone enim imperante, C. Petronius eam Proconſul rexit,[i] ſub Hadriano Seuerus, qui poſtea imperauit, [k] ſub Traiano Seruilius Caluus, Iulius Baſſus, Velius Paulus & Cœlius clemens, [l] quibus Plinius iunior. [m] extra ordinem ſucceſsit. [n] Poſt Traianum M. Antoninus, quem plurium prouinciarum formam mutaſſe Capitolinus ſcribit, Lollianum Auitum Bithyniæ Præſidem fecit, [o] uirum conſularem, & patris Aelij Pertinacis patronum; Sed Maximus, qui cum Balbino imperauit, ibi Proconſul fuit. [p] Demum Bithynia cum Galatia conſularis facta, in eo ſtatu uſq; ad Iuſtinianum permanſit. [q] ab eius Rectore ad Conſtantinopoli Præfectum appellabatur, [r] quod Conſtantius inſtituit, cum illi urbi Præfectum dedit. Hic Conſularis pro codicillis magiſtratus, quantum alij Conſulares ſoluebat. [s] Ad Bithynos extat Conſtantini reſcriptum. [t] Nunc ad Præſides Ponticæ diœceſeos eſt ueniendum.

g D. Hierony. de locis hebraicis, ĩ act. apoſtol. & ſolinus.

h Dion. Iornandes, Ruffus, Liuius, lib. 93. Appianus in Mithridatico.

i Tacit. lib. 16.

k Dion. in Seuero.

l Plin. epiſto. 11. & 16. & 18. ad Traianum.

m Epiſt. 7. ad Traianum.

n Epiſ. 56. ad Traianum.

o l. 3. §. 2. ff. de decurio.

p Capitolin. in Maximo.

q Nouel. 8. ĩ Notitia.

r l. cũ appellatio. C. de appellatio.

s d. Nouell. 8. in Notitia.

t in l. 1. C. de murilegul.

### DE PRAESIDIBVS Honoriadis, ſeu Paphlagoniæ. Cap. CXXVIII.

PAPHLAGONIA Halÿ ab ortu, ab occaſu Billæo fluuijs clauditur: Pylemeniam prius dictam fuiſſe ſcribit Plinius, [u] poſtea Phinius Aegyptius eam inuaſit, qui filium Paphlagonem reliquit, à quo Paphlagonia regio eſt cognominata, ut Stephanus & Conſtantinus Porphyrogennata referunt: ſex habet urbes, Gangram, metropolim, Amaſtram, Sorã, Dadubram, Ionopolim, & Pampeiopolim. Gens, inquit Conſtantinus Porphyrogenneta, ſtolidiſsima, & contemptiſsima impudentia, & nequitia famoſa, cuius in catalogo nauium Homerus meminit, & inde mulas proueniſſe dicit. Phlomenes eius Rex amicus populi Rom. inquit Ruffus, eam tenuit; ſæpe à Mithridate pulſus regno, a nobis eſt reſtitutus, quo mortuo prouincia eius Paphlagonibus impoſita eſt; Romanos enim teſtamento hæredes reliquit. Hæc ille. Cum uero poſteriori ætate Paphlagonia urbibus eſſet deſtituta, Ponto adſcripta, proprium Præſidem habere deſiit, eiuſque partem in Honorij filij honorem Honoriadem Theodoſius uocauit; Ea regio ad oram Ponti Euxini expoſita, ab ortu habet Amaſiam, ab occaſu Pontum: à Meridie Bithyniam. Illius ſex erãt urbes, Pruſias, Cratia, Adrianopolis, Tiris, Claudiopolis, & Heraclea; ſed hæ duæ cum Pruſia Bithyniæ ademptæ Honoriadi ſunt attributæ, cuius claudiopolis facta eſt metropolis, Paphlagoniæ uerò cũ Ponto aliæ VI. remanſerunt, Germanocopolis, Gangra, Pompeiopolis, Dadybrus, Tumulus Amaſtridis, Ionopolis: & hæc prouincia à Correctore regebatur. Itaque duo tantum in Orientis imperio erant Correctores, alter Auguſtanicæ in Aegypto, alter Paphlagoniæ Ponticæ in Aſia. Honorias à Præſide adminiſtrabatur. [x] Verum Iuſtinianus antiquato Honoriadis nomine, vniuerſam eam regionem, ut prius Paphlagoniam eſſe uoluit, [y] ſiquidem magna olim ea gens fuerat, quæ Venetos, & Aquileiam Italiæ urbem quondam maximam condiderat, eique Prætorẽ Iuſtinianum præfecit, qui XII. urbes prædictas regeret, manentibus metropolitis, qui prius fuerant: Centum illi parebant apparitores, ſub Principe, Cornicu lario, & cęteris officij primatibus. Ipſe pro annonis percipiebat aureos 525. qui efficiũt plus mille noſtrorum aureorum, aſſeſſor aureos 72. apparitores uero 447. & tertiam aurei partem, qui a P.P. Orientis ſoluebantur. Spectabilis erat, & militibus in ſua prouincia degentibus, ut alij prætores, imperabat. Cognoſcebat cauſas appellationum in Paphlagonia delegatas, quæ aureos 500. non excedebant. Ab eo uero ad P.P. & Quęſtorem palatij appellabatur, quemadmodum ab alijs ſpectabilibus. [z] ſed antea ab eo ad Pręfectum vrbis Conſtantinopolitanę prouocabatur. [a] Pro

u lib. 6, c. 2.

x Nouel, 8. ĩ Notitia.

y Nouel. 29.

z d. Nouell. 92.

a l. cumappellat C de appellatio.

Pro codicillis magiſtratus Honoriadis Præſes ſoluebat, quantum alij Præſides.

## *DE PRAESIDE CAPPADOCIAE Cap. CXXIX.*

CAPPADOCIA ab Oriẽte Armeniæ magnæ finitima eſt; ab occaſu Galatiæ, & parti Pamphyliæ; à Meridie Ciliciæ, à Septentrione habet Pontum Euxinum, nunc mare maius dictum. Olim adeò magna fuit, ut fermè totam Pontum occuparet, Cappadoces olim Leucoſyri dicti, nam etſi qui extra Taurũ ſunt, ſyri uocantur, cum tamen colore ſint aduſto, ad horũ comparationem Cappadoces leucoſyri ſunt appellati, ut Strabo ſcribit. [a] Herodotus & Plutarchus à Syro Apollinis & Sinopes filio eos Syros dictos fuiſſe tradunt. Ibi Sinope Diogenis Cynici, & Marcionis hęretici patria. Cappadociam uerò à flumine inter eam & Galatiam defluente Plinius ſcribit denominari. Eius magnitudo à Perſis originem traxit; nam Cappadocia nomen eſt Perſicum, ut auctor eſt Conſtantinus Porphyrogenneta de thematibus, in themate Armeniaco, cum, inquit, Artaxerſi Regi, aut neſcio an alteri cuidam Leo inter uenandũ occurriſſet, eiuſque equum inuaſiſſet, oblatus caſu Perſa quidam, in hoc Leonis occurſu, ſtricto acinace Regem de uita periclitantem liberauit, & Leonem interfecit. Hic itaque Perſa cum altiſsimum quendam montem conſcendiſſet, vniuerſamque regionem, quoad longiſsimè humani oculi acies pertingere poſſet, circumſpiciens tam Orientem, & Occidentem, quam meridiẽ, & Septentrionem uerſus, omnem eam a Rege dono accepit. Hæc porrò (ait) narrat Polybius, cuius multa ſunt deperdita.

Cappadociæ metropolis Cæſarea à Tiberio Cęſare, extincto Archelao eius Rege, ita eſt appellata, [b] Sext. Aurelius, & Iornandes, prius Mazacham dictã, & in honorem Auguſti Cęſaream uocatam fuiſſe ſcribunt. Quomodo autem in Romanorum poteſtatem uenerit, hiſtoriam ita Tacitus [c] explicat. Rex Archelaus quinquageſimum annum Cappadocia potiebatur, inuiſus Tiberio, quòd eum Rhodi agentem nullo officio coluiſſet: Nec id Archelaus per ſuperbiã omiſerat, ſed ab intimis Auguſti monitus, quia floren te C. Cæſare, miſſoque ad res Orientis intuta Tiberij amicitia credebatur: ut verſa Cæſarum ſobole imperium adeptus eſt, elicit Archelaum litteris matris, quæ non diſsimulatis filij offenſionibus, clementiam offerebat, ſi ad precandum ueniret; ille ignarus doli, uel ſi intelligere crederetur, uim metuens, in urbem properat, exceptuſq; immiti à Principe, & mox accuſatus in ſenatum, non ob crimina, quæ fingebantur, ſed angore ſimul feſſus ſenio; & quia Regibus æqua, nedum infima inſolita ſunt, finem uitæ ſponte an fato, impleuit: Regnum in prouinciam redactum eſt. De hoc aliter Dion; [d] Archelaum, inquit, Regem Cappadociæ, cui iratus erat, acceſſitum, quaſi res nouas moliretur, tradidit ſenatui, vt de eo cognoſceret, hominem nõ ſolum ſenectute, ſed etiam podagræ doloribus confectum, fuiſſetque Archelaus affectus ultimo ſupplicio, niſi teſtis, qui contra ipſum productus fuerat, aſſeruiſſet eum dixiſſe, ſe Tiberio oſtenſurum poſtquam domum rediſſet, quales ſibi nerui eſſent. Qua ex re riſus tam magnus excitatus eſt, propterea, quod ille non ſolum ſtare non poterat, ſed nec ſedere quidem, ut eum Tiberius amplius occidi noluerit. Itaque Archelaus tunc ſaluus euaſit, qui tamen non multo poſt mortuus eſt: poſt cuius mortem, Cappadocia uenit in poteſtatem populi Romani, illiq; Q. Veranium legatum acceperunt: & quædam ex Regijs tributis diminuta, quo mitius Romanorum Imperium ſperaretur: Hæc ille. Sext. uerò Ruffus; Archelaus, inquit, fauente Antonio, Rex factus eſt, quem ſub Auguſto, Tiberius oratione defendit, imperio deinde ſuccedens, eundem blande Romam acceſſitum non remiſit, ibique diu detentus, cũ occubuiſſet, teſtamento Romanis Cappadociam reliquit, & ſic in prouinciæ ſpeciem migrauit, uel, ut alias legitur in prouinciam per Germanicum redegit. His concinnit & Tranquillus; [e] Germanicus, inquit, ad componendum Orientis ſtatum expulſus, cũ Armeniæ Regem deuiciſſet, & Cappadociam in prouinciæ formam redegiſſet, annum agens ætatis 34. diutino morbo Antiochiæ obijt, non ſine veneni ſuſpitione. Eutropius, Tacito, & Dioni, cõſentit. Prius ex ordine equeſtri Rectorem habuit, Mox Veſpaſianus ei conſularem dedit: Tranquillus, [f] Cappadociæ, ait, propter aſsiduos Barbarorum incurſus, Legiones addidit, conſularemque Rectorem impoſuit, pro equite Romano. Hactenus Tranquillus. ſed rurſus ad Præſidem redijt; Sub Conſtantino enim Eutychius Præſes Cappadociæ fuiſſe legitur. [g] Verum pluribus Cappadocijs factis, Iuſtiniano imperante, Cappadocia prima Conſularem habuit, [h] Valens namque Imperator ſecta Arrianus, in odium D. Baſilij, ut eius auctoritatem minueret, & ne uniuerſę prouinciæ Archipręſul eſſet, duas fecit Cappadocias, primam ſeu maiorem, & ſecundam ſeu minorem, inquit Stephanus: primæ Cęſarea metropolis eſt relicta; ſecundę Tyana facta, ut auctor eſt D Gregorius Nazianzenus. [i] Maior, ait Conſtantinus Porphyrogenneta, a Cęſarea & Tauro ad Ponticum mare extenditur, quam terminat Haly fluuius ab occaſu, Melitene ab Oriente, ut etiam teſtatur Polybius. Minor Cappadocia finitima Lycaoniæ, Cęſaream uſque pertingit, extenditurque ad initium Bucellariorum. vlteriora ſunt Ciliciæ. Temporibus uero Iuſtiniani, ſiue aliorum quorundam Principum Cappadocia in tres partes eſt ſecta, Catoniam, quæ à Melitea incipit, & eam, quæ à Tauro monte Tauritca appellatur, ac tertio in mediterraneam, quæ Charſianum à Charſio quodam Præſide uocatur, qui bello aduerſus Perſas proſpere geſto celebris regioni nomen dedit. Primę Cappadocię urbes ſunt Cęſarea metropolis, Nyſſa, Therina, Rhege podautus. Secũdę, urbes ſunt Thyana metropolis, Fauſtinopolis, Cybiſtra, Nazianzum, Eruſima, Parnaſum, Rhegedora, Mociſſum, & corus propugnaculum. Tertię urbes ſunt ſeptem, Amaſea, Ibora, Zalichus, Antrapa, Aminſus, Neocæſarea, Synope. Hęc Conſtantinus, Addit Niceta, [k] Mocyſſum metropolim. Notitia tertię non meminit, quòd tum non eſſet ab alijs diſtincta. Prima, ut dixi, Conſularem habuit; alię Pręſidem. Verum Iuſtinianus vniuerſę Cappadocię in priſtinum ſtatum reſtitutę, Proconſulem triplici dignitate auctum dedit. Cum enim plurima ibi haberet prędia, quib. prius Comes domus ſacrę pręerat, Proconſule non minor auctoritate; in duas partes ſcindebantur ciuitates; alij fiſcales, alij liberi uocabantur: quare ad tollendam rixam, abolito Comite, unum Proconſulem Iuſtinianum nominatum, populo, & militibus, qui ante Comiti parebant, imperare iuſsit, cui etiam utriuſq; efficij apparitores, patrimoniumque Principis curandum dedit. Ipſe inter Prefectos Pręrorianos poſitus, & curru uectus argentato, ſecurim, faſces, & alia proconſularia inſignia preferebat. Pro annonis uiginti libras auri, ideſt aureorum noſtrorum ferme. 2160. percipiebat. Aſſeſſor auri libras duas. Officiũ ſalarium, quod illi antea ſoluebatur, retinuit. Codicilli huius magiſtratus gratis expediebantur, quia ex redditibus pręd ictorum prędiorum, preter ueſtes, quinquaginta libras auri Auguſtæ pẽdebat, quę ſumma facit noſtrorum aureorum 5500. Appellationum quoque cauſas in utraque Cappadocia a Principe, uel alio delegatas, quæ quingentos aureos non excedebant, diffiniebat. Ab eo ad P.P. qui erat in Comitatu Principis, ſacrique palatij Quæſtorem appellabatur; [l] ſublatis tractatoribus, XIII. ciues ab officij primatibus ad exigenda tributa eligebantur, & pro nominatione 50. aureos accipiebant. [m] Strabo [n] memorat, Cappadoces quotannis præter argentum, mille & quingentos equos, mulorum duo millia, ouium quinquaginta millia Perſis pendere ſolitos, & duplum eorum Medos: in Morimena Cappadocię regione Iouis templum fuit, cuius ſacerdos ex ſacra regione xv. talenta annua percipiebat, & uſque ad mortem ſacerdotio fungebatur, diadema gerebat, & primus dignitate poſt regem erat; vt auctor eſt Strabo lib. xij. in Cappadocia terni uiri, & quaternæ mulieres pro vna perſona, in ſoluendo cenſu capitis cõputabantur. [a] Commodo imperante, Claudius Hieronianus huic prouinciæ Præfectus, [b] ob vxorem Chriſtianam in reos ſæuijt, & morbo pediculari cõſumptus eſt, ut [c] Tertullianus ſcribit, qui eum Herminianũ appellat. Poſſumus, inquit, æquè & exitum quorundam præſidum tibi proponere, qui in fine vitæ ſuæ recordati ſunt deliquiſſe, quod uexaſſent Chriſtianos, Claudius Herminianus in Cappadocia: cùm indignè ferens uxorem ſuam ad hanc ſectam tranſiſſe, Chriſtianos crudeliter tractaſſet: ſoluſque in Prætorio ſuo uaſtatus peſte, cùm viuus vermibus ebulliſſet: Nemo ſciat, aiebat, ne gaudeant Chriſtiani. Hæc Tertullianus. Cappadoces ob nequitiam famoſi fuere, vnde abijt in prouerbium tria K.K.K. peſſima, Cappadocia, cilicia, creta. [d] Cappadocum verò ſolum à Iuſtiniano mirificè commendatur. [e]

a lib. 12.
b Nouell. 30. de Proconſule Cappado.
c in ſecundo.
d lib. 57.
e in Caligula.
f in Veſpaſiano. c. 8.
g in l. pen. C. de liberli cauſ.
h in Nouel. 8. in Notitia.
i in oratione quam habuit in funere patris, ubi hæc Niceta.
k in oratio. D. Gregor.
l Nouell. 10. & 30.
m d. Nouel. 30.
n lib. 12.

a l. 10. C. de agricol. & cenſit.
b de quo in l. quæſitum. ix. §. idem reſpondit. ff. de fundo inſtructo.
c ad Scapulam.
d conſtanti. porphyroge. de Thematibus, in Hiema. Armeniaco ad fin.
e in Nouel. 30.

## *DE PRAESIDIBVS PONTI POlemoniaci, & Helenoponti. Cap. CXXX.*

PRIVS à Boſphoro ad Sangarim fluuium vna fuit Pontus, poſtea in duas eſt diuiſa, Polemoniacũ, ac Helonopontum, quæ vix octo vrbes continebat, Amaſiam, Iboram, Euchaitam, Zelam, Andrapam, Aegeum ad climacas, ideſt gradus ſitum, Sinopam & Amiſum, poſtea addita eſt Leontopolis. Quinque verò in Polemoniaco erant, Neocæſarea, Commana, Trapezus, Ceraſus, & Polemonium, quibus addita eſt Petræorum ciuitas Iuſtinianea appellata. Item duo caſtra Pitius, & Sebaſtopolis præter alia, infrà ſub Armeniæ Duce recenſita. Vtraque olim ab uno Præſide regebatur, [g] poſtea duplex facta; [h] duos Rectores habuit; [i] Helenopontus Conſularem, Polemoniacus Præſidem. [k] Pontus Polemoniacus ab ortu habet Armeniam minorem, à Meridie Cappadociam, à Septentrione Pontum euxinum, per cuius oram vſque ad Paphlagoniam occaſum verſus extenditur. Pontus Polemoniacus, à Polemonio vrbe à Polemono tyranno condita nuncupabatur, ait Strabo. [l] Hæc ſub Nerone, Polemone Ponti Rege mortuo, in Romanorum poteſtatem venit. [m] Iornandes eam cum Paphlagonia teſtamento Romanis relictam ſcribit. Helenopontum verò in Helenæ matris honorem Conſtantinus appellauit. [n] Hanc C. Plinius conſulari poteſtate rexit, vt teſtatur inſcriptio Mediolani in baſilica D. Ambroſij. Verùm Iuſtinianus vtranq; regionem tenuem, & anguſtam in unam contraxit. XIII. Vrbibus conſtantem, & nomine Polemonis abolito, totam prouinciam Helenopontum eſſe voluit, ſatius eſſe exiſtimans, a nomine Helenæ Chriſtianæ & pia fœmina, quàm ab impio tyranno denominari. Cum verò duæ eſſent metropoles, Amaſia, & Neocæſarea, vtranque metropolim permanere voluit, ſed vnum vtrique prouinciæ, & militibus Moderatorem Iuſtinianum dictum, virum ſpectabilem præfecit; quo nomine ſuos prouinciarum Præfectos Lacedæmonij nuncupabant, eumque Reſponſalem habere permiſit, qui criminales, ciuileſque cauſas, nomine Magiſtrorum militum cognoſcebat, minimas gratis, maiores cum moderatis ſportulis. Pro annonis 725. ſolidos percipiebat, aſſeſſor 72. apparitores aureos 447. & tertiam partem aurei, abolitiſque locorum ſeruatoribus, ipſe prouinciam circum ire tenebatur. Cauſas appellationum in prouincia delegatas, infra aureos 500. audiebat, quemadmodum & alij ſpectabiles. Ab eo vt ab alijs ſpectabilibus appellabatur. [o] Inter Conſulares à Iuſtiniano connumeratur, [p] & ideo pro codicillis magiſtratus, quantum alij conſulares ſoluebat. Verùm Iuſtinianus recepts Armenijs, & Ponto, his Zetam Magiſtrum militum præfecit. [q] Terni huius prouinciæ viri, & quaternæ mulieres vnam capitationem pendebant. [r]

f Nouella. 28.
g d. Nouel. 28.
h l. vlt. in fin. C. de diuerſ. offic.
i Nouella 28.
k d. Nouel.
l lib. 12.
m Tranquill. Eutrop. Sext. Aurelius, Euſebius in Chronicis, vopiſcus in Aureliano.
n d. Nouel. 28.
o d. Nouel. 28.
p Nouella 8.
q in l. fin. C. de offic. magiſtr. milit.
r l. 10. C. de agrico. & cenſit.

## *DE PRAESIDIBVS ARMENIArum. Cap. CXXXI.*

DVAS notum eſt olim Armenias fuiſſe, maiorem, & minorem; Maior prima dicta, [s] nunc Turcomania vocatur, ac verſus Septentrionem Cyro fluuio à Colchide, Albania, & Iberia diuiditur. Ad ortum habet mare Hircanũ, à Meridie Taurum, quo à Meſopotamia ſecernitur. Ad Occaſum ab Armenia minore Euphrate flumine ſeparatur. Minor verò ſecunda nuncupata [t] ad Meridiem vſque ad Taurum mõtem Ciliciæ extenditur. Ad Occaſum, & Septentrionem Cordiſco monte clauditur. Prius L. Lucullus, mox Gn. Pompeius, deinde Auguſtus, vſque ad Euphratenſem eam ſubegit. [u] Traianus maiorem domuit, & Tygrim Romani & Parthici imperij limitem poſuit. [x] Diuque duæ vſque ad Iuſtinianum ſub Præſidibus, & Ducibus ſtetere Armeniæ. Nam Leo & Zeno Erythrio P.P. ſcribentes, vtriuſque Armeniæ Duces nominant. Armeniæ primæ vrbes erant VII. metropolis Bazanis ſeu Lentopolis, Theodoſiopolis, Satala, Nicopolis, Sebaſtea, Sebaſtopolis, & Colonia. eſt hoc, inquit Conſtantinus Porphyrogenneta, munitiſsimum, & præceps caſtrum, Græci enim κολωνοὺς ardua, editiſsimaque iuga vocant.

Armeniæ ſecundæ vrbes ſeptem fuere, Metropolis Melitena, Arca, Arabiſſus, Ariarſathea, Comana altera, ſeu chruſa, Cucuſum, Petræi. Cucuſum & Arabyſſus nobiles exilio D. Io. Chryſoſtomi fuere, qui demum Comanæ decedens, ibi ſepultus eſt. [y] Iuſtinianus uerò ſubactis finitimis Barbaris, magnã, & interiorem Armeniam dictam, nouam prouinciam creauit, [z] quam Zetæ Magiſtro militum commiſit. Magnam, inquit, Armeniam, quæ interior dicebatur, & gentes, Antizenam videlicet, Ingilenam, Aſtyanenam, Sophenam, Sophonenam, in qua eſt Martyropolis, Belabitenam, & primam, & ſecundam Armeniam, & Pontum Polemoniacum tuæ curæ cum ſuis Ducibus commiſimus. Tum [a] magna Armenia, item ſecunda inter Conſulares cenſebantur, prima inter præſidales. Demum ipſe & non Iuſtinus (vt Euſtachius, [b] & Raphael Volaterranus crediderunt) Armenias in quatuor diuiſit, in magnam, ſeu interiorem; item in aliam, quæ antea prima, ſeu maior dicebatur; & tertiam, quæ prius minor, ſeu ſecũda vocabatur, & quartam, quæ prius formam prouinciæ non habebat, ſed ex Barbaris cõſtabat. [c] Primam cõſtituit Heptapolim, ideſt ſeptem vrbium prouinciam, ubi Armenia minor incipit prope Euphratem, cuius metropolis erat, ut dictum eſt, Bazanis ſeu Leontopolis, quam à ſe Iuſtinianeam uocauit, cui Satalam, Nicopolim, & Coloniam, primæ & maiori Armeniæ ademptas addidit. His præterea ex Ponto Polemoniaco Trapezuntẽ, nunc Terbizundam appellatam adiecit, & Ceraſuntẽ, unde primũm Lucullus ceraſa in Italiam attulit, ut auctores ſunt D. Hieronymus, [d] & Plinius. [e] Eidẽ Proconſulem

s in l. vlt. C. de offic. magiſt. milit.
t in d. l. ult.
u Sex. Ruffus.
x Dion. Ruff. Eutrop. Oroſ.
y Nicepho. lib. 14. cap. 37.
z l. ult. C. de offi. magi. militum.
a in Nouella 8. in Notitia.
b in Dionyſium.
c Nouell. 31.
d in epiſtola. 19.
e lib. 15. c. 25.

conſulem ſpectabilem præfecit, ad quem cauſas appellationum, etiam ſecundæ Armeniæ, à Principe vel alijs delegatas deuolui iuſsit, modò 500. aureos non excederent, aliaque omnia proconſulum inſignia ei tradidit.

Secundam verò Armeniam Pentapolim.i.quinq; tantùm vrbes habentem in Armenia maiore fecit, quæ antea prima dicebatur, cuius metropolis erat Sebaſtea ideſt Auguſta: huic vrbes Sebaſtopolis, Cõmana ex Polemoniaco Ponto, & Zela ex Helenoponto, & Briſa ſunt adiectæ: eique reliquit Præſidem, qui prius erat.

Tertiam quoque fecit Armeniam, eam, quæ minor & ſecunda vocabatur, cuius erat metropolis Melitena, vrbs antiqua, Euphrati fluuio propinqua, cui Arca Arabiſſus, Ariarſathea, altera Comana, ſeu Chruſa, & Cucuſum parebant, quæ vrbes ſex Hexapolim conſtituunt. His Comitem Iuſtinianum præfecit, qui populis militibuſque imperabat. Pro annoniſque ſolidos 700. percipiebat, aſſeſſor 72. apparitores. 360. Spectabilis erat, ad quem cauſæ appellationum, ex tertia & quarta Armenia, à quocunque delegatę deuoluebantur modo aureos 500. non excederent, quemadmodum ſæpè in alijs ſpectabilibus eſt dictũ. Huic Armeniæ Thomas eſt præfectus, qui prius eam etiam rexerat. Is eſt Thomas, qui Cos. & Quæſtor palatij Principis fuit, vnus ex illis, qui Codicem compilarunt.[a]

a §.1.C. de nouo Codice faciendo. & §. ad iſtum. C. de Iuſtin. Cod. confirmando.

Quartã prætereà Armeniam conſtituit, quæ priùs prouincia non erat, ſed ex varijs gentibus, & Barbaris conſtabat, nempè, ex Trophæna, Anzethena, Ophena, Aſteana, & Balabithena, quibus Martyropolitanorum ciuitatem, & Citharizam præſidium addidit, quæ loca ſunt vltrà Euphratem, inter Taurum & Antitaurum, anteà à magiſtratibus Satrapis, ſeu Phylarchis Saracenorum, inquit Ruffus, adminiſtrata. Hanc ergò prouinciam ordinariam factam à Præſide regi voluit. Vndè ex quatuor Armenijs duæ erant ſpectabilium, magna Proconſulis, & tertia quę prius ſecunda fuerat, Comitis. Duæ aliæ ſecũda quæ prima dicebatur, & quarta ordinariæ.i.ſub clarisſimis Pręſidibus ſunt relictæ. hic limitem imperij Romani aduerſus Perſas erectum Dux cũ magna equitum peditumque manu defendebat. Olim in Armenia ſecunda terni viri, & quaternæ fœminæ, vnius capitis tributum ſoluebant.[b] Hæc ſunt, quæ ad Ponticam adminiſtrationem pertinent. Nunc ad Vicarium Thraciarum eſt tranſeundum.

b l.10. C. de agricol. & cenſit.

## *DE VICARIO THRACIAE ET eius inſignibus. Cap. CXXXII.*

VLTIMVS Præfecti Prætorio Orientis vices agens, eſt diœceſeos Thracię Vicarius, quam inter validisſimas Europæ gentes in ſtrategeas, ideſt, pręfecturas 50. diuiſam fuiſſe Plinius ſcribit, ſed propriè, inquit, Thracia dicitur, quę a ſeptentrione Hemo monte clauditur, ab Oriente propontide, à meridie mari ægęo, ab Occidente Neſſo flumine. Gulielmus verò Tyri epiſcopus tres Thracias ponit, Ptolomęus ferme xiij. eius pręfecturas ſtatuit, poſteriores Principes ſex ſub vno Vicario Thracię prouincias fecerunt, duas conſulares; nempè Europam, & Thraciam, & quatuor Pręſidum, Hęmimontis, Rhodopes Mœſię ſecundę ſeu inferioris, & Scythiæ, quę ſub generali nomine Thracię continentur. Eam quoque Sext. Ruffus, & Tripertita[c] in totidem prouincias diuidunt: Europam regionem appellant, in qua eſt Cõſtantinopolis, & eius arces, vel pręſidia. Eandem diuiſionem Ammianus,[d] ſequitur. Sext. Lucullus, ait, omnes Thracias in ditionem redegit, hocque modo Reipublicę ſex prouincię ſunt quęſitę, inter quas prima, quę ex fronte Illyrijs eſt confinis, Thracia ſpeciali nomine eſt vocata, quam Philippopolis, Eumolpiſuetus, & Beroea, amplę ciuitates exornant: poſt has Hęmimontus Hadrianopolim habet, quę dicebatur Vſcudama, & Anchialon ciuitates magnas. Dein Myſia, vbi Martianopolis eſt à ſorore Traiani Principis ità cognominata, & Doroſtorus, Nicopolis, & Odyſſus, iuxtaque Scythia, in qua celebriora ſunt oppida, Dionyſiopolis, & Zami, & Calatis. Europa omnium ultima, pręter municipia, urbibus nitet duabus, Ayris, & Perinthus, quam Heracleam poſteritas dixit, Rhodope huic annexa Maximianopolim habet, Maroneam, & Aruum poſt quam conditam, & relictam, Aeneas Italiam, auſpiciorũ proſperitate, poſt diuturnos occupauit errores. Hactenus Marcellinus. His prouincijs vnus pręfuit Vicarius, qui ſub Valentiniano 11. Filoxenus fuit.[e] Hunnis verò Thracias vaſtantibus, pro uno, duo minoris Thracię Vicarij ſunt facti, & vterq; in ciuitate Longi muri degebat, quę maxima à ſinu Melanę in propontidem extenſa Cherſoneſſum excludebat, Milciaſque opus fuit, & ideò Longimuri Vicarii dicebantur, ſed alter populis, vice Pręfecti Oriẽtis, alter militibus, loco Magiſtri militum, ius dicebat. Itaque Iuſtinianus,[f] in quadam magiſtratuum notitia de induſtria Vicarium Longimuri repetit; quia duo erant: quod aliqui non intelligentes, & per errorem duplicatum eorum numerum exiſtimantes, vnum deleuerunt: cum verò in Reip. perniciem hi odia inter ſe exercerent, Iuſtinianus bono publico cõſulẽs, utroque ſublato, vnum tantùm utrique Thraciæ præeſſe voluit, quem Prætorem Iuſtinianũm vocauit, ac militibus, & more veterum Prætorum iuri dicendo pręfecit. Hic uir ſpectabilis codicillos à Principe ut alij ſpectabiles accipiebat. Reſponſalem & ipſe habebat, ac tributorum exigendorum, militumque in armis exercendorum curam: opera etiam omnia publica, pontes, mœnia, vias, aquæductus, & ſimilia, fiſci pecunia ſarciebat. Delegatas in prouincia appellationũ cauſas, vt alij Prætores cognoſcebat. Pro annonis, & capitatione ſolidos trecentos percipiebat, ſi codex non eſt mendoſus: aſſeſſor 72. eius centum apparitores libras auri duas, quæ efficiunt fermè 220. noſtros aureos; ità ex præcedentibus[g] legendum conijcio. Ipſe pro codicillis magiſtratus tribus chartularijs ſacri cubiculi, ſolidos nouem ſoluebat. Primicerio clarisſimorum Tribunorum, & Laterculenſibus ſolidos 24. eius adiutori tres, officio Pręfectorum Prætorio, pro imperio, quod in ipſum exercebat, & quacunq; alia cauſa ſolidos 40.[h] Præter hunc & Ponticæ Vicarium, nullus Iuſtiniano imperante, in Oriente Vicarius fuiſſe legitur.

c lib. 10. c. 4.

d lib. 27.

e l. 124. C. Theo. de decurio.

f in Notitia Nouel. 8.

g in Nouella 16.

h Nouella 26. de Pręto re Thracię.





# NOTITIA VICARIVS DIOECESEOS THRACIARVM cum inſignibus.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri Spectabilis Vicarij Diœceſeos Thraciarum Prouincię infraſcriptæ.

EVROPA.
THRACIA.
HAEMIMONTVS.
RHODOPA.
MOESIA SECVNDA.
SCYTHIA.

*OFFICIVM autem habet.*
*PRINCIPEM de ſchola Agentum in rebus.*
*Cornicularium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Abactis.*
*Numerarios.*
*Curam epiſtolarum.*
*Exceptores, & ceteros Officiales.*

COMMENTARIVM.

INSIGNIA Vicarij Thraciarum erant, abacus alto & ſurrecto tapeto, quod aureus limbus circumibat, inſtratus, cui liber rubro corio tectus inhærebat, & aurata columella duorum vultus Principum in ſummo præferens, quemadmodum in alijs Vicarijs eſt dictum. Infrà ſex mulierum imagines, ſubiectas prouincias referentes, viſuntur, eodem habitu & ornatu, qui ſub alijs Vicarijs eſt deſcriptus. Manuſcripti Codices, & ipſi eaſdem, & codicillos magiſtratus, librumq; mandatorum cum ijſdem notis, eodemque modo, vt ſub alijs Vicarijs repræſentant: vnius verò tantùm Principis vultum auratę pilę prę fixum referunt. In Vrſini Codice effigies apparet, qualis Termini depingi ſolet, quòd fortè immobiles imperij Romani fines eſſe denotabat.

Officium quoque habebat, quemadmodum alij Vicarij & Proconſules, quod probabatur codicillis à ſcriniarijs ſacrarum epiſtolarum ſcriptis, & ab ipſo Principe, mox à Vicario ſubſcriptis. [a] Soluebant inter alia tributa Thraces pro ſingulis viginti iugeribus agri veſtem militarem: [b] Poſtmodum eà diœceſi primò ab Hunnis, poſteà à Gothis fœdè vaſtata, tributa remitti oportuit; [c] vt quædam lex Græca ex 57. baſilicon. libro deſumpta explicat. In Thracia, inquit, tributa fiſcalia inſolidum non inferantur, Barbarorum incurſionibus colonis attritis, nec ſufficiente ſpecierum collatione ad alendos milites in ea conſiſtentes.

a l. vlt. C. de diuerſ. offic.

b l. 2. C. de milit. veſte.

c l. pen. gręca. C. vt nemini liceat in coempt. ſpecier. ſe excuſar.

*DE CONSVLARIBVS EVROPAE & Thraciæ. Cap. CXXXIII.*

DVAE ſub Vicario Thraciæ ſunt prouinciæ conſulares, Europa, quæ eſt Conſtantinopolis regio, & ità vocatur, quòd prima ſit eius pars ſupra Arhum fluuium in mare porrecta. Quod verò eſt citra Arhum vſque ad mare Aegeum, propriè Thracia vocatur, vbi erat murus, quem ad excludendum Cherſoneſſum à Gordia ad Pactiam Miltiades duxit, vt auctor eſt Herodotus, ibique erat vrbs Longus murus dicta. Plinius; [d] Oppida, inquit, Cipſella, Byzante, Macrothycos dictum, quod a Propōtide ad Meltam ſinum, inter duo maria porrectis muris procurrentē excludit Cherſoneſſum. Hæc ille. De hoc ita Euagrius [e] Anaſtaſius opus planè ampliſſimum, & cum primis memorabile ædificauit, quod longus murus vocatur: in Thracia loco commodo ſitum. Abeſt Cōſtantinopoli ſummùm CCLXXX. ſtadijs. Mare vtrūque complectitur ad CCCCXX. ſtadia inſtar freti cuiuſdam, & vrbem fermè inſulam pro peninſula efficit, tranſportatque eos, quibus libitum eſt nauigare à Ponto ad Propontidem & mare Thracium cū ſumma ſecuritate: Barbaros denique, qui ex Ponto Euxino & Cholchide & Meotide palude excurſiones faciunt, quique ex locis vltra Caucaſum, & qui ex Europa erumpunt, arcet repellitque. idem tradit. Suidas, Zonar. & Nicephorus, [f] erat longitudinis millium paſſuum quingentorum, & latitudinis pedū viginti, opus memorabile ex ſilicibus torrentium extructum inquit Cyrus Manuel, in mēcoio vtriuſq; Romę, vt potius mons, quam murus videretur, quod Barbaros excludebat, à quibus captum & ruptum poſtmodum Iuſtinianus reſtituit, turribuſque muniuit, inquit, Procopius. [g] Hæ duæ prouinciæ ſub Galba à procuratoribus regebantur. Tacitus [h] duæ, inquit, Mauritaniæ, Phetia, Noricum Thraciæ, & quæ aliæ procuratoribus cohibentur. Hæ poſteà conſulares factæ Vicario paruerunt, ſub eo Præſidales ſunt ſequentes.

d lib. 4. cap. 11.

e lib. 3. cap. 38.

f lib. 16. c. 39.

g in quarto de ædif. Iuſtin.

h lib. 27.

*DE PRAESIDIBVS HAEMIMONtis, Rhodopes, Myſiæ inferioris, & Scythiæ. Cap. CXXXIV.*

ALIAE quatuor ſub eodem Vicario prouinciæ erant Præſidum, Hæmimons, inter Myſiam, vel vt alij vocāt, Mœſiam, & Thraciam poſita, ubi Hadrianopolis, Vſcudoma, & Anchialon fuit.

Secunda erat Rhodopes, ab eius nominis monte ità appellata, & in mare Aegeum propenſa. ab Oriente flumine Nigro continetur; ab Occidente Neſſo. Ab hoc etiā Præſide, & Hæmimontis, ad Præfectum vrbis Conſtantinopolis, non Prætorio appellari Conſtantius iuſſit. [i]

Tertia à Præſidibus inferior Myſia regebatur. Hęc duplex fuit; [k] ſuperior, quæ Vicario Daciæ, & inferior, quæ Thraciæ ſuberāt, inter Danubium & Hæmi montem, ſupra Thraciam ad ſeptentrionem. Mœſiā Auguſtus per L. Piſonem eorum vnum, ad quos Horatius pœticam ſcripſit, in poteſtatem redegit, inquit Volaterranus; manſitque ſub Romano Imperio, vſque ad Notitiæ tempora. Seuero imperāte Ouinium Tertullum Myſiæ inferiori præfuiſſe Vlpianus ſcripſit, [l] ad quem etiam eo magiſtratu fungentē, illius Principis reſcriptum reperitur. [m] In Myſia vitium inciſores grauius, quàm alibi plectuntur, [n] quòd hoc crimen ibi magis frequentaretur, aut propter vini inopiam.

Vltima eſt Scythia, quam alij Scythicam vocant, quæ per oram Ponti Euxini à flumine Phanyſſo ad Iſtrum, ſeptentrionem verſus extenditur. Hæc dicta eſt Scythia, quia Scythæ Aroteres ſolùm eum tractū tenuere, vt ait Plinius; [o] Sed cùm Martianus, & Leo hanc partem cum Myſia, Hunnis, & Zabergano eorū Duci ſub tributo conceſſiſſent, ibi termini finium Romā. imperij ſunt poſiti, [p] quos Dux Scythiæ cum multis militum numeris tuebatur, & alios limites proximos Duces Mœſiæ primæ, & ſecundæ, defendebant. Alii volunt Myſiam cum Pannonia Oſtrogotis, qui Hunnos eiecerāt, à Leone cōceſſam, & Theodoricum obſidem acceptū. [q] Conſtat tamen Myſiam inferiorem poſtea Iuſtiniano paruiſſe, [r] & à Correctore adminiſtratam fuiſſe.

Quare illi citra Hæmimontem, Thraciam, Romaniam, tanquàm ad Romanos pertinentem appellauerunt, quod nomen & hodiè retinet. [s] Myſia inter alia tributa pro ſingulis 30. iugeribus, & totidem capitibus, quotannis vnam veſtē militibus pēdebat; [t] Hæç de quinque Orientis diœceſibus; nunc ad reliquas duas imperij Orientalis prȩfecto Illyrici ſubiecto eſt veniendum, quæ ex adſcripto ſummario clarius cernentur.

i l. cum appellatio, C. de appellatio.

K l. 3. ff. de off. aſſeſſor. & Ptolomæus.

l in l. 9. 24. ff. de captiu. & poſtlimi & in l. 1. §. interdum. ff. ad Senat. conſ. Tertyllia.

m in l. 1. C. de poſtlim. reuerſ.

n l. aut facta. §. vlt. ff. de pęn.

o lib. 4. c. 11.

p Iornandes.

q Blond. lib. 2. decad. prima.

r Nouell. 8. in Notitia, ſeu Aut vt iudic. quod præſtatur iud.

ſ Lazius. lib. 1.

t l. 2. C. de milit. veſte.





*Præfectus P. Illyrici imperat.*

- *Proconſuli Achaiæ.*
- *Vicario Macedoniæ quæ habet prouincias. V.*
  - *Conſulares. II.*
    - *Macedoniam paruam.*
    - *Cretam.*
  - *Præſidales. III.*
    - *Theſſaliam.*
    - *Epirum veterem.*
    - *Epirum nouam, & partem Macedoniæ ſalutaris.*
- *Vicario Daciæ, quæ habet prouincias. V.*
  - *Conſularem. I.*
    - *Daciam Mediterraneam.*
  - *Præſidales IIII.*
    - *Daciam Ripenſem.*
    - *Mœſiam primam.*
    - *Dardaniam.*
    - *Præualitanam, & Partem Macedoniæ ſalutaris.*

*DE VICARIO MACEDONIAE. Cap. CXXXV.*

ILLYRICVM in XVII. prouincias a Sext. Ruffo, diuidi diximus, cuius VII. ad Occidentale imperium pertinent, uidelicet Noricorum duæ, Pannoniorum duæ Valeria, Suauia, & Dalmatia. Reliquæ X. Orientali relictæ ſunt imperio, Mœſia, Daciæ duæ, & Macedonia, & ſeptem continens prouincias Macedoniam, Theſſaloniam, Achaiam, Epiros duas Præualitanam, quæ Daciæ eſt attributa, & Cretam. Præfectus Illyrici, ſecundo loco inter Illuſtres, à Notitia collocatur, duos Vicarios, totidem diœceſes regentes habebat, quos infra inter ſpectabiles proſequemur, Macedoniæ ſcilicet, & Daciæ, quæ ſub mulierum imagine à Notitia ſui Præfecti inſignibus annectuntur, & in indice cum ſuis prouincijs explicantur: Ceterum omiſſo Daciæ Vicario, unus Macedoniæ, in indicæ nominatur: Sed nulla eius inſignia uel officium oſtenditur, qui tamen diu uſque ad Zenonem permanſiſſe inuenitur; [a] inter alios ſub Valentiniano Felix; [b] ſub Gratiano Lucianus, [c] Vicarij Macedoniæ fuiſſe leguntur. Sed ea regione Notitię tempore à Barbaris deuaſtata, nudum huius Vicarij nomen ſine adminiſtratione relinquebatur. Dacia quoque, altera Illyrici diœceſis, Gallieni ignauia amiſſa, nunquam recepta fuit; ut Capitolinus Eutropiuſque referunt, & alia Dacia cis Danubium tranſlata ab Hunnis detinebatur. [d] Macedonia, inquit Sext. Ruffus, ter rebellauit, ſub Philippo, ſub Perſeo, ſub Pſeudo Philippo. Philippum Flaminius, Perſeum Paulus, Pſeudo Philippum Metellus, oppreſſit. Sub eius diœceſeos Vicario VI. erant prouinciæ, & pars Macedoniæ ſalutaris, ex quibus Achaia habebat Proconſulem. Duæ erant conſulares Macedonia parua, & Creta, Reliquæ Præſidum, uidelicet, Theſſalia, Epirus uetus, Epirus noua, & pars Macedoniæ ſalutaris. Olim Macedonia ad Thraciam, Dalmatiam, & Miſiam, extenſa, Proconſulem habuit, mox prætoria facta, ut Cicero, [e] & Florus referunt: rurſus ad Proconſulem redijt: Imperante enim Hadriano, Iunium Rufinum Proconſulem habuit. [f] & Tacitus [g] Pompei Sabini Macedoniæ, & Achaiæ Proconſulis meminit: poſtea mutata prouinciarum forma Vicario paruit, qui à Conſtantino Comes Macedoniæ uocatur, ita ipſe Acatium ei regioni Præfectum appellat: [h] Sed plurimum Vicarius nuncupatur. [i] Et quia hæc prouincia erat præcipua, eius exemplum aliæ Illyrici regiones ſequebantur. [k] Ferax erat metallorum, Anno enim ab urbe condita 595. in Macedonia metalla inſtituta fuiſſe, auctor eſt Caſſiodorus, & eorum Iura ſæpè meminerunt. [l] Gratiano imperante à Barbaris uexata, & à Theodoſio Magno liberata fuit, mox penitus amiſſa, & ideo nulla huius Vicarij apparent inſignia aut officium, quod, Notitiæ tempore à Barbaris hęc regio deuaſtata, egrè ſub Imperio Romano retineretur, ut auctor eſt Paulus Diaconus. Hic officium habebat, ut alij Vicarij, quod codicillis, à Notarijs ſacrarum epiſtolarum conſcriptis, & à Principe, ac denique Vicario ſubſcriptis, approbari oportebat: [m] Huius diœceſis prouinciarum Rectores ſequuntur.

a l. vl. §. item ſcrinij ſacrarum epiſtolar. C. de diuerſ. offi.

b i l. 5. C. Theod. de iuriſd.

c in l. 6. C. de ferijs.

d Caſſiodor. comes Marcell. Iornandes.

e in l. Piſonem, & in Oratione de prouin. cōſul.

f l. 3. §. idē Diuus ff. de teſtib.

g in quarto.

h l. 2. C. T. ſi. ... en ſu. uel reliq.

i in l. 1. C. T. de iuriſd. l. 6. C. de ferijs.

k in l. id ab una quaque. 12. C. de annon. & tribut.

l ut l. 4. C. de metallar.

m l. ul. C. de diuerſ. offic.

### DE CONSVLARIBVS MACEDOniæ, & Cretæ. Cap. CXXXVI.

MACEDONIA ſtrictè ſumpta una ex VII. latioris Macedoniæ prouincijs, ab Oriente Strymone in Aegeum mare fluente, à Thracia diuidebatur. Alij eam uſque ad Neſſum extendebant; ab Occidente Ionium pelagus habebat, à Meridie Peneum amnem, quo à Theſſalia diſtinguebatur, & montibus ab Epiro ad Calidnum fluuium; à Septentrione monte Orbelo, à Dacia, & Myſia ſeparabatur. In duas partes à Pauſania, Plinio, & Strabone diuiditur; ſuperiorem ultra Candauios montes, Liberam nũcupatam; & primam qua Ionium pelagus contingit, unde legitur in nummo Macedonum argenteo ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΠΡΩΤΗΣ. vbi in prima Macedonia eam monetam percuſſam fuiſſe ſignificatur. Altera erat Macedonia inferior & ſalutaris dicta, de qua infra dicetur. Tiberio imperante à Popeo Sabino Macedonia cum Achaia & Moeſia eſt adminiſtrata, ultra annos XVI. [a] proconſularíſque fuiſſe ex marmoribus apparet, poſtea conſularis eſt facta, cuius nullibi inter prouinciarum Rectores à Iuſtiniano fit mentio, quia tũ, ut credo, à Barbaris occupata, Rom. imp. non parebat.

Nulla huius conſularis, aut aliorum Macedoniæ magiſtratuum conſpiciuntur inſignia, aut officia. Dubitandum tamen non eſt id aliorum prouinciarum Rectorum inſtar fuiſſe hoc excepto, quod Illyrici magiſtratuum officia centenos homines continebant. Arcadius A. [b] per Illyricum inquit, in quo plurima ac maxima publicarum neceſsitatum emolumenta officijs conſtat præſidalibus expediri, centeni numero ſingulis iudicibus obſecundent. Publicas autem has neceſsitates credo fuiſſe metallorum, quæ ibi erant plurima, [c] & eorum, qui in metalla damnabantur.

Sub Vicario Macedoniæ fuit & Creta, à Conſulari, inclinante iam Imperio, adminiſtrata; centum quõdam oppidis inſignis, inquit D. Hieronymus, [d] & Poeta, centum vrbes habitant magnas, ditiſsima regna, famoſaque diuitijs, maximè æris, ubi prima huius metalli inuentio, & vtilitas fuit. Olim Cureta à Curetibus, qui primo eam inſulam inhabitauerunt, & inde per Syncopen Creta dicta. Secundum Stephanum à Crete Iouis, & Ideæ nymphæ filia; ſecundum Plinium, à Creſa nympha Heſperidis filia, nomen ſuſcepit. Macarin aliqui, ideſt beatam, à cœli temperie appellauerunt. Ab occaſu Hadriatico, à Septentrione cretico, à Meridie Punico, ab Ortu Carpathio maribus terminatur, ut auctor eſt Ptolomæus. Eam Metellus Proconſul cognomento Creticus, in Romanorum poteſtatem redegit, [e] quam poſtea Auguſtus cum Cyrenaica unam prouinciam fecit, & ei Proconſulem dedit, qui diu permanſit. Tiberio enim imperante eius inſulæ Proconſul fuit Caſſius Cordus repetundarum & maieſtatis accuſatus, inquit Tacitus, [f] qui ſub Nerone quoque illam à Proconſule rectam fuiſſe ſcribit: ſub Hadriano Saluius Carus illi Proconſul ius dixit: [g] Sed a poſterioribus Principibus à Cyrenaica ſeparata, Conſularem habuit.

Conſtantino imperante 36. annis, quibus nunquam in ea inſula pluit, incolis deſtituta fuiſſe dicitur: poſtmodum reuertens Hieroſolymis Helena Conſtantini mater, cum eo applicuiſſet, & loci calamitatem uidiſſet, precibus pluuiam à Deo impetrauit. Quare ex Aegypto, Syria, Cilicia, & proximis regionibus accolis accitis, inſulam habitari fecit, ac Græcis impleuit. [h] Præſtantes cotes ibi inueniebantur, quas Imperatores locare conſueuerant. [i] Hæc inſula à Iuſtiniano inter magiſtratus Imperij Orientalis omittitur: [k] unde à Barbaris eam tum detentam fuiſſe ſuſpicor, vel codex deficit: conſtat enim eum urbem ibi ædificaſſe Iuſtiniam ſecundam à ſe uocatam, quam in honorem Theodoræ coniugis eius inſulæ indigenæ erexit, ut auctor eſt Nicephorus (lib. hiſt. eccleſ. 16. c. 37. & lib. 17. c. 28.) Hi ſunt Macedoniæ diœceſeos conſulares, ſequuntur Præſides.

a Tacit. li. 1. & 5.
b in l. per Illyricum, C. de cohortalib.
c l. 4. C. de metallarijs.
d in act. apoſtol.
e Sext. Ruffus, Liuius lib. 98. & ſeq. Florus li. 3. Plutarc. in Pompeio.
f in terzo.
g l. Diuus. 14. ff. ad Senatuſcõſul. Turpillian.
h cedere.
i l. Cæſar. ff. de publican.
k ut in 8. Nouel. in edicto.

### DE PRAESIDIBVS THESSALIAE vtriuſque Epiri, & partis ſalutaris Macedoniæ. Ca. CXXXVII.

THESSALIA, inquit Euſtathius, [l] eſt campus maximus, ac undique montibus cinctus, ab Oriente Oſſa, & Pelio, ab Occaſu Pindo, unde Peneus defluens Orientem uerſus eam à Macedonia diuidit: ab Aquilone Olympum; à Meridie Oetam montes habet, omnes coniuncti, & theatri inſtar inflexi, in cauea. LXXV. urbes claudunt. Plinius auctor eſt XXIV, nobiliſsimos amnes hanc regionem interfluere. Pelaſgia olim eſt dicta, inquit Stephanus, & proprium habebat Præſidem, Vicario Macedoniæ ſubiectum.

Epirus ſecunda Macedoniæ prouincia præſidalis olim regnum Pyrrhi, ab Oriente Theſſaliam, & Acheloum fluuium ab Arcto Macedoniam: ab Occaſu Ionicum: à Meridie Hadriaticum mare habet, cuius metropolis erat Dyrrachium. Hæc eſt prima Epirus uſque ad montem Dagularium cognominatum, itinere dierum quatuor protenſa, ut ait Guiliel mus Tyri Archiepiſcopus. [m]

Alia addita eſt huic Epirus noua dicta, quam ultra Acheloum Locros eſſe arbitror, & Phocenſes Orientem uerſus; ſub Valentiniano, & Valente Zoſimus hanc prouinciam Preſes adminiſtrauit, [n] cui Paulinus ſucceſsit. [o] Parebat huic Vicario, & pars Macedoniæ ſalutaris, quam fuiſſe exiſtimo iuxta Epirum, & Dalmatas, ubi eſt Apollonia. Hæc regio ob aquarum ſalubritatem, ſalutaris eſt appellata. Totius Macedoniæ ſalutaris in duas diuiſæ, unum Præſidem Notitia ponit, qui pro partibus quas regebat, duobus Macedoniæ, & Daciæ Vicarijs reſpondebat, & iuſſa exequebatur. Hi ſunt Præſides, qui Vicario Macedoniæ parebant, quorum nulla ut dixi, mentio eſt apud Iuſtinianum. [p] Nunc de Vicario Daciæ eſt dicendum quæ etſi nullibi à Notitia nominetur, neque aliquod eius officium, aut inſignia extant quod tum à Barbaris ea regio detineretur, à me tamen pro uirium tenuitate reſtituetur.

### DE VICARIO DACIAE, ET REctoribus, qui ſub eo erant. Cap. CXXXVIII.

VETVS Dacia ultra Danubium ab hac, de qua agimus, differt: à Septentrione enim a Sarmatis monte Carpato: ab Occaſu Iazigibus, & amne Tibiſſo diuidebatur: à Meridie, & Oriente Danubium habebat: Ea regio nunc Valachia & Tranſiluania uocatur. eam tres gentes hodie incolunt, ait Aeneas Siluius, (de Europa, ca. 2. in princ.) Teutones, Siculi & Valachi. Hi Flacci prius dicti à Flacco, qui eo coloniam deduxit, poſtea corrupto uocabulo Valachi pro Flaccis nuncupati. Dacos primum ultra Danubiũ per Lẽtulũ Auguſtus repulit. Traianus uero Decebalo eorũ Rege deuicto, Daciã prouinciã fecit, & in eam colonias iuris Italici deduxit, ab Vlpiano [q] relatas, apud quẽ mẽdoſe legitur Indicia pro in dacia. [r] Iulius Cæſar [ſ] ſcribit Daciã Romanis, in tributum, aurum & argẽtũ ſoluiſſe, quod fodinis abundaret, etſi nondum in prouinciæ formam redacta eſſet: In circuitu habebat decies centena millia paſſuum; [t] ſub

l in Homerum.
m lib. facti belli 2. cap. 4.
n l. unic. C. de ſtratorib. l. 2. C. de apparitorib. P.P.
o l. 22. C. T. de epiſc.
p in Nouel. 8. in Notitia.
q in l. 1. §. ult. ff. de cenſibus.
r Auctores Dion Sext. Ruffus, Eutropius, & Oroſius.
ſ in 5. de bello ciuili.
t Sext. Ruffus.



ſub Gallieno Principe amiſſa, per Aurelianum eſt recepta, ſed deſtituta, tranſlatiſque inde in mediam Mœſiam illius incolis, & Romanorum colonijs, eam regionem Daciam appellauit, quæ duas Meſias diuidit, & eſt in dextra Danubio, mare influenti, cum antea fuerit in læua, inquit Paulus Diaconus. Idem affirmat Sext. Ruffus, loquens de Dacia ſub Gallieno amiſſa; Per Aurelianum, ait, tranſlatis ex inde Romanis, duæ Daciæ in Moeſiæ regionibus Dardaniæ factæ ſunt. Vopiſcus quoque, [a] de Aureliano loquens cum uaſtatam, inquit, Illyricum, & Mœſiam deperditam uideret, prouinciam trans Danubium Dacicum à Traiano conſtitutum ſublato exercitu, ac prouincialibus reliquit, deſperãs eam poſſe retineri, abductoſq; ex ea populos in Mœſia collocauit, appellauitque ſuam Daciam, quæ nũc duas Mœſias diuidit: Hactenus ille. De hac Dacia intelligit Notitia: prior enim nunquam amplius eſt recepta, & etiã Oroſius teſtatur [b] vniuerſæ huic diœceſi P. P. Illyrici Vicarius præerat, cuius officium, uel inſignia non apparent, nec Iuſtinianus in Orientalium Præſidum catalogo eius meminit, quod tum ab hoſtibus hæc regio teneretur. Attila enim Hunnorum Rex, cum fratre Bleda, Martiano & Valentiniano imperantibus totam eam regionem deuaſtauerat, [c] Leonis tamen tempore in Imperij Romani poteſtatem rediiſſe uidetur, nam de eius Ducis officio diſponit. [d] Demum Iuſtinianus populis omnibus cis Danubium Romano adiectis imperio, priſtinos magiſtratus renouauit.

Daciæ itaque poſterioris diœceſis, in V. prouincias diuidebatur, Duas Dacias, Mediterraneam & Ripenſem, Mœſiam primam, Dardaniam, Præualitanam, & partem Macedoniæ ſalutaris. Sola Dacia mediterranea erat Conſularis, reliquæ Præſidum: Hæc Dacia dicta inferior, Hæmo monti adiacebat, celebriſque aurarijs erat, in quas mittebantur procuratores, aurariarum uocati, non Proconſules, ut aliqui interpretantur. Hi à Decurionibus creabantur, nec prius in patria dignitatem aſſequi poterant, quam hoc munus impleuiſſent. [e] Dacia Ripenſis ad Danubij ripas ſita à Præſide regebatur, idque etiam Conſtantino imperante fuit, qui ad Claudium prouinciæ Daciæ Præſidem ſcribit. [f] Hunc imperij nouum limitem factum, Dux. IX. cuneis equitum, & aliquot legionibus tuebatur. [g]

Myſia, uel, ut alij ſcribunt, Mœſia ſuperior, ſeu prima, inter Danubium, & montes claudebatur, ideſt ab Occidente, monte Sardonio à Dalmatia diuidebatur: à Meridie, monte Orbelo à Macedonia, ab ortu uero Thraciam, & Hemum montem habebat: Hic præter Præſidem degebat Dux cum octo cuneis equitum, & aliquot legionibus; nunc paret Turcæ, Boſina dicta; Pontanus uult eſſe partem Hungariæ: Hæc etiam metallorum ferax erat: Moeſia uero inferior ſeu ſecunda ſub Præſide, Thracijs eſt adiecta. [h]

Dardania alia prouincia Mœſiæ ſuperiori contigua eſt, [i] ad Meridiem inter Sardonium & Orbelum montes uelut hemicyclo incluſa, nunc Raſſia, & Seruia, ſeu Segoria dicitur, & ipſa hodiè Turcæ ſubiecta, quæ proprium habebat Præſidem & ipſa metallis fertilis. [k] Erat & ſub eodem Vicario Daciæ Præualitanæ Præſes, cuius metropolis facta eſt Iuſtiniana patria Iuſtiniani, [l] de qua ſupra latius dictum fuit. [m] Hi Tribali appellantur, quos Raphael Volaterranus Bulgaros eſſe exiſtimat & in extrema Mœſia ſuperiore, inter Danubium, & montem Hæmum ſitos; Ego populos illis uicinos eſſe puto.

Pars quoque Macedoniæ ſalutaris Vicario Daciæ parebat: Ea Scando monte, propè Dardaniam, verſus Septentrionem claudebatur. Vnus, totius Macedoniæ ſalutaris in duas diuiſæ, Rector in indice Notitiæ inter Præſides nominatur, cum tamen eius prouinciæ pars, Vicario Macedoniæ, pars Vicario Daciæ ſubeſſet, unde idem Præſes pro una parte uni, pro alia alij paruiſſe uidetur. Hi ſunt ſub Daciæ Vicario Præſides, qui officium, & eius inſignia, ut alij ſupra memorati, habebant, etſi eorum aut Vicarij aliud veſtigium non extet. Explicitis igitur quæ ad Orientis prouinciarum magiſtratus pertinent: Nunc ad alios ſpectabiles, ideſt rei militaris Comites, & Duces limitaneos eſt ueniendum, qui ut facilius intelligantur, limitum origo altius eſt repetenda.

a in Aureliano.
b li. 7. c. 22.
c Paulus Diaconus. li. 15.
d in l. vlt. ad fin. C. de diuerſ. offi.
e l. 4. C. de metallarijs.
f in l. 28. C. de in off. teſtam.
g l. 13. C. Th. de operib. public.
h l. 1. C. de poſtlim. reuerſ. l. 1. §. interdum. ff. ad S.C. Tertullia. l. apud hoſtes. ff. de captiuis &.
i l. 4. C. de metallar.
k d. l. 4.
l Nou. 11. & 131. §. 1. in Græco contextu.
m c. 23. de præf. præto. illyrici.

### DE LIMITANEIS COMITIBVS, & Ducibus. Cap. CXXXIX.

AVGVSTVS rerum potitus, cum prouincias inter ſe, & populum Romanum diuideret, illi pacatas tradidit: Barbaras uero gentes, & quæ præſidio, militarique cura indigebant, ſibi retinuit: Itaque militibus in finibus Rom. imperij locatis, nouem limites a legionibus defendendos conſtituit. [n] Vnum, in Hiſpania cum tribus legionibus. Secundum, in Germania inferiore ſuper Rhenum cum quatuor. Tertium in ſuperiore ſuper Danubium, cum alijs quatuor. Quartum in Dalmatia cum duabus. Quintum in Pannonia cum tribus. Sextum in Syria cum quatuor. Septimum in Aegypto cum duabus. Octauum in Aphrica cum una. Nonum in Mœſia ſuper Danubium cum duabus, quæ omnes erant legiones 25.

Decimum limitem Claudius in Britannia, cum legionibus tribus, addidit. Vndecimum Veſpaſianus in Cappadocia, cum legionibus duabus. Duodecimum, Traianus in Dacia cum duabus, & decimum tertium in Armenia, & Meſopotamia ſuper Tygrim cum legionibus item duabus. Decimumquartum in Arabia cum legione una: quæ omnes fuere legiones 35. Ceterum nouis hoſtibus quotidie in orbem Romanum ingruentibus, antiquis limitibus alij quando que additi quãdoq; ueteres minuti fuere: Diõ enim [o] tredecim limites Alexandro imperante nominat: Notitia, in ſolo Oriente 25. uidelicet in Aegypto, & Iſauria, ubi duo Comites degebant: Item in Libya, Thebaide, Phenicia, Euphratenſi, Palæſtina, Oſrhoena, Meſopotamia, Arabia, Armenia, Mœſia ſecunda, Scythia, Dacia Ripenſi, Moeſia prima, quas XIII. Duces cum legionibus quadraginta octo, cuneis equitum 102. alis equorum 105. cohortibus peditum 53. auxilijs militum 32. claſsibus fluuialibus VI, & una in Ponto Euxino, tuebantur; Aliæ quatuor maritimæ claſſes ſpecies, & annonas tranſuehebant. Zoſimus [p] auctor eſt Diocletianum extremis in limitibus ubique imperium Romanum, oppidis, caſtellis, & burgis muniuiſſe; omneſque copias militares in his domicilium habuiſſe, ne barbari eos fines tranſire poſſent, Conſtantinum uero amotis præſidiorum munitionibus, maiorem militum partem à limitibus abſtractam, in oppidis præſidio minime egentibus collocaſſe, qui Theatris & uoluptatibus emolliti, urbes onerabant, quæ deſertæ manſerunt; unde hoſtes fines denudatos irrupiſſe. Ceterum poſt huius Notitiæ tempus, euerſo Occidentis imperio: Leo tres Orienti, cum totidem Comitibus, limites addidit, nempe ſlamphyliæ, Lycaoniæ, & Piſidiæ, quibus & Pannoniæ Occidentali Ducem adiecit: Itaque tum quinque Orientis Comites ſunt facti, & alijs intactis manentibus pro duobus unus Palæſtinæ, & Meſopotamiæ Dux creatus. [q] In ijs limitibus munitiones extruebant, quæ caſtella, aut cliſuræ, ſeu clauſuræ appellabantur. Paulus Oroſius, [r] Crebra, inquit, habitacula per limitem conſtituta, burgos uulgo uocant, quorum ſitus, formas, & militum numeros, Magiſter officiorum, illi curæ præfectus, quotannis

C. de Comitibus rei militaris. C. de offi. militarium iudicum.
n Dion. li. 55.
o lib. 55.
p lib. 2.
q l. ult. in fin. C. de diuerſ. offic.
r li. ul. ca. 33.

Principi inſinuare tenebatur. Theodoſius A. ad Nomum Magiſtrum officiorum: [a] Quemadmodum, ait, ſe militum numerus habeat, caſtrorumque, ac clauſurarum cura procedat, quotannis ſignificare nobis propria ſuggeſtione procures.

Idem in alio reſcripto, eodem die, ad eundem miſſo, fieri iubet. [b] Iuſtinianus quoque Duci Sardiniæ mandat, ut clauſuras, & caſtra bene muniat. [c] Qui librum de rebus bellicis, poſt Notitiam locauit, de limitum munitionibus, ita differit; Eſt inter commoda Reipublicæ, utilis limitum cura ambientium ubiq; latus Imperij, quorum tutelæ, aſsidua caſtella melius proſpicient, ita ut millenis interiectis paſsibus ſtabili muro, & firmiſsimis turribus erigantur, quas quidem munitiones poſſeſſorum diſtributa ſollicitudo, ſine publico ſumptu conſtituat, vigilijs in his & agrarijs exercendis: Hæc ille. Vult igitur ut caſtella per circuitum mille paſsibus diſtantia, ruſticorum opera erigantur. Maiores munitiones caſtra à caſtris militum: Minores caſtella nuncupabantur, [d] aut burgi. [e] Vegetius; [f] Caſtellum, inquit, paruum, quod burgum uocant, inter ciuitatem & pontem conuenit fabricari. Inſtar caſtrorum militum, caſtra & caſtella appellata eſſe [g] Vergilius ſignificat,

*Ipſe humili deſignat mœnia foſſa*
*Caſtrorum in morem pinnis atque aggere cingit.*

Hinc hodie plures in Italia pagi burgorum, caſtrorum & caſtellorum nomen retinuere, in quibus olim pro Ducibus caſtrorum Præpoſiti excubabant, cuiuſmodi eſt caſtellum Bononienſe, & S. Petri in agro Bononienſi; caſtellum uetus Rangonum in Mutinenſi agro. Caſtellum nouum in Regienſi, & alijs in locis. Burgus nouus in Placentino S. Donnini, Vallis Tarri. Burgus fortis in Mantuano, & plures alij ſimili nomine appellati. Clauſuræ dicebantur ipſæ munitiones, quæ foſsis, muriſque & aggeribus altè extructis cingebantur. [h]

Aliqui has luſtrationes appellari crediderunt, ita interpretantes Theodoſij reſcriptum, [i] quod iubet, Duces militum caſtrorum, refectionis, luſtrationiſque curam habere; Sed ego ijs committi puto, ut luſtrent, id eſt caſtra circumeant. Caſsiodorus quoq; [k] & Suidas κλεισουρὰς, limitum munitiones uocant. Qualia uerò eſſent hæc caſtella, aut clauſuræ Procopius [l] explicat; Romani, inquit, olim Imperatores, ut Barbaris ultra fluuium Iſtrum habitantibus, tranſitum præcluderent, uniuerſam ripam huius fluminis propugnaculis uallarunt, non ea quidem ratione extructis, ut ab irruentibus expugnari nequirent, & forent inacceſſa: Sed ut ripa fluminis, virorum cuſtodia non uacaret, quod tum ſatis erat ad deterrendos Barbaros, ut cauerent ab incurſu in Romanos. Poſteriore ſeculo Attila cum ingenti exercitu ingreſſus, nullo fermè labore propugnacula euertit, quæ deinde Iuſtinianus reparauit; non quidem qualia prius erant, ſed ualidiſsima: Hæc ille. Hæc caſtra fluminum ripis plerunque imponebantur. Herodianus. [m] Romanorum caſtra, inquit, impoſita fluminum ripis, imperij limites tuentur.

In Oriente ultra 300. præſidia fuere: ſed q̃ fuerant in Iſauria & Libya Notitia prætermittit, ꝙ forſè ea loca tum ab hoſtibus eſſent occupata. Verum in his nõ minus quindenis præſidijs credendum eſt fuiſſe. Nulla enim prouincia ferè pauciora habuit.

a in l. 4. C. de offic. mag. offic.
b in l. fi. C. de offic. militar. iudi.
c in l. 2. C. de offic. PP. Africæ.
d l. 2. C. de fundis limitotrophis.
e d. l. 2. §. in Sardinia. C. de offi. PP. Africæ. l. pen. C. de fundis rei priuatæ.
f lib. 4. cap. 10.
g in 7. Aeneidos.
h d. l. 4. C. de offi. mag. offic. d. l. 2. §. in Sardinia. C. de offic. P. P. Africæ.
K in l. fin. C. de offi. militar. iud.
l ad Fauſtum.
m in quarta de ædificijs Iuſtiniani oratione.

# HÆC AVTEM IN TOTO ORIENTE

## Præſidia fuere.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *In Aegypto.* | 31 | *Equit.* | 1700 | *Pedit.* | 6500 |
| *Iſauria.* | 8 | | | *Pedit.* | 2000 |
| *Libya.* | | | | | |
| *Thebaide.* | 40 | *Equit.* | 2500 | *Pedit.* | 13500 |
| *Palæſtina.* | 30 | *Equit.* | 1700 | *Pedit.* | 6000 |
| *Arabia.* | 21 | *Equit.* | 1400 | *Pedit.* | 4000 |
| *Phœnicia.* | 26 | *Equit.* | 2000 | *Pedit.* | 4000 |
| *Syria & Euphratenſi.* | 18 | *Equit.* | 1200 | *Pedit.* | 4000 |
| *Oſrhoena.* | 18 | *Equit.* | 1500 | *Pedit.* | 2000 |
| *Meſopotamia.* | 15 | *Equit.* | 1000 | *Pedit.* | 3000 |
| *Armenia.* | 25 | *Equit.* | 1200 | *Pedit.* | 8000 |
| *Scythia.* | 22 | *Equit.* | 700 | *Pedit.* | 9000 |
| *Moeſia ſecunda.* | 22 | *Equit.* | 700 | *Pedit.* | 8000 *Claſsis 1.* |
| *Moeſia prima.* | 15 | *Equites.* | 800 | *Pedit.* | 7000 *Claſſes 2.* |
| *Dacia Ripenſi.* | 23 | *Equit.* | 900 | *Pedit.* | 10000 |
| *Quæ omnia ſunt* | 314 | *Equit.* | 16600 | *Ped.* | 78500 |

HAEC ſunt, quæ præſidia in iure appellantur, [n] in quorum interpretatione Gloſſa errat. ita etiam D. Hieronymus uocat, [o] Ptolomeus præfecturas, ubi plerunq; legiones ſtatuit, Singuli Comites, aut Duces diuerſos prouinciarum limites tuebantur, Singulis verò oppidis unus præficiebatur, Præpoſitus appellatus. Valentinianus ad Seuerum Magiſtrum militum, [p] Si P. P. inquit, ſignificauerit ratiocinijs publicis obnoxium, ad præpoſituram caſtri, aut limitũ, (ita lego pro militum) tranſiſſe retractus adſignetur officio ratiocinij. Et Leo A. ad Ioannem Magiſtrum officiorum, [q] ait limitaneos, caſtrorumque præpoſitos tantummodo ex ſublimis tui iudicij ſententia cõueniri, nec alijs ſubiacere iudicibus præcipimus, Theodoſius ad Saluſtium Quæſtorem, [r] Minoris, inquit,

n vt in l. in bello, §. manumittẽdo, ff. de captiui. l. non omnes. §. qui captus. ff. de re milita.
o de locis hebraicis.
p in l. prima. C. de diuer. offic.
q in l. 8. C. eo.
r in l. 1. C. de offi. quæſtor.



inquit, Laterculi curam ſcias ad tuæ ſublimitatis ſollicitudinem pertinere; i. præfecturæ tribunatus, & præpoſituræ caſtrorum. Quare emendandum eſt Diocletiani eſcriptum ad Pompeianum P. P. [a] vbi pro propoſito legendum eſt Præpoſitum. Is Viator vocabatur, cuius vxor nomine Materia adulterij accuſata, viri præſentiam tempore ferendæ ſententiæ poſtulabat. Non putauimus, inquit Diocletianus, præpoſitum ab excubijs limitis reuocandum. De his Præpoſitis intelligit Modeſtinus, [b] qui, inquit, præpoſitum ſuum protegere noluerunt, vel deſeruerunt; occiſo eo, capite puniuntur. Idem & Arrius Menander dicit. [c] Hinc caſtrorum præpoſituræ apud Theodoſium, [d] & Valentinianum, [e] quæ à minore laterculo ex ſcrinio memoriæ prodibant. Quare præpoſiti, & Tribuni Codicillos ſuæ dignitatis inde accipiebant. [f] Horũ, & Tribunorum munus erat milites in officio continere, vt ſupra ex Aemilio Macro retuli. [g] Theodoſius [h] quoque & Iuſtinianus [i] magiſtratibus militaribus mandant vt milites nominatim vocent, inquirant, de ipſorum annonis diſpiciant, ſi quid iniuſtè egerint, ſupplicio afficiant. Horum exemplo, qui in aliqua eccleſia clericis præſunt præpoſiti ſunt nominati. [k] Singuli verò Duces vnius prouinciæ limites tuebantur, quo nomine appellabantur olim vniuerſo exercitui Præfecti, Vlpianus. [l] Publica, inquit, conuentio eſt, quæ fit per pacem, quotiens inter ſe Duces belli quædam paciſcuntur. Idem ait, [m] ſi Dux cùm exercitui præeſt, dimiſſus erit, notatur. Modeſtinus; [n] Deſertorem inquit, auditum, ad ſuum Ducem cum elogio præſes mittet. Poſtmodum hoc nomen ad limitum præfectos tranſijt, Duces enim appellati ſunt Myſiæ, vel Galliarum vbi copijs militum præerant, quod etiam Vitellio imperante fuiſſe inuenio. Tacitus, [o] petuntur, ait, ad ſupplicium Aſiaticus, Flauius, & Ruffinus Duces Galliarum, quòd pro vindice bellaſſent. De Ducibus verò limitum ita Lampridius, in Alexandro. Quæ de hoſtibus capta ſunt, limitantes Ducibus, & militibus donauit. Item Tribunis, & Ducibus niſi milites anteire voluit, iuſſitque, vt antè Tribunum quatuor milites ambularent, antè Ducem ſex. Vopiſcus, [p] Aſſidentibus, inquit, Aemilio Saturnino Scythici limitis Duce, Murentio ad Aegyptum deſtinato, Iulio Triphone Orientalis limitis Duce, Vlpio Crinito Duce Illyriciani limitis, & Thracij, & Fuluio Boio Duce Rhetici limitis. Hactenus ille. Hæ præfecturæ Ducatus appellabantur. Spartianus [q] Commodi Imp. epiſtolam his verbis recitat. Peſcennium fortem virum noui, ei etiam tribunatus duos dedi, Ducatum mox dabo. Capitolinus. [r] Quid, inquit, tantum laboras, cum eius loci iam ſis, vt Ducatum poſſis accipere. Loquitur autem de Maximino, qui Tribunus legionis ab Alexandro factus fuerat. Hos fuiſſe etiam Nerone imperante Tranquillus inſinuat. Priuignum, inquit, Ruffum Criſpinum Poppæa natum impuberem adhuc, quia ferebatur, ducatus, & imperia ludere, mergendum mari, dum piſcaretur, ſeruis ipſius demandauit. Vopiſcus in Aureliano, Habuit, ait, multos ducatus, multos tribunatus. Hinc Ducianum iudicium, ipſius Ducis ſententia vocatur. [s] Itaque Ducum limitaneorum origo vetuſta, ab antiquioribus Principibus initium trahit. Hi verò limitum Ducatus à Ptolomæo præfecturæ appellabantur, de quibus intelligit cum prouinciarum præfecturas nominat, vt in Cappadocia, Armenia. & alijs: & ita etiam in iure vocantur. [t]

Comitis verò titulo aliqui Duces à Conſtantino Magno honeſtati fuere. Nam vt Euſebius [u] ſcribit. Comitum, alios in primo ordine collocauit, alios in ſecundo, alios item in tertio. Atque iſta ratione alij propè innumeri clariſſimos honores ſunt adepti. Nã vt plurimos honoribus afficeret, diuerſos dignitatũ gradus excogitauit. Quos igitur ex limitaneis Ducibus, Comites ordinis primi creauit, [x] Comites per prouincias appellat. [y] Eratque hic gradus, ait Caſſiodorus, [z] aliquando altior ſpectabili, ſed inferior illuſtri; & ideo ij vt Ducibus digniores, ante ipſos collocabantur, qui nunc propter temporum abuſum poſtponuntur.

Comites verò à Principis Comitatu, à quo prodeunt, ſunt nominati, quod ipſum ſoleant comitari. Lampridius, [a] purgauit & palatium ſuum, Comitatumque omnem, abiectis ex aulico miniſterio cũctis obſcænis, & infamibus, & infrà: dicebat grauem eſſe prouincialibus Principis Comitatum. Marcellinus, [b] hortatur, vt ad Comitatum dignitate afficiẽdus properaret, item, & ad Comitatum reuerſus irati Principis ſacramento exutus abijt ad lares, & iterum, ad Comitatum miſere legatos Symmachus ad Theodoſium. A. Comitatum, inquit, ſacrum veſtri numinis adire iuſſus eſt; Diocletianus Aurelio Archiatro, [c] cùm te ob medendi curam à Comitatu noſtro diſcedere non poſſe palàm ſit, Præf. præt. noſter inter eos cognoſcet, & ſæpè alibi, quorum exemplo Legati à latere nunc ſummi Pontificis vocantur, ſic olim aſſeſſores, Præſidum Comites dicebantur. [d] Huius Notitiæ tempore in Oriente, duo tantùm rei militaris Comites fuere; Aegypti, & Iſauriæ. Reliqui Duces ſunt dicti, qui erant XIII. Vtrique cauſas militum cognoſcebant, & decidebant, [e] idemque imperium, eandemque per totum prouinciæ limitem, ditionem, quam & Tribuni legionum in milites ſibi commiſſos habebant. Qui ſi Comitis titulo honeſtabantur, [f] vice Magiſtri militum in eos animaduertebant, vt Vegetius [g] de legionis Præfecto loquens tradit. A Ducum ſententijs ad magiſtrum officiorum, & Quæſtorem palatij appellabatur. [h] Notitiæ tempore Duces ſuos milites legebant, quos poſteà Zeno ſoluis Principis auctoritate creari voluit, [i] Neminem, inquit, in vllo numero equitum, vel peditum, vel in quolibet limite, ſine noſtri numinis ſacra probatoria in poſterum ſociari concedimus, conſuetudine, quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ magiſteriæ poteſtati, vel Ducibus probatorias militum facere, vel militibus adiungere licentiam tribuebat: vt hi tantùm in numeris, vel limitibus militent, qui à noſtra diuinitate probatorias conſequuntur. Hactenus ille.

Ducibus, & limitaneis militibus, vt alacrius pugnarent, & quæ tuebantur loca, libentius amarẽt, captos ex hoſtibus agros, vnde alerentur, primus Alexander Imperator aſſignauit. Lampridius, quæ de hoſtibus, inquit, capta ſunt, limitaneis Ducibus, & militibus donauit, ita vt eorum eſſent, ſi hæredes eorum militaſſent, ne vnquàm ad priuatos pertinerent, dicens attentius eos militaturos, ſi etiam ſua rura defenderent. Addidit his, & animalia, & ſeruos, vt poſſent colere, quod acceperant, ne per inopiam hominum, vel ſenectutem poſſidentium deſererentur rura vicina Barbariæ, quod turpiſſimum eſſe dicebat. Hæc Lampridius. Hoc inſtitutum Theodoſius [k] ſecutus cauit, ne hi agri à priuatis teneri, nevè præſcribi poſſint, vel vllo tributo onerari, qualia ſunt hodie feuda. Idem Gratianus, & Theodoſius iunior, [l] in fundis per Meſopotamiam, & Oſrhoenam, & tractum Orientis, limitaneis militibus aſſignatis ſtatuere. Itaque hi fundi Limitotrophis ab alendis militibus ſunt appellati, aliquando limitanei, tanquàm in limitibus, & finibus imperij ſiti. [m] Antè Alexandrum verò agri ex hoſtibus capti ſæpè publicabantur, inquit Pomponius, [n] & diſtrahebantur, quandoque etiam in præmium veteranis adſignabantur, vt in prædijs in Germania trans Rhenum captis factum fuiſſe, Paulus Iureconſultus ſcribit, [o] in quibus quia certi limites ſtatuebantur, limitati agri appellabantur. [p] Ideo autem ager manucaptus, inquit Florentinus, [q] limitatus fuit, vt ſciretur, quid cuique datum eſſet, quantum veniſſet, quid in publico relictum. [r] Hi Duces non, vt alij magiſtratus ad tempus, ſed in perpetuum creabantur: Procopius, [s] locum, inquit, nomine Artales muro munitiſſimo cingens, præſidium inexpugnabile ibi ordinauit, militareſque conſtituit cohortes, quibus Principem perpetuò futurum definiuit, quẽ Romani, Ducem latina voce appellant. Sed & prædia illis in limitibus in perpetuum colenda tradita,

a in l. quamuis. 19. C. ad l. Iul. de adult.
b in l. 3. §. ſi prædis, & §. vlt. ff. de re milit.
c in l. omne delictum. 6. ff. eod.
d in l. 1. C. de offic. Quæſtor.
e in l. 1. C. de diuerſ. offic.
f 1. l. 1. C. de offic. Quæſtor.
g in l. officium. 12. §. vlt. ff. de re militari.
h in l. vlt. C. de offic. milit. iud.
i in l. 2. §. hæc autem. C. de offic. P. P. Afric. & Nouell. 31. §. penul.
K c. quamuis. 9. de verb. ſignif. c. innouamus. 60. diſtinctione.
l in l. 5. ff. de pactis.
m in l. 2. in princip. de his, qui not. infam.
n in l. 3. in princ. ff. de re militar.
o lib. 18.
p Aureliano.
q in Peſcennio.
s in Maximino.
ſ in l. penul. C. de appellationib.
t in d. l. 1. C. de offi. Quæſtor.
u lib. 4. c. 1. de vita Conſtantini.
x l. vnic. C. ne rei milit. l. 1. & 2. C. de Comitib. rei milit.
y in l. 3. C. de offi. rector prouin.
z in 6. variarum.
a in Alexandro.
b lib. 17.
& lib. 28.
c in l. 2. C. quib. non obijci. long. temp. præſcr.
d l. 4. ff. de offi aſſeſſ. & alibi.
e d. l. pen. C. de appell.
f l. 1. de offic. Vicar. l. nemo. C. de aſſeſſor. & tit. C. de Comit. rei militar.
g lib. 2. cap. 9.
h l. pen. C. de appellat.
i l. pen. C. de re militar.
C. de fundis limitotrophis.
K in l. fin. C. de limitro.
l in l. omnes, & l. nulli, C. de funda. patrimo.
m l. fi. C. de fun. limitro. l. 2. 6. pro limitaneis, C. de offi. P. P. Afric.
n in l. ſi captiuus. ff. de captiu. & poſtlimin.
o in l. Lucius. ff. de euiction.
p in l. agris. ff. de acq. rer. domin. l. 1. §. 3. & 4. ff. de flumin.
q in d. l. in agris.
r Aggenius Vrbicus Frontinus de limitibus. Alciat. lib. 1. parer. c. 18. lib. prætermiſſ. in ver. limitati.
ſ lib. 3. de ædif. Iuſtinia.

eos

eos perpetuos fuiſſe arguunt. Rufas tunicas, & alia ornamenta à Vopiſco [a] deſcripta geſtabant: Cape, ait, tunicas Ducales rufas quatuor, item balteum argenteum, aut inauratem, anulum bigem mem, brachialem torquem, caſsidem inauratam, ſcutum auro illitum, fibulam auream, latum clauum, tunicam purpuream. [b]

*a in Aureliano.*
*b & Pollio in Claudio.*

Illis diſcumbentibus retro conſiſtere equites mos erat, inquit Procopius, [c] nec ullis quam Ducibus ſecum armatos ducere fas erat. Amplæ ijſdem annonæ dabantur, quæ in epiſtola Valeriani à Pollione in Claudio referuntur, cui Valerianus iubet tantum dari quantum Ducibus: Huic, inquit, ſalarium de noſtro priuato ærario dabis.

*c lib. 2. de bello Vandal. ad fin.*

| | |
|---|---|
| *Frumenti annuos modios* | 3000. |
| *Laridi libras* | 200. |
| *Vini ueteris ſextarios* | 3600. |
| *Olei boni ſextarios* | 150. |
| *Olei ſecundi ſextarios* | 600. |
| *Salis modios* | 20. |
| *Ceræ pondo* | 150. |
| *Argenti in opere annua pondo* | 50. |
| *Philippeos annuos* | 150. |
| *In ſtrenis* | 47. |
| *Trientes* | 160. |
| *Tunicas rufas militares annuas* | 2. |
| *Sagochlamydes annuas* | 2. |
| *Fibulas argenteas inauratas* | 0. |
| *Fibulam Cypriam auream* | 1. |
| *Baltheum argenteum inauratum* | 1. |
| *Caſſidem inauratam* | 1. |
| *Scuta chryſographata* | 2. |
| *Loricam quam refundat* | 1. |
| *Albam ſubſericam cum purpura ſuccubitana* | 1. |
| *Subarmalem cum purpura maura* | 1. |
| *Ligni quotidiani pondo* | 100. |
| *Accubitalium Cypriorum paria* | 2. |
| *Pellium tentoriorum decurias* | 30. |
| *Mulos annuos* | 8. |
| *Equos annuos* | 3. |
| *Camelos annuos* | 10. |
| *Mulas annuas* | 9. |
| *Veſtes, ſeruos, & alia quæ non recenſeo.* | |
| *Fœni, paleæ oleris, herbarum, quantum ſatis eſt.* | |

BALTHEO præcipuè ſiue cingulo Duces conſpicui erant, id enim eorum erat, & militum inſigne: D. Ambroſius [d] Duces, inquit, & Principes omnes etiã militantes accurate ſericis ueſtibus accincti, operoſis cingulis, auro fulgente precioſis ambiunt ſolito nitidius in conſpectu Regis incedere. Hæc ille. Dǝınum Iulianus apoſtata his quinquaginta libras argenti, ſeu quaternos aureos pro ſingula libra addidit; [e] quæ ſumma 200. ſolidos colligebat. Sed his Duces non contenti, etiam militum annonas uſurpabant. Quare Theodoſius iunior earum duodecimam inter ipſos, & præpoſitos caſtrorum diuidendam cum abuſum tollere non poſſet illis coactus eſt relinqnere. [f] Ceterum Ducibus pro præfatis annonis annua pecunia eſt conſtituta. [g]

*d Sermone 14.*
*e l. ſecundum, l. p ſingulis C. T. de cohortal.*

In prouinciam ſibi decretam proficiſcentes Duces veredis curſus publici uti poterant. [h] poſtea cum iter faciebant, ſuis iumentis utebantur. Iuſtinianus 190. annonas, & 158. capitationes, ideſt impenſas pro 158. equis, ut Marcellinus interpretatur, ſingulis quinque Ducibus Africæ aſsignauit, ac ſolidos quinque pro ſingula annona, & quattuor pro capitatione taxauit. [i] colligebat ea sũma ſolidos 1582. monetæ eius temporis, noſtræ eſſent plus minus aurei 2200. pro codicillis magiſtratus Duces in Laterculo maiore primicerio notariorum ſoluebant ſolidos VI. Magiſtro militum pro inſinuandis literis magiſtratus ſolidos XII. officio P. P. Africæ ob eandem cauſam ſolidos XII. [k] Eodem Iuſtiniano imperante, duces quoddam uexillum geſtabant, quo ab alijs dignoſcerentur, Procopius. [l] Aigan inquit, omnium animoſiſsimus inter ordines Ducis ferre ſignum conſueuit, quem bandophorum Romani uocant.

*f l. ul. C. de offi. milit. ind.*
*g l. 1. C. de annonis & capitatio.*
*h l. nemo. C. de cuſſ. publ.*
*i l. 2. §. & hæc Notitia. C. de offic. P. p. Afr.*
*k l. 2. C. de offi. P. p. Afr. in Notitia.*
*l lib. 2. de bello Vandali.*

Duces ſpectabiles erant, [m] & licet Iuſtinianus quandoque eos clariſsimos uocet, [n] ipſos dignitate ſenatoria cumulat, quo & ſi inferiore titulo magis honeſtabantur: Comites quoque ſpectabiles dicebantur, [o] & ſi aliquanto Ducibus digniores.

*m l. pen. C. de appella. l. uiros C. de diu. offi. l. 2. §. ea uero C. de off. P. p. Afric.*
*n in d. l. 2. C. de off. p. p. Afric.*
*o l. 1. C. de priui leg. ſchol. l. fina. C. de ſilentiar. l. 3. C. de off. magi. offic.*

Hi eorumque officia, & caſtrorum Præpoſiti, non à Magiſtris militum, ſed officiorum iudicabantur, [p] niſi conſuetudo aliter ſe habuiſſet, ut in Orientis, Illyrici, Thraciarumque limitibus, ubi ſub Magiſtris militum conueniebantur. [q] At in Occidente Limitanei Duces, Comiteſque Magiſtro militum præſentali paruerunt, quod & in Italia poſt euerſum Occidentis Romanum imperium à Iuſtiniano recepta, uſque ad Longinum Iuſtini ſecundi Præfectum eſt obſeruatum. Is Exarchatus ſede Rauennæ poſita, non prouincijs, ut antea, ſed ſingulis oppidis Duces præfecit, quod per multos annos obtinuit, inquit Blondus, [r] Vnde Narnienſis, Spoleranus, atque adeo Romanus, dicti ſunt Ducatus. Huius exemplo Longobardi Clephis Regis tyrannidem exoſi, eo extincto, triginta Duces creauerunt, qui in ſingulis urbibus imperabant: Sed & Germani Principes oppidorum, quę in feudum concedebant, comites dixerunt: In limitibus uero conſtitutos Marchiones. Hæc uox eorum lingua limitum Præfectos ſignificat: march enim ipſi limitem uocant: quibus uero XII. Comitatus ſubijciebant, Duces appellarunt, ut ex Gregorio Turone, & Aimone colligitur. Itaque minores Ducibus facti ſunt Comites, qui prius pręcellebãt, Hinc hodierni Duces, & Comites deſcẽdunt. At pleriſq; in locis hodie ſingulæ ciuitates ſuos Duces habuere.

*p d. l. uiros, C. de diuer. off.*
*q l. curæ, & l. ul. C. de off. Magiſt. officio.*
*r li. 8. 1. decad.*

Ad Ducem ita Princeps ſcribebat, EXPERIENTIA TVA, aut LAVDABILITAS. Sic Arcadius & Honorius Ariſtheum Arabiæ Ducem appellant. [s] uel GRAVITAS VESTRA [t] Innocentius III. Duci Carinthiæ ſcribens ait, NOBILITAS TVA [u] Officiales Comitum & Ducum iudicio Principis creabantur, officij enim codicillos ex ſcrinio libellorum accipiebant. Hæc exemplaria, & probatoriæ appellabantur. quoniam primo à Principe, deinde Comite aut Duce, cui inſeruiebant, ſubſcribebantur, & in officio conſeruabantur. [x] Nos de his dicturi Notitiæ ordine obſeruato, prius de Comitibus, deinde Ducibus dicemus, in quibus etiam loca præſidiorum quanquam plurimum obſcura, pro uiribus explicare conabimur. A Comite igitur Aegypti auſpicabimur.

*s in l. 57. C. Th. de curſ. publ.*
*t l. 4. C. Th. de cohortalib.*
*u C. uenerabilẽ de electio.*
*x d. l. ul. §. fin. C. de diuerſ. offi.*

## *DE COMITE LIMITIS Aegypti. Cap. CXL.*

NONDVM inuentis Comitibus in limitibus Aegypti, prius Dux fuit, Vopiſcus enim Murentium, ad limitem Aegyptium Ducem a Valeriano deſtinatum fuiſſe [y] memorat; nec inter multos Duces, quorum meminit, unquam Comitem nominat. Spartianus quoque ſub Galieno Aemilianum Aegypti Ducem fuiſſe ſcribit. [z] Pollio Probatum ſub Claudio, [a] & Ammianus imperante Conſtantio Artemium Ducem Aegypti extitiſſe dicit [b] item Valentinianus Victori Duci Aegypti ſcribit, [c] cui eodem titulo Puſeus præfuit, ut auctor eſt Marcellin. [d] Verum hic Dux Comitis quidem dignitate eſt auctus, ſed poteſtate diminutus. Cum enim uniuerſis Aegypti militibus præeſſet, alijs duobus Libyę & Thebaidis Ducibus factis earum ditiones amiſit. Id Gratiano imperante factum fuiſſe videtur, ſub quo Romanus Comes Aegypti fuiſſe inuenitur, [e] et poſt eum ſub Arcadio

*y in Aureliano.*
*z in Aemiliano.*
*a in Claudio.*
*b li. 22.*
*c in l. 5. C. Th. de legat.*
*d lib. 24.*
*e in l. 11. C. Th. de pagan.*



cadio Heraclion. [a] Duo uero tantum in Oriente Comites rei militaris fuere: alter Aegypti, alter Iſauriæ, quod uſque ad Notitiæ tempus permanſit. Poſtmodum Leo Imp. tres alios Comites addidit, [b] Pamphyliæ, Lycaoniæ, & Piſidiæ. Cum iam Occidentis imperium cecidiſſet, Limitis Aegypti comes ſupra Libyam, ubi eſt Memphis, & Oaſis minor, militum copijs imperabat. Auguſtus tres legiones ibi, quaſque ſuis locis collocauit; Strabo enim qui tum ſcripſit, [c] loquens de Aegypto. Sunt, inquit, tres militum legiones, quarum una circa vrbem Alexandriæ, ſedet, aliæ in reliqua ſunt regione. Præter has nouem cohortes Romanorum, tres in eadem vrbe, tres in finibus Aethiopiæ præſidio circa Sienem, reliquæ in cetera regione ſunt collocatæ.

*a l. 3. C. de patroci. nico.*
*b in l. ult. ad fin. C. de diuerſ. offi.*
*c lib. 17.*

Erant, & tres equitum turmæ, per loca opportuna eodem modo diſpoſitæ. Sed tempore huius Notitiæ quatuor legiones, alæ equitum XVI. Cunei II. cohortes peditum IX. Aegyptum tuebantur, de quibus infra dicetur.

# NOTITIA COMES LIMITIS AEGIPTI CVM insignibus.



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis REI MILITARIS PER AEGYPTVM.

*LEGIO quinta Macedonica Memphi.*

*LEGIO tertiadecima gemina Babylonia.*

*EQVITES Stableſiani Peluſio.*

*EQVITES Saraceni Thamudeni Scenis ueteranorum.*

*LEGIO tertia Diocletiana Thebaidos Andro.*

*LEGIO ſecunda Traiana Parembole.*

*ALA Theodoſiana nuper conſtituta.*

*ALA Archadiana nuper conſtituta.*

*ALA ſecunda Armeniorum Oaſi minore.*

### Et quę de minore Laterculo emittuntur.

*ALA tertia Arabum Thenenuti.*

*ALA octaua Vandilorum Neæ.*

*ALA ſeptima Sarmatarum, Scenis Mādrorum.*

*ALA prima Aegyptiorum Sellæ.*

*ALA veterana raſa Gallorum Rinocoruræ.*

*ALA prima Herculia ſcenis extrage raſa.*

*ALA quinta Retorum ſcenis ueteranorum.*

*ALA prima Tingitana Thinunepſi.*

*ALA Apriana Hippone.*

*ALA ſecunda Aſſyriorum Soſteos.*

*ALA quinta prælectorum Dionyſiade.*

*COHORS tertia Galatarum Ceſro.*

*COHORS ſecunda Aſtarum Buſiri.*

### Prouinciæ Auguſtanicæ.

*ALA ſecunda Vlpia Afrorum Thaubaſteos.*

*ALA ſecunda Aegyptiorum Tacaſiri.*

*COHORS prima Sagittariorum Naithu.*

*COHORS prima Auguſta Pannoniorum Tohu.*

*COHORS prima Epireorum Caſtris Iudæorum.*

*COHORS quarta Iuthungorum Aphrodito.*

*COHORS ſecunda Itureorum Aiy.*

*COHORS ſecunda Thracum Muſon.*

*COHORS quarta Numidarum Narmunthi.*

*OFFICIVM autem habet ita.*

*PRINCIPEM de ſchola Agentū in rebus ducenarium, qui adorata clementia principali cum inſignibus exit.*

*Numerarios.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*A libellis, ſiue Subſcribendarium.*

*Exceptores, & ceteros Officiales.*

## COMMENTARIVM.

INSIGNIA habebat abacum rubro tapeto, & ſurrecto inſtratum, quo liber nitebatur; in cuius viridi tegumento, ſequentes notæ ſcriptæ erant, F.L. IN TALL COM ORD. P. R. quas ita interpretor: Foelix liber iniunctus notarijs Tribunis à Laterculo continens mandata ordine Primicerij. Hæ notæ in tergo mandatorum aliorum comitū, & Ducum cernuntur. In manuſcriptis, libro auro tecto, apud hunc Comiē, & ſequentes limitaneos Duces inhærent codicilli, qui in impreſſo hic, ut puto, per errorem deſunt. Huius Comitis & ſequentis purpureum eſt tapetum, qui color comitum dignitati tribuitur. Duces Orientis, librum ſine abaco, & tapeto præferunt, & in hoc à Comitibus differunt.

Nouem huius Comitis munitiones oſtenduntur, cum duabus piramidibus, quæ à Numeris à maiore. Laterculo prodeuntibus defendebantur, eas interfluit Nilus: in ima parte ambulat Pardus, aut Panthera, in ea regione frequens. Alia XXII. oppida ex minores Laterculo emiſſæ copiæ tuebantur, quorum nulla apparent ueſtigia, uel imago, quod fortè breui charta nequiuerunt comprehendi. Vniuerſa hæc defendebant equitum turmæ duæ, alæ XVI. legiones II. cohortes IX. poterant omnes eſſe equites circiter 1700. pedites 6500. Nam, ut ait Conſtantinus Porphirogenneta, agmina in præfecturas diuidebantur, quarum aliæ mille, aliæ quingentis capitibus conſtabant. Officium hic comes habebat Principem de ſchola agentium in rebus Ducenarium, qui adorata clementia principali cum inſignibus exibat: interpretor tranſacto biennio, imò hæc uerba addenda cenſeo, ex officio Proconſulis Achaiæ, & Vicarij Ponticæ. Huius officij Principis inſigne erat. cingulum, quod etiam apparitoribus Magiſtrorum militum tanquam militibus & quibuſdam alijs dabatur. [a] Hic cauſas militum ad Comitem introducebat, & ut alij Principes officiorum exequebatur.

Præſidia XXXI. Equites 1700. Pedites 6500.

a l.ult.C. de apparitor. Magiſt. milit.

Habebat præterea Aegipti Comes, Numerarios, Commentarienſem, Adiutorem, A libellis, ſeu ſubſcribēdarium, Exceptores, & ceteros officiales, quēadmodum Magiſtri militum, quos apud eos ſumus interpretati, ubi monuimus numerarios comitum actuarios à Gratiano appellari, [b] Scribis ab actis carebat, quibus nullus militum Præfectus utebatur: Qui enim inſtrumentis, aut alijs actibus, auctoritatem addere uolebant, prouinciarum Rectores non militares iudices adibant. Prædicti apparitores codicillis à Libellenſibus Principis ſcriptis, & ab eo, comiteque ſubſcriptis probabantur. [c]

b in l.3.in fin.C. de diuerſ.offi.

c l.ult.C.de diuerſ.offi.

Legiones, cohorteſque, & equitum, quas hic comes regebat, alæ erant ſequentes.

LEGIO QVINTA MACEDONICA Memphi locata, quam olim in Macedonia ab Auguſto conſtitutam fuiſſe Dion [d] teſtatur. Hæc poſtea fuit una ex IX. legionibus comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem. Vnde conſtat Comites, & Duces limitum, militibus Magiſtrorum uſos, ſed & alios ex minore laterculo Magiſtris minimè ſubditos habuere. Hæc legio per plura oppida diſperſa fuit: Pars enim Comiti Aegypti, pars Duci Daciæ Ripenſis obtemperabat, & quinque in locis excubabat, ut infra dicetur.

d lib.55.

Memphis Regum Aegypti regia fuerat, ubi nunc creditur eſſe Cairum, Moph, & Migdol Hebræis dicitur caput, eſt Heptapolis Arcadiæ. Quadraginta ſtadijs ab hac urbe eſt collis, in quo multæ pyramides, & regum ſepulturæ erant: Earum tres eximiæ magnitudinis, ſed duæ præcipue inter orbis ſpectacula numerabantur, ſingulæ altitudine ſtadij, figura quadrata, & latitudine paulo minore: In ſummo

erat



erat inſignis & turbinatus lapis: unde per cochleares ſcalas ad regis ſepulchrum ibatur, quemadmodum Strabo, Diodorus, & alij tradunt: Hæ ſunt duæ pyramides, quæ in Comitis inſignibus, ſub Memphi deſcribuntur. Ipſum oppidum ſupra tectum purpureū ſtatuam dextra haſtam tenentem, & læuam lateri admotam habet: Quem Principem Martis habitu eſſe credo. In codice Vrſini, in ſummo haſtæ, præfixa tabella, uiri imaginem continet.

LEGIO XIII. GEMINA BABYLONIAE inſidet; hanc olim in Dacia fuiſſe Dion ſcribit, quæ inter hunc Comitem, & Ducem Daciæ Ripenſis diuiſa, partim in Aegypto, partim in Dacia militabat. Babylonia autem oppidum erat Aegypti, quod Cambyſes in Aegyptum proficiſcens condidit: alij Babylim uocant, ubi legio degebat. Ioſephus Letuſpolim antea dictum affirmat; [a] ſupra huius turrim ab alto ſtipite, pro inſigni crux cordi infixa exibat: ſignificabat, eam cordi militibus, & Principi inhærere. In manuſcripto Vrſini, loco cordis pila uidetur, orbis typus, & portendit, crucem orbi dominari.

a l.1.antiq.c.13.

EQVITES STABLASIANI Peluſij degebant, erat hoc unum ex ſeptem oſtijs Nili, cum oppido munitiſsimo, ubi nunc eſt Damiata, clauem Aegypti uocat Suidas. D. Hieronymus; [b] Robur, inquit, appellatur Aegypti Peluſium, quia portum habet munitiſsimum, negotiationes maris maxime ibi exercebantur: & ſubdit Vergilium [c] dixiſſe.

b in 30.Ezech.

c in 1. Georgicorum.

*Nec Peluſiaca curam aſpernabere lentis.*

Non quod ibi præcipue lens naſceretur; ſed quia ex Thebaide & alijs locis Aegypti per Nilū eò plurima deferebatur. Septuaginta uero interpretes, eo in loco Dioſpolim, & Memphim pro Peluſio poſuiſſe: Hæc D. Hieronimus. Olim Aeliopolim ab Aelio Principe, qui eam triplici muro circundedit, dictam putat Sabellicus; Hanc urbem in Auguſtanica Marcellinus [d] locat: In Auguſtanica, ait Peluſium oppidum eſt nobile, quod Pelleus Achillis pater dicitur condidiſſe, luſtrari Deorū monitu iuſſus, in lacu, qui eiuſdem ciuitatis alluit mœnia, cum poſt interfectū fratrem, nomine Phocum, horrendis furiarum imaginibus raptaretur; & Caſsium, ubi ſepulchrū Pompei eſt magni, & Oſtracinæ, & Rhinocoriora: Hæc ille. In hoc oppido pro inſigni ſtat longo ſtipite præfixū caput albæ aquilæ, cum pectore implumi ſine alis: per eàm forte Nilus ſignificatur, qui etiam uocatur aquila, ut tradit Pierius. [e] In manuſcriptis aquila eſt cœrulei coloris, qui aquæ conuenit, ſine alis eſt, & implumis, ne Imperij aquila crederetur, uel ad denotandam Aegypti antiquitatem: Aquila enim cum ualde ſenuerit, plumas ac pennas toto corpore amittit, ut aiunt D. Ambroſius, [f] & D. Gregorius. [g] Aegyptij uero, ſe omnium populorum uetuſtiores, aſſerebant, ut refert ex Trogo Iuſtinus, & in primis Peluſium omnium ſe prætendebat antiquiſsimum. Poſſumus etiam interpretari Imperium à Barbaris deuaſtatum, eſſe renouandum: Legitur enim in Pſalmo renouabitur ut aquila iuuentus tua. D. Hieronymus ait, aquilam ſenio confectam, pennis ualde grauari, quas, aqua aſperſas reijcit, tum calore intra ſe collecto, primum oculos ſanari, mox in iuuentam redire. Eucherius quid ſimile narrat. STABLASIANI à loco unde orti, ſunt dicti; forte legendum STABALIANI, qui fuere Galliæ populi: Hi erant ex X. Vexillationibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem.

d lib.22.

e li. 19. Hieroglyphicorum.

f ſermo. 54.

g Homel. 18. in Ezechiel.

EQVITES SARACENI Thamudeni Scenis veteranorum morabantur. Hi equites ſunt ex Arabia Fęlici: unde ortus eſt impius Mahumetes. Ab Iſmaele & Agar deſcendunt, & ideo propriè Agareni uocantur: Sed à Sara ſe Saracenos uocant, à qua uolunt uideri uenire, ut ait D. Hieronymus. [h] Thamudæni, à Thamuda Nabatheorum, ſunt dicti, quā Arabiæ proximam fuiſſe Stephanus ſcribit: inter eos Saraceni habitabant, unde hi equites ſunt delecti, ſub duce Paleſtinę alij equites Themudeni militabāt. Scena uero eſt oppidum Arabię Ptolomęo, inter Peluſium & Memphim, auctore Itinerario: à quo uocata eſt Scenitis regio, cuius incolæ erant Saraceni. Marcellinus [i] ſcribit Scenitas Arabes, Saracenos à poſteritate appellatos. Scenæ autem Latinè ſunt tētoria, inquit D. Hieronymus. [k] Et Scenitas Arabes ab uſu tentoriorum dictos Zoſimus [l] memorat. Veteranis autem ibi degentibus, hoc oppidum veteranorum eſt nuncupatum, qui fortè à vetera oppido apud Rhenum, [m] ſunt appellati. Erant, & caſtra, quibus Veterum nomen erat, ut Tacitus refert, [n] à quibus veterani nominari potuerunt. Thamuda eſt locus, in quo Iacob regreſſus de Meſopotamia, habitauit, & lingua Hebraica appellatur Sichot. Hic etiam ala equitum quinta Retorum dicta degebat, ut infra dicetur. Supra hoc oppidum pro inſigni erat aurea aquila, haſtæ alte præfixa, & tabulæ incluſa, alas expandens: Hoc legionis ſignum imperium Roman. referebat. In manuſcripto, uiridis aquila tabulæ inſidet: Hi equites ſub aliquo Magiſtro militum non leguntur.

h in 25. Ezech.

i lib.22.

k de locis Hebreicis.

l lib.1.

m Tacitus lib.1. annal.

n lib.20.

LEGIO TERTIA DIOCLETIANA THEBAIDOS iu Andro oppido commorabatur, quod eſt in ea Aegypti parte, quæ Delta uocatur, & dicitur Andron, quaſi uirorum ciuitas, ut Ptolomæus interpres autumat. Huius loci & Itinerarium meminit, in quo erat manſio. Supra ſupercilium templi pro inſigni huius loci ſtat ſtatua dextra haſtam tenens, quemadmodum erat & Memphi. Hæc uero eſt una ex legionibus XXI. Magiſtri militum per Thracias, quæ Tertia Diocletiana Thebæorum uocatur, ſeu Thebaidis; unde à Diocletiano eſt conſcripta. Hanc legionem diuiſam fuiſſe oportet, quia etiam ſub Duce Thebaidis reperitur.

LEGIO SECVNDA PAREMBOLAE inſidebat. huius meminit etiam Itinerarium, Latinè dicitur caſtrametatio, aut caſtra ſeu tentoria. eſt fortè locus Aendor, ubi D. Hieronymns [o] ait, filios Iſrahel ſe ad prælium præparantes caſtra poſuiſſe, Eſt hodie, inquit, grandis uicus Aendor iuxta montem Tabor, ad Meridiē in quarto milliario. Ioſephus in Galaditide ponit. Supra huius munitionis pinnaculum, ſtant duo uiri, ſeſe inuicem complectentes; Hi ſunt utriuſque Romani imperij Principes inter ſe concordes. In Vrſini codice, capita tollunt extra tabulam, cui ſunt infixi. Hanc legionem ſecundam Traianam eſſe puto, à Traiano inſtitutam, quam in Aegypto collocatam Dion [p] ſcribit. Hæc etiam ſub Duce Thebaidis reperitur: unde eam diuiſam neceſſe eſt fuiſſe. & raro hic legiones integrę repeꝛiuntur. Plures ſecundę legiones ſub Magiſtro militum per Orientem ſine cognomine merebant, ſed nō apparet quæ fuerint.

o de locis Hebraicis.

p lib. 55.

ALA THEODOSIANA, nuper conſtituta, una ex quatuor vexillationibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Thracias, cui tanquam nouæ forte certus locus nondum erat aſsignatus; Theodoſiana, à Theodoſio iuniore eius auctore eſt denominata. Vnde arguitur hanc Notitiam eo imperante ſcriptam fuiſſe, quia alæ nuper ab ipſo conſtitutę meminit: ſequens quoque Arcadiana nuper conſtituta fuiſſe dicitur, non ab Arcadio, ſed in Arcadia contracta, aut in memoriam Arcadij denominata. Hic in alta colūna pro inſigni eſt, uir dextra haſtā tenens, & ipſum Theodoſium Principem referri puto. In Vrſini codice uir extra tabulam cui inhæret, caput emittit. In Madruciano dextra clypeum tenet, læua haſta nititur.

ALA ARCADIANA nuper conſtituta, una vexillationum Comitatenſium Magiſtri militum per Oriētē. Arcadiana dicta eſt, ab Arcadia Aegypti oppido, quod tuebatur. Eſt autem Arcadia, inquit Stephanus ciuitas Aegypti, una ex tribus, quę ſunt in Amorgo inſula, quę olim erant Melania, Minoe, Arſenice. Hāc opportet fuiſſe Nili inſulam, non eam, quæ eſt una huius nominis ex Sporadibus. Supra oppidum ubi

hęc

hæc ala morabatur eſt inſcriptum, ARCADIANI. In uertice tecti purpurei eſt, uir indicem ſiniſtræ manus attolliens, qui eſt princeps Orientalis hoſtibus minitans, prout etiam alibi reperitur.

ALA SECVNDA ARMENIORVM, in Oaſi minore degebat non longe à Mareotide palude, Marmaricam uerſus; Auaſim Stephanus appellat ſimilem eſſe dicens Pardi pelli, maculoſam enim uideri ob raras ædes in deſerto & in aquoſo ſitas; ita huiuſmodi loca Aegyptij Auaſes uocant. Duæ uero vrbes Oaſes uocantur, quarum altera magna Oaſis dicitur, non longe ab Abydo, in quam deportabantur delinquentes. [a] Huc in exilium à Conſtantio miſſus eſt magnus Athanaſius, & à Theodoſio Neſtorius, & ab Arcadio Timaſius magiſter militum, Zoſimus. [b] Timaſius, inquit, relegatus in Oaſim cum publico ſatellitio deducebatur. Is erat locus inſigniter ſterilis, è quo nemo poſſet euadere, qui eo deportaretur: Nam terra in medio arenoſa uaſta prorſus & inhabitata, notitiam tendentibus huc omnem adimit, partim quod uenti arena ueſtigia compleant, & aboleāt partim quod nec arbor vlla, nec domicilium ſit, quæ indicium aliquod iter facientibus ad coniecturam relinquere poſsint. Hæc ille Zonaras quoq; [c] hoc oppidum a uentis agitari ſcribit. Alij à culicibus & muſcis nimium infeſtari. Quare olim prohibitum fuit, [d] nequis, præter Præfectum Auguſtalem, uel Ducem Aegypti reos in Gypſum, uel Oaſim deportaret, nec ultra ſex menſes uel annum ibi eſſe poſſent deportati. Hoc oppidum cum præſidio munitum fuit. Alia Oaſis minor à Ptolomæo uocatur, de qua hic intelligitur, [e] ſuper cuius ſupercilio ſedet Aquila ſignum imperij; alas in Vrſini codice ſupra tabulam extendit; Hæc ala eſt una Vexillationum palatinarū Magiſtri militum præſentalis, qui comites ſagittarij Armeni uocabantur. Omnes autem ſupradictæ, tam equitum, quam peditum copiæ, ex maiore laterculo prodeuntes Magiſtris militum parebant, & in præſcriptis nouem oppidis excubabant: Sequentes uero, quæ de minore Laterculo proueniebant, eorum imperio non ſuberant. Oppida, in quibus degebant neque ſub hoc, neque alijs Ducibus exceptis paucis Meſopotamiæ, depicta apparent. Quæ uel ad euitandum laborem tot munitiones deſcribendi, præter miſſa fuere, uel quod plura oppida ſimul una charta non poſſent comprehendi, ſatiſque uiſum fuit ad præſidiorum cognitionem, eorum partem oſtendiſſe.

a l. relegatorum §.5. & quoddam. ff. de interd. & releg. l. fina. C. de pœn. l. 1. C. T. de Nili. ager. non rump.
b in quinto.
c in Theodoſio.
d in d. l. fin. græcè ſcripta. C. de pœnis.
e Nicepho. l. 14. ca. 35. 36. & li. 9. ca. 29.

## *DE ALIS, QVAE DE MINORE laterculo emittuntur.*

DVPLEX fuiſſe laterculum, ſupra diximus; maius & minus, illud omnes magiſtratus ciuiles & militares cum eorum copijs, præter limitaneos continebat, hoc uero præfectos, Tribunos, & Præpoſitos caſtrorum limitum, [f] à Notarijſque in ſcrinio memoriæ ſub Quæſtoris diſpoſitione tractabatur. [g] qui laterculenſes uocabantur, [h] is gradus antiquioribus illius ſcrinij tantum dabatur; Itaque non uexillationes, aut cunei equitum, uel legiones, aut auxilia, ſed alæ tantum equitum, & cohortes ad limites Imperij deſtinatæ, ex illo prodibant, nec à magiſtris militum, ſed à Principe probabantur, ſolumque Magiſtrum officiorum iudicem habebant. [i] In Occidente uero omnes hæ alæ, & cohortes ex maiore laterculo emittūtur. Dictæ autem ſunt alæ, quia inſtar auium alarum peditum legiones tegebant, continebantque equites 686. ſecundum alios 732. [k] Itaq; ſuis legionibus, cū opus erat, adiungebantur. vnde Itinerarium in Germania ſecunda alas legionum VI. VII. VIII. IX. & X, locatas fuiſſe ſcribit. Cunei uero equites abſque legione intelliguntur. In minore ergo laterculo alæ quæ ſuas cohortes tuebantur, ſingulæ erant equitū numero 56. aut ſummum 66. ut Vegetius tradit. [l] Harum Duces præfecti uocabantur, ad quod munus Auguſtus adoleſcentes Senatorum filios eligebat. Tranquillus, [m] liberis; inquit, Senatorum, quo celerius Reipub. aſſueſcerent, protinus uirilem togam, latum clauum induere, & curiæ intereſſe permiſit; militiamque auſpicantibus, non tribunatum modo legionum, ſed, & præfecturas alarum dedit. At nequis expers caſtrorum eſſet, binos plerunque laticlauios præpoſuit ſingulis alis. ex his uerbis conſtat pluris fuiſſe alæ quam legioni tribunum præfici.

f l. 1. C. de offic. Quæſtor.
g toto tit. C. de offic. Quæſto. l. 3. in fin. C. de agen. in reb.
h l. 5. in fin. C. q milit. poſſ. l. comperimus l. ult. C. de proxim. ſacr. ſcrin.
i l. uiros. C. de diuerſ. offic.
k Veget. li. 2. c. 6.
l li. 2. cap. 8.
m in Auguſto c. 38.

In totius uero Oriētis minore laterculo, ſūmatim continebatur alæ 66. cohortes 59. hoc modo.

| | | |
|---|---|---|
| *In Aegypto* | *alæ* | 13. |
| *Thebaide* | *alæ* | 15. |
| *Paleſtina* | *alæ* | 6. |
| *Arabia* | *alæ* | 6, |
| *Phœnicia* | *alæ* | 7. |
| *Syria* | *alæ* | 2. |
| *Oſrhoena* | *alæ* | 6. |
| *Meſopotamia* | *alæ* | 3. |
| *Armenia.* | *alæ* | 8. |
| *Omnes* | *alæ* | 66. |
| *Cohortes* | | 9. |
| *Cohortes* | | 10. |
| *Cohortes* | | 11. |
| *Cohortes* | | 5. |
| *Cohortes* | | 5. |
| *Cohortes* | | 4. |
| *Cohortes* | | 2. |
| *Cohortes* | | 3. |
| *Cohortes* | | 10. |
| *Cohortes* | | 59 |

Alæ Comitis Aegypti, quæ de minore laterculo emittebantur, erant ſequentes.

1 ALA TERTIA ARABVM degebat Thenuthi.

2 ALA OCTAVA VANDALORVM, habitabat Neæ. Hæc vrbs eſt Aegypti in Thebaide prope Chemnim oppidum, ait Herodotus. [n] Iornandes Deuxippi hiſtoriographi auctoritate ſcribit. Vandalos ab Oceano ad limites Danubij uix anni ſpacio perueniſſe; prænimia terrarum immenſitate: Eos uero Geberichus Rex Gottorum profligauit; Quare reliqui pauci Vandali ſuperſtites Pannoniam à Conſtantino Imp. obtinuerunt, ubi per annos plus minus 40. ut incolæ quieuerunt. longo uero poſt tēpore à Stilicone inuitati, Gallias, mox Hiſpaniam, ac demum Africam occuparunt. Ex his hæc ala eſt collecta.

3 ALA SEPTIMA SARMATORVM, morabatur Scenis Mandrorum, Scenas Mandras appellat Itinerarium, Latinè tentorium eſt. [o] Id oppidum eſt Aegypti inter Babylonem & Aphroditopolim. Mons etiam fuit Antiochiæ Syriæ à ciuitate 30. ſtadijs diſtans; in cuius ſummo Simeon Stelites templum in crucis formam ædificauit. Mandra ſignificat ſpeluncam. Sarmatæ à Veſpaſiano contra Vitellium fuerunt acciti. Tacitus, [p] At, ne inquit, inermes prouinciæ Barbaris nationibus exponerentur, Principes Sarmatarum Iazigum, penes quos ciuitatis regimen, in comilitium acciti.

4 ALA AEGYPTIORVM excubabat Sellæ, fortaſſe legendum Syllæ, quæ diſtat Peluſio millibus paſſuum 24.

5 ALA VETERANA RASA. Gallorum Rinocorurre Itinerarium; Ioſephus, Epiphanius. [q] Martirologium, [r] Rinocorulam appellant; olim Neclectam dictam fuiſſe teſtatur Epiphanius à Sortibus, quibus

n in Euterpe.
o D. Hieronym' de locis hebraicis.
p in 19.
q in Panaret. hæres. 66. cōtra Manicheos.
r 17. Cal. Febr.



quibus Noe terram in tres filios diuiſit. Marcellinus, [a] eam cum Peluſio in Auguſtanica locat. Alia eſt eiuſdem nominis, in Syria, de qua Strabo, [b] & Ioſephus. [c] Hæc eſt ultra montem Caſsium ab Oſtracina diſtans millibus paſſuum XXIIII. olim ab equitibus Aegypti condita, quos Rex naribus truncauerat, unde nomen urbi inditum; Pίνας, enim Græci nares vocant, Κορουραν truncationem. Diodorus, [d] Actiſanus inquit, Aethiopum Rex occupata Aegypto, latrocinia nouo more compeſcuit, ſontes neque morte plectens, neque linquens impunitos, eorumq; iudicio conſtituto, cōuictos omnes in unum coactos miti ſupplicio affecit; Amputatis enim naribus in vltima deſerti ire compulit, ibique ciuitatem condidit, ab exciſis naribus Rhino coruram appellatam: ea in Aegypti, Arabiæque finibus haud à procul mari ſita, omnibus uitæ commodis caret; Nam omnis uicina regio ſalſa eſt, & intra mœnia unicus puteus, atq; is inutilis, ut pote aqua guſtu amara. Hæc Diodorus. Stephanus uero ait, quod eius loci homines ſummas nares ſibi amputare conſueuiſſent. D. Hieronymus, [e] Rhinocoſura, inquit, ciuitas eſt Aegypti, cuius memi nit Eſaias. [f] Sciendum autem, quod hoc uocabulū in libris hebraicis non habetur, ſed à ſeptuaginta interpretibus propter notitiam loci additum eſt. Hæc ille. Madrucianus codex habet Rhinocorina mendoſe. Veterana hæc ala eſt appellata a veterum caſtris de quibus ſupra in equitibus ſaracenis, Aliam in Gallia Belgica Tacitus [g] ponit, Raſa uerò in Meſopotamia eſt oppidum, unde hæc ala poſſet eſſe deducta, uel à loco, ubi diu ſteterat, eſt appellata, ſed in manuſcriptis deeſt Raſa, ut puto recte, quia hinc longe diſtat; unde per errorem hic tranſpoſitam fuiſſe ſuſpicor, & hanc dictionem adiungendam ſyllabæ, Ge, loci ſequentis; ubi legendum, Geraſa.

6 ALA PRIMA HERCVLEA habitabat Scenis extra Ge. Prima tantum huius uocis dictio apparet in Codice impreſſo, ſed manuſcriptus Vrſini habet GERASA, Madrucianus, EXTRA GERASA, alter vetuſtus, SEXTA GERASA, quæ ciuitas eſt Syriæ curuæ Ptolomęo; Ioſephus Geſaram uocat, Plinius Gelaſam. Stephanus, Geraſa, inquit, Syriæ cœles ciuitas, una ex 14. unde Ariſton Rhetor, & Cericus Sophiſta, & Plato nomicus Rhetor. D. Hieronymus. [h] Geraſa, ait, vrbs inſignis Arabiæ: Quidā ipſam eſſe Gadaram exiſtimant. aliqui codices habent, Scenis ſexta Geraſa, ut ſcribit Ortelius. Epiphanius, [i] memorat in Geraſa Arabiæ aquæ fontem in uinum uerſum ea hora, qua Dominus in cana Gallileæ aquam in uinum uertit: ſed & Plinium, [k] in Andro inſula fontem nonis Ianuarijs ſemper uini ſapore fluere ex Muciano. ter Coſ. tradit, is vno die aberrat, quo Dominus id miraculum edidit. Geraſæ Dominus à demonio retentum curauit. eam D. Lucas [l] eſſe contra Gallileam ſcribit, D. Marcus [m] dicit eſſe trans mare in Decapoli; unde aut hæc Geraſa eſt diuerſa à noſtra, aut hic comes longiorem tractum habuit.

7 ALA QVINTA RHETORVM Scenis ueteranorum, hæc ex Rhetijs erat contracta; unde lego Rhetiorum; Inter Peluſium & Memphim, Scenas Veteranorum Itinerarium ponit, de quo ſupra.

8 ALA PRIMA TINGITANA in Thinunepſi, oppido Aegypti morabatur. Thimonepſi legit Itinerarium.

9 ALA APRIANA ex Apris colonia Thraciæ degebat Hippone, huius nominis oppidum in Cœleſyria Plinius & Ptolomæus locant. Itinerarium uero in Marmarica.

10 ALA SECVNDA ASSYRIORVM SOSTEOS præſidio erat. ſi legamus Soſtheos, ſaluum à Deo ſignificat.

11 ALA V. PRAELECTORVM, ideſt ante lectorum, uel præ ceteris electorum: Lecti enim milites uocabantur, qui uelut præſtantes eligebantur. Marcellinus, [n] Triginta, inquit, milia lectorum militū commiſit Procopio. Dionyſiade morabantur. Hic locus eſt inter Moeridiem Paludem, & Oaſim Ptolomæo à Dionyſio, ideſt Baccho dictus. Duæ cohortes ſequuntur, alis pro locorum diuerſitatæ intermixtæ.

a li. 22.
b li. 16.
c li. antiq. iudai 13. ca. 21.
d lib. 2.
e de locis hebraicis.
f 19.
g li. 26.
h de locis hebr.
i hæres. 51.
k li. 2. ca. 106.
l cap. 8.
m cap. 5.
n lib. 23.

1 COHORS TERTIA GALATARVM, quæ ex Galatia contracta erat, Cefro degebat, quod erat Aegypti oppidum. Cephro Euſębio eſt regionis nomen.

2 COHORS SECVNDA ASTARVM, Itinerario Haſta eſt Tudertanorum urbs in Hiſpania, alia eſt in Liguria, unde forte hæc cohors eſt collecta, degebat Buſiri: Hic locus non longè eſt à Dioſpoli; In media Aegypto, ideſt in Delta Buſirin conditam eſſe Stephanus ait, Oſirimque ab Iſide in ligneo boue ſepultum Buſiri nomen dediſſe, quaſi bouis Oſiri. Alij à Buſiri loci præfecto denominatam uolunt.

## *DE ALIIS NVMERIS PROVINcia Auguſtanicæ.*

AVGVSTANICAM illam regionē dici, quæ eſt ultra Peluſium uſq; ad Arabiam, ſupra in eius Præſide ex Ammiano eſt dictum, qui Peluſium, Caſsium, Oſtracinam & Rhinocoruram in ea locat. [o] Sed Notitia aliam diuiſionem facit. Hanc Auguſtaneam Gratianus uocat. [p] in qua erant infraſcripti numeri.

12 ALA II. VLPIA AFRORVM, in Thaubaſteos oppido degebat: Ptolomęo Thaube eſt oppidum Arabiæ deſertæ. Thebeſte publicata eſt quædā lex à Conſtantino [q] quod forte idem eſt oppidum. Thaubaſium legit Itinerarium. Ala uerò Vlpia ab Vlpio Traiano eſt dicta.

13 ALA II. AEGYPTIORVM TACASYRI excubabat. Tacaſſum Ptolomæo ciuitas eſt Aſſyriæ, nunc Reſſa dicta. Itinerario Tacaſta urbs eſt Aegypti inter Memphim & Peluſium. Hæ ſunt alæ XIII. Laterculi minoris cohortes reliquæ ſequuntur,

3 COHORS PRIMA SAGITTARIORVM, in Naithu Aegypti ciuitate reſidebat. Cohortis Sagittariorum meminit Marcellinus. [r]

4 COHORS I. AVGVSTA Pannoniorum Thou inhabitabat, eſt locus propè Heliopolitas, quem inter Peluſium & Memphim Itinerarium collocat.

5 COHORS I. EPIREORVM caſtris Iudæorū immorabatur: vicum Iudæorum legit Itinerarium: locus eſt Rameſſæ, ubi primò fugientes ex Aegypto Iudæi caſtrametati ſunt, inde caſtra Iudæorum ſunt uocata. hoc oppidum Sucho, ideſt Caſtra Ioſephus [s] appellat, ubi poſtea Babylis conſtructa eſt à Cambyſe, dum Aegyptum inuaderet. D. Hieronymus [t] Aelim caſtra Iudæorum interpretatur, qui, inquit, locus eſt in deſerto, in quo XII. fontes, & LXX. palmarum arbores Moyſes de mari Rubro exiens reperit. [u] Aliqui Bubaſtum appellant. Ex Epiro hi equites erant contracti, cuius equos [x] Virgilius celebrat. Epiroticos pro Epireis Cicero, [y] & Varro, [z] appellant.

6 COHORS IIII. IVTHVNGORVM Aphrodito inſidebat, quod oppidum nominat etiam Plini & Itinerarium. Iuxta Aethiopiam Stephanus locat. A Venere deriuatur. Aphroditopolim Strabo appellat. Aphrodite eſt etiam inſula maris Rubri. Iuthungos Marcellinus [a] Alemanorum partem uocat, ex quibus infra ſub Duce Syriæ ala meret.

7 COHORS II. ITVREORVM degebat Aiy, Alri in Itinerario legitur. D. Hieronymus [b] uocat Ai uel Ain. Alij Agai, cuius, inquit, uix paruæ ruinæ reſident. Strabo, montanos Arabes eſſe Itureos dicit. Plinius Aſſyrios. Seruius Parthos ita interpretatus illud: [c] Ityreos taxi curuantur in arcus.

D. Lucas Philippum fratrem Herodis Antipæ tetrarcham Itureæ, & Trachonitidis fuiſſe ſcribit. continebat Auranitidem, quam D. Lucas, & Dion [d] Ituream

o li. 22.
p l. 9. C. de vecti galibus.
q l. 1. C. ut lite pēdente, & l. 13. C. de appellat.
r lib. 21.
ſ li. 14. antiquit.
t de locis Hebr.
u Exod. 15. Nu. 33.
x in 3. Georgico.
y in 12. ad Atticum.
z li. 2. ca. 5. de re ruſtica.
a lib. 17.
b de locis Hebr.
c in 2. Georgico.
d lib. 49.

Ituream uocat. Erant hi milites ſagittarij: Vopiſcus, enim ſcribit Valerianum CCC. ſagittarios Itureos Aureliano obtuliſſe.

8 COHORS II. THRACVM MVSON, incolebat, Muſæ eſt apud Itinerarium, hæc fortè eſt, quam Conſtantius ad Martinianum Vicarium Africæ ſcribens, Murſam appellat. [a]

a l.46. C. T. de decur.

9 COHORS QVARTA NARMVNTHI excubabat: Legendum eſt COHORS QVARTA NVMIDARVM NARMVNTHI, ut in manuſcriptis: Hęc de Comite Aegypti, ſequitur alius Iſauriæ Comes.

*De Comite Iſauriæ, et Præſide.* *Cap. CXLI.*

ISAVRIA inter Lycaoniam & Ciliciam ad radices Tauri montis ſita longe ab Aegypto diſtat: Sed ne Comites ſeparentur, hoc loco is Comes ſtatuitur, qui etiam Iſauriæ, ut ſupra expoſui populis ius dicebat, & duabus legionibus, ſ. 2. & 3. Iſauriæ, a loco ubi degebant appellatæ, præerat Itaq; Comes rei militaris per Iſauriam etiã Præſes erat. Poſtmodum Iuſtinianus, [b] antiquato nomine Præſidis, illum tan tum Comitem dici uoluit. b Nouell.27.de comit.Iſauriæ.

# NOTITIA

# COMES ISAVRIAE

## CVM INSIGNIBVS.








## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis militaris per Iſauriam. Et præſidis.

*LEGIO ſecũda Iſauria.*
*LEGIO tertia Iſauria.*
*OFFICIVM autẽ habet ita.*
*PRINCIPEM de eodem Officio.*
*Cornicularium.*
*Commentarienſem.*
*Numerarios.*
*Adiutorem.*
*Ab actis.*
*A libellis.*
*Exceptores, & cæteros Officiales.*

### Dux Iſauriæ, Libyæ.

*Numerarios & Adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue Subſcribendarium.*
*Exceptores, & cæteros Officiales.*

### COMMENTARIVM.

INSIGNIA habebat, librum viridi corio tectũ, & ſuper abaco purpureo tapeto inſtrato erectum, vt alij Comites, & oppidum ad mare Cilicium, cui inſcriptum eſt, THARSVS MARE. Hæc eſt metropolis Ciliciæ maritima à Sardanapalo condita, prout eius monumẽto litteris Aſſyrijs inſcriptũ epitaphium ſequens indicat. Sardanapalus Anacyndaraxis filius Anchialem & Tharſum una die condidit, & tu hoſpes uale, ede, bibe, lude. Hæc Strabo. [a] Dignum, Cicero inquit, epitaphium, quod non in hominis ſed in bouis ſepulchro inſcriberetur. Hanc vrbem præ ceteris D. Pauli natales nobilitarunt.

a lib.14.

In Vrſini exemplari inſcriptum eſt, THARSVM MARE: vt non ciuitas, ſed mare ab ea denominatũ ſignificetur. Tarſos ſine aſpiratione Stephanus legit. Ad radices montis Tauri fermè VIII. oppida uel caſtra uiſuntur, & ceruus herbam depaſcens, quo animali fortè ea regio abundat, ſuprà ſcriptum eſt, MONS TAVRVS. In Tharſi metropoli proximè Iſauriam, præſidium tenebat Comes cum duabus legionibus ſine equitatu, qui in mõtibus nõ erat vſui, poterant eſſe duo millia peditũ, tribuendo hoc tempore mille pedites legioni ſecũdum Conſtantinum Porphyrogennetam. Officium habebat Principẽ de eodẽ officio, non ex ſchola agentium in rebus, ut alius Comes, quia hic Præſidis uice fungebatur; item Cornicularium, Commentarienſem, Numerarios, Adiutorem, Ab actis, à libellis, Exceptores, & cęteros officiales, quos codicillis, à ſcriniarijs libellorũ ſcriptis, & à Principe, ac demũ Comite ſubſcriptis probari oportebat, ut tradit Leo A. [b] qui huius Comitis, eiuſq; officij mentionem facit. Scribas verò ab actis habebat, quibus alii Comites & Duces rei militaris carebant, quia etiam Præſidis officio fungebatur, apud quem robur cõtractibus, & negociis dabatur, quod in militarium tribunalibus nõ fiebat. Sequitur in Notitia Dux Iſauriæ Libyæ mendosè, cui ſubnectitur officium, quod poſſet illud eſſe, quo Comes Iſauriæ utebatur, quemadmodum duplex officium Dux & Præſes Arabiæ habebat: ſed quia errore librarii totus hic contextus eſt confuſus, hoc potius ad ſequentem Ducem Libyæ pertinere putauimus, & ideo in eo interpretandum reſeruauimus.

Præſidia 8.

Peditum 2000.

b in l. ult. C. de diuerſ. offic.

*DE DVCE LIBYAE.* *CAP. CXLII.*

IN Notitia pro Duce Libyæ mendosè ſcriptum eſt, Dux Iſauriæ, qui nullus per eam prouinciam fuit, ſed tantum Comes: Nam eo tempore in Oriente duo duntaxat Aegypti & Iſauriæ Comites fuerunt: Duo item per Aegyptũ Duces, unus Libyę, alter Thebaidis, in Notitiæ indice recẽſentur: [c] vnde neceſſe eſt Ducem Libyę ſcribi: In codice manuſcripto eſt idem error, ſed in fine notatum eſt, Dux Libyarum iij. ideſt tertius numero Præfectus rei militaris, & hęc uerba litteris rubeis in ſuo codice ſcripta eſſe Benedictus Maphęus uir nunquam ſatis laudatus, mihi pro ſua ſingulari humanitate ſignificauit. Huius uerò Ducis uix nomen apparet, quòd ſub hęc tempora, Theodoſio iuniore, & Valentiniano imperantibus, à Genſerico Vandalorum, Alanorumq; Rege, Africa occuparetur, [d] ubi nullus amplius Libyę Dux eſſe poterat: Itaq; in primo indice, & hoc loco in manuſcriptis ſolum eius nomen ſcriptum reperitur: Nulla uerò eius inſignia, aut præſidia, numeriuè militum apparent.

c & in l. ult. C. de diuerſ. offic.

d Paulus Diaconus lib.14. D. Proſper in chronicis.

Olim unum in uniuerſa Aegypto & Libya Ducẽ fuiſſe [e] dixi, quo poſtea Comite facto, [f] duo Duces, alter Libyę, alter Thebaidis ſunt creati: Spartianus in celſo tyranno ſcribit Fabium Pompeianum ſub Gallieno Ducem limitis Libyci fuiſſe. Hic Dux Libyę ad Paratonium, & adiacentia oppida ſtatiua habebat. [g] Vocatur hęc regio Libya Marmarica, incipiens à Catabathmo uſq; ad Cyrenem urbẽ, quod iter eſſe ſtadiorum 900. ait Strabo. [h] Huic Mareota, & Menelaita urbes à Iuſtiniano ſunt adiectę. Duci Libyę à Iuſtiniano conſtituti ſunt aurei MV. & quadrans pro XC. annonis, & CXX. capitationibus, quę illi anteà in ſpeciebus dabantur. Pro annonis verò L. quę in auro debebãtur, & capitationibus L. aurei CCCC. Item eius cohorti aurei illius tẽporis 187. [i] Taxati uidẽtur circiter aurei 7. pro annona, & 6. pro capite. Hic Dux regionis ſibi cõmiſſę tributa exigere, & ad Palatinum exigendis uectigalibus pręfectũ Alexandriam mittere tenebatur. Nulla huius Ducis inſignia, aut militum ordines ſpectantur, nullũque oſtenditur officium, ſolum ſcriptum reperitur: Numerarios, & adiutores eorum: Commentarienſem, adiutorem, à libellis, ſiue ſubſcribendarium: In manuſcripto legitur Reſcribendarium; Exceptores & cęteros officiales, ſubaudiẽdum eſt habet. Qui erat à libellis alio nomine uocatur ſubſcribẽdarius, quia reſcriptis ad libellos ſubſcribebat, vel ſi legimus Reſcribendarium, intelligemus, qui reſcribit iuſſu Ducis, ſed legendum eſt ſubſcribendarium, ut in aliis ſequentibus.

e l.5.C.Th. de legat.

f l.ult. C. de diuerſ. offic.

g Edicto 13. cap. 18. & ſeq. poſt Nouellas Iuſtin. De Paretonio, Ptolomæ & Plinius lib.5. cap.6. Ammian. lib.22.

h lib.17.

i d. Edicto 13. cap.18.

Hic Dux, ut alii, ſpectabilis fuit. [k] Ab eo ad Magiſtrum officiorũ & Quęſtorẽ palatij appellabatur. [l] Ducibus enim in oriente magiſter officiorum præerat. [m] Leone, & Anthemio imperantibus Pręfectus Auguſtalis, Dux etiam Aegypti fuit, [n] quòd nõ diu permanſit: Libyæ enim & Thebaidi ſui Duces non multò poſt ſunt reſtituti. [o]

k l.pen.C. de appellat. l. uiros, & ità Leo hunc appellat in l.ult.C. de diuerſ. offic.

l d. l.pen. C. de appellat.

m l.pen. C. de officio mag. offic.

n ut in l. 13. C. de aduocat. diuerſ. iudicior. l. uni. C. de officio iurid. Alexand.

o d. l. fin. C. de diuerſis offic.

Hic inſignia, ut alii Duces habet, etſi non appareant. Generale uerò eſt omnium Ducum, & Comitum, ut eaſdem notas dorſo codicis inſcriptas gerant, quibus ſignificatur illum eſſe librum mandatorum Principis.

### *DE DVCE THEBAIDIS ET EIVS militibus. Cap. CXLIII.*

THEBAIDEM tertiam partem Aegypti fuiſſe in eius Pręſide dixi, quę à Thebis uſque ad Sienem porrigitur, in qua 40. pręſidia erant, quę Dux cum equitum Cuneis 9. & alis equorum 16. legionibus 7. & cohortibus 11. tuebatur, poterant hi eſſe fermè equites 2500. pedites 15500. Hęc de Sienę D. Hieronymus, [a] Turris Sienis uſq; hodie permanet, caſtrum ditioni Romanę ſubditum, ubi ſunt Nili Cataractę, & uſque ad quem locum de mari noſtro Nilus eſt nauigabilis. Eiuſdem meminit & in Ezechiele. [b] Eſt, ait, in extremis finibus Aegipti, Aethiopiæ & Blemniarum, ubi Nilus innauigabilis, & Cataractarum fragor, & omnia inuia, plenaque ſerpentum, & uenenatorum animãtium. Eſt autem Cataracta petroſum quoddam ſupercilium in medio fluminis, ſuperiore parte planũ, ut recipere flumen poſſit, deſinitque in præceps, ex eo flumen cadit in inferiorem alueũ, quo facile nauigari poteſt: Itaque Scapharij ſpectaculum exhibere Principibus uolentes, huc adnauigabant, & defluunt in Cataractam, in præcipitiumque detruduntur ſcaphis & illis illęſis: Hæc ille. Duplex imperante Iuſtiniano erat Thebais, à Nilo diuiſa, cui ipſe vnum præfecit Ducem, qui eandem quam Præfectus Aegypti poteſtatem haberet, & prouinciarum magiſtratibus imperaret. Ipſe verò P. P. Orientis parebat. Eius præcipua cura erat, ut limites Imperij tueretur, & 800. myriades artabarum, ſeu medimnorum atticorum tritici antè nonam diem Auguſti ratibus imponi, & Conſtantinopolim deuehi curaret: antè decimum uerò Septembris Alexandriam ad Præfectum Auguſtalem perueniret; aliud quoque ad alendos Alexandrinos deſtinatum, intra Idus Octobris tranſmittere tenebatur, quod niſi effeciſſet, in ternas artabas tritici non deuecti ſingulos aureos pendebat. [c] Eſt autem artaba medimnus atticus, ait Suidas. [d]

Præſidia 40.

Equites 2500.
Pedites 13500.

a in 29. Ezechiel

b in c. 30. D. Hieronymus.

c vt in edicto 13. Iuſtiniani c. 22.

d in uerb. ἀρτάβη.

# NOTITIA
# DVX THEBAIDOS
## CVM INSIGNIBVS.




NOTITIA



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis, Ducis Thebaidos.

CVNEVS *equitum Maurorum ſcutariorum.*
LYCO.
CVNEVS *equitum Scutariorum Hermopoli.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Tentyræ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Copto.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Dioſpoli.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Lato.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Maximianopoli.*
EQVITES *Promoti indigenæ Legionis tertiæ Diocletianæ Ambo.*
LEGIO *ſecunda Flauia Conſtantia Thebæorum Cuſſæ.*
LEGIO *tertia Diocletiana Præſentia.*
LEGIO *ſecunda Traiana, Apollonos ſuperioris.*
MILITES *miliarenſes Syenæ.*
LEGIO *prima Valentiniana Copto.*
LEGIO *prima Maximiana Filis.*
LEGIO *tertia Diocletiana Thebis.*
LEGIO *ſecunda Valentiniana Hermunthi.*
EQVITES *Felices honoriani Aſphynis.*
ALA *prima Abaſgorum Hibe Oaſeos maioris.*
*Et quæ de minore Laterculo emittuntur.*
ALA *ſecunda Hiſpanorum Poiſartemidos.*
ALA *Germanorum Peſcla.*
ALA *quarta Britonum Iſui.*
ALA *prima Hiberorum Thmoi.*
ALA *Neptunia Chenoboſcio.*
ALA *tertia Dromedariorum Maximianopoli.*
ALA *octaua Palmyrenorum Phoenicone.*
ALA *ſeptima Herculia uoluntaria contra Lato.*
ALA *prima Francorum Apollonos.*
ALA *prima Iouia catafracta Ripampane.*
ALA *octaua Abydum Abocedo.*
ALA *ſecunda Herculia Dromedariorum Pſinaula.*
ALA *prima Abaſgorum Oaſi maiore.*
ALA *prima Quadorum Oaſi minore Trinytheos.*
ALA *prima Valeria Dromedariorum Precteos.*
COHORS *prima Luſitanorum Theraco.*
COHORS *ſcutata ciuium Romanorum Mutheos.*
COHORS *prima Apamenorum Silili.*
COHORS *vndecima Chamauorum Peamu.*
COHORS *nona Thanorum Nitriæ.*
COHORS *nona Alamannorum Burgoſeueri.*
COHORS *prima Fœlix Theodoſiana apud Elefantinen.*
COHORS *quinta Suentium Suene.*
COHORS *ſexta ſaginarum in Caſtris Lapidariorum.*
COHORS *ſeptima Francorum Dioſpoli.*

OFFICIVM *autem uiri ſpectabilis ducis Thebaidæ habet ita.*
PRINCIPEM *de Schola Agentum in rebus.*
*Numerarios, & Adiutores eorum.*
*Adiutorem.*
*Commentarienſem.*
*A libellis ſiue ſubſcribendarium.*
*Exceptores, & ceteros Officiales.*

### COMMENTARIVM.

INSIGNIA habebat hic Dux librum purpureo tegumento inſcriptum, quemadmodum Comes limitis Aegypti. In manuſcriptis, eſt coloris aurei. Prope librum eſt charta cõuoluta, qui ſunt dignitatis codicilli; quandoque chartæ appellati. [a] Habet & Nili imaginem depictam: in cuius ſuperioris partis medio eſt inſula munita, cui in manuſcriptis inſcriptum eſt FILARI. flumen paululùm infrà ſiniſtrorſum ramum emittit, mox in duos diuiditur, ex quibus dexter inſulam efficit, ubi eſt Dioſpolis: In medio currentis fluuij inſcriptum eſt FL. NILVS. Præterea XVIII. caſtra repræſentantur, quorum vnum ideſt FILARI, eſt in ipſo flumine, aliud in inſula Dioſpolis: In his excubabant a maiore Laterculo prodeuntes milites: Quæ uerò de minore Laterculo copiæ emittebantur, in quædam ex his & XX. alia præſidia [b] diuidebantur, quæ à Notitia ſicut & in alijs non repræſentantur.

Officium hoc modo habebat, Principem de ſchola agentium in rebus, Numerarios, & adiutores eorum, Adiutorem, Commentariẽſem, quæ uerba forte ſunt transferenda, & poſt Commentarienſem ponendus adiutor, ut ferè in omnibus ſequentibus. Habet quoque à libellis, ſiue ſubſcribendarium, Exceptores, & ceteros Officiales, qui à Principe, ut de alijs dictum eſt, erant probandi. [c] Huic Duci ſequentes ordines militum parebant.

CVNEVS EQVITVM MAVRORVM SCVTARIORVM in oppido Lyco degens; quod Caſſianus [d] in extrema Thebaide eſſe ſcribit, ubi Ioannes Abbas cõmorabatur, quẽ Theodoſius Magnus contrà Eugenium tyrannum pugnaturus, de victoria conſuluit, & eam uir ſpiritu diuino afflatus prædixit, quod & Paulus Diaconus recitat. Hic manſionẽ Itinerariũ ponit. Duas vrbes huius nominis in Nomis Aegypti fuiſſe Strabo & Stephanus memorant; quarum altera erat maritima; altera in nomolycopolitano, de qua hic arbitror intelligi, cùm animalia bruta Aegyptij pro dijs colerent; ab eorum etiã nominibus urbes aliquot nominarunt, inter quas à lupo lyco ſeu Lycopolim dixerunt. Magiſtris hos equites paruiſſe non apparet.

2 CVNEVS EQVITVM SCVTARIORVM Hermopoli ſtatiua habebat. Hæc latinè ciuitas Mercurij dicitur; in qua Hermes maior, Mercurij triſmegiſti auus eſt ſepultus. D. Auguſtinus. [e] Hic, inquit, Hermes maior ideſt Mercurius, quem dicit auum ſuum fuiſſe in Hermopoli, hoc eſt ſui nominis ciuitate perhibetur eſſe ſepultus. Hactenus D. Auguſtinus. Hermopolis magna eſt in Aegypto ciuitas, & nomus Hermopolitana, inquit Ptolomæus, ab occaſu fluuij mediterranea euntibus ad mare noſtrum, ſuperior eſt Crocodilopoli, in ſeptimo parallelo climatis tertij. Perſicam arborem hic fuiſſe Sozomenes & Cedrenus ſcribunt, cuius folium uel cortex cuiuis morbo medebatur: Eam ferunt fugiente in Aegyptũ Chriſto, ſeſe inclinaſſe, & ipſum adoraſſe, atq; umbram præbuiſſe. Iulianus Apoſtata ad inuidiam nominis Chriſtiani hanc arborem excidit; Iura Perſeum uocant, quam cædi, aut uendi prohibent. [f] De Hermopoli & aliquot ſequẽtib. ità

a l. 1. §. hoc etiã præſenti, l. 2. §. pen. & ult. C. de offic. P. P. Afric.

b Præſidia XL.

c l. ult. C. de diu. offic.

d lib. 4. de inſtitutis renunciantium.

e lib. 8. c. 26. de ciuita. Dei.

f l. 1. C. de cupreſſ. ex luco Daphnenſi uel Perſeis per Aegypti non excidend. uel uendend.

M 2 Marcel-

a Lib. 22.

Marcellinus.[a] Thebais multas inter vrbes clariores alijs, Hermopolim habet & Copton, & Antinoon. Septem Hermopoles Stephanus enumerat, quarum tres ſtatuit in Aegypto, Magnam, Paruam, & Tertiã dictam. De Hermopoli Ptolomæus & Strabo. Scutarij erant ex ſex uexillationibus Comitatenſibus Magiſtri militum Præſentalis.

1 EQVITES SAGITTARII INDIGENAE. i. nati in Thebaide, Tentyræ reſidebant: ita etiã Strabo, Ptolomæus, & Itinerarium appellant. Eſt contrà Vacuam ex parte Africæ diſtans Dioſpoli 27. millibus paſſuum. Hic trucidant Crocodilos, nihil eos timentes. Stephanus Tentyrin, & Tentyrum appellat. Diuerſi equites Sagittarij ſub pluribus Magiſtris merebant, cum quò uerò hi aut ſequentes fuerint, non apparet.

2 EQVITES SAGITTARII Indigenę Copto inſidebant. Copton uocat Itinerarium, quod & ſequentium meminit. Nomi Aegyptij inſignis ciuitas fuit, quã Strabo, Plutarchꝰ, Ptolomæus, Statius, [b] & Marcellinus inter clariſsimas Thebaidis vrbes recẽſent.

b Lib. 1. Thebaidis.

3 EQVITES SAGITARII Indigenæ ſtatiua habebant Dioſpoli; non eſt hæc Dioſpolis olim Thebę dicta, de qua infrà dicetur; ſed illa, quam diuiſus, & poſtea vnitus Nilus inſulam facit. Iouis ciuitatẽ latinè Plinius uocat. Duas Paruã, & Magnam Dioſpoles Aegypti ſuperioris vrbes Ptolomæus, Strabo, & Stephanus, Aliam in Buſiride Strabo & Suidas [c] collocant.

c in ver. Demetrius.

4 EQVITES SAGITTARII Indigenę Lato immorabãtur, aliàs Latopolis, uel Latonæ ciuitas, iuxtà Androna uocatur. A Latonæ tẽplo propè ædificato Lato dictam eſſe Stephanus teſtatur, Sed à Lato piſcę in Nilo copioſiſsimo deriuari puto; cùm enim bruta Aegyptij colerent, ab ijs vrbes aliquot nominarunt, ut Leontopolim, Crocodilopolim, lycopolim; & ſimiles; Hunc autem piſcem ad CC. librarũ, & plurium pondus in Nilo naſci Athenæus.[d] memorat, quem dicit eſſe candidiſsimum, optimumq; & ſuauiſsimum, quacunque ratione condiatur. Latopolis eſt Ptolomęo, & Straboni. Latum Itinerario.

d lib. 9. c. 29.

5 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Maximiano polim incolebant, quæ à Maximiano nomẽ habuit.

6 EQVITES PROMOTI Indignæ Legionis tertiæ Diocletianæ, tuebantur Ambos. Hoc oppidũ eſt inſula inter duo brachia Nili, cuius Itinerarium meminit. Ombos legit Ptolomæi interpres: Ombitẽ Nomum vocat Plinius, vnde Ombitæ populi ſunt apud Aelianum.[e] Ex diuerſis vexillationibus ſub Magiſtris militum Promoti merebant. Hi ſunt ex corpore legionis tertiæ Diocletianæ, quæ ſtatiua Thebis habebat, vt infrà dicetur.

e lib. 10. animal. cap. 21. & 26.

LEGIO II. FLAVIA CONSTANTIA Thebeorum reſidebat Cuſſę, qui eſt locus Aegypti, apud D. Athanaſium.[f] Alij Thebæi, ideſt ex Thebis lecti, aut qui Thebis excubabant, ſub Diocletiano & Maximiano apud Agaunum martyrio ſunt coronati, quorum Primicerius magnus fuit D. Mauritius, ut refert Gulielmus Tyri Epiſcopus,[g] pro Agunium verò, lego Ingaunium, aut Ingaunos, qui ſunt ſubalpini, apud quos ſunt occiſi. Hæc legio una eſt ex IX. Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem.

f tom. 2.

g lib. ſacribelli 19. cap. 24.

LEGIO III. DIOCLETIANA morabatur Pręſentiæ: Hæc vna ęſt ex Comitatenſibus Magiſtri militum per Thracias, quæ ſub Comite Aegypti militabat; & ſub hoc quoque Duce ter recenſetur, vnde in partes diuiſa fuit. Præſentia locus eſt Thebaidis.

LEGIO II. TRAIANA erat in loco Apollinis Superioris: Apollino ſuperiore legit Itinerarium: Duplex enim in Aegypto erat Apollinis, ciuitas Ptolomæo, Magna, quæ & ſuperior, & Parua, quæ inferior dicebatur. Hæc non procul a Copto ſita, Hydræum Apollinis à Plinio nuncupatur ob ciſternas aquarum in itinere ad eam factas, de qua etiam Strabo. Itinerarium Apollinos minores appellat. Hic de Magna propè Latopolim, ſuperiorę vocata intelligitur. Stephanus tres Apollinis ciuitates ponit: Paruam Libyam uerſus; Magnam in Aegyptò; Tertiam in Aethiopia ſecũdùm mare Rubrum. Hanc quoque legionem puto diuiſam fuiſſe: nam & ſub Comite Aegypti militabat.

MILITES MILIARENSES Syenę degebãt: Hoc oppidum eſt ſub æquinoctiali, vbi in puteum ſol radios meridie immittens vmbram non facit: vt inter alios auctor eſt Strabo,[h] qui tres cohortes hic præſidij cauſa à Romanis locatas fuiſſe ſcribit. ciuitas eſt, inquit Stephanus, Aegypti, & Aethiopiæ ad Nilum ſita, à Syeno Daci filio uocata; Euſtathius Sirim ab Aethiopibus nominari dicit, & hodiè funditus euerſam. Miliarenſes fortè à Miliaria aue ſunt dicti, quòd eius inſtar galeas geſtarent: ſicut Alaudam legionem eodem modo Cæſar vocauit; vel fortè à Miliarenſi loco in hortis Saluſtij. Vopiſcus,[i] Miliarentem, inquit, porticum in hortis Saluſtij ornauit, in qua quotidiè, & equos, & ſe fatigabat. Miliare etiam flumen Daciæ fuiſſe Iornandes ſcribit, Gepidæ, ait, ſedent iuxta flumina Mariſia & Miliare; à quo hi poſſent deriuari. Mihi non diſplicet dici Miliarenſes, quòd a prima alicuius legionis cohorte ſint contracti, illa uerò miliaria uocabatur, quia ex MCV. peditibus conſtabat.[k]

h lib. 17.

i in Aureliano.

k Vegeti. lib. 2. cap. 6. glo. in l. 2. in prin. in uer. cohortis. ff. de his q. not. infam.

LEGIO I. VALENTINIANA reſidebat Copto: de hoc ſuprà. Ammianus.[l] Thebais, inquit, multas inter vrbes clariores alijs Hermopolim habet, & Copton. Hæc legio ſub Magiſtris militum non reperitur.

l lib. 22.

LEGIO I. MAXIMIANA, Filis ſtatiua habebat. Philas vocat Ptolemæus. Inſula eſt Aegypti, inquit Stephanus, in magno flumine Tritone, quod in magnam Tritonidem paludem fluit. Alia Fila eſt in Macedonia: intelligit Filarim inſulam Aegypti, de qua ſuprà in huius Ducis inſignibus. Hæc vna eſt ex XXI. Legionibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Thracias, prima Maximiana Thebæorum nuncupata, quod in Thebaide à Maximiano eſſet inſtituta.

TERTIA LEGIO DIOCLETIANA Thebis manebat: Nouem huius nominis vrbis recenſet Stephanus, una eſt in Aegypto, propè ſpeluncam omnibus diebus uento plena, præterquàm triceno quo nunquàm ſpirat. Hic puto intelligi magnam Thebaidis ciuitatem, ab Oſiride & Iſide conditam, centum portis nobilem, quam Stephanus ſcribit tredecim millia uillarum, & triginta habuiſſe: hominum uerò myriades ſeptingentas, ſeu ſepties decies centena millia; & in longum per 400. ſtadia porrectam fuiſſe. Hæc etiam Dioſpolis eſt uocata. D. Hieronymus [m] ſuo tempore Thebiſtim appellatam ſcribit. Tertia legio Thebæorum inter Comitatenſes Magiſtri militum per Thracias nominatur, quia Thebis ſtatiua habere conſueuerat, cuius partes indè extractæ ſunt, vt alijs in locis ſeruirent.

m in epiſtol. ad Galatas.

LEGIO II. VALENTINIANA Hermũthi morabatur quæ, inquit Stephanus, eſt vrbs Aegypti. Hæc legio una eſt, ex nouem Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem, quæ ſecunda Fœlix Valentis Thebæorum uocabatur, quia Thebis anteà erat collocata.

7 EQVITES FELICES HONORIANI Aphynis ſtatiua habebant, una eſt ex Vexillationibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem.

ALA I. ABASGORVM Hibe Oaſeos maioris in præſidio erat. Codex Vrſini legit Hipus Oaſeos maioris, de qua in Comite Aegypti: nomen eſt oppidi propè Oaſim maiorem. Abaſgiam propè Iberiam & Tzanos ſuprà Pontum Iuſtinianus [n] & Cedrenus [o] locant, indè hæc ala extracta. Hi de maiore Laterculo emiſsi XVIII. oppida hic repræſentata incolebant.

n Nouella 28. §. 1.

o in Baſilio.





*DE MINORE VERO LATERCVLO emittebantur ſequentes, qui XXV. oppida tuebantur.*

1 ALA II. Hiſpanorum Poiſartemidos oppidum incolebat: credo legendum Polis Artemidos, ideſt ciuitas Dianæ. Penſatemidos mendoſè habet Itinerarium.

2 ALA GERMANORVM PESCLAE manebat. Paſſalum uocat Ptolomæus. Peſla Itinerarium.

3 ALA IIII. BRITONVM Iſui morabatur. Iſin eſt apud Itinerarium, Stephanum & Madrucianum: Alij habent vſui: ſed legendum Iſiu: quod oppidum eſſe Aegypti, ait Stephanus, ab Iſide dictũ, in quo degũt mercatores, qui ab artificibus neceſſaria emunt, & populis vicinis uendunt.

4 ALA I. HIBERORVM Thmoi degebat. Thmuim appellãt Ptolomęus Itinerarium, Stephanus, & Ammianus, ciuitatem Aegypti, & inter maximas eius vrbes, Marcellinus recenſet,[a] Aegyptus, inquit, Athrobi, & Oxyrincho, & Thmui, & Memphi, maximis vrbibus nitet.

a lib. 22.

5 ALA NEPTVNIA Chenoboſcio inſidebat, Ptolomęus, Chenoboſciam uocant. Itinerarium Cenoboſio, Chenobaſciam legit Stephanus; Latinè ſonat anſerum paſcuum, quod ad loci deriuationem non attinet, cum nulla ibi ſint anſerum paſcua, ſed incolæ ſolis ſtudeant necãdis crocodilis, inquit Stephanus. Ala eſt ex Neptunio oppido Italiæ, olim Antium dicto.

6 ALA III. DROMEDARIORVM Maximiano poli ſtatiua habebat, de hac ala ſupra. a Camelis eſt uocata, quos Dromedarios uocant, à δρομέω quod eſt curro. Hi enim curſu Dromedarijs erant ſimiles, D. Hieronymus,[b] Vidimus, inquit, Camelos, quos ob nimiam uelocitatem Dromedarios uocant, qui præteritos cibos in ore uoluere, & in aluum miſſos, iterum retrahere conſueuerunt.

b de uita Malchi ad finem.

7 ALA VIII. PALMYRENORVM Phœnicone excubabat. Palmyrena eſt regio expoſita ad Euphratem, cuius caput eſt Palmyra urbs maxima, fatalis Rom. imperij, & finis, ubi eius erat pręſidium. Phœnicon, uero una eſt ex ciuitatibus Syriæ, inquit Stephanus. Phœnicon; Niconon eſt apud Itinerarium corruptè, ut puto. Vetus codex habet, Fenitionis.

8 ALA VII. HERCVLIA uoluntaria, quæ ſponte ſe militiæ obtulit; ita uoluntarios milites appellat Cæſar.[c] Statiua habebat, contra oppidum Lato, de quo ſupra. Herculeam ab Hercule Maximianus appellauit, ut alibi dictum.

c lib. 5. de bello Gallico.

9 ALA I. FRANCORVM, Apollonos incolebat. Hoc alterum eſt ex duobus Apollinis oppidis, de quibus ſupra. Codices manuſcripti habent, contra Apollonos. Franci prius Sicambri uocabantur: ſed cum Valentinianus edicto immunes eos per decennium feciſſet, qui Alanos fregiſſent: Sicambri, illis profligatis, immunitatem tributorũ adepti Franci ſunt appellati, qui poſtea Gallias occuparunt, & à ſe Franciam denominarunt.[d] ut infra in Duce Phęnices latius dicetur.

d Zoſimus li. 5. Iornãdes de reb. Goticis. Sabellicus. lib. 3. ennea. 10.

10 ALA I. IOVIA CATAPHRACTA, Ripampanæ morabatur: Manuſcripti legunt Pampanæ, ut apud Ptolomæum, quam lectionem probo.

11 ALA VIII. ABYDVM, Abocedo incolebat, fortè Abocenæ, quæ eſt ciuitas Aethiopiæ; Ptolomæus Abuncim Plinius Aboccim uocat. Abydus uero eſt oppidum ad Helleſpontum, nunc ſtrictum Gallipolis dicitur. Sed hic credo, aliud Abydum Aegypti oppidum intelligi, de quo, apud Ptolomęum, Plinium & Strabonem: unde hæc ala uidetur contracta.

12 ALA II. HERCVLIA DROMEDARIORVM reſidebat Pſinaulę, fortè Pſinaphę, quam paruam Aegypti ciuitatem fuiſſe Stephanus aſſerit. Pſinablam D. Athanaſius appellat.

13 ALA I. ABASGORVM, ſtatiua habebat in Oaſi maiori de quibus ſupra.

14 ALA I. QVADORVM, in Oaſi minorę Trinytheos morabatur. Trinytheos interpretatur trinus Deus nomen à Chriſtianis impoſitum, locus propè Oaſim minorem; quem hæc ala incolebat. Quadi ſũt Germaniæ populi.

15 ALA I. VALERIA DROMEDARIORVM Præcteos manebat. Eſt ex Valeria propè Pannoniam. Hæ ſunt alæ. ſequuntur cohortes.

1 COHORS I. LVSITANORVM Theraco excubabat, interpretatur locus ferarum. In iure legitur Terico, unde Valentinianus ad Senecam defenſorem patriæ ſuæ ſcribit.[e]

e l. 1. C. de defenſorib. ciuitat.

2 COHORS SCVTATA ciuium Romanorum Mutheos morabatur. Muthi legit Itinerarium.

3 COHORS I. APAMENORVM Silili degebat Selinum uocat Itinerarium. Apameni dicti ſunt ab Apamea urbe Syriæ, à Seleuco in Apameæ vxoris honorem condita.

4 COHORS XI. CHAMAVORVM uetuſtus, cod. chamanorum gentilium; ita uocantur Chriſtianæ religionis expertes, & extra Romanũ imperium ſiti.[f] Hæc Peamu inhabitabat. Sunt qui Panopolim hanc eſſe putant, Pano uocatur ab Itinerario.

f l. ul. C. de offic. milit. iudic. l. 8. C. de vectigal. li. 5. C. de tẽporib. appellat.

5 COHORS IX. THANORVM; ſunt populi Aegypti. Tanicum enim ſine aſpiratione unum eſt ex oſtijs Nili. Ezechiel,[g] Dabo ignem ſuper Tanim quam Taphim D. Hieronymus interpretatur, urbem Aegypti. vetus codex legit Rannorum, de quibus ſupra. Hæc cohors ſtatiua habebat Nitriæ, Nitræas uocat Stephanus, Locus eſt, inquit Aegypti. Strabo,[h] Nicephorus, Caliſtus,[i] & Socrates ita montem in Aegypro circa Scetim fortè à Nitro nominãt: Plinius Nitrarias prope eum collocat. vetuſtus codex habet Nitnu.

g cap. 30.

h lib. 17.

i li. 11. ca. 30.

6 COHORS IX. ALAMANNORVM, morabatur in Burgoſeueri, ideſt in uico Seueri, qui ab eo Principe nomen habuit.

7 COHORS I. FOELIX THEODOSIANA apud Elephantinen cuſtodiebat, uel Elephantinem, vt legit antiquus codex. Inſula eſt Nili, propè Syenem ubi olim præſidij cauſa locatæ erant tres Romanorũ cohortes. de hac Herodotus, & alij.

8 COHORS V. SVENTIVM Suenę excubabat, unde nomen hæc cohors ſumpſit: huius & Itinerarium meminit.

COHORS VI. Saginarum in caſtris Lapidariorum ſtatiua habebat, forte legendum ſaganeorum, a Saganeo oppido Achaię, vel ſagittariorum; Hi caſtra mentabantur in loco, ubi lapides cædebãtur. cohortis VI. Plinius ad Traianum [k] meminit, cuius tum P. Auius Aquila centurio fuit.

k epiſt. 72.

COHORS VII. FRANCORVM Dioſpoli, de qua ſupra. Hæ ſunt decem cohortes Thebaidis, cuius Dux eſt ſpectabilis.[l] ut alij.

l l. 3. C. ut omnes iud. tã ciuil. quã milita.

# NOTITIA
# DVX PALESTINAE
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis, Ducis Paleſtinæ.

EQVITES *Dalmatæ Illyriciani Beroſabæ.*
EQVITES *Promoti Illyriciani Menoide.*
EQVITES *Scutarij, Illyriciani Chermulæ.*
EQVITES *Mauri Illyriciani Aeliæ.*
EQVITES *Thamudeni Illyriciani Bitſamæ.*
EQVITES *Promoti indigenæ Sabaiæ.*
EQVITES *Promoti indigenæ Zodochata.*
EQVITES *ſagittarij indigenæ Hauanæ.*
EQVITES *ſagittarij indigenæ Zoaræ.*
EQVITES *primi Fælices ſagittarij indigenæ Paleſtinæ Saburæ ſiue Veterocariæ.*
EQVITES *ſagittarij indigenæ Mohailæ.*
PRÆFECTVS *Legionis decimæ Fretenſis Ailæ.*

Et quę de minore Laterculo emittuntur.

ALA *prima miliaria Sebaſtena Aſuadæ.*
ALA *Antana Dromedariorum Admathæ.*
ALA



ALA *Conſtantiana Tolobæ.*
ALA *ſecunda Felix Valentiana apud Præſidium.*
ALA *prima miliaria Haſtæ.*
ALA *Idiota Conſtitutæ.*
COHORS *duodecima Valeria Afro.*
COHORS *decima Carthaginenſis Carthæ.*
COHORS *prima Centenaria Tarbæ.*
COHORS *quarta Phrygum Præſidio.*
COHORS *ſecunda Gratiana Iebybo.*
COHORS *prima equitata Calamonæ.*
COHORS *ſecunda Galatarum Arieldelæ.*
COHORS *prima Flauia Moleabæ.*
COHORS *ſecunda Cretenſis iuxta Iordanem Fluuium.*
COHORS *prima Salutaria inter Aeliam, & Hierichunta.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de ſchola Agentum in rebus.*
*Numerarios & adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis, ſiue ſubſcribendarium.*
*Exceptores, & ceteros Officiales.*

## COMMENTARIVM.

PRAETER duos per Aegyptũ, alij ſex Ducex Orientem tuebantur, ſcilicet Paleſtinæ, Arabiæ, Phœniciæ, Syriæ Euphratenſis, Oſrhoenæ, & Meſopotamiæ. Hic non ſeruatur ordo indicis, vbi Dux Phœnices alijs Orientis præponitur. Palæſtina eadem Iudæa, & cœloſyria dicebatur, cuius Dux eadem gerebat inſignia, quæ Dux Thebaidis, uidelicet librum clauſum, & viridi corio tectum; Sed in manuſcriptis omnes Duces codices auro tectos habent. Aſtat & Chartæ uolumen, & Iordanis fluens inter 13. munitiones, quibus pręſidio erant milites a maiore laterculo prodeuntes: inter has Robotbę nulli milites adſcribuntur, ubi tamen conſtat pręſidium fuiſſe. Alterius uero laterculi copię, alia XVII. oppida hic non deſcripta tuebantur; Vnde omnia Palęſtinę pręſidia erant XXX. Iordanis nomen in ipſo flumine eſt ſcriptum, D. Hieronymus [a] Iordanis, inquit, fluuius diuidens Iudæam, Arabiam, & Aulonem, & uſque ad mare mortuum fluens poſt multos circuitus circum it iuxta Hierico mortuo commixtus mari nomen amittit. Hęc ille. Infra videtur eſſe duo Onagri. Pręfatas munitiones equitum turmę XI. alę VI. Legio I. Cohortes XI. tuebantur, quę eſſe poterant equitum circiter 1700. & peditum 6000. Hic Dux eodem modo habebat officium, quo Dux Thebaidis, quod à Principe probabatur. [b] Vrſini codex eum, qui erat à libellis, Reſcribendarium pro ſubſcribendario uocat: Milites ſub eius cura ex maiore laterculo ſequentes emittebantur.

a de loc. Hebr.

Præſidia 30. Equites 1700. Pedites 6000.

b l. ul. C. de diuerſ. offi.

EQVITES DALMATAE ILLYRICIANI Beroſabę morabantur. Berſabea ab alijs dicta à matre Salomonis, alias Bezaman. In Madruciano legitur Benoſabe, credo legendum Berſabee, quę, ut ait D. Hieronymus, [c] erat in Tribu Iuda, ſiue Simeonis, eſt uſq; hodie uicus grandis in viceſimo Achelron milliario, vergens ad Auſtrum, in quo & Romanorum militum præſidium poſitum eſt, à quo loco termini Iudææ incipientes, extendebantur uſque ad Dan, quæ iuxta Paneadem cernitur. Interpretatur uero Berſabee puteus iuramẽti, eo qđ ibi Abraham & Iſaach fędus cũ Abimelech ſociauerũt iuramẽto: Hæc D. Hieronym⁹

c de loc. Hebr.

2 EQVITES PROMOTI Illyriciani degebant Menoidæ, Manuſcripti Menochiæ, & malè. D. Hieronymus, [d] Medemana, ait, in Tribu Iudæ, cuius meminit Eſaias, nunc eſt Menois oppidum iuxta ciuitatem Gazam.

d de loc. Heb.

3 EQVITES SCVTARII Illyriciani, Chermulæ ſeu Carmelo reſidebant, quem aſperum montem eſſe Stephanus teſtatur. D. Hieronymus, [e] Carmelus inquit, ubi quondam Nabal Carmelius fuit, & nunc uilla eſt Carmelia nomine, decimo lapide oppidi Chebron uergens ad Orientalem plagam, ubi & Romanorum præſidium eſt poſitum: & ad finem ſubdit Chermula, ait in ſcripturis ſanctis Carmelus uocat; vicus hodie Iudęorum, unde fuit Nabal Carmelius.

e loco citato.

4 EQVITES MAVRI Illyriciani Aeliæ excubabant, Hæc eſt Hieruſalem, quam dirutam Aelius Hadrianus reſtaurauit, & à ſe Aeliam Capitolinam appellauit, quia Ioui ibi ſacra fieri uoluit: ob quam rẽ Iudæi à Cæſare deficientes, bello, & fame conſumpti ſunt ultra hominum 500. millia. [f] D. Hieronymus, [g] Hieruſalem, inquit metropolis quondam totius Iudęę, quæ nunc ab Aelio Hadriano Cæſare, quod eam à Tito deſtructam latiore ſitu inſtaurauerit, Aelia cognominata eſt, cuius ope factum eſt, ut loca ſancta, ideſt Dominicę paſsionis, & reſurrectionis, ſed & inuentionis S. Crucis quondam extra urbem iacentia, nunc eiuſdem urbis muro ſeptentrionali circundentur. idem ad Paulinum de inſtitutione monachi, Ab Hadriani, ait temporibus uſque ad Imperium Conſtantini per annos circiter CLXXX. in loco reſurrectionis ſimulacrum Iouis, in crucis rupe ſtatua ex marmore Veneris à gentibus poſita colebatur, exiſtimãtibus perſecutionis auctoribus quod tollerent nobis fidem reſurrectionis & crucis, ſi loca ſancta polluiſſent.

f Dion & Steph.

g in act. apoſto.

5 EQVITES THAMVDENI Illyriciani Bitſamę reſidebãt. Thamydeni ſunt Arabes, ut ait Ptolomęus à Thamuda Nabatheorum oppido nuncupati, qui in Illyrico diu permanſere, & inde nomen traxerunt: ſub Comitę Aegypti alij Saraceni Thamudeni merebant. Bethſamis autem, inquit D. Hieronymus, [h] eſt ciuitas ſacerdotalis in Tribu Beniamin, quę uſq; hodie demonſtratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim, in decimo milliario contra Orientalem plagam. Huius fit mentio primo Regum. Ibant, inquit uaccę per viam, quę ducit Bethſamis, loquitur de arca Domini reportata ad Iſrahelitas. Bethſamis altera eſt, in Tribu Neptalim, in qua etiam priſtini cultores permanſerunt.

h de loc. Hebr.

6 EQVITES PROMOTI Indigenę Salaiœ morabantur, fortè legendum Sabaiæ, quod eſt oppidũ propè Apameam. Stephanus Sabaiam magnam, maris Rubri præſidium eſſe dicit.

7 EQVITES PROMOTI Indigenæ ſtatiua Zodocathæ habebant: Hi erant ſub Magiſtro militum Præſentali.

8 EQVITES SAGITTARII Indigenæ degebant Hauanæ, una eſt ex quatuor Vexillationibus Comitatẽſibus ſub Magiſtro militum per Thracias: alij erãt Comites Sagittarij Iuniores ſub Magiſtro militum præſentali.

9 EQVITES SAGITTARII Indigenæ manebant Zoaræ quod eſt oppidum Arabiæ, Ptolomæo: ſed Stephanus Magna uilla eſt, inquit, Zoara in Palæſtina apud mare Aſphaltiten, ubi ſeruatus eſt Lot fugiens ignem Sodomiticum, uox eſt Hebraica paruũ ſignificans: Hæc Stephanus. D. Hieronymus uero, [i] de hoc ita ſcribit. Bala eſt Segor, nunc Zoara nuncupatur; ſola de quinque Sodomorum urbibus Lot precibus reſeruata; Imminet autem mari mortuo, & præſidium in ea poſitum, eſt militum Romanorum: habitatoribus quoque proprijs frequentatur, & apud eam gignitur balſamum, & poma palmarum, antiquæ ubertatis indicia: Nullum autem moucat, quod Segor eadem Zoara dicitur, cum idem ſit nomen paruulę, uel minoris: ſed Segor Hebraicè, Zoara Syriace nuncupatur: Hæc D. Hieronymus. [k]

i de loc. Hebr.

k De eadem Ioſephus lib. 5. belli Iudaici. c. 5. Egeſippus. 4.

10 EQVITES I. FOELICES Sagittarij Indigenæ, Paleſtinæ, Saburæ ſiuè Vetero cariæ morabantur: forte legendum Sabariæ; unde à Conſtantio, & Valentiniano Valenteq; aliquot Iura ſcripta fuere.[a] Præſidium in impreſſo pro Veterocamæ, inſcriptum habet Aeterocamæ, ſed legēdū Veterocariæ, ut in manuſcriptis, qui habent Sagittarij Indigenæ Paleſtini.

a ut l. 6. C. T. de peti. & ul. dat. l. 15. C. T. de ſuſceptio. & arcar. l. 3. C. T. de aur. corona.

11 EQVITES SAGITTARII Indigenę tuebantur Mohailam: Aila eſt oppidum maris Rubri, de quo in ſequētibus, cui addita ſyllaba, Mo, efficitur Moaila, ſine aſpiratione. Vetuſtus codex legit Mohalulæ.

12 PRAEFECTVS LEGIONIS X. Fretenſis, Ailæ reſidebat, hæc ſub Magiſtris militum non reperitur; forte à freto aliquo unde extracta eſt, Fretēſis dicitur: Fretanam etiam legionem eſſe Apulæ Plinius ſcribit, unde forte Fretenſes. Vna eſt ex tribus ab Auguſto in Hiſpania conſtitutis; Alia eſt legio Fortenſis dicta, à Fortenſi oppido Mauritaniæ, de quo Marcellinus. Ailam in littore maris Rubri poſitam fuiſſe D. Hieronymus[b] ita ſcribit: lingua, maris Rubri in cuius littore Aila poſita eſt, ubi nunc moratur legio, & Pręſidium Romanorum. Idem.[c] Ailat, inquit, in extremis finibus Palæſtinæ, iuncta Meridianæ ſolitudini, & mari Rubro, unde ex Aegypto in Indiam, & inde ad Aegyptum nauigatur: ſed & ibi legio Romana, cognomento Decima; & olim quidem Ailat a ueteribus dicebatur, nūc uero appellatur Aila, quæ uerba Notitiæ conueniunt.[d] legionem VI. Ferream nominatam olim in Iudæa collocatam, Dion[e] ſcribit, cui poſtmodum decima ſucceſsit. Hi de maiore Laterculo emiſsi Numeri in XII. oppidis ſupraſcriptis morabantur: Robathum etiam oppidum XIII. depictum oſtenditur, ſed qui illud incolerent, non apparet. conſtat tamen ibi pręſidium fuiſſe. Rohoboth D. Hieronymus appellat[f] vrbs inquit iuxta Fluuium, ubi erat Rex Edom, & uſq; hodie eſt præſidium in regione Gabalena.

b in 47. Ezech.
c de locis Hebr.
d de hac habetur Ioſue 21.
e lib. 55.
f de locis Hebr.

*QVARE VERO DE MINORE LAterculo emittuntur, ſunt ſequentes Alæ & cohortes.*

1 ALA I. MILIARIA SEBASTENA, Aſuadæ manebat. Sebaſtena latinè eſt Auguſtana ſeu Cæſarea fortè ex Cæſarea Iudęæ dilecta: Milliaria dicta eſt, quia forte ex mille equitibus conſtabat, ſicut prima legionis cohors uocata eſt Milliaria, quia mille viros continebat, ut ait Vegetius[g] aut quia XXXII. duos equites loricatos continebat prædicta cohors, ex quibus hæc ala contrahi potuit, & inde miliaria appellari, uel ab aue miliaria eſt denominata, ut dictum eſt de militibus Miliarenſibus, & Mauda. Sed mihi placet à mille equitibus ques continebat, milliariam dictam. Nam & Trāquillus triplices porticus veſtibuli domus Neronis milliarias à longitudine mille paſſuum appellat.

g li. 2. cap. 6.

2 ALA ANTANA Dromedariorum, ex Anthana Achaiæ oppido Plinio, erat ex corpore Dromedariorum, de quibus ſupra: Admathæ excubabat. Ammatā uocat D. Hieronymus,[h] quæ erat in Tribu Iuda.

h de locis Hebr.

3 ALA CONSTANTIANA, à Conſtantio eius auctore, ſtatiua Tolobæ habebat.

4 ALA II. FOELIX VALENTINIANA, apud præſidium, credo præſidium in regione Gabalena intelligi, hoc nomine appellatum à D. Hieronymo.[i] hodie, inquit, eſt præſidium in regione Gabalena, & Vicus grandis, qui hoc nomine nūcupatur. Aliud eſt in Thracio Ptolomęo Præſidium oppidū. Eſt & Præſidiū Iuliū in Hiſpania, quæ ad hūc locū nō pertinēt.

i de locis Hebr.

5 ALA I. MILIARIA Haſtæ degebat, Aſtaol a D. Hieronymo[k] appellatur. Aſtaol, ait, in Tribu Iuda, & uſq; hodie uillula uocabulo Aſtæ inter Azotū, & Aſcalonem permanet.

k dicto loco.

6 ALA IDIOTA Conſtitutæ, Conſtituta legitur in manuſcriptis, ut Idiota ſit nomen loci: fortè legendum Ideæ conſtituta, quod eſt oppidum Tyri, inquit Plinius: infra in Duce Oſrhoenæ, & alijs conſtituta pro locata accipitur. Poſſet etiam legi Conſtantiæ, quam ciuitatem in Paleſtina à Conſtantino Magno conditam, & a nomine Conſtantiæ Sororis dictam, Socrates ſcribit.[l] Cohortes ſequuntur.

l li. 1. ca. 14.

1 COHORS XII. VALERIA reſidebat Afro, Effrem uocat D. Hieronymus,[m] Eſt, inquit, in Tribu Beniamin, & hodie uicus Effrem, in quinto milliario Bethelis ad Oriētē reſpiciens. A Valeria filia Diocletiani hæc cohors eſt denomina, uel à valeria prouincia, quæ ab eadē nomē habuit, ut Marcellinus tradit.

m ſupra citato loco.

2 COHORS X. Carthaginenſis, Carthe ſtatiua habebat. Locus eſt inter Tyrum & Berythim, inquit Seruius;[n] de quo Ionue,[o] unde ita legendum, nō Carræ, ut aliqui putant, qui locus nobilis eſt morte Craſſi, & hoſpitio Abraham, & morte eius patris, inquit D. Hieronymus. Ciuitas eſt ad mare Rubrum ut Stephanus eſt auctor.

n in 4. Aeneid.
o 21.

3 COHORS I. CENTENARIA, quia ex centū militibus conſtabat, ſicut milliaria ex mille, Tarbæ morabatur; Id oppidum eſt Cretæ, ſed aliud omonynon fuit in finibus Arabiæ, & Palæſtinæ. Hoc præſidium & cohors deeſt in manuſcripto Vrſini.

4 COHORS IIII. Phrygū, Præſidio præerat, de quo ſupra.

5 COHORS II. GRATIANA excubabat Iehybo forte eſt, quæ Ieba a Plinio dicitur. D. Hieronymus[p] Tabim appellat, Ciuitas eſt, inquit, trans Iordanem, nunc uilla prægrandis à ciuitate Pella ſex millibus diſtans pergentibus Geraſam.

p de loc. Hebr.

6 COHORS I. EQVITATA Calamonæ degebat. Calaminthiam Phœniciæ ciuitatem fuiſſe Stephanus tradit. Equitata hæc cohors, à loco, ut puto, eſt denominata. Similis denominationis Equeſtrem coloniam in Heluetijs, Plinius ponit.

7 COHORS II. GALATARVM manebat Arieldelæ. Arindelam in tertia Palæſtina Stephanus locat Glaucus, inquit, eam uillam appellat. Vnde credo legendum Arindelæ.

8 COHORS I. FLAVIA habitabat Moleahæ, locus eſt Palæſtinæ. Vetuſtus codex legit, Molcathiæ. FLAVIA cohors à Flauio Conſtantino [illegible].

9 COHORS IIII. Palæſtinorum, Thamana habebat Thamanæ. Thamna eſt Ptolomęo, Stephano, & Ioſepho,[q] D. Hieronymus,[r] Thamna, inquit, uilla Themniticæ regionis nomen dedit in finibus Dioſpoleos, locus eſt ubi oues ſuas totondit Iudas. Ana Thāna eſt ciuitas principum Edom ſorte à Thamna concubina Eliphaz filij Eſau dicta. Sed legendum Themana quia ibi in Palæſtina erat præſidium. D. Hieronymus[s] Themana, ait, eſt uilla diſtans a Petra quinque millibus paſſuum ubi & Romanorum pręſidium ſedet; Hæc ille. Vrſini codex habet cohors tertia.

q in 5. iudaic. hiſtor.
r de loc. Hebrai.
ſ de loc. Hebr.

10 COHORS II. CRETENSIS degebat iuxta Iordanem fluuium,

11 COHORS I. SALVTARIA reſidebat inter Aeliā & Hierichūta; caſtellum intelligit, ubi erāt milites, qui uiatoribus contra Latrocinantes auxilium ferebant. D. Hieronymus.[t] Abdomin, ait quondam uillula, nūc ruina in ſorte Tribus Iudę, q locus uſq; hodie uocatur Maledomin, & Grece dicit ἀναβασις Πύρρων latine appellari poteſt, aſſenſus ruffiorū ſeu rubentium propter ſanguinem, qui illic crebrò à latronibus funditur. Eſt autē cōfinium Tribus Iudæ, & Beniamin deſcendentibus ab Aelia Hierichū, ubi & caſtellum militum ſitum eſt ob auxilia viatorum. Huius ſanguinarij, & cruenti loci Dominus quoq; in parabola deſcēdētis Hierichum de Hieroſolyma recordatur.[u] Hæc D. Hieronymus. Hiericō vallis celebrata eſt à Ioſepho ubi balſamum naſcebatur, & eſt inter Hieroſolymā & Iordanem. D. Hieronymus.[x] aliū locum in Palæſtina ponit trans Iordanem Mephuat, vbi erat pręſidium Romanorū militū propter vicinā ſolitudinē, cuius Notitia nō meminit. Salutaria oppidū ſub Duce Syriæ nominatur, vnde hæc cohors contracta ſalutaria eſt dicta, & ala ſalutaria ſub Duce Oſrhoenæ.

t de loc. Hebrai.
u lucæ. 10.
x de loc. Hebr.

NOTITIA



## NOTITIA DVX ARABIAE CVM INSIGNIBVS.




### NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Arabiæ.

EQVITES *Scutarij Illyrici Animothæ.*
EQVITES *promoti Illyriciani Tricomiæ.*
EQVITES *Dalmatæ Illyriciani Ziza.*
EQVITES *Mauri Illyriciani Areopoli.*
EQVITES *promoti indigenæ Speluncis.*
EQVITES *promoti indigenæ Mœſiæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Gaddæ.*
PRAEFECTVS *Legionis tertiæ Cyrenaicæ Boſtræ.*
PRAEFECTVRE *Legionis quartæ Martiæ Betthoræ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Diaphenis.*

Et quę de minore Laterculo emittuntur.

ALA *nona miliaria Auathæ.*
ALA *ſexta Hiſpanorum Gomohæ.*
ALA *ſecunda Conſtantiana Libonæ.*
ALA *ſecunda miliarenſis Naarſafari.*
ALA *prima Valentiniana Thamathæ.*
ALA *ſecunda fœlix Valentiniana apud Adittha.*

COHORS

COHORS *prima miliaria Thracum ad Titha.*
COHORS *prima Thracum Aſabaiæ.*
COHORS *octaua uoluntaria Valthæ.*
COHORS *tertia Fœlix Arabum in Ripa uadi Apharis fluuij in caſtris Arnonenſibus.*
COHORS *tertia Alpinorum apud Arnona.*
OFFICIVM *autem uiri ſpectabilis, Ducis Arabiæ & Præſidis ita habet.*
PRINCIPEM *de ſchola Agentum in rebus. Numerarios, & adiutores eorum. Commentarienſem. Adiutorem. A libellis, ſiue ſubſcribendarium. Exceptores, & cæteros Officiales.*
ITEM OFFICIVM *præſidis eiuſdem prouinciæ.*
PRINCIPEM *de eodem officio. Cornicularium. Ordinarios. Commentarienſem. Numerarios, et adiutores eorum. Adiutorem. A libellis ſiue Regerendarium. Exceptores, et cæteros officiales.*

## COMMENTARIVM.

### DE DVCE ARABIAE. Cap. CXLV.

ARABIA Ducem, eundemque Præſidem, vt clarius manuſcripti Codices indicant, habuit, & ſi eorum officia Notitia impreſſa diſtinguat. Idem enim duplex officium, alterum vt Dux, alterum vt Præſes tenuit. De hoc intelligit Theodoſius, diſponens à duce, ſi idem ſit præſes, ad P.P. prouocari (in l. præcipimus. §. quod ſi C. de appellatio.) Eadẽ geſtabat inſignia, quæ & ſuperiores Duces; nempè librum eodem modo inſcriptum, cum codicillis magiſtratus, & X. munitiones, in quibus ex maiore Laterculo emiſsi milites excubabant, & alias XI. à copijs minoris Laterculi defenſas, quæ hic non apparent, & rarò in alijs viſuntur. Igitur [a] XXI. præſidia erant in hac prouincia. Equitum turmæ VIII. ALAE. VI. Legiones II. cohortes V. quæ poterāt eſſe equitū circiter MCCC. [b] peditum quatuor millia. [c] Infra ſpectantur duæ aues, quæ ſunt Ibis, & Struthio camelus, & tres ſerpentes, quibus abundat Arabia, & ab his ambus occiduntur. Officiumque eodem fermè modo habebat, quo ſupradicti Duces, videlicet Principem de ſchola agentium in rebus, numerarios & adiutores eorum, Commentarienſem, adiutorem, à libellis ſiue ſcribendarium, Exceptores, & ceteros officialis, qui probabantur codicillis à libellenſibus palatij ſcriptis, & à Principe ac Duce ſubſcriptis. [d] Aliud officium, quod tanquam Præſes tenebat, erat quemadmodū & aliorum Præſidum. Poſt Notitiã ſuus Præſes Arabiæ erat reſtitutus; ſed cùm armis Ducis opprimeretur, commodè ciuilia adminiſtrare non poterat. Quare Iuſtinianus vtroq; abolito, vnum Arabiæ Moderatorem, virum ſpectabilem, etiam militibus imperantem inſtituit, [e] quemadmodum in Præſide Arabiæ dixi. Duci, milites de maiore Laterculo emiſsi parebant infraſcripti.

a Præſidia XXI.
b Equites 1400.
c Pedites 4000.
d l. vlt. C. de diuerſ. offic.
e in Nouel. 102.

1 EQVITES SCVTARII Illyrici ſtatiua Animothæ habebant, quod erat oppidum Arabiæ. A grandioribus ſcutis, quibus vtebātur dicti ſunt Scutarij.
2 EQVITES PROMOTI Illyriciani manebant Tricomiæ, Latinè ſunt tres vici, ſicut Tripolis tres vrbes. Aliqui legunt Triconia, vnde Triconienſis Epiſcopus, apud Guilielmum Tyri Epiſcopum.
3 EQVITES DALMATAE Illyriciani incolebant Ziza oppidum. Ex Dalmatia contracti habitarunt in Illyrico, vnde Illyriciani ſunt vocati.
4 EQVITES MAVRI Illyriciani morabantur Areopoli, vrbs Martis Latinè dicitur, olim Moab ab vno filiorum Lot, qui ita vocabatur, denominata, vt ait D. Hieronymus. [f] Appellatur autē, inquit, Moab, ex nomine vrbis, ut regio, porrò ipſa ciuitas quaſi proprium vocabulum poſsidet. Equites ex Mauritania contracti Mauri ſunt dicti, & Illyriciani, quòd diu in Illyrico hyberna habuerint, vel quòd ex vtriſque ſint contracti.
5 EQVITES PROMOTI Indigenæ Speluncis excubabant, ſpeculam vocat Ptolomæus, eſt urbs Syriæ, vbi Herculis, Mercurij, & Apollinis Idola erant erecta, ait Stephanus. de promotis ſupra eſt dictum.
6 EQVITES PROMOTI Indigenæ, reſidebant Meſæ. Hæc quoque eſt urbs Syriæ, unde orta eſt Iulia Domna, Seueri Imperatoris uxor, & Meſa eius ſoror, auiaque materna Heliogabali, & Alexandri Imperatorum. Emiſſam ſeu Emeſam, Stephanus uocat, quam dicit in Phœnicia fuiſſe, ita etiam appellat Conſtantius, qui ibi Iura condidit. [g] Maſſam uertunt 70. Interpretes. [h]
7 EQVITES SAGITTARII Indigenæ morabantur Gaddæ. Hanc Plinius [i] inter Eſſenos ponit, qui tertiam ſectam Iudæorum fecerunt, infra hos, inquit, Gadda oppidum fuit ſecundum ab Hieroſolymis fertilitate, palmarumque memoribus, nunc alterum buſtum. Stephanus, Gadda, ait, eſt locus in Arabia.
8 PRAEFECTVS LEGIONIS TERTIAE CYRENAICAE Boſtræ ſtatiua habebat, hic legionem fuiſſe Ptolomæus ſcribit; Dion; [k] Tertia, inquit, legio tripartita eſt, Gallica in Phœnicia, Cyrenaica in Arabia, Auguſtalis in Numidia. Hæc ſub Magiſtro militum non reperitur, nec ſequens. Qui præerant legionibus præfecti uocabantur, & infra ſæpe Præfecturę legionum nominantur, & ita Ptolomæus appellat alias Tribuni dicebantur. Boſtra locus eſt Arabiæ, inquit Stephanus, unde Boſtreni. Marcellinus [l] locis de Arabia: Hæc, ait, ciuitates hēt inter oppida quæ in gentes, Boſtrā, & Geraſam, atque Philadelphiā murorum firmitate cautiſsimas. Boſtram ab Augusto conditam in Græco codice auctoris incerti inuenitur, cum Auguſtus inquit, urbes condidiſſet, unam in Pōto, aliam in Arabia, & tertiam in Syria collapſam nomine Salaminam reſtituiſſet, primam Ancyram, ideſt Ancoram appellauit, quod medio ſita loco inter duo maria eſſet, Ponticum & Aſiaticum. alteram Boſtram, quam ſtructurę præfecerat, Tertiam in Dioſpolim mutauit. Boſtra Philippi Imperatoris patria vulgo Buſſereth dicitur, quam a ſe Philippum nominauit, ut Zenaras ait, coloniam eo Alexander deduxiſſe uidetur ex numo Iuliæ Mammeæ ubi eſt hæc inſcripto COL. BOSTRA N.T.R. ALEXANDRIANAE Hanc prouinciam Traianus Imperator fecit.

PRAEFECTVS LEGIONIS. IIII. MARTIAE habitabat Betthoræ: hanc legionem in Syria fuiſſe Dion memorat. [m] Ob audaciam fuiſſe uocatam MARTIAM Appianus tradit: Impreſſa Notitia legit PRAEFECTVRAE legionis, ſed manuſcripta PRAEFECTVS, utraque lectio ſtare poteſt. Nam & in iure noſtro quandoque præfecturę, [n] quandoque præfecti uocantur, uarieque apud Duces Orientis legitur. Ptolomæus quoque, cum in prouincijs præfecturas fuiſſe ſcribit, legionum intelligit; & quā doque loca illa legiones uocat. Hic uero ubi habemus Præfecturæ, ſubaudiemus ſcilicet Tribunus, aut milites. vetuſtus codex legit, præfectus.

EQVITES SAGITTARII Indigenæ, morabātur Diaphenis; Plinius, [o] Diaphenem ait eſſe flumen in ora Siriæ, à quo id oppidum uidetur denominatum: Hæc ſunt præſidia X. oppidorum quæ pro Ducis inſignibus depicta repræſentantur.

f de locis Hebraicis.
g l. 25. C. Th. de decurionib.
h Geneſ. cap. 10.
i lib. 5. c. 17.
K lib. 55.
l lib. 14.
m lib. 55.
n ut in l. 3. C. de offic. Quæſtor. l. abeſſe, ex quib. cauſ. maior.
o lib. 5. c. 17.

### DE MINORE VERO LATERCVLO hi emittebantur.

ALA IX. MILIARIA Auathæ degebat. Ptolomæus, & Stephanus legunt Auaræ, cur hæc ala Miliaria vocetur, dictum eſt ſupra in Duce Paleſtinæ & Thebaidis.



ALA VI. HISPANORVM habitabat Gomohæ.
ALA II. CONSTANTIANA ſtatiua habebat Libonæ. Hic decimam ſeptimam manſionem in deſerto Hebræi habuere [a] D. Hieron. māſione XVII. legit, Libna profecti, inquit, de Romon Pharis Hebræi caſtrametati ſunt in Libna; Decima ſeptima māſio eſt, quā in laterem poſſumus vertere, licet quidam Lebbona transferentes malè candorem interpretati ſint. Hæc D. Hieronymus.
ALA II. MILIARENSIS reſidebat Naarſafari. De Miliarenſi ſupra eſt dictum.
ALA I. VALENTINIANA à Valente inſtituta manebat Thamathæ. Themma oppidum Arabiæ deſertæ Ptolomæus vocat. Thamnata vertunt 70. interpretes, [b] de qua Ioſephus. [c]
ALA II. FOELIX VALENTINIANA morabatur apud Aditha. Audattha Ptolomæus appellat locū Arabiæ deſertę, Adauta verò oppidū eſt Palmyrenę.
COHORS I. MILIARIA Thracum degebat ad Titha.
COHORS I. THRACVM habitabat Aſabaiæ, quod erat oppidum Arabiæ.
COHORS VIII. VOLVNTARIA Valthæ ſtatiua habebat. Voluntarij milites à Cæſare, & Plinio [d] appellantur, qui ſponte ſe offerunt, non à prouincialibus inuitis exhibentur.
COHORS III. FOELIX Arabum, ſtabat in Ripa vadi Apharis fluuij in caſtris Arnonenſibus. 150. Arabas, & legionem tertiam fœlicem, ex qua fortè hæc cohors fuit, Valerianum obtuliſſe Aureliano, Vopiſcus ſcribit. [e] Ex Arabia erat extracta hæc legio, nec niſi probatiſsimis Ducibus committi conſueuerat, ut ex epiſtola Valeriani apud eundem Vobiſcum [f] conſtat. Res geſtæ tuæ Probe chariſsime faciunt, vt & ſerius tibi tradere maiores exercitus videar, & citò tamen tradam; recipe in fidem tuam legionem tertiam Fœlicem, quam ego adhuc nulli, niſi prouecto iam credidi. Mihi autem eo tempore credita eſt, quo & me canoſum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Sed ego in te non expecto ætatem, cùm & virtutibus fulgeas, & moribus polleas. Notitia in caſtris Arnonenſibus hanc cohortem locat, quia non in certis oppidis, ſed diuerſis in campis caſtrametabatur. D. Hieronymus, [g] Arnon, inquit, rupes quædam eſt in ſublime porrecta, in finibus Amorræorum, inter Moab, & Ammorræos: Moab verò Arabiæ ciuitas eſt, quæ nunc Areopolis nominatur. Oſtendunt regionis illius accolæ locum vallis in prærupta demerſe, ſatis horribilem, & periculoſum, qui à plerisque vſque nunc Arnonas appellatur, extenditurque ad ſeptentrionem Areopoleos, in quo & militum ex omni parte præſidia diſtributa, plenum ſanguinis, & formidinis teſtantur ingreſſum. Hic quondam Moabitarum Rex fuit, & poſtea Seon Rex Amorręorum, iure belli eum obtinuit. Sed & terra filiorum Iſrahel trans Iordanem incipiens ab Arnone uſque ad mõtes Hermon, & Libanum extenditur. Ar; locus vel oppidum Arnonis, quod à 70. Interpretibus per extenſam uocalem Ar dicitur: Hęc D. Hieronymus. Arnon erat etiam fluuius, de quo mox dicetur.
COHORS III. ALPINORVM morabatur apud Arnona. Is eſt fluuius currēs cum Iordane in Lacum Aſphaltitem, Moabitas ab Amorrhæis diſtinguit, vt legitur in ſacris literis, [h] Seuero imperante, cohortis XII. Alpinorum Centurio fuit Valerianus. [i] Præter memoratas, imperauit hic Dux olim & claſſi, quam in mari rubro à Traiano inſtitutam fuiſſe Sext. Rufus memorat; cuius Notitia non meminit, quod fortè eo tempore eſſe deſierat. Nunc ad Ducem Phœnicis eſt veniendum.

a Epi. 127. ad Fabiolam.
b iudic. 14. & Machabæor. 1.
c lib. 13. antiquitat.
d de uiris illuſtribus.
e in Aureliano.
f in Probo.
g de locis Hebraicis.
h Numer. 21. & iudic. 11. de hoc & Ioſeph.
i l. 1. C. de reſt. milit. de quo in l. 3. C. de teſt. militis.



NOTITIA

# NOTITIA
# DVX PHOENICES
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Phœnices.

EQVITES *Mauri Illyriciani Ottharæ.*
EQVITES *Scutarij Illyriciani Euharæ.*
EQVITES *promoti indigenæ Saltachæ.*
EQVITES *Dalmatæ Illyricani Latauі.*
EQVITES *promoti indigenæ Auathæ.*
EQVITES *promoti indigenæ Nazalæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Abiræ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Caſamæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Calamonæ.*
EQVITES *Saraceni indigenæ Bet proclis.*
EQVITES *Saraceni Thalſeæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Adathæ.*
PRAEFECTVRAE *Legionis primæ Illyriciorum Palmiræ.*
PRAEFECTVRAE *Legionis tertiæ Gallicæ Danabæ.*

Et quę de minore Laterculo emittuntur.

ALA *prima Domaſcena monte Iouis.*
ALA *nona Diocletiana Væriarachæ.*
ALA *prima Francorum Cumæ.*
ALA *prima Alamannorum Neiæ.*
ALA *prima Saxonum Veroſabulæ.*
ALA *prima Phœnicum Renæ.*
ALA *ſecunda ſalutis Areſæ.*
COHORS *tertia Herculia Veranocæ.*
COHORS *quinta pacata Alamannorum Oneuathæ.*
COHORS *prima Iulia lectorum Valle alba.*
COHORS *ſecunda Aegyptiorum Valle Diocletiana.*
COHORS *prima Orientalis Thamæ.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de Schola agentum in rebus.*
*Numerarios,& adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue ſubſcribendarium.*
*Exceptores,& cæteros officiales.*



## COMMENTARIVM.

### *DE SPECTABILI DVCE Phœnices. Cap. CXLVI.*

PHOENICIAE Dux in Indice alijs Orientis Ducibus præponitur. Hic uerò inter eos medius locatur: ſub Conſtantio phœniciæ Dux Serenianus fuit[a] poſtea Vadomarius: [b] Hic dux idem officium, eademque habet inſignia, quæ ſuperiores, cum XIIII. oppidis, in quibus præſidia[c] ex maiore Laterculo emiſſa tenebat, Alia XII. à copijs Laterculi minoris defendebātur, Vniuerſa hæc à XII. equitum turmis,& VII. alis, Legionibus duabus,& cohortibus V. inhabitabā tur, quæ ſummam fermè duorum millum equitū, [d] & quatuor millium peditum colligere poterant; conſtituendo turmam, & alam 100. equitum, legionem 4. millium, & cohortem 400. peditum. Huic prouinciæ poſtmodùm nouum limitem Zeno & Leo impoſuerunt. [e] Phoeniciæ Ducis milites ex maiore Laterculo hi emittebantur.

a Marcellin. lib. 14.
b Marcellin. lib. 21.
c Præſidia. 26.
d equites 2000. pedites 4000.
e l. vlt. C. de diuerſ. offic.

1 EQVITES MAVRI Illyriciani Otthara moorabantur, fortè Legendum Ottanæ, quam Armeniæ Vrbem eſſe Stephanus memorat, propè cyrum fluuiū.
2 EQVITES SCVTARII Illyriciani Euharæ reſidebant.
3 EQVITES PROMOTI Indigenæ Saltachæ degebant; hi erant ex Phoeniciæ incolis.
4 EQVITES DALMATAE Illyriciani, Lataui habitabant; Hinc Latauienſes appellati ſunt milites in Occidente ſub Duce Sequanici.
5 EQVITES PROMOTI Indigenæ Auathæ reſidebant; Auara Ptolomæo & Stephano. Vetuſtus Codex hic & in Duce Arabię Anathæ.
6 EQVITES PROMOTI Indigenę, Nazalę ſtatiua habebant.
7 EQVITES SAGITTARII Indigenæ, Abyræ manebant. fortè Abilæ, quam Phęniciæ ciuitatem fuiſſe Stephanus tradit; patriam Diogenis Sophiſtę credo eſſe, quam D. Hieronymus [f] Dabiram uocat; Dabira, inquit ciuitas in tribu Dan, cuius regē interfecit Ieſus: Eſt aūt & alia Villula Iudęorū in mōte Tabor regionis ad Diocæſareā pertinentis. De Abila Ptolomæus, Polybius, Stephanus. Plinius,& Ioſephus, [g] Lyſaniā Abilinæ Tetrarchā fuiſſe D. Lucas [h] ſcribit.
8 EQVITES SAGITTARII Indigenæ, Caſamę hoſpitabantur. Hanc in Palmyrena collocat Ptolomæus.

f de locis Hebr.
g antiq. lib. 4. c. 7. & lib. 5. c. 1.
h cap. 3.

9 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Calamonæ ſedem habebant: Calaminthan Phœniciæ ciuitatem Stephanus ponit, Calamæ uerò Peloponeſi.
10 EQVITES SARACENI Indigenæ, in Phœnicia nati, ſed ex Saracenis parentibus orti, in Betprocli præſidio erant. His caret Madrucianus codex.
11 EQVITES SARACENI, Thalſeę oppidum incolebant; Saracenos CC. Aureliano obtuliſſe Valerianum Vopiſcus ſcribit.
12 EQVITES SAGITTARII Indigenę Adathæ locati erant, fortè Adanæ, quæ ciuitas eſt ad Euphratem. Alia eſt in Arabia Fœlici, inquit Stephanus, de qua ſupra.
1 PRAEFECTVRAE LEGIONIS I. Illyriciorum ſedes erat Palmyræ; in manuſcriptis hic,& in ſequenti legitur Præfectus, non Præfecturæ. A Solomone condita eſt Palmyra, poſtea Hadrianopolis, Thamor hebraicè dicta: D. Hieronymus, [i] vrbs, inquit, in ſolitudine eſt, quam & Solomon miris operibus extruxit, & hodie Palmyra nuncupatur, quòd ibi palmeta ſint plurima. Idem alibi repetit. [k] Reſtituta ab Hadriano ea vrbe, ciues Hadrianopolitæ ſunt dicti, ait Stephanus. Plures huius legionis, & ſequentis Præfecti fuiſſe uidentur. Vnde apparet has legiones in plures diuiſas fuiſſe. Neque hæc, neque ſequens ſub Magiſtris militum fuit.
2 PRAEFECTVRAE LEGIONIS III. Gallicæ conſtitutæ Danabæ. Hanc urbem non longe à Palmyra collocat Ptolomæus. Aliam ponit in Meſopotamia. De hac legione ita Dion. [l] Tertia legio tripartita eſt, Gallica in Phœnicia, Cyrenaica in Arabia, Auguſtalis in Numidia. Hi ſunt numeri ex maiore Laterdulo profecti, qui in XIIII. oppidis Ducis Phœnices hybernabant. Alias munitiones minoris Laterculi ſequentes copiæ tuebantur.

i in 57. Ezechiel.
k in 8. Ezechiel.
l lib. 55.

### *QVI VERO DE MINORE Laterculo emittebantur.*

1 ALA I. DAMASCENA, ex Damaſcenis conflata, in monte Iouis degebat. Damaſcum à Damaſco ſeruo Abrahæ conditam, & olim Aram dictam D. Hieronymus teſtatur, [m] ibique primus parens Adam creatus dicitur.
2 ALA IX. DIOCLETIANA Veriaracæ oppidū tuebatur. Vrſini codex habet Inuarca: Madrucianus Noua Diocletiana; pro Nona.
3 ALA I. FRANCORVM, morabatur Cumæ, Cuniam vocat Ptolomæus, Cyne dicitur à Plinio, Mela,& Tacito. Franci à Troianis deſcendere feruntur, qui deleto Ilio, duce Priamo Priami regis ſororis filio per pontum Euxinum in Moeotidem paludem,& Scythiam venerunt, [n] demum Romano imperio ſubiecti, ipſi tributa vſque ad Valentinianum penderunt. Eo imperante, cùm Alani limites Romani imperij turbarent, immunitas per decennium edicto eſt illis promiſſa, qui Alanos fudiſſent. Eo præmio allecti Sicambri, qui tum ita vocabātur, ſumptis armis pręlio Alanos deleuerunt. Quare immunitate in decennium accepta, mutato nomine Franci. ideſt immunes ſunt appellati. Exacto decennio cùm Imperator ſolita tributa repeteret, Franci libertate effrenes facti parere detrectarunt. Commiſſo ob id pręlio Franci profligati in Germaniam ſe recęperūt, ac propè Turingiam conſederunt. Sed hoc vanum eſſe non dubito, nam Gallieno & Probo imperantibus, vt in illis auctor eſt Pollio, Franci vocabantur. Nazarius quoque in Conſtantini Panegyrico ita eos appellat, vnde ſub Valentiniano hoc nomen accipere non potuerunt. His addendum Sicambros nunquàm Valentiniano paruiſſe, vt eos immunes facere debuerit. Quare Francos ipſorum lingua uelut libere agentes dictos fuiſſe exiſtimo. Franci Feramunda rege creato,& tranſmiſſo Rheno, tandem Galliam occuparunt, & à ſe Franciam nominarunt, Ex his tùm Germaniam incolentibus, hęc ala erat contracta.

m 17. Eſaiæ & in 2. Sophon.
n Aeneas Syluius de Europa. c. 38. ex Sabellico lib. 3. Ennead. 10.

4 ALA

4 ALA I. ALAMANNORVM, Neiæ reſidebat; Neam Plinius uocat,& Herodotus, [a] qui in Thebaide eam collocat. legendum Alemanorum, forte ab Alemano Fluuio.

a In Euterpe.

5 ALA I. SAXONVM manebat Verofabulæ, locus à uero, falſo commixto eſt appellatus. Aliqui legunt, Veſabula. [b] Saxonia, unde hęc ala eſt collecta, regio Germaniæ eſt notiſſima.

b. Vetus codex.

6 ALA I. PHOENICVM Renæ habitabat: De hac in ſacris [c] literis.

c Iudicum 15.

7 ALA II. SALVTIS, Areſæ ſtatiua habebat: Arphas Ioſephus & Iſidorus. Ex oppido Salutis Hiſpaniæ hęc ala eſt extracta. Cohors Salutaria ſuprà ſub Duce Palæſtinæ, fortè & ipſa hinc nomen habet; & ala Salutaria, infrà ſub Duce Syriæ.

1 COHORS III. HERCVLIA, Veranocæ morabatur, fortè Beronicę, quę ſex fuere, una quarum eſt in Syria, ait Stephanus.

2 COHORS V. PACATA Alamannorum Oneuathæ degebat. Oniabatē ciuitatem fuiſſe Aegypti, Stephanus ſcribit, de qua fortè hic inteligit, cum prope phæniciam eſſet.

3 COHORS I. IVLIA Lectorum, Vallem albam tenebat. Alba, inquit Stephanus, ciuitas eſt Phoeniciæ, de qua hic fortè ſentit. Lectum uerò eſt promontorium Phrygię, unde hæc Cohors lectorum potuit extrahi; uel ita uocatur, tanquàm cęteris pręſtantior ſelecta, quemadmodum dictum eſt ſuprà de V. ala prælectorum ſub Comite Aegypti.

4 COHORS II. AEGYPTIORVM, Vallē Diocletianam tuebatur.

5 COHORS I. ORIENTALIS, manebat Thamæ. Eam Arabiæ ciuitatem fuiſſe, Stephanus tradit, de qua ſub Duce Paleſtinæ eſt dictum. Hi ſunt numeri Ducis Phoeniciæ; Nunc ad Ducem Syriæ & Euphratenſis eſt tranſeundum.

# NOTITIA
# DVX SYRIÆ
## CVM INSIGNIBVS.








## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Syriæ, & Eufratenſis.

EQVITES *Scutarij Illyrici Syrianæ.*
EQVITES *promoti Illyriciani Octaribæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Matthanæ.*
EQVITES *promoti indigenæ Adadæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Arathæ.*
EQVITES *Sagittarij Acadamæ.*
EQVITES *Sagittarij Acauathæ.*
PRÆFECTVRÆ *Legionis quartæ Scythieæ Oreſæ.*

### In Auguſto Eufratenſi.

EQVITES *Dalmatæ Illyriciani Barbariſſo.*
EQVITES *Mauri Illyriciani Neocæſareæ.*
EQVITES *promoti indigenæ Roſaphæ.*
PRÆFECTVRÆ *Legionis ſextædecimæ Flauiæ, Firmæ, Suræ.*
*Et quæ de minore Laterculo emittuntur.*
ALA *prima noua Herculia Amudæ.*
ALA *prima Iuthungorum Salutariæ.*
COHORS *prima Gotthorum Helelæ.*
COHORS *prima Vlpia Dacorum Claudianæ.*
COHORS *tertia Valeria Marmaræ.*
COHORS *prima Victorum Ammaithæ.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *vnum.*
*Numerarios, & Adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis, ſiue Subſcribendarium.*
*Exceptores, & cæteros Officiales.*

### COMMENTARIVM.

### *DE SPECTABILI DVCE SYRIÆ, & Euphratenſis, ſeu Auguſteuphratenſis. Cap. CXLVII.*

PLVRES Syriæ fuere, Comagena in Euphratem extenſa, Euphratenſis, Palmyrena, ſeu Emeſena dicta, Auguſteuphratenſis: & coele. Quarum Dux eadem habebat inſignia, & officium, quæ & alij Duces. [a] Duodecim depicta tenet oppida, à militibus maioris laterculi inhabitata; Alia ſex à minoris laterculi copijs defendebantur. Omnes erant equitum turmæ X. alæ II. legiones II. cohortes IIII. quæ poterāt efficere equites circiter 1200, peditum quatuor millia. Numeri maioris laterculi Syriæ erant ſequentes.

a l. ult. C. de diuerſ.
Præſidia 18.
Equites 1200.
Pedites 4000.

1 EQVITES SCVTARII ILLYRICI, Syrianæ degebant, Syrienos nominat Plinius inter Indos, de quibus hic non intelligitur.

2 EQVITES PROMOTI Illyriciani, Octaribæ ſtatiua habebant: Madrucianus Occariba legit. & uetuſtus codex.

3 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Matthanā inhabitabant: Manthanam uertūt 70. Interpretes. [b]

b Numeri 21.

4 EQVITES PROMOTI Indigenæ, Adadæ morabantur, fortè Adanæ, quam ad Euphratem locat Stephanus: apud Ptolomæū Adada eſt Palmyrenæ oppidum.

5 EQVITES SAGITTARII Indigenæ, Arathæ reſidebant. D. Hieronymus, [c] Arith, inquit, ubi ſedit Dauid, eſt uilla Arath nomine, ad Occidentē Aeliæ.

c de locis Hebraicis.

6 EQVITES SAGITTARII Acadamæ manebāt.

7 EQVITES SAGITTARII, ſtatiua habebant Acauathæ.

1 PRAEFECTVRAE LEGIONIS IIII. SCYTHICAE, Oreſæ excubabāt: De hac legione ità Dion [d] ſcribit: Quarta, legio Scythica in Syria ſuprà ſub Magiſtro ſecundo. Præſentali recenſetur, una ex ſex legionibus palatinis Scythæ dicta.

d lib. 55.

### *AVGVSTO EVPHRATENSIS copiæ.*

A CILICIA, & Amano monte, incipit Syria Comagena, & uſque ad Euphratē extenditur, à quo Euphratenſis uocatur; [e] Auguſteuphratēſis à Leone A. & alijs dicta, [f] Euphratiſiam appellat Procopius, Conſtat quatuor pręclaris urbibus, quas Seleucus Nicator condidit, Primā nominę patris Antiochia dixit; Secundam à ſe Seleuciam; Tertiā ab uxore Apameam; Quartā à matre Leodiceam. Aurelius Victor, [h] Comagenam, inquit, hodiè Auguphratenſem uocant: In hac regione ſub Duce Syriæ erant hi Numeri.

e l. 10. C. de ædific. priuatis.
f l. ult. C. de diuerſ. offic.
g in primo de bello Parthico.
h in Veſpaſiano.

8 EQVITES DALMATAE Illyriciani in oppido Barbariſſo morabantur: Barbariſſam Ptolomæus appellat oppidum apud Euphratem. Barbaliſſon Stephanos; præſidium eſt, inquit, in oriente muro munitum.

9 EQVITES MAVRI ILLYRICIANI Neocęſareæ manebant: Ita etiam Plinius, Solinus, & Ptolomæus nominant, urbem Cappadociæ in Ponto; quam poſtea Hadrianopolim uocatam, Suidas, & Stephanus uolunt.

10 EQVITES PROMOTI Indigenę, Roſaphę reſidebant, cis Euphratē. uetuſtus codex legit, Roſaſa.

2 PRAEFECTVRAE LEGIONIS XVI. Flauiæ Firmæ, Suræ hybernabāt; penes Euphratē, Surā collocat Ptolomæus, Stephanus in Phoenicia, quā etiā Soram appellat. Sur legitur in ſacris litteris. [i] Hæc legio non recenſetur ſub Magiſtris militum. XVI. Legio ab Auguſto in Germania ſuperiore fuerat inſtituta, quæ nō eſt hęc. Alia ſextadecima à Veſpaſiano fuerat Flauia fidelis cognominata, de qua hic arbitror intelligi. Alia ciuitas Firma uocata eſt, à Firma metropoli in Illyrico, in qua reſidebat P.P. Sed ea regione à Barbaris deuaſtata, coactus eſt ſedē Theſſalonicam transferre: [k] Vrſini codex pro XVI. legione, XVII. legit.

i Geneſ. 25. 26.
k Nouella xj.

### *HAE VERO DE MINORE Laterculo emittebantur.*

1 ALA I. noua Herculia, ſtatiua habebat Amudæ: infrà ſub Duce Meſopotamiæ legitur Amidæ, quam ab hac diuerſam eſſe opinor. Amudi munitionis, Ammianus meminit. [l] Hæc ala inſtituta fuit à Maximiano, qui ſe Herculē uocabat, atque illum præ cæteris Dijs colebat, ut aliàs eſt dictum.

l lib. 18.

2 ALA I. IVTHVNGORVM, manebat Salutariæ, undè cohors prima ſub Duce Palæſtinæ, & ala ſecunda ſub Duce Phoenices, ſalutariæ ſunt dictæ, Manuſcriptus Vrſini legit Viturgorum, ſed prior lectio eſt uerior. Erant Iuthungi Germaniæ populi, quos Iſtrum traieciſſe, Suidas ſcribit. Marcellinus, [a] Iuthungos Alemãnorum partem uocat Italicis con terminantem tractibus, & Iuthiuntugos appellat. Aliqui in Tyrolenſi comitatu eos locant: Horum cohors quarta merebat ſub comite Aegypti.

a lib. 17.

1 COHORS I. GOTTHORVM, Helelæ morabatur.

2 COHORS I. VLPIA Dacorum, ab Vlpio Traiano, qui Dacos ſubegit inſtituta, uel potius ab Vlpio oppido Daciæ, ab ipſo condito extracta Claudianæ reſidebat.

3 COHORS III. Valeria, à Valeria prouincia, à Valeria Diocletiani filia dicta, Marmaræ degebat. Marmem urbem Phoeniciæ, Stephanus ponit. Manuſcripti habent Marmatarum.

4 COHORS I. Victorum, reſidebat Ammaithæ: D. Hieronymus. [b] Aemath, inquit, urbs eſt, quæ cecidit in ſortẽ Ruben; ſed & nunc Amathus uilla dr̃, trans Iordanem, in uiceſimo primo milliario, Pellæ ad Meridiem: eſt & alia uilla in uicinia Gadaræ, nomine Amatha, ubi calidæ aquæ erumpunt. In regnorum quoque libris ſcribitur: ab introitu Emath uſque ad mare Araba; ideſt deſerti, quod eſt mare mortuum. Hæc ille. Ego autẽ intelligo Emath urbẽ coeles Syriæ appellari, quæ nunc Græco ſermone Epiphania dicitur. Hæc quoad Ducem Syriç: Nunc de Duce Oſrhoenæ eſt uidendum.

b de locis hebraicis.

## NOTITIA

# DVX OSRHOENÆ

## CVM INSIGNIBVS.








## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Oſrhoenæ.

EQVITES *Dalmatæ Illyriciani Gallabæ.*
EQVITES *Promoti Illyriciani Callinico.*
EQVITES *Mauri Illyriciani Dabanæ, aliàs Danabæ.*
EQVITES *promoti indigenæ Banaſæ.*
EQVITES *promoti indigenæ Synæ Iudæorum.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Orabæ, alias Arabç.*
EQVITES *Sagittarij indigènæ Thillazamarç.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Medianenſes, Medianæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ primi Oſrhoeni Raſin.*
PRAEFECTVRAE *Legionis quartæ Parthicæ Circeſio.*

### Et quç de minore Laterculo emittuntur.

ALA *ſeptima Valeria prælectorum Thillacamæ.*
ALA *prima Victoriatorum contra Bintha.*
ALA *ſecunda Paphlagonum Thillaficæ.*
ALA *prima Parthorum Reſaiæ.*
ALA *prima noua Diocletiana inter Thannurin & Orobam.*
COHORS *prima Getulorum Thillaamanæ.*
COHORS *Prima Eufratenſis Marathæ.*
ALA *prima Salutaria duodecimo conſtituta.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de Schola Agentum in rebus.*
*Numerarios, & Adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue Subſcribendarium.*
*Exceptores, & ceteros officiales.*

### COMMENTARIVM.

### *DE SPECTABILI DVCE Oſrhœnæ. Cap. CXLVIII.*

OSRHOENAM eſſe Meſopotamiæ partem inter Tigrim & Euphratẽ ab Oſrhoena vrbe nominatam ex Suida ſupra retuli; Oſdroenã appellat Honorius, [a] Oſdruenam Marcellinus. [b] Vltimus, inquit, omnium Oſdruenç Dux Secundinus. Eius Ducis, [c] eadem ſunt inſignia, quæ & aliorum, & idem officium eodem modo probatum. [d] decem munitiones oſtenduntur, in quibus ex maiore Laterculo emiſsi milites excubabãt. Aliæ octo à Numeris minoris Laterculi cuſtodiebantur. Omnes erant turmæ equitũ IX. Alæ VI. Legio 1. Cohortes II. quæ poterant efficere equitum circiter 1500. peditum 2000. & ſunt ſequentes.

a in l. per prouincias. 10. C. de ædific. priua.
b lib. 24.
c li. 5. C. The. de pagan.
d d. l. vlti. C. de diuer. reſcrip. Præſidia 18.

Equites 1500.
Pedites 2000.

1 EQVITES DALMATAE Illyriciani excubabant Gallabæ. Gallabam oppidũ Arabiæ Stephanus ponit, fortè legendum, Gabalæ, quæ vrbs eſt Syriæ Vetuſtus codex habet Ganaba. Sub Magiſtris militũ reperiuntur Tertio dalmatæ, Quintodalmatæ, Sextodalmatæ, Nonodalmatæ equites, ex quorum numéro hi eſſe poſſunt, in tot ſcholas diuiſi, ita ſunt appellari, vt aliàs eſt dictum.

2 EQVITES PROMOTI Illyriciani, inſidebant Callinico, Latinè ſonat pulchra victoria, olim Hieropolis dicta, nũc Hepo. Erat in finibus Imperij Rom. prope Perſas, quod Iuſtinianus, dirutis vetuſtis muris, inexpugnabile fecit, ut ait Procopius. [e] Inter Callinicũ & Carras, Galerium Maximinũ à Narſço prçlio fuſum Eutropius ſcribit: Vltra hanc ciuitatẽ Gratianus prohibuit cum Perſis cõtrahi. [f] auctor eſt Procopius, [g] Iuſtinianum, ingruente bello Callinicum, tanquam victorẽ ſolitum cognominari. Hoc oppidũ Calliniſum Marcellinus appellat, [h] ventum eſt, inquit, ad Calliniſum munumentum robuſtum, commercandi opimitate gratiſsimum.

e lib. 2. de ædifi. Iuſtinia.
f l. 4. C. de commerc. & mercat.
g lib. 1. & 2. de bello Perſico.
h lib. 23.

3 EQVITES MAVRI Illyriciani Dabanæ degebant: Rectius in Vrſini Codice legitur Danabæ, quæ Ptolomæo eſt in Meſopotamia, ita ẽt, Zoſimus [i] appellat: Inter Danaban, inquit, & Synã Perſæ multos interemerunt. Alia eſt in Syria; Dauanam Marcellinus, [k] appellat: Dauanam, inquit, venit, caſtra præſidiaria, vnde ortus Belias fluuius funditur in Euphratem: Dabanæ, etiam Suidas meminit. [l]

i lib. 3.
k lib. 23.
l in uoce Timagenes.

4 EQVITES PROMOTI indigenæ Banaſæ ſtatiua habebant.

5 EQVITES PROMOTI Indigenæ Synæ Iudçorum reſidebant. Zoſimus. [m] Syneam uocat prope Danabã. Syna eſt mons non longe a fonte Euphratis, & diuerſus à monte Syna, ubi data fuit lex Moyſi, ꝓpe caſsiũ, & ubi ſepultus eſt Põpeius Magnus: Sin, eſt deſertum inter Elim & Syna, quod cades vocatur. [n]

m in 3.
n Exod. 16. Numer. 33. Ezechi. 30. Sais uertunt 70. interpret.

6 EQVITES SAGITTARII Indigenç, Orabç manebãt: Vrſini codex legit Arabç, q̃ eſt ciuitas Arabiæ fçlicis, apud Ptolomçũ. Orobe uero ẽ oppidũ Aſſyriç.

7 EQVITES SAGITTARII Indigenæ, i. Oſrhoeni Thillazamaræ morabantur: Hos Alexander Imp. aduerſus Perſas profectus transfugas ſuos milites fecit. Herodianus [o] Alexander, inquit, uim ingentẽ Sagittariorum, quos ſecum ex oriẽte adduxerat, partim ex agro Oſrhoenorũ, partim è parthia transfugas, pecunia illectos aduerſus Germanos inſtruebat. eos ob amorem in Alexandrum à Maximino defeciſſe capitolinus ſcribit. [p]

o in 6.
p in Maximinis.

8 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Medianenſes, Medianæ locati erant, unde nomẽ habent. Medenem Ptolomæus uocat: Ruffus iuxta Euphratem in Meſopotamia ſtatuit: Suburbium eſt Niſsi vrbis, tertio lapide ab ea diſtans, ait Marcellinus.

9 EQVITES SAGITTARII Indigenæ, primi Oſrhoeni Raſim tuebantur. Raſam uocat Ptolomæus, quã in Meſopotamia collocat: olim Rages in ſacris litteris dicta, ubi Tobit decem talenta argenti Gabaelo mutuo dedit, & Tobiã filium eò ad recipiendam pecuniam miſit: [q] & ſi dicatur eſſe in Media.

q Tobit. 3. & 9

1 PRAEFECTVRAE Legionis IIII. Parthicæ Tribunus Circeſio inſidebat. Caſtelli nomen eſt, inquit Zoſimus, [r] quod Abora fluuius & Euphrates circũfluunt, vbi erat præſidiũ Romanorũ prope flumen Euphratẽ in extremis Meſopotamiæ, quod Diocletianus ædificauit, & tẽporis iniuria labefactatũ Iuſtinianus muniuit, inſignéq; ciuitatẽ fecit. Procopius. [s] Eſt, inquit, in altera fluminis ripa Romanorũ oppidũ munitũ, quod Circeſiũ uocatur, præruptum ex magna parte, ubi Abora fluuius ingens hic oſtia emittens Euphrati miſcet. Cingulũ iuxta oppidũ facit, ac murus extra caſtellũ in longum regionẽ utriuſq; fluminis mediã complectens, triangularem efficit loci formã. Ammianus, [t] Cercuſiũ appellat; Tendens, inquit, Imperator Iulianus agili gradu Cercuſiũ ingreſſus munimentũ tutiſsimũ, & fabrè politũ, cuius mœnia Abora & Euphrates ambiunt flumina, uelut ſpaciũ inſulare fingentes, quod Diocletianus exiguũ ante hac, & ſuſpectũ, muris, turribusq; circundedit celſis, cũ ipſis Barbarorũ cõfinijs, interiores limites ordinaret, ne uagarent per Syriam Perſæ. Hactenus Marcellinus. auctor eſt Capitolinus ibi eſſe tumulũ Gordiani Imp. quod circelum appellat: poſtea Conſtãtina Circeſiũ eſt nuncupata, ꝙ a Conſtãtino ſit inſtaurata. Circeuſiũ Cõſtantius uocat, ad eius oppidi ordinẽ ſcribẽs. [u] Hæc legio ſub Magiſtris non legi-

r in 3.
s lib. 2. de ædifi. Iuſtin. idem in 2. de bello Perſico.
t lib. 23.
u lib. 29. C. The. de decurio.

tur, ſed tantum ſexta Parthica ſub Magiſtro militum per Orientem. Parthòs diximus ab Alexandro Imp. in Rom. militiam traductos.

*QVAE VERO DE MINORE Laterculo emittebantur, ſunt hæ.*

1 ALA VII. VALERIA prælectorũ Thillacamæ morabatur. Thillacame, Thillamanę, & Thillazamene, atque Thillafece, oppida erant Euphrati imminentia. A Valeria filia Diocletiani hæc ala nomen habuit, ſicut & cohors tertia Valeria ſub Duce Syriæ; uel à Veleria prouincia in Pannonia, quæ ab eadem filia eſt denominata.

2 ALA I. VICTORIATORVM, contra Bintha ſtatiua habebat; forte illa, quam Birtham Ptolomæus in Meſopotamia ſtatuit. Hæc ala à Victoria Mauritaniæ Cæſarienſis, uel Hiſpaniæ dicta, unde eſt deſumpta.

3 ALA II. Paphlagonum Thillafice degebat. Euphrati hoc oppidum imminebat, ut ſupra eſt dictũ.

4 ALA I. Parthorum Reſaiæ morabatur. Reſainã Marcellinus [a] uocat, ubi Gordianus, ait, Regem Perſarum profligauit; uerum ipſe inſidijs Philippi P. P. occubuit, ibique eſt ſepultus. ſed ab eo alij diſſentire uidentur. [b]

[a] lib. 23.
[b] Vt Eutropi. Sex. Ruffus & Capitolinus.

5 ALA I. noua Diocletiana, inter Thannurin & Orobam Aſſyriæ montes ſedem habebat. Hos prope Ninum ſeu Niniuẽ Ptolomæus ponit in Aſſyria.

2 COHRS I. Euphratenſis Marathæ [c] morabatur.

[c] De hoc loco Metaphra. in 5. Daniele Stylite.

6 ALA I. SALVTARIA Duodecimo conſtituta. Duodecimum loci nomen eſſe puto, poſſet intelligi poſt alias XI. alas, hanc duodecimo loco inſtitutam niſi ipſa prima nũcuparetur, & nomen oppidi, ubi degebat, non deeſſet. Salutariam urbem eſſe in Syria ſupra uidimus. Demonſtratur in Notitia ſub hoc Duce ſine ala aut cohorte locus præſidij Apatna nuncupatus, ſed ſub ſequenti quoque Duce eſt Apadna; cum militum præſidio hic ponendo, quod errore librariorum tranſpoſitum puto. Hæc forte eſt Aphadoma Ptolomęi.

# NOTITIA
# DVX MESOPOTAMIÆ
## CVM INSIGNIBVS.








## NOTITIA.
### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis, Ducis Meſopotamiæ.

EQVITES *Scutarij Illyriciani Amidæ.*
EQVITES *Promoti Illyriciani Reſaui, Theodoſiopoli.*
EQVITES *Ducatores Illyriciani primi Ducatores Amidæ.*
EQVITES *Felices Honoriani Illyriciani Conſtantinæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Arabanenſes Chartæ.*
EQVITES *Scutarij indigenæ Paſenſes Aſſaræ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Thibithenſes Thilbiſinæ.*
EQVITES *Sagittarij indigenæ Thannuri.*
PRÆFECTVRÆ *Legionis primæ Parthicæ, Niſibenæ Conſtantinæ.*
PRAEFCTVRAE *Legionis ſecundæ Parthicæ Cephæ.*

### Et quę de minore Laterculo emittuntur.

ALA *ſecunda noua Aegyptiorum Chartæ.*
ALA *Octaua Flauia Francorum Ripaltæ.*
ALA *quintadecima Flauia Carduenorum Caini.*
COHORS *quinquagenaria Arabum Bethallabæ.*
COHORS *quarta decima Valeriæ Zabdenorum Maiocariri.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de Schola Agentum in rebus,*
*Numerarios, & Adiutores eorum,*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue Subſcribendarium.*
*Exceptores, & ceteros officiales.*

## COMMENTARIVM.

### *DE DVCE MESOPOTAMIAE viro Spectabili. Cap. CXLIX.*

MESOPOTAMIAM inter Tigrim & Euphratem iacere notiſsimũ eſt, vnde nomen obtinuit; olim Adiabene dicta, vt ait Stephanus. Conſtantino imperante Aurelius Dux Meſopotamiæ fuit, [a] mox Caſsianus, [b] deinde Vrbitius: [c] Sub Gratiano Toriobandus, [d] Hic Dux librum, & codicillos, vt alij pro inſignibus geſtabat. Idemq; habebat officium, quod à Principe & Duce, vt aliorum Ducum, in ſcrinio libellorum probabatur. [e] ſed propria eius inſignia ſunt, regio inter Tigrim, & Euphratem flumina iacens; & XIII. oppidorum imagines, quorum octo intra Meſopotamiam clauduntur, tria vltra Tigrim, & duo citra Euphratem viſuntur; alia duo forte ob breuitatem prætermittuntur. Itaq; XV. erant huius Ducis præſidia, quæ VIII. equitum turmis conſtabant, alis III. Legionibus II. cohortibus item II. quæ efficere poterant circiter mille equites, & peditum 3000. Militum vero copiæ ex maiore Laterculo per illa diſpoſitæ ſunt iſtæ.

[a] l. 1. C. de eunuchio.
[b] Marcellin. lib. 16. 18. 25.
[c] Marcellin. lib. 30.
[d] li. 2. C. quę res vendi. non poſſ.
[e] d. l. vlti. C. de diuer. offic.

Præſidia 15.
Equites 1000. Pedites 3000.

1 EQVITES SCVTARII Illyriciani Amidæ degebant, vltra Tygrim. Amidam à Iuſtiniano nouo muro munitam fuiſſe Procopius [f] ſcribit. De hac, ita Ammianus Marcellinus [g] in ipſo Amidæ meditullio ſub arce Fons diues exudat, potabilis quidẽ, ſed vaporatis ęſtibus nonnunquã fętens, cuius oppidi præſidio erat ſemper quinta Parthica legio deſtinata cum indigenarum turma non contemnenda, eius & Procopius [h] alibi meminit. Supra ſub Duce Syriæ legitur Amudæ, quam dirutam Conſtantius ampliauit, ac Conſtantiam vocauit, eam etiam Emetam nuncupari Zonaras ſcribit. [i]

[f] lib. 2. de ædifi. Iuſtin.
[g] lib. 18. & 19.
[h] lib. 1. belli Perſici.
[i] in Baſilio porphyro geneti.

2 EQVITES PROMOTI Illyriciani Reſaui Theodoſiopoli excubabant; Reſſu ciuitatem Mediæ ponit Ptolomæus, quæ poſtea à Theodoſio, qui eam inſtaurauit, nomen habuit. Hanc prope flumen Aborram vltra Tygrim a Theodoſio extructam, & Anaſtaſio inſtauratam fuiſſe Procopius [k] ait, & ſemidirutam à Iuſtiniano reſtitutam, ipſe in Armenia collocat. [l] Reſam, legit uetuſtus codex.

[k] lib. 2. de ædif. Iuſtin.
[l] Nouel. 31. §. 1.

3 EQVITES DVCATORES Illyriciani primi, Ducatores dicti, à Ducatu, ſub quo forte erant educati, aut illi diu ſeruierant. Ducatus enim eſt ipſius Ducis dignitas: Tranquillus, [m] Priuignum, inquit, Ruffum Criſpinum Poppea natum, impuberem adhuc, quia ferebatur Ducatus, & imperia ludere, mergẽdum mari, dum piſcaretur, ſeruis ipſius demandauit. Vopiſcus in Aureliano, Habuit multos Ducatus, multos Tribunatus: & Lampridius Heliogabalum præpoſituras, ducatus, officiaque palatina vendidiſſe ſcribit, Sed generaliter pro qualibet militum præfectura ponitur, & præfecti Ductores uocantur. Hi primi ſunt vocati, quia ante alios, & ipſos Ducatores appellatos ſunt inſtituti. Amidæ excubabant, quam à ſuperiore diuerſam Notitia reprę ſentat; duplicem in Meſopotamia Amidam ſtatuens.

[m] in Nerone.

4 EQVITES FOELICES Honoriani Illyriciani degebant Conſtantinæ à Conſtantino dictæ, quæ in ipſa eſt Meſopotamia. Ammianus [n] Conſtantiam appellat; quam, inquit, olim perquam breuem Cęſar etiam tum Conſtantius turribus circundedit, amplis & mœnibus, locatoque ibi conditorio muralium tormentorum fecit hoſtibus formidatam, ſuoque nomine voluit appellari. Meſopotamiæ plana deſpectat, Nymphæo amni vicina. Hæc ille. Procopius [o] corruptè Conſtantianam pro Conſtantina legit. Alia eſt Conſtantina à Conſtantino condita, vbi Conſtantinus, [p] & Valentinianus, [q] ac Gratianus, [r] iura condiderunt. Hanc etiam Iuſtinianus muro, turribuſque muniuit, & aquis inſtruxit. [s] Aliæ fuere Conſtantinæ, vna Circenſium appellata, ad quorum ordinem ſeu curiam Conſtantius A. ſcribit, [t] ita ſub præcedenti Duce Cirteſium vocatur; alia Niſibena nuncupatur, de qua infra: Alia in Phęnicia, quam Chriſtianam pietatem ſecutam a ſe Cõſtantinam Conſtantinus denominauit. [u]

[n] lib. 18.
[o] lib. 1. de bello Perſic.
[p] in l. 1. C. The. ſi quis pecun. cõflau.
[q] in l. 9. C. The. de ſuſcep. & arcar.
[r] in l. 15. C. The. de nauicul.
[s] Procop. libr. 2. de ædific Iuſtin.
[t] in l. 29. C. The. de decurio.
[u] Sozome. li. 2. c. 4. ad fi.

5 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Arabanenſes populi Arabiæ fœlicis, qui Ptolomæo ſunt Arabanitæ, Chartæ reſidebant: ita etiam appellat Marcellinus, [x] Egreſsi, inquit, exinde proxima nocte Chartam occupauimus, Zoſimus Carras nominat, quod oppidum, ait, Romanos ab Aſsyrijs diſterminare, vrbs eſt, in quam ſacræ litteræ narrant Tharam cum Abraam filio ex Chaldæa profectum, & inde a Dño iuſſum Abraam exire. [y] D. Hieronymus, [z] ciuitas eſt, inquit, Meſopotamię trans Edeſsã

[x] lib. 25.
[y] Geneſ. 11. & 12.
[z] de locis hebraicis.

N 2 quæ

a in Craſſo.
b lib.18.
c lib.2.de ædifi. Iuſtin.

quæ vſque hodie Charra dicitur, vbi Romanus Cęſus eſt exercitus, & Craſſus Dux captus, id ſentit, & Lucanus,[a] illo carmine, Aſſyrius latio maculauit ſanguine Charras. Vnde falſum eſt, quod Cedrenus à Caro Imperatore eam conditam, & ab ipſo appellatam fuiſſe ſcribit. Stephanus refert Charras vrbem Meſopotamiæ, à Charra fluuio Syriæ vocari. Eius etiam meminit Marcellinus.[b] Hoc oppidum Iuſtinianus muniuit, ut ait Procopius,[c] Auctor eſt Eutropius Galerium Maximianum à Narſæo inter Callinicum & Carrhas prælio fuſum. In Manuſcriptis eſt Mephana Cartha. Mepha eſt metropolis in Arabia fœlici.

6 EQVITES SCVTARII Indigenæ Paphenſes à Papho Cypri oppido, vbi diu morati fuerant; ſed ſcribendum eſſet, Paphienſes. Aſſaræ ſtatiua habebant. Stephanus Aſſeram vrbem Chalcidæorum eſſe ſcribit.

7 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Thilbithenſes, Thilbiſinæ habitabant. Thilbin in Albania collocat Ptolomæus: ſed hi à loco Meſopotamiæ, vbi morabantur, ſunt nominati.

d lib.3.

8 EQVITES SAGITTARII Indigenæ Thannuri manebant. ea fortè eſt, quam Zoſimus[d] Tumaram appellat. Hæc omnia ſunt Meſopotamiæ loca, quorum plura à Poſterioribus Principibus ſunt ædificata.

e de locis Hebraicis.
f in l.4.C. de cõmer. & mercat.
g Sozome.lib.2. c.4.ad fin.

1 PRAEFECTVS LEGIONIS PRIMAE PARTHICAE, incolebat Niſibenam Cõſtantinam, prope Niſibin, quæ in ſacris litteris Niniue appellatur, eſt vltra Tygrim, ait Stephanus; ſignificat lingua Phœnicia lapides congeſtos, ſecundum alios colũnas. D. Hieronymus[e] dicit hanc fuiſſe vrbem regni Nemrod in Babylone Achad dictam, poſtea Niſibi vocatam, & à Lucullo quondam Romano conſule obſeſſam, captamque, & ante paucos, inquit, annos, à Iouiano Imperatore Perſis traditam. Eius meminit Honorius A.[f] dum vltra Niſibim merces ad Barbaros portari prohiberet. Hæc Conſtantina non longè à ſuperiore ponitur: In alijs codicibus legitur Conſtantiæ, & ita oppidi imagini inſcriptum habent omnes codices. Conſtantinus portum Gazæ in Paleſtina ob deſertam ſuperſtitionẽ, & pietatem Chriſtianam apprehenſam à Conſtantio filio Conſtantiam vocauit:[g] idem fortè huic euenit. Legio prima Parthica, & ſequens, ſub Magiſtris militũ non reperiuntur; Inuentas à Seuero Dion[h] ſcribit, & primam ac tertiam Parthicam, & in Meſopotamia conſtitutas; Marcellinus li.20. primam Parthicam, & primam Flauiam in Meſopotamia fuiſſe ſcribit.

h lib.55.
i lib.20.

2 PRAEFECTVS LEGIONIS SECVNDAE Parthicæ, excubabat Cephæ, qui locus eſt cis Euphratem. Hanc legionem cum duabus alijs ad Bezabdẽ munimentum locatas fuiſſe Marcellinus[i] ſcribit; ad cuius, inquit, tutelam tres legiones ſunt deputatæ, ſecunda Flauia, ſecunda Armeniaca, & Parthica item ſecunda, cum ſagittarijs multis Zabdicenis, in quorum ſolo, tunc nobis obtemperantibus, hoc municipium eſt poſitum.

*QVAE VERO DE MINORE LAterculo emittebantur, ita diſpoſitæ erant.*

1 ALA SECVNDA noua Aegyptiorum manebat Carthæ, de qua ſupra.

2 ALA VIII. FLAVIA Francorum, morabatur Ripaltæ cis Euphratem. De Francis ſupra dictum fuit.

k lib.3.

3 ALA XV. FLAVIA Carduenorum, populi ſunt Meſopotamiæ, quos cum alijs tribus, & quindecim caſtellis à Iouiano Perſis turpiter traditos Zoſimus,[k] ſcribit, ex quibus hæc ala eſt deſumpta. Alij ſunt Cardueni Thraciæ populi in Cherſoneſſo. Hęc ala degebat Caini in ipſa Meſopotamia.

l lib.20.
m in 3.

4 COHORS XIIII. Valeriæ Zabdenorum, Maiocariri reſidebat Marcellinus Meiocarire libro 18. ad fin. uocat. Zabidam in Arabia fœlici Stephanus ponit, vnde hi ſunt contracti, quare legendum eſſet Zabidinorum. Marcellinus,[l] Zabdicenos quoſdam milites ſagittarios appellat ex Zabdicenis populis contractos, quos & ipſos Zoſimus[m] a Iouiano, Regi Perſarum pace turpiter facta traditos memorat. Neque hoc, neque proximè præcedens oppidum eſt depictum, cetera vero repreſentantur: inter quæ Apadna, nullum militem habet, quod ſub Ducis ſuperioris tutela eſſet, vt ſupra eſt uiſum. Hi ſunt VI. Duces Orientis, nunc ſequitur Dux Armeniæ.





# NOTITIA
# DVX ARMENIÆ
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis, Ducis Armeniæ.

EQVITES *Sagittarij Sabu.*

EQVITES *Sagittarij Domanæ.*

PRÆFECTVRÆ *Legionis quintædecimæ Apollinaris, Satalæ.*

PRÆFECTVRÆ *Legionis duodecimæ Fulmineæ, Melitenæ.*

In Ponto.

PRAEFCTVRAE *Legionis primæ Ponticæ, Trapezunte.*

*ALA Rizena, Dalearizæ.*

*ALA Theodoſiana apud Auaxam.*

*ALA Felix Theodoſiana, Syluanis.*

Et quę de minore Laterculo emittuntur.

*ALA prima Auguſta Colonorum, Chiacæ.*

*ALA Auriana, Daſcuſæ.*

*Ala prima Vlpia Dacorum Suiſſæ.*
*Ala ſecunda Gallorum Aelianæ.*
*Ala Caſtello Tablarienſi conſtituta.*
*Ala prima Prætorica nuper conſtituta.*
*Cohors tertia Vlpia miliaria Petræorum Metitæ.*
*Cohors quarta Retorum Analibæ.*
*Cohors miliaria Boſporiana Arauracæ.*
*Cohors miliaria Germanorum Siſilæ.*
*Ala prima Iouia Felix Chaſzanenicæ.*
*Ala prima Felix Theodoſiana Pithiæ.*
*Cohors prima Theodoſiana Valentiæ.*
*Cohors Apuleia ciuium Romanorum Yſiporto.*
*Cohors prima Lepidiana Cænæ Parembolæ.*
*Cohors prima Claudia Equitata Sebaſtopoli.*
*Cohors ſecunda Valentiniana Zigannæ.*
*Cohors Mochoræ.*
*Officium autem habet ita.*
*Principem de Schola Agentum in rebus.*
*Numerarios, & Adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue ſubſcribendarium.*
*Exceptores, & cetcros officiales.*

## COMMENTARIVM.

### DE DVCE ARMENIAE. Cap. CL.

IN vtraque Armenia Ponto attributa vnum Ducē militibus præfuiſſe præter Notitiam Leo A. ad Erithrium P.P. [a] & Arcadius ad Rimiſteum, [b] ſcribunt. Is Comes poſtea eſt dictus. [c] Iuſtinianus Maiorem Armeniam, interiorem vocat, quæ & prima dicitur. Minorem verò, ſecundam, ab Armeno Rhodio dictam, Stephanus ſcribit. Hic eadem quæ alij Duces, officium, & inſignia, librum, & codicillos habebat, præterea ſeptem caſtrorum typos, præter alia XVIII. qui hic non delineantur. Itaque Armenia XXV. præſidia continebat, à duabus equitum turmis, alis X. legionibus tribus, & cohortibus X. defenſa, quæ poterant efficere circiter equitū 1200. peditum fermè octo millia. Ptolomæus & ipſe tres legionum præfecturas in limitibus Armeniæ ſtatuit, ſed in locis ab his, qui hic nominantur, diuerſis. Ex munitionibus hic deſcriptis, tres ſunt quadratę cum rotundis turribus in angulis, quæ ſupra murum eminent; vnde formam veterum munitionum hic ſpectare licet. Cum vero Perſæ fines Romani imperij ingreſsi, veteres limites turbaſſent; Iuſtinianus, per Beliſarium ſtrenuum Ducem, illis, magnis prælijs, fuſis, non ſolum priſtinos Imperij fines recepit, ſed etiam protulit, & nouos in finibus Barbarorum ſtatuit, ac proprium Magiſtrum militum Ponto Polemoniaco, & vtrique Armeniæ, alijsq; gentibus ſubactis præfecit. [d] Mox quatuor Armenijs conſtitutis, [e] tertiæ Comitem impoſuit, qui non tantum populis, ſed etiam militibus imperaret. Noſter hic Dux Armeniæ in Ponto, quatuor præſidijs præerat: ſub quo ſequentes de maiore Laterculo emiſsi milites Armeniam tuebantur.

a l.vlt. C. de diuer. offic.
b in l.57. C.Th. de curſu publico.
c l.vlt. C. de off. Mag. milit.
Præſidia 25.
Equites 1200.
Pedites 8000.
d l.vl C. de offic. Mag. milit.
e Nouel. 31.

1 EQVITES SAGITTARII excubabant Sabu. Sabus Itinerarium appellat.
2 EQVITES SAGITTARII degebant Domanæ: hanc in Armenia minore collocat Ptolomæus: huius etiam & ſequentium Itinerarium meminit. Marcellinus [f] Dauanā appellat, vbi caſtra præſidiaria fuiſſe ſcribit.

f lib. 33.

1 PRAEFECTVRAE Legionis XV. Apollinaris tribunus Satalæ manebat: Hæc eſt vrbs Armeniæ ait Stephanus, cuius & Iuſtinianus meminit. [g] Duæ in Marmaria fuerāt Apollinis ciuitates, Magna, & Parua: ex quarum altera hanc legionem contractā fuiſſe credo, & Apollinarem vocatam. Apolloniam vocat Dion, [h] quam, ait, in Cappadocia excubaſſe, & a Veſpaſiano inſtituta, & inde in Pannoniam, ac demum Satalā traductam; eam in prima Armenia Iuſtinianus ſtatuit. [i] Nulla legionum huius Ducis apud Magiſtros militum fuiſſe reperitur.

g in d. Nouel. 31.
h lib. 55.
i d. Nouel. 31.

2 PRAEFECTVRAE Legionis XII. Fulmineæ tribunus Melitenæ ſtatiua habebat. Hanc quoq; ab Auguſto inſtitutam, & a Veſpaſiano in Cappadocia locatam Dion [k] memorat. quæ etſi Fulminatrix eſt, vocata, iuſtius tamen hoc nomine M. Antonino imperante eſt appellata, vt aliàs explicui. Ex qua quatuor milites martyrio coronatos Procopius [l] ſcribit, loquens.n. de Irenæi martyris templo ab eodem Iuſtiniano condito, ait; Ibi reconditæ ſunt reliquiæ iam olim virorum ſanctorum quatuor, qui Romani milites in XII. legione erant deſcripti, quæ in vrbe ſecundæ Armeniæ metropoli Melitenæ quondā fuerat conſtituta. Hæc ille. Eam vrbem antiquā inſignēque in fœlici ſolo, & cęlo, non longè a flumine Euphrate in tertia Armenia, ſeu minore Iuſtinianus [m] ponit, Marcellinus, [n] Melitenam, inquit, minoris Armeniæ oppidum venimus. De hac ita Procopius, [o] Erat locus in Armenia non longè ab Euphrate, in quo præſidium Romanorum militum conſtitutum fuerat: locus is Melitenæ: Præſidium vero illud legio uocabatur. Illic forte munitionem quadratā in terra plana Romani quondam ædificarunt. At cum Traiano Romano Imperatori commodū videretur, in vrbem munitam locus ceſsit; fuitq; ea metropolis genti conſtituta. Procedēte vero tempore creuit vrbs Melitenorum; ac ciuium multitudine abundauit, itaq; cum intra murū habitare non poſſent, quia breuiore ſpacio concluſa erat, in campo illi proximo domos ædificarunt, templaq; ſibiipſis fecerunt, Præfectorumq; diuerſoria, ac forū aliaq; quæ ſunt vrbium inſignia, plateas, porticus, balneas, ac theatra, & ſi quid aliud, ad magnæ vrbis ornatum, pertinet: atq; hoc pacto contigit Melitenem muris, munitionibus, turribusq; carere. Verum Anaſtaſius Imperator, eam totam męnibus circundare cœpit, ſed voluntate nondum perfecta, in fata conceſsit. Imperator autem Iuſtinianus illam ex omni parte muro cinxit, effecitque vt Melitene, magnum eſſet Armeniæ munimentum, ſimul & ornamentum: Hæc ille. Aliā Melitenem in Cappadocia, Stephanus ponit.

k lib. 55.
l Oroſius lib. 6. ca. 15. Tertull. ad Scapul. & in Apologetico, Euſebius in Chron. & lib. 5. ca. 5. Metaphra. 9 Ianu.
m in d. Nouel. 31
n lib. 19. & 20.
o li 3. de ædific. Iuſtiniani.

QVAE VERO SEQVVNTVR COPIAE IN PONTO DEGEBANT.

Notitia ſub Duce Armeniæ Pontum ponit, ſed Leo A. vtrique Armeniæ; & utriq; Ponto, proprios Duces poſtea dedit. [p] antea ergo hi ex maiore laterculo emiſsi in Ponto excubabant.

p l.vlt. §. vlt C. de diuer. offic.

3 PRAEFECTVRAE LEGIONIS Primæ Ponticæ, ſtatio erat Trapezunti; Hanc Ponti Polemoniaci vrbem fuiſſe, Iuſtinianus memorat, ſed ipſe quatuor conſtituens Armenias, hanc primam fecit: [q] fuit inſignis ciuitas, ac eruditos viros edidit inter quos Georgium Trapezuntium. Stephanus eam in Ponto Euxino, Sinopenſium coloniam eſſe tradit: ibi ex buxo mel graue olens fluere, Ariſtoteles ſcribit, [r] quod comedentes in furorem agit; epilepticos uero ſanat.

q d. Nouel. 31.
r de admirabilibus audit.

1 ALA RIZENA, Dalearizæ habitabat; ex Rilana Illyridis oppido, nunc Rudine dicto hæc ala eſt contracta, vel potius ex Rizeo loco, poſt Trapezuntiorum fines, vt ait Procopius, [s] quem Iuſtinianus munijt. Daleariza ignobile oppidum fuiſſe puto, quia inter urbes Pontī à

s lib. 3. de ædif. Iuſtiniani.



Iuſtiniano [a] recenſitas omittitur. In manuſcriptis, quos mēdoſos puto, pro una, duæ alæ ponuntur, uidelicet ala Rizena, & ala Daleariza. uetuſtus codex legit, Alcadeariza.

a Nouell. 28.

2 ALA THEODOSIANA, Auaxam tuebatur.
3 ALA FOELIX THEODOSIANA, Syluanis reſidebat. In recenſendis Ponti ciuitatibus, hæ à Iuſtiniano prætermittuntur, uel tanquàm caſtra ignobilia, uel quia tunc erant deleta.

QVAE DE MINORE VERO LATERCVLO EMITTEBANTVR ALAE, ET COHORTES SEQVVNTVR. Hę tam in ponto quàm Armenia reſidebant.

ALA I. AVGVSTA Colonorum Chiacę ſtatiua habebat; Huius meminit Itinerariū, & ſequentium. Aliud huius nominis oppidum, eſt in Sicilia Ptolomæo. Hæc ala ex oppido Colonia eſt deſumpta, qđ in prima Armenia fuiſſe, Iuſtinianus memorat. [b]

b in d. Nouell. 31.

4 ALA AVRIANA, Auria oppidum eſt Hiſpaniæ, undè hæc ala eſt collecta, Daſcuſæ morabatur; Daſcutam Ptolomæus uocat, in Armenia minore. Oroſius [c] nō longè à fonte Euphratis in finibus Cappadociæ & Armeniæ ponit.

c lib. primo.

5 ALA I. VLPIA Dacorum, ex Dacis ab Vlpio oppido contracta, Suiſſæ excubabat; Soiſſam Itinerarium appellat.
6 ALA II. Gallorum, Aelianæ habitabat.
7 ALA Caſtello Tablarienſi conſtituta; Hæc ala nomine caret, niſi Tablarienſis uocetur.
8 ALA I. PRAETORICA nuper conſtituta; fortè legendū Prætoria, ab Auguſta Prætoria, Huic oppidi nomen deeſt, quòd nuper conſtituta nondùm ad certū locum eſſet deſtinata; uel Prætorica locus præſidij uocatur.
1 COHORS III. VLPIA Milliaria Petræorum, ſtatiua habebat Metitæ. Petræorum ciuitas fuit Lazicæ regionis, propè Polemoniacum Pontum, poſteà à Iuſtiniano urbs facta, & ab eo Iuſtinianea appellata, quā ipſe in Pōto ponit. [d] Ptolomæus in Armenia minore, ſub Lauinienſi præfectura locat, quæ diuerſitas, ex uarijs prouinciarum diuiſionibus per tēpora factis prouenit. cur Milliaria cohors uocetur, ſupra eſt dictum. Vetuſtus codex hic & infra legit, Militaria.

d Nouella 28. §. 8.

2 COHORS IIII. RETORVM morabatur Analibæ; Analiblam uocat Ptolomæus, eſt & ipſa in Armenia minore. Ex Retijs ſumpta eſt hæc cohors.
3 COHORS MILLIARIA Boſporiana; lego Boſphorana, ex populis Boſphoranis, ſuprà Boſphorū Cimerium lecta; excubabat Arauracæ, in Armenia minore. Præfecturas limitum Arauenæ, ſeu iuxtà Euphratem, Ptolomæus recenſet, quę fortè ſunt iſtæ; ſed mutata ſunt nomina.
4 COHORS MILLIARIA Germanorum, reſidebat Siſilæ: Siſiliſas uocat Procopius. [e]

e lib. 3. de ædific. Iuſtiniani.

9 ALA I. IOVIA Foelix Chaſzanicæ morabatur.
10 ALA I. Foelix Theodoſiana, degebat Pithiæ. Pitium Iuſtinianus Polemoniaci Ponti caſtrum, non ciuitatem fuiſſe dicit. [f] In Caria ponit Stephanus Pitium.

f in Nouella 28.

5 COHORS I. Theodoſiana, manebat Valentię, à Valente dictæ, qui eam ædificauit.
6 COHORS APVLEIA Ciuium Romanorum, Yſiporto morabatur: Hanc cohortem ex Apulo Daciæ oppido contractam puto, quæ colonia ciuium Romanorum fuit, à Traiano deducta: [g] & ideo ciues Romanos ſe vocant: In manuſcriptis eſt Apuleta.

g l. 1. ad fin. ff. de cenſib.

7 COHORS I. LEPIDIANA, incolebat locum Cænæ Parembolæ dictum: fortè à Regio Lepidi extracta. Cœna Parembola eſt communis tentoriorum ordo conſertus, & continuata ſeries, ex metatione caſtrenſi conſtans, de quo Suidas; κοίνηρ enim Græci communem uocant.
8 COHORS I. Claudia Equitata, habitabat Sebaſtopoli, idem eſt quod Auguſta ciuitas. Polemoniaci Ponti caſtrum, quondam fuiſſe Iuſtinianus refert. [h] Poſtea mutata prouinciarum forma Armeniæ ſecundæ urbem fuiſſe memorat: [i] Stephanus olim Dioſcuriam appellatam eſſe ſcribit, à Caſtore & Polluce, qui Dioſcuri ideſt Iouis filii dicebantur, & ſimul cum Iaſone Pontū ſunt ingreſsi, teſte Trogo. [k] Nunc, inquit, Sebaſtiam appellant in Armenia oppidum. Procopius, [l] antea caſtellum cum præſidio fuiſſe dicit, quod Iuſtinianus muro circundatū inexpugnabile, & ædificiis exornatum urbem pulchritudine & magnitudine fecit.

h Nouella 28.
i Nouella 31.
k lib. 1.
l lib. 3. de ædif. Iuſtin.

9 COHORS II. Valentiniana, Zigannæ excubabat, Ziganæ, per ſimplex n, Itinerarium ſcribit; in Ponto eſt ſita.
10 COHORS Mochoræ ſtatiua habebat, qui locus eſt Armeniæ. Mochuram Arabiæ Felicis urbem eſſe Ptolomæus ſcribit, unde Mochurutæ. Cohortis nomen deeſt. Hæc loca & plura ex ſuperioribus, Iuſtinianus in recenſendis Armeniæ urbibus prætermittit; unde aut ignobilia caſtra erant, aut tunc diruta. Hæc de Duce Ponti, Nunc duo Thraciarum ſequuntur.

# NOTITIA
# DVX SCYTHIÆ
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis, Ducis Scythiæ.

CVNEVS *equitum Scutariorũ Sacidauæ.*
CVNEVS *equitum Solẽſium Capidauæ.*
CVNEVS *equitum Stableſianorum Cij.*
CVNEVS *equitum Stableſianorum Bireo.*
CVNEVS *equitum Catafractariorum Arubio.*
CVNEYS *equitum Armigerorum Aegyſſo.*
CVNEVS *equitum Arcadum Talamonio.*

### Auxiliares.

MILITES *Nauclarij Flauianæ.*
MILITES *Superuentores Axiupoli.*
MILITES *Scythici Carſo.*
MILITES *ſecundi Conſtantini Troſmis.*
MILITES *Scythici Dirigothia.*
MILITES *primi Conſtantiani Nouioduno.*
MILITES *quinti Conſtantini Salſouia.*
MILITES *primi Gratianenſes Gratiana.*

### Item Legiones Riparienſes.

PRÆFECTVRÆ *Legionis ſecundæ Herculianæ Troſmis.*

PRÆFE-



PRÆFECTVRÆ *Ripæ Legionis ſecundæ Herculiæ, cohortis quintæ Pedaturæ inferioris Axiupoli.*
PRAEFECTVRAE *Legionis Herculię, Cohortis quintæ Pedaturæ inferioris Troſmis.*
PRAEFECTVRAE *Legionis primæ Iouiæ Nouioduno.*
PRAEFECTVRAE *Ripæ Legionis primæ Iouiæ; Cohortis quintæ Pedaturæ ſuperioris Nouioduno.*
PRAEFCTVRAE *Ripæ Legionis primæ Iouiæ, Cohortis quintæ Pedaturæ inferioris Ac ciſſo.*
PRAEFECTVRAE *Ripæ Legionis primæ Iouiæ, Cohortis ſecundæ Herculiæ, Muſculorum Scythicorum & Claſſis in Platypegijs.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de eodem Officio, qui completa militia adorat Protectorem.*
*Numerarios, & Adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis, ſiue Subſcribendarium.*
*Exceptores, & cæteros Officiales.*

## COMMENTARIVM.

### *DE SPECTABILI DVCE SCYthiæ. Cap. CLI.*

SCYTHIA ab ortu habet Seres, & Sarmatiam Aſiaticam; ab Occaſu alios Sarmatas Europęos: à Meridie Sacos, & Sogdianos; à Septentrione, terram incognitam, vulgò Tartariam vocatam. Secatur per medium, ab Imauo mõte, & Tanai fluuio: Sed hic Scythia accipitur, quæ eſt vltra Danubium, ſupra Myſiam inferiorem, & extenditur per oram maris Euxini, circa paludem Meotidem, qua Danubius Pontum Euxinum ingreditur, vt dictum eſt in Vicario Thraciæ. Imperante Valeriano Vopiſcus [a] Amulium Saturninum Scythici limitis Ducem fuiſſe ſcribit. Is eadem, quæ alij Duces, habet inſignia; Librum ſcilicet, & codicillos cõuolutos, cum ſeptẽ munitionibus, ſuæ prouinciæ, omnibus quadratis, & turribus in angulis, itã quadratis, quas Danubius interfluit. Præter hæc alia quindecim erãt oppida, quorum imago non cernitur: Itaque fuere huius limitis XXII. præſidia, à ſeptem equitum cuneis, & VIII. numeris militum, & VIII. legionibus, aut partibus legionum defenſa: omnes ſimul ad 700. equites, & nouem millia peditum efficere poterant.

a in Aureliano.
Præſidia 22.
Equites 700.
Pedites 9000.

Officium habet ita; Principem de eodem officio, qui completa militia adorabat, ideſt ſalutabat Protectorem; ſed fortè legendum Principem, vel, Purpuram inter Protectores, quia ſolus Princeps non alij adorabantur. [b] Præterea cum plures eſſent protectores, non diceret Protectorem in ſingulari, quia de quo loqueretur, non conſtaret. Simile priuilegium datur Apparitoribus P. Vrb. vt ſingulis annis adorent ſacram purpuram, [c] & cornicularijs P. Prætorio, non alijs. [d] Habet Dux Scythiæ & Numerarios ac adiutores eorum, Commentarienſem, adiutorem, à libellis, ſiue ſubſcribendarium, Exceptorẽ, & cęteros officiales, quemadmodum & alij Duces, qui omnes ſunt probandi codicillis à ſcriniarijs libellorum conſcriptis, & à Principe, mox Duce ſubſcriptis. [e] Ad hos inter cętera ſpectabat onus exornandæ claſsis Iſtricæ, nauium 125. vt quotannis pro ſeptima parte renouaretur. [f] Quod etiam Magiſtri militum per Thracias, qui hanc regionem tuebatur, munus erat. Hæ Ducis Scythiæ copiæ, in prædictis caſtris excubabant.

b l. 2. C. de fabricenſ. l. 1 C. de ſilentiar. l. 1. C. de Comitib. & tribun. ſcholar.
c l. 1. C. de apparito. præf. vrb.
d d. l. 1.
e d. l. ult. C. de diuerſ. officijs.
f l. 1. C. Th. de luſorio Danubij.

1 CVNEVS EQVITVM Scutariorum, ſtatiua habebant Sacidauæ, quam citra ripam Danubij, in Myſia inferiore Ptolomæus collocat Huius, & ſequentium, Itinerarium meminit. Hoc oppidum depictũ non reperitur, ſubſequente enim Duce Moeſiæ ſecũdæ in alio cuneo equitum rectius repræſentatur.

2 CVNEVS EQVITVM Solenſium, Capidauæ morabatur: Myſiæ inferioris vrbs eſt Itinerario. Solenſes à Sole Ciliciæ oppido dicti, quod Solon, inquit Suidas, ædificauit: poſtea Pompeiopolis eſt uocatum, quia Pompeius, Piratas quas ſeruauerat, eò tranſtulit: Alius Cuneus equitum Solenſium militabat cum Duce Moeſiæ ſecundæ. Hi ſub nullo Magiſtro reperiuntur.

3 CVNEVS EQVITVM Stableſianorum, degebat Cij: in Myſia inferiore; ad Danubium hoc oppidum ponit Itinerarium. Hic Cuneus eſt unus ex X. vexillationibus Comitatẽſibus Magiſtri militum per Orientem, qui Equites ſecundi Stableſiani dicebantur, quorum pars Comiti Aegypti inſeruiebat, & duo Cunei huic Duci: vnde Vexillationes in Cuneos diuiſas fuiſſe apparet.

4 CVNEVS EQVITVM Stableſianorum præerat Bireo. Hæc omnia ſunt loca ultra Danubium; Biroè legitur in Itinerario, apud quod hæc oppida nominantur.

5 CVNEVS EQVITVM Cataphractariorũ, Arubio inſidebat, citra Danubium: Arrubio, ſcribit Itinerarium. Hic, & ſequentes erant ex X. Vexillationibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem, aut ex V. palatinis Magiſtri præſentalis: quorũ Cunei etiam Duci Moeſiæ inſeruiebant.

6 CVNEVS EQVITVM Armigerorum, habitabat in Aegyſſo: Aegyſo apud Itinerarium.

7 CVNEVS EQVITVM Arcadum, manebat in Talamonio, qui locus eſt citra Danubium. Telamonem urbem, in Tyrrhenia fuiſſe Stephanus ſcribit: Hic etiam erat pars vnius ex V. Vexillationibus palatinis Magiſtri militum præſentalis.

### *AVXILIARES VERO HI ERANT.*

1 MILITES Nauclarij, degebant Flauianæ trans Danubium, forte, quòd naues 125. claſsis Danubii ſequerentur, & tuerentur, nauclarii ſunt uocati: Erant & milites tertii Nauclarii, ſub ſequenti Duce Moeſiæ ſecundę.

2 MILITES Superuentores, habitabant Axiupoli, urbs in Troglodytis ſecundùm Danubium, citra Axium Macedoniæ fluuium, in ſinum Thermaicum erumpentem, inquit Ptolomæus; unde Axiupolis. i. Axij ciuitas. Axium olim Bardariũ dictũ uult zonaras in Baſilio porphyrogenito Repentinum uerò hoſtis aduẽtum, uocat ſuperuentum Vegetius; [g] & ſubiungit. Globus autem dicitur, qui à ſua acie ſeparatus uagos ſuperueniens incurſat hoſtes. Hi ergò ab alijs ſeparati, quòd repẽtina incurſione hoſtes inuaderent, Superuentores potuerunt appellari; ſicut & Præuentores, quorum infrà fiet mentio, qui hoſtes præueniebant, & eos turbabant, uel ante ipſos locũ caſtris oportunum præoccupabant. Horũ meminit Marcellinus, [g] Triceſimani, inquit, Decimique Fortenſes, Superuẽtores, & Præuentores, cum Aemiliano iam Comite, quos Tyrones, tùm etiam Nouellos, hortante adhuc memorato protectore erupiſſe Singara, Perſaſque fuſos in Samnium retulimus trucidaſſe quàm plures. Manuſcriptus legit, Milites ſuperuentorum, auxiliares erant, nec cohortis, uel legionis formam habentes, quorum numerus ſciri nequit.

g lib. 19.

3 MILITES Scythici in Carſo morabantur, Carſeum uocat Itinerarium, Ptolomæus citra Danubiũ

ad

GRANADA

a lib.20.

ad ripam ponit. Horum auxiliarium meminit Marcellinus [a] loquens de Conſtantio, Auxilia, inquit, Scytharum poſcebat mercede uel gratia.

4 MILITES Secundi Conſtantini ſtatiua habebāt Troſmis; Triſmas habet Ptolomęus, citra Danubiū ad eius ripam. Legionem primam Iouianam Scythicam Itinerarium hic collocat, quæ legio Antoninis imperantibus nondum erat: quare aut Itinerariū non eſt Antonini, aut plura illi uolumini à poſterioribus addita fuere.

5 MILITES Scythici incolebant Dirigothiam, Dimiguthia eſt apud Itinerarium, Dinogetia apud Ptolemæum.

6 MILITES Primi Conſtantiani, inſidebāt Nouioduno; id ponit Ptolomæus citrà Danubium, ſecundum eius ripam. Nouiodunum etiam eſt in Pannonia in Occidente, quod ab hoc diuerſum eſſe uidetur niſi utriuſque Imperij Duces, ad hoc oppidum caſtra coniunxiſſent: propè enim eius fines erant. Dunum eſt Moeſiæ ſecūdæ ciuitas hoc uero Nouimdunum; alibi Nebiodunum uocatur, [b] ſed Nouiodunum Marcellinus appellat, [c] Per Nouiodunum, ait, nauibus ad tranſmittēdum amnem connexis, Greutungos bellicoſam gentem aggreſſus eſt: Ibi Valens aliqua iura condidit. [d] Itinerariū Nouioduni legionem II. Herculeam locat. eſt & aliud Nouiodunum in Heluetijs, quod ab ipſis in Iulij Cæſaris inuidiam incenſum fuiſſe Dion memorat. [e]

b l.1.C.de ueſtibus holober.
c lib.27.
d l.4.C. de conueniend. fiſci debitorib.
e lib.40.

7 MILITES Quinti Conſtantiani, Salſouiæ manebant, cuius Itinerarium meminit: Erant ex XVIII. Auxilijs palatinis Magiſtri militum in præſenti.

8 MILITES Primi Gratianenſes, Gratianam tenebant, unde ſunt appellati: Vrbs eſt in Illyricorum finibus, ait Procopius. [f] Aliqui putant eſſe Gradiſcā.

f lib. 1. de bello Goth.

*ITEM LEGIONES RIPARIENSES.*

RIPARIENSES dicti ſunt, qui ad fluminum ripas caſtra habebant, quòd ut plurimùm in limitibus Imperij eueniebat. Gratianus A. [g] Cùm ſupra uirentes fluminum ripas ait omnis legionum multitudo conſiſtit: nullus omninò immundo fimo ſordidatis fluentis commune poculum polluat. Herodianus in 6. Romanorum caſtra, inquit, impoſita fluminum ripis imperij limites tuentur. Hinc caſtra riparenſia caſtrenſiana, ab Arcadio ſunt dicta. [h] Inde etiam Pannonia ſecunda & Dacia riparienſes ſunt dictæ à ripis fluminum, ubi milites caſtrametabātur; ſic Caſtrenſiani milites dicti, qui in caſtris riparienſibus perpetuo excubabant. Quæ hac in regione Danubij ripam tuebantur, legiones erant numero ſeptem.

g in l.cum ſupra 12.C. de re milit.
h in l.contra 14. C.eod.tit.

1 PRAEFECTVRAE Legionis ſecundæ Herculianæ, habitātis Troſmis, ſeu Triſmis, de quibus ſupra: Eundem enim locum auxilia ſecunda Conſtantiana incolebant. Hic tota legio non manſit, ut ex ſequentibus conſtat, unde fortè cohortis numerus, aut nomen hic deeſt, uel pars legionis pro tota nominatur. Nulla legio huius Ducis, ſub Magiſtris militum reperitur: in uetuſto codice hic & in ſequentibus legitur, pręfectus.

2 PRAEFECTVRAE RIPAE Legionis ſecundæ Herculiæ, cohortis quintæ Pedaturæ interioris, manentis Axiupoli: de qua ſuprà. Pedaturam uocat pedationem ſeù munitionem ex aggeribus, & pedamētis factam ad ripam. Pedationem enim Columella [i] pro fulcimento, quo pedamentis uinea ſuſtinetur, accipit: Pedaturam ergo inferiorem intelligit, ubi ſtabat quinta cohors ſecundę legionis Herculiæ, nō tota legio, cuius pars erat etiam Troſmis, ut in ſequenti.

i lib.4.c.12.

3 PRAEFECTVRAE Legionis Herculiæ, cohortis quintæ Pedaturæ inferioris Troſmis commorantis, de qua in proxime præcedenti.

4 PRAEFECTVRA Legionis primæ Iouiæ: Nouioduno inſidebat, de quo ſupra; & hic puto deficere cohortis numerum, quia tota hæc legio hic non reſidebat, ſed per plura oppida ſequentia erat diuiſa, & forte prima cohors, vel alia huius legionis hic ſtatiua habuit.

5 PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis primæ Iouiæ cohortis quintæ Pedaturæ ſuperioris Nouioduno caſtra habentis. Hanc præfecturam vitio ſcriptoris duplicatam, & pręcedentem, apud quam cohors deeſt, ex hac ſupplendam eſſe puto.

6 PRAEFECTVRAE RIPAE Legionis primę Iouiæ, cohortisq; quintæ Pedaturæ inferioris Acciſſo. oportuit hanc quintam cohortem legionis primę Iouiæ diuiſam fuiſſe, quia duobus in locis ſtatuitur, aut alter numerus pro quinta ſubſtituendus.

7 PRAEFECTVRAE RIPAE Legionis primę Iouiæ, Cohortis ſecundæ Herculię Muſculorum Scythicorum & claſsis in Platypegijs; quæ uox latinè ſonat, latam plagam. Huius legionis Cohors ſecunda Herculia eſt dicta, cum legio Iouia cognominaretur, & præerat Muſculis, ideſt minoribus machinis, quibus tecti milites foſſas complanabant: Horū meminit Cæſar, [k] Claſsis quoque ſtationem habebat Platypegiis, qui locus erat ad Pōtum Euxinum, vbi ſtabat Claſsis 125. nauium, quæ hoc ordine cura Ducis, & eius officii reparabatur. XVII. quotannis nouæ fabricabantur, ita vt per ſeptennium compleretur numerus nauium CXIX. Ex illis XVII. quinque Iudiciariæ, decem Agrarienſes appellabantur, fortè quòd Iudices & Domini pro numero agrorū ad eas conſtruendas ſtipem conferrent. Luſoriæ hę naues, ſeu rates vocabantur, [l] ita etiam appellat Marcellinus & Vegetius, [m] Claſsium, inquit, duo ſunt genera, vnum liburnarum, aliud Luſoriarum; Claſsibus enim maria vel flumina; peditibus colles, vrbes, plana, & arbuſta ſeruantur; & in fine operis eas, per Danubium excurriſſe dicit: Itaque naues illæ annis ſeptem durabant, & quotannis pars renouata, Claſſem perpetuò integram conſeruabat. In Vrſini Codice mendosè legitur, Xyplateypegijs.

k lib.7.belli Gallici, & 3. belli ciuilis.
l l. 1. C.T. de luſor. Danub.
m lib.2.c.1.





NOTITIA

# DVX MOESIÆ SECVNDÆ CVM INSIGNIBVS.




NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Moeſiæ ſecundæ.

CVNEVS *equitum Scutariorum, Securiſcæ.*
CVNEVS *equitum Solenſium, Duno.*
CVNEVS *equitum Scutariorum, Latris.*
CVNEVS *equitū Armigerorū Sexagintapriſtę.*
CVNEVS *equitū ſecundorū Armigerorū Tegrę.*
CVNEVS *equitum Scutariorum Appiariæ.*
CVNEVS *equitum Stableſianorum Sucidauæ.*

Auxiliares.

MILITES *Præuentores, Anſamo.*
MILITES *Conſtantini, Trimammio.*
MILITES *Daciſci, Mediolano.*
MILITES *tertij Nauclarij, Appiariæ.*
MILITES *Nouenſes, Tranſmariſcæ.*
MILITES *primi Moeſiaci, Candidianæ.*
MILITES *Moeſiaci, Teglicio.*
MILITES *quarti Conſtantiani Duroſtoro.*

*MILITES Cimbriani, Cimbrianis.*
*MILITES Nauclarij Altinenſes, Altino.*

## Item Legiones Ripirienſes.

*PRÆFECTVRÆ Legionis primæ Italicæ Nouis.*
*PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis primæ Italicæ, cohortis quintæ Pedaturæ ſuperioris Nouis.*
*PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis primæ Italicæ, cohortis quintæ Pedaturæ inferioris LX. priſtæ.*
*PRAEFECTVRAE Legionis vndecimæ Claudiæ Duroſtoro.*
*PRAEFECTVRAE Legionis undecimæ Claudiæ, cohortis quintæ Pedaturæ ſuperioris Tranſmariſcæ.*
*PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis undecimæ Claudiæ, cohortis quintæ Pedaturæ inferioris Tranſmariſcæ.*
*PRÆFECTVRÆ nauium Amnicarum & militum ibidem deputatorum.*
*OFFICIVM autem habet ita.*
*PRINCIPEM de eodem officio. qui completa militia adorat protectorem.*
*Numerarios, & Adiutores eorum,*
*Commentarienſem,*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue Subſcribendarium.*
*Exceptores, & ceteros officiales.*

## Et quę de minore Laterculo emittuntur.

*IN prouincia RHODOPA, COHORS quarta Gallorum Vlucitræ.*
*In prouincia THRACIA COHORS prima Aureliana, ſub radice Viamatæ.*
*COHORS tertia Valeria Baccarum Draſdeæ.*

## COMMENTARIVM,

### Cap. CLII.

DVAE ſunt inter Aemum montem, & Danubium Mœſiæ, ſeu Myſiæ. Prima quæ ſuperior, & ſecunda, quæ inferior uocat, ut appellant codices manuſcripti, & Iureconſulti,[a] Quælibet proprium Ducem habebat, & utrique eadem erant inſigna, & officium, uidelicet liber, & codicilli magiſtratus, prout in alijs Ducibus eſt uiſum. Vrſini codex, & ſi turbata oſtendit eorum inſignia, Ducem tamen Moeſiæ primæ Duci Moeſiæ ſecundæ, ut puto rectiùs præmittit. Ego uerò impreſſi ordinem ſequor: Prius uniuerſæ Illyrico, ideſt Moeſijs, & Daciç. Thracijsque unus Dux præerat: ſub Valeriano enim Vlpius crinitus Illyricũ protexit; auctor eſt Spartianus Regillianum ſub Gallieno Illyrici Ducem fuiſſe, & Marcellinus[b] Valentinianũ ſub Conſtantio ex primicerio protectorũ tribunum ducis in Illyrico egiſſe: Poſteà uerò ſeparatim his prouincijs proprius dux datus fuit: Theodoſium enim, qui deinde imperauit, prima lanugine iuuenem, ducem Moeſiæ fuiſſe, idẽ Marcellinus[c] ſcribit, ſed de qua Moeſia loquatur, non aperit. Moeſia ſecunda ſeu inferior ad Pontum Euxinum tendens Bulgaria, ſeu Segiria nũcupatur. Eius Dux habebat imagines ſeptem munitionum, quarum duæ contigua rotundaque habebãt propugnacula, ſcilicet Tegra, & Latris. Auxiliares in alijs XV. oppidis degebant, cum Legionibus & cohortibus; Itaque omnia erant XXII. quæ à ſeptem cuneis equitum, decem auxiliarium peditum numeris, & cohortibus tribus, alijsque ſex legionibus defendebantur. Septima cohors erat Claſſica: Omnes poterãt eſſe equites 700. peditum circiter 8000. Hic Dux officium eodem modo habebat, quo Dux Scythię,[d] reparandęque claſſis Myſiacę centum nauiũ, quę luſorię uocabantur.[e] curam habebat. Huius Ducis de maiore laterculo hę copię emittebantur.

a in l. apud hoſtes. ff. de captiu.
b lib. 18.
c lib. 29. ad fin.
Præſidia 22.
Claſſis 1. Equites 700. Pedites 8000.
d d. l. 1. C. T. de luſor. Danub.
e d. l. 1. C. Theo. de luſor. Danub.

1 CVNEVS Equitum Scutariorum, manebat Securiſcę; quam uetuſtate collapſam Iuſtinianus reſtituit, Procopius[f] Poſt regionem, inquit, quam Burgũ uocãt, Securiſcam caſtellum ędificauit Iuſtinianus, idque nouum fecit. Erant Scutarij ex VII. Vexillationibus Comitatenſibus primi Magiſtri militum pręſentalis, & ex VI. alterius: Iidem ſeruiebant Comiti Aegypti Peluſij.

f lib. 4. de ædif. Iuſtin.

2 CVNEVS equitum Solenſium, Duno degebat; Alius Solenſium Cuneus cum Duce Scythię merebat. Duno autem ſignificat collem, ut ait Goropius lib. primo Gallicorum, & multa oppida in hanc Vocem deſinunt. ut Singidunum infra ſub ſequenti duce Moeſię primę, & Segedunum ſub duce Britanniarum.

3 CVNEVS equitum Scutariorum Latris ſtatiua habebat; Hi & ſequẽtes ſunt ex VII. Vexillationibus comitatẽſibus primi Magiſtri militũ pręſentalis, aut ex X. Magiſtri militum per orientem; quorum duo cunei, alter cum Duce Scythię, alter cum Duce Aegypti militabat. Manuſcripti pro Latris, mendoſe habẽt, latius. Latrum .n. Moeſię flumen fuiſſe Iornandes[g] ſcribit: Eniua, inquit, Nicopolim accedit, quę iuxta Latrũ fluuium eſt ciuitas notiſſima: Hinc denominatum eſt oppidum Latris, ubi hic Cuneus reſidebat, & ſecundum fluuium latrũ caſtrametabatur.

g de reb. Geticis.

4 CVNEVS equitum Armigerorum Sexagintapriſtę morabatur Hic eſt ex ſeptem Vexillationibus Comitatenſib. Magiſtri militum per Orientem, quorũ Cuneus militabat ſub Duce Scythię: Itinerarium pro Sexagintapriſtę legit, Sex tãta Priſtris. Socrates[h] Τεζανταπρισαὶ, ideſt Tezantapriſtę. Vrſini codex habet Sexaginta, ſine alia dictione: vt intelligantur hi equites LX. fuiſſe: Sed eſt nomen loci, qui uel Sextantapriſta, vel Sexagintapriſtæ vocabatur: vtrunque enim reperitur, infra in legione, quæ ibidem habitabat. Tiriſta Ptolomæo eſt vrbs Myſiæ inferioris; Briſta à Cedreno uocata.

h in Hiſtoria Eccleſiaſtica.

5 CVNEVS equitum ſecundorum Armigerorum Tegræ reſidebat; Tigram Itinerarium uocat.

6 CVNEVS equitum Scutariorum, manebat Appiariæ; Itinerarium huius meminit, & ſequentis. Hic degebant & Tertij Nauclarij pedites, de quibus infra.

7 CVNEVS equitum Stableſianorum, hoſpitabatur Sucidauæ. Etiam pręcedens Dux, Sucidauæ pręerat, quæ ab hac uidetur diuerſa fuiſſe; quia; duo Duces in diuerſis prouincijs eidem oppido non pręſidebant, niſi dixerimus utrunque prope hoc oppidum caſtrametatum fuiſſe. Hic Cuneus erat ex X. vexillationibus Magiſtri militum per Orientem; Alter eiuſdem nominis ſub Comite Aegypti militabat.

### *AVXILIARES VERO COPIAE erant iſtæ.*

1 MILITES Præuentores Anſamo præſidebant; hi, quòd ceteros in pugna præuenirent, Præuentores ſunt appellati: Superuentores verò, qui prælio ſuperueniunt, de quibus ſupra.





2 MILITES Conſtantini, ſtatiua habebant Trimãmio. Triomammium appellat Itinerarium. Trimanium Ptolomæus.

3 MILITES Daciſci, ex Daci proxima regione, in Mediolani oppido excubabant. Aliud eſt Mediolanum inſubriũ, ubi multa Iura ſunt condita.[a] multa ſunt huius nominis oppida, ut apud Inſubres in Gallijs & Germania; ſignificat hæc uox ſecundum Goropium[b] lingua cimbrica regionem ſuppeditantem magnam copiam metedorum.

a l. 2. C. de bonis vacantib. li. 6. C. de annon. & tribut. lib. 6. & 7. C. de exactorib. tribut. l. vnic. C. de ſuperindicto. l. fin. C. ne de ſtatu defunc. l. 6. C. qui teſt. fac. poſ. l. pe. C. de excuſa. tut. cum multis alijs.
b lib. 1. Gallicorum, in fi.

4 MILITES tertij Nauclarij, habitabãt Appiariæ, ubi etiam Cuneus equitum Scutariorum: Hi claſſem, ut puto, ſequebantur, de quibus ſupra, in præcedente Duce Scythiæ. Appiaria, & ſequentia oppida, ponuntur etiam in Itinerario.

5 MILITES Nouenſes, Tranſmariſcæ morabantur, ex Nouæ oppido, ad ripam Danubij ubi excubabant, Nouenſes ſunt appellati. Tromariſcam Ptolomæus uocat, quam ſecundum ripam Danubij, Põtum Euxinum uerſus ponit; ubi, inquit, erat legio ſcilicet XI. Claudia, de qua infra. Hic quandoque iura Diocletianus condidit,[c] in quibus mendoſe legitur Trans mare pro Tranſmariſcæ.

c lib. 28. C. de fideicommiſſis.

6 MILITES primi Moeſiaci, Candidianæ ſtatiua habebant, ita etiam Itinerarium appellat.

7 MILITES Moeſiaci, in Teglicio oppido reſidebant, ad ripam Danubij. Teglicio legit Itinerariũ; forte hi milites ſecundi. Męſiaci appellandi, ad differentiam præcedentium.

8 MILITES. quarti Conſtantiani Duroſtoro; Doroſdoro in Itinerario, ubi, inquit, legio XXI. Claudia. Duroſtro uero apud Marcellinum[d] Myſia, ait, ubi Marcionopolis, à ſorore Traiani Principis ita cognominata, & Duroſtrus, & Nicopolis, & Odyſſus. Ptolomæus Duroſtorum appellat, ubi, inquit, eſt legio prima Italica. Duroſtolam alij legunt quę & Driſtra uocatur, à Zonara, ubi ſemper fuit præſidium Rom. etſi numeri militum mutati[e]

d lib. 27.
e in Ioanne Ziſmiſca.

9 MILITES Cimbriani, Cimbrianis excubabant, unde nomen habuete. Ciabrum fluuium in Męſia prima Ptolomæus ponit; unde forte hi, paucis mutatis litteris ſunt denominati. Cimbrianam appellat Itinerarium.

10 MILITES Nauclerij Altinenſes, Altino præſidebant, unde denominãtur. Hæ ſunt copiæ mediterraneę. Nunc ad riparenſes eſt tranſeundum.

### *ITEM LEGIONES Riparenſes.*

Apud Notitiam, & Ptolomæum, Pręfecturæ proprie ſunt legionum, que hic Riparenſes uocantur, quia ripam Danubij tuebantur: Hæ erant duę; prima Italica, & XI. Claudia, neque hæ integræ, quia earum pars etiam alibi militabat, vt infra dicetur. ita vero erant diſpoſitæ.

1 PRAEFECTVRAE Legionis primæ Italicæ Nouis: Nouæ alilæ, vel Theodoſiopolis, cuius meminit Chalcedonenſe concilium. Iornandes Euſteſium alio nomine dictum affirmat, Cniua, inquit, nonnullos ad vaſtandam Mœſiam dirigit, ipſe cum ſeptuaginta millibus ad Euſteſium, id eſt, Nouas conſcendit. Hanc legionem Duroſtori collocatam fuiſſe Ptolomæus ſcribit, quæ poſtea diuiſa, huc translata fuit. Eſt vna ex V. Legionibus Pſeudo comitatenſibus Magiſtri militum per Orientem, quæ à Nerone inſtituta, & à Veſpaſiano victa, per Illyricum diſperſa fuit, poſtmodum a poſterioribus Principibus eſt reſtituta. In manuſcripto Vrſini legitur. Præfect. Legionis primæ Italicæ, cohortis quintæ Pedatnræ ſuperioris Nouas; quod eſt idem cum ſequenti: Vnde per errorem in eo codice hanc præfecturam repetitam exiſtimo. Vetus codex pro præfecturæ vbique legit, præfectus.

2 PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis primæ Italicæ, cohortis quintæ Pedaturæ ſuperioris, degebãt Nouis. Hic erat tantum pars cohortis quintæ ipſius legionis, quia eadem infra reperitur: Additur Ripæ, quia ſecundum ripas Danubij excubabat hæc legio: nam & Riparenſes uocantur hæ legiones.

3 PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis primæ Italicæ, cohortis quintæ Pedaturæ inferioris, ſeu ualli, morabatur Sexagintapriſtæ, de qua ſupra. longa erant hæc caſtra, quæ plures capiebant.

4 PRAEFECTVRAE Legionis XI. Claudiæ, Duroſtoro inhabitãtis, vbi ẽt Itinerarium hanc legionẽ ſtatuit; ſed hic, primam Italicam fuiſſe, Ptolomæus ſcribit, quæ Nouos eſt tranſlata, & loco eius, Claudia XI. poſita, quæ tamen non tota hic degebat, cum pars eſſet Tranſmariſcæ. Dion[f] refert, Vndecimam Claudianam Legionem in Myſia inferiore fuiſſe, quam à ſe Claudius cognominauit: Furium enim Camillum Scribonianum Dalmatiæ legatum, Imperatorem appellatum, cum neque aquilæ conuelli, ſignaue moueri potuiſſent, miraculo moti milites occiderunt, & ad Claudij fidẽ reuerterunt.[g] Quintam quoque legionem, quæ cum Camillo conſpirauerat, ad ſacramentum reuocatam, Claudiam, Claudius nominauit.[h]

f lib. 55.
g Oroſius & Trãquill.
h Dion. lib. 55.

5 PRAEFECTVRAE Legionis XI. Claudiæ, cohortis quintæ Pedaturæ ſuperioris, degebat Tranſmariſcæ: de qua ſupra. Et hæc cohors diuiſa, duobus tribusve in locis excubabat, ut ex ſequentibus liquet. Pars etiam in Occidente, ſub Comite Hiſpaniarum merebat: Legiones enim Valentinianus cum Valente diuiſit, ut auctor eſt Marcellinus.[k] & ſæpe dixi.

i lib. 26.

6 PRAEFECTVRAE Ripæ Legionis XI. Claudię, cohortis quintæ Pedaturæ inferioris, Tranſmariſcæ manebat. Hæc cohors ſuperiorem & inferiorem Ripam tuebatur Tranſmariſcæ: aut per errorem, quòd ſuſpicor, eſt duplicata. Sub Magiſtris militum hæc legio fuiſſe non legitur, niſi ſunt Vndecimani VI. Legionis palatinæ ſub Magiſtro militum in præſenti.

PRAEFECTVRAE nauium Amnicarum, & militum ibidem deputatorum. Intelligit autem amnem Danubium & quatuor valida eius oſtia à Ptolomęo deſcripta, & Hieraſum Fluuium, in quibus nauigabatur.

Claſſis.

### *QVAE DE MINORE LATERCVLO emittuntur, ſunt ſequentes.*

Prouincia RHODOPA, à monte Rhodope dicta, in mare Aegeum porrigitur, & ab Oriente Nigrum, ab Occidente Neſſum flumina habet; ut in eius Pręſide eſt dictum: In hac prouincia erat COHORS IIII. Gallorum, quę Vlucitræ excubabat.

In prouincia vero THRACIA, quæ à Septentrione Aemo monte; ab Oriente Propontide; à Meridie Aegeo mari; ab Occidente Neſſo flumine cingitur, ut Ruffus, & Ammianus[l] referunt; erant duæ ſequentes cohortes.

k lib. 27.

COHORS prima Aureliana ſub radice Viamatæ montis. Ab Aureliano Imperatore eius auctore hęc cohors eſt appellata. Vetuſtus codes habet Mamarę.

COHORS III. Valeria Baccarum Draſdeę: In Pannonia inferiore Ptolomęus Bachiam ponit, ubi erat pars Valerię: inter Dauum, & Danubium; alij dicunt Sauum; unde delecti erant huius cohortis milites. Hactenus de ducibus Thracias tuentibus: Nunc de duobus alijs Illyrici eſt dicendum.

# NOTITIA
# DVX MOESIAE PRIMAE
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Mœſiæ primæ.

CVNEVS *equitum Conſtantiacorum Pinco.*
CVNEVS *equitũ Promotorum Flauiana.*
CVNEVS *equitum Promotorum Flauiana.*
CVNEVS *equitum ſagittariorum Tricornio.*
CVNEVS *equitum Dalmatarum Aureomonte.*
CVNEVS *equitum Promotorum Viminacio.*
CVNEVS *equitum ſaggittariorum Laedenatæ.*
CVNEVS *equitum Dalmatarum Pinco.*
CVNEVS *equitum Dalmatarum Cuppis.*

### Auxiliares.

AVXILIARES *Reginenſes contra Reginam.*
AVXILIARES *Tricornienſes Tricornio.*
AVXILIARES *Nouenſes ad Nouas.*
AVXILIVM *Margenſæ Margo.*
AVXILIVM *Cuppenſe, Cuppis.*
AVXILIVM *Gratianenſe, Gratiana.*
AVXILIVM *Taliatenſe, Taliata.*

AVXI-



AVXILIVM *Aureomontanum Tricornio.*

### Item Legiones.

PRÆFECTVRÆ *Legionis quartæ Flauiæ Singiduno.*
PRÆFECTVRÆ *Legionis Septimæ Claudiæ Viminacio.*
PRAEFECTVRAE *Legionis ſeptimæ Claudię Cuppis.*
PRAEFECTVRAE *Militum cõtra Margum in caſtris Auguſto flauianenſibus.*
PRAEFECTVRAE *Militum exploratorum Nouis.*
PRAEFECTVRAE *Militum exploratorum Taliatæ.*
PRAEFECTVRAE *Militum Vincentienſium Laedenatæ.*
PRAEFECTVRAE *Militum exploratorum Zmirnæ.*
PRAEFECTVRAE *Claſſis Hiſtriæ Viminacio.*
PRAEFECTVRAE *Claſſis Stradenſis, & Germenſis Margo.*
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de eodem Officio, qui completa militia adorat Protectorem.*
*Numerarios, & Adiutores eorum.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*A libellis ſiue ſubſcribendarium.*
*Exceptores, & ceteros officiales.*

## COMMENTARIVM.

### DE DVCE MOESIAE PRIMAE. Cap. CLIII.

ETSI, prima in primis ſunt præmittenda, vt ait Ariſtoteles,[a] & hic debuiſſet ſecundæ Mœſiæ Duci anteponi, quem ordinem etiam in prouincijs Ptolomæus obſeruat: Notitia tamen impreſſa primum ſecundo poſtponit, cuius ordinẽ ſecutus hic, de primæ Mœſiæ Duce tractabo, quæ in codicibus manuſcriptis prima & ſuperior Mœſia uocatur, cui Dardaniam Ptolomæus addit; eas etiam Gratianus A. ad Euſinium P.P. ſcribens coniungit:[b] & hanc prouinciam iam tum a Barbaris uexatam fuiſſe ſignificat. XV. loca hic Dux, octo cuneis equitum, nouem auxilijs, & ſub octo Præfectis, ſex legionibus, & duobus claſsibus tuebatur: poterant eſſe equites 800. peditum ſeptem millia, tribuendo mille pedites legioni, ſecundum Conſtantinum Porphyrogennetam. Is eadem habet inſignia, cum octo typis munitionum; & idem officium, quod Dux Mœſiæ ſecũdæ: octo tantum oppida hic repræſentantur, ſed alia ſeptem deſiderantur, ſequentes Cunei equitum illi parent.

a in 1. Rhetor.

b in l. 4. C. de metallar.

Præſidia 15. Claſſes 2. Equites 800. Pedites 7000.

1 CVNEVS equitum Conſtantiacorum, excubabat Pinco, à quo Pincenſios Ptolomæus uocat. Hic alius cuneus Dalmatarum ſub hoc Duce reſidebat. Alij Conſtantiani equites limites Daciæ Ripenſis ſub eorum Duce tuebantur.

2 CVNEVS equitum Promotorum Flauianæ degebat. Sabellicus uult eſſe Viẽnam. Hic cuneus erat unus ex quinque uexillationibus palatinis Magiſtri militum Præſentalis.

3 CVNEVS equitum Sagittariorum manebat Tricornio; unde Tricorneſios deducit Ptolomæus: Oppidum eſt ad ripam Danubij prope Sigidunum. Hi ſub Magiſtris militum per Thracias conſtituti, plures limites ſub diuerſis Ducibus tuebantur. Hoc in loco erant etiam auxiliares Tricornienſes nuncupati.

4 CVNEVS equitum Dalmatarum degebat in oppido Aureomonte; Huius meminit Itinerarium, & ſequentis. Aureum montem Aurelius uictor à Probo uineis conſitum fuiſſe memorat.

5 CVNEVS equitum Promotorum habitabat in oppido Viminacio; eſt ſecundum Danubium, ubi legionem fuiſſe Ptolomæus ſcribit; Hanc urbem uetuſtate dirutam, Iuſtinianus rędificãs nouam effecit, inquit, Procopius.[c] Ibidem à Seuero Antoninum caracallam filium Cæſarem dictum auctor eſt Spartianus. Circiter annum 294. Diocletianum Viminacij diu degiſſe, plura ab eo condita Iura oſtẽdũt,[d] ſed, & alia ibi à Conſtantio ſcripta fuere.

c lib. 4. de ędiſ. Iuſtin.

d l. 4. C. de his q vel met. cau. l. 21. C. de neg. geſt. l. vlt. C. de errore aduoca. l. 23. C. de iure dotiũ. l. 20. & ſeq. C. de don. inter vir. & vxo. l. vnic. C. de alienati. iudic. mut. cau. facta. & alię.

6 CVNEVS equitum Sagittariorum, Laedenatæ reſidebat; ubi erant & milites Vincẽtienſes, de quibus infra ſub hoc Duce.

7 CVNEVS equitum Dalmatarum, Pinco præſidebat; ubi etiam erant Conſtantiaci ſupradicti. Hic cuneus in manuſcripto Vrſini deeſt.

8 CVNEVS equitum Dalmatarum, Cuppis morabatur: ubi quoque auxilium Cuppenſe, & pars legionis 7. Claudiæ reſidebat. Ex diuerſis Vexillationibus Magiſtrorum militum in præſenti, & per Thracias ſub pluribus Ducibus limitum earundem uexillationum cunei merebant.

### AVXILIARES.

1 AVXILIARES Regionenſes, ſtatiua contra Reginam habebãt. Regianam Ptolomæus nominat, ſecundum Danubium in Moeſia inferiore: forte illud eſt, quod Procopius[f] Regium appellat.

f lib. 4. de ædiſi. Iuſtiniani.

2 AVXILIARES Tricornienſes, in oppido Tricornio habitabant; ubi etiam equites Sagittarij ſupradicti ſub hoc Duce degebant.

3 AVXILIARES Nouenſes morabãtur ad Nouas. Hæ forte erãt diuerſæ à Nouis, quæ ſupra ſub Duce Moeſiæ ſecundæ ſunt poſitæ, ne iura duorum Ducum, in eodem loco confunderentur, ſed forte caſtra utriuſque ad Nouas coniuncta fuere. Hi milites, & ſequentes, à loco ubi reſidebant ſunt denominati.

4 AVXILIVM Margenſe, à Margo loco ubi excubabat nomen habuit. Meargum legit Eutropius, Moeſiæ oppidum inter Viminacium & Aureum mõtem, ubi Carinus occubuit.[g] Marcellinus comes, Margum planum appellat, inter Danubium & Martianum flumina.

g Auctores Caſſiodor. Iornand. & Eutropius.

5 AVXILIVM Cuppenſe, Cuppis ſtatiua habebat.

6 AVXILIVM Gratianenſe, Gratianæ à Gratiano nuncupatæ degebat.

7 AVXILIVM Taliatenſe, Taliatæ morabatur. Taliam Itinerarium uocat. Hic erant & milites exploratores.

8 AVXILIVM Aureomontanum, prę́ſidebat Tricornio. Hi ex Aureomonte erant contracti.

### ITEM LEGIONES SEQVENTES.

Limitaneis Mœſiæ primæ equitibus, & auxilijs præmiſsis, nunc præfecturæ, quæ proprie legionũ erant ſubijciuntur: & ideo omnes ſequentes milites legionum fuere, quod etiam inſcriptio oſtendit, & minimum quatuor legiones fuiſſe uidetur: Quarta Fla-

ta Fla-

ta Flauia ; ſeptima Claudia ; alia Exploratorum ; Vltima Vincentienſium, quæ per uaria caſtra, & claſſes duas hoc ordine erant diſpoſitæ.

PRAEEECTVRAE Legionis quartæ Flauiæ, Singiduno tribunus præerat Singidocium appellat Ptolomæus alij. [a] Singidonium. Sigindunum vocat Conſtantius, vbi aliquot iura condidit. [b] Eſt ſecundum Danubium initio Myſiæ. Hanc legionem à Flau. Veſpaſiano inſtitutam Dion [c] ſcribit, & ab eo Flauiam nuncupatam, in Syriaque locatam, quæ poſtea in Męſiam primam traducta fuit; Hæc, & ſequentes ſub Magiſtris militum reperiuntur.

a ut Iornandes, Tripartit. Aurelius Victor in Iouiano.
b li.28. C. The. de appell.
c lib.55.

PRAEFECTVRAE Legionis VII. Claudiæ, Viminacio pręſidebat, ubi etiā erat cuneus equitum Promotorum. Ptolomæs de hac legione intelligit, cum Viminacij legionem fuiſſe ſcribit. Dion quoque [d] dicit eam in Mœſia ſuperiore ab Auguſto locatam, cui Claudianæ poſtea nomen fuit, ob cauſam in XI. Claudia, ſub præcedente Duce adductā. Tota uno in loco non erat hæc legio, ſed per plura diſperſa, ut patet ex ſequentibus.

d d. lib. 55.

PRAEFECTVRAE Legionis VII. Claudię, ſtatiua habebat Cuppis; ubi quoque cuneus equitum Dalmatarum, & Auxilium Cuppenſe erat. Diuiſa hęc legio duobus in locis reſidebat.

PRAEFECTVRAE militum contra Margū, in caſtris Auguſto flauianēſibus: ita à Fla. Veſpaſiano hęc caſtra ſunt appellat, qui etiam Flauiam legionem inſtituit. Horum militum nomen deeſt. forte Exploratores, ut ſequētes uocabanī, & in quatuor pręfecturas diuidebantur: præfecturæ.n. oēs legionū fuere.

PRAEFECTVRAE militum Exploratorū, Nouis ubi etiam degebant auxiliares Nouenſes. Exploratores ſunt milites in exercitu, qui conſilia, & actiones hoſtium inueſtigant, quod onus his iniunctum fuiſſe uidetur, Herodianus 8. ſpeculatores, inquit, atque exploratores exercitus narrant Maximino uacua relicta urbe, aufugiſſe omnes incolas. Et paulo poſt, nunciant exploratores maximam Italiæ urbē Aquileiam portas occluſiſſe. Plinius [e] loquēs de cortice fagi, & quarundam arborum, ita ſcribit: In recenti cortice, ad Duces Exploratores incidunt litteras à ſucco. Hos ex publico nutritos fuiſſe Procopius. [f] refert, Exploratores, inquit, antiquitus, tam apud Romanos, quam Perſas, lex eſt publice ali, qui clam aduerſus hoſtes ire conſueuerunt, ut illorum facta diligenter ueſtigata, Ducibus renuncient. Conſtantinus porphyrogenneta. [g] exploratores, inquit, ſunt, qui ea quæ de hoſtibus intellexerint, renunciant.

e lib. 16. c. 9.
f in 1. de bello Perſico.
g de thematibus ad fin.

PRAEFECTVRAE militum Exploratorum degentium Taliatæ; ubi quoque erat auxilium Taliatenſe.

PRAEFECTVRAE militum Vincentienſium, excubantium Laedenatæ; vbi etiam degebat cuneus equitum ſagittariorum, de quibus ſupra ſub hoc Duce, forte à Vincentia vrbe Valeriæ Vincentienſes ſunt denominati; alia eſt Vincentia Venetorum ciuitas clariſſima.

PRAEFECTVRAE militum Explorator ū Zmirnę commorantium; ſunt qui Syrnam ſcribendum putant.

Claſſis.

PRAEFECTVRAE Claſſis Hiſtrię, ab Hiſtro, per quem uehebatur, dictę; Viminacio ſtationem habebat.

Claſſis.

PRAEFECTVRAE Claſſis Stradenſis, & Germenſis, in Margo oppido ſtationem habebat: Marco legit Itinerarium; ſed credo legendum Margo à Marge, quem Mœſię clarum fluuium fuiſſe Plinius ſcribit, per quem hęc claſſis nauigabat. Stradenſis, vero & Germenſis, claſſes, à locis, ad quę applicabant, nomen habuere. In Mœſiaco limite centum naues luſorię appellatę fluuios permeabant; quemadmodum Honorius, & Theodoſius ſcribunt. [h] & ſupra in Duce Scythię eſt dictum. Tempore vero Notitię in hac Mœſia prima duę fuere claſſes Stradenſis & Germenſis, quę per Danubium, aut Margum flumen excurrebant aduerſus hoſtes, & ſpecies, armaue militum, vel res Principis tranſuehebant. **Hactenus de Duce Mœſię primę.**

h in l. 1. C. The. de luſor. Danub.

NOTITIA



# NOTITIA
# DVX DACIÆ RIPENSIS
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Daciæ Ripenſis.

CVNEVS *equitum Dalmatarum Forenſium Bononiæ.*

CVNEVS *equitum Dalmatarum Diuitenſium Dortico.*

CVNEVS *equitum Scutariorum Cebro.*

CVNEVS *equitum Dalmatarum Diuitenſium Auguſtæ.*

CVNEVS *equitum Dalmatarum Auguſtæ.*

CVNEVS *equitum Dalmatarum Varinæ.*

CVNEVS *equitum Stableſianorum Almo.*

CVNEVS *equitum Scutariorum Aegetæ.*

CVNEVS *equitum Conſtantinianorum Vto.*

### Auxiliares.

AVXILIVM *Miliarenſium Tranſalba Daciæ.*

AVXILIVM *primorum Daciſcorum Drobetæ.*

AVXILIVM *Criſpitienſe Criſpitiæ.*

AVXILIVM *Marienſium Oeſco.*

AVXILIVM *Clauſtrinorum Transluco.*

AVXILIVM *Secundorum Daciſcorum Burgo Zono.*

PRAEFECTVRAE *militum exploratorum Tranſdiernis.*

### Item Legiones.

PRAEFECTVRAE *Legionis quintæ Macedonicæ Varinianæ.*

PRAEFECTVRAE *Legionis quintæ Macedonicæ Crebro.*

PRAEFECTVRAE *Legionis quintæ Macedonicæ Oeſco.*

PRAEFECTVRAE *Legionis decimæ tertiæ Geminiæ Aegetæ.*

O PRAE-

PRAEFECTVRAE *Legionis tertiædecimæ Geminæ Tranſdrobeta.*

PRAEFECTVRAE *Legionis tertiædecimæ Geminiæ Burgonouo.*

PRAEFECTVRAE *Legionis tertiædecimæ Geminiæ Zernis.*

PRAEFECTVRAE *Legionis tertiædecimæ Geminiæ Ratiariæ.*

PRAEFECTVRAE *Legionis quintæ Macedonicæ Sucidauæ.*

TRIBVNVS *Cohortis ſecundorum reducum Sioſtæ.*

TRIBVNVS *Cohortis nonæ, Soſtiacæ.*

PRAEFECTVRAE *Claſſis Hiſtricæ Agetæ.*

PRAEFECTVRAE *Claſſis Ratiarienſis.*

OFFICIVM *autem habet ita.*

PRINCIPEM *de eodem Officio, qui completa militia adorat Protectorem.*

*Numerarios, & Adiutores eorum,*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*A libellis ſiue Subſcribendarium.*

*Exceptores, & ceteros officiales.*

## COMMENTARIVM.

### *DE DVCE DACIAE RIPENSIS. Cap. CLIIII.*

OLIM Dacia vltra Danubium vſque ad Sarmatas ad ſeptentrionem per ambitum mille milliariorum extendebatur; a Traiano in prouinciæ formam eſt redacta, deinde ſub Gallieno amiſſa, cùm in ea Ceronius, vel vt alij, Cecropius Dux eſſet; [a] demum cùm illam ægrè Aurelianus recuperaſſet, ipſius populos trans Iſtrum duxit; limitibuſque ad flumen tranſpoſitis, Daciam Ripenſem citra Danubium vſque ad Saucum appellauit, & ita Valentinianus vocat Tautomedi Daciæ Ripenſis Duci ſcribens. [b] Interiorem verò Daciam mediterraneam, dixit. [c] Auctor eſt Iornandes, [d] Dacos, inquit, ſub imperio ſuo Traianus, Decebalo eorum Rege deuicto adiecit, ac terras vltra Danubium, quæ habent mille millia paſſuum, in prouinciam redegit. Sed Gallienus eos, dum regnaret, amiſit. Aurelianuſque Imperator euocatis inde legionibus in Mœſia collocauit, ibique aliquam partem Daciam mediterraneam, Daciamque ripenſem conſtituit, & Dardaniam iunxit. Hæc ille. Eadem habebat inſignia hic Dux, idemq; officium, quæ ſuperiores Duces, & nouem oppidorum imagines, præter alia XIIII. hic non repræſentata. Itaque omnia erant præſidia XXIII. defenſa cuneis equitum 9. Auxilijs 6. legionibus 10. & alijs numeris ideſt cohortibus 2. & Claſsibus 2. poterat eſſe equites 900. peditum 10000. Verum tempore Notitiæ, Dacia, ab Attila Hunnorum Rege, Martiano, & Valentiniano imperantibus, deuaſtata fuit, inquiunt Paulus Diaconus, & Iuſtinianus. [e] Sed à Leone recepta fuiſſe videtur, cum de eius Ducis, & vtriuſque Mœſiæ, ac Scythiæ officijs diſponat. [f] Iuſtinianus certè omnibus cis Danubium Romano imperio adiectis priſtinos limites reſtituit. [g] Ducis Daciæ Numeri ſequuntur.

a Pollio in Gallienis.
b in l. 13. C. The. de op. publi.
c l. 4. C. de metallar. Nouel. 11.
d de regnor. & temp. ſucc.
Præſidia 23.
Equites 900. Pedites 10000. Claſſes 2.
e Nouella. 11.
f in l. ult. ad fin. C. de diuerſ. officijs
g d. Nouell. 11.

1 CVNEVS equitum Dalmatarum Forenſium, excubabat Bononiæ: eſt inter Drauum, & Sauum fluuios in Pannonia ſuperiore. Marcellinus lib. 31. ad Ripam Danubij locat; Gratianus, inquit, permeato Danubio delatus Bononiam, Sirmium introijt, & quatriduum ibi moratus, per idem flumen ad Martis caſtra deſcendit. Huius, & ſequentium, itinerarium meminit; vbi Conſtantinus iura condidit. [h] Forenſes autem à loco Forum dicto ſunt nuncupati; niſi legamus Fortenſium. Hos, & ſequentes cuneos Dalmatarum, ex vexillationibus Comitatenſibus Magiſtrorum militum præſentalium, & Magiſtri per Orientem eſſe puto.

h l. 1. C. de priui leg. Com. Augu.

2 CVNEVS equitum Dalmatarum Diuitenſium, Dortico præſidebat, de quo Itinerarium, & Ptolomæus; ſunt ex oppido ad Rhenum ſito è regione Agrippinæ, quod munimentum Diuitenſe, & vulgo Deutſch, appellatur. Diuitenſium meminit, & Marcellinus. [i]

i lib. 26. & 27.

3 CVNEVS equitum Scutariorum, Cebro præerat: à Ciambro Daciæ fluuio, aliqui hunc locum deriuant. Hic etiam erat pars legionis primæ Macedonicæ ſub hoc Duce.

4 CVNEVS equitum Dalmatarum Diuitenſium, Auguſtæ degebat. Pretoriam Auguſtam, Ptolomæus vocat, in Dacia. Itinerarium legit Auguſtis.

5 CVNEVS equitum Dalmatarum, & ipſe Auguſtæ morabatur: niſi fortè vitio librarij, bis idem præſidium ſit repetitum: vel Auguſtiam oppidum intelligit, de quo Ptolomæus.

6 CVNEVS equitum Dalmatarum habitabat Varinæ, Varianæ Itinerarium, quod & ſequentium præſidiorum meminit. Credo legendum Varinianæ, de qua infra, ubi pars legionis V. Macedonicæ, ſub hoc Duce excubabat.

7 CVNEVS equitum Stableſianorum, præſidebat Almo. Mons eſt Pannoniæ, quem Probus allatis ex Italia vitibus conſeuit. [k] Hi erant ex X. Vexillationibus Magiſtri militum per Orientem, per plura loca diſpertiti.

K Aurel. Auctor.

8 CVNEVS equitum Scutariorum, manebat Aegetæ legit itinerarium. Hic morabatur & pars legionis XIII. Geminæ, ſub hoc Duce, & Claſsis Hiſtrica appellata. Scutarij erant ex Vexillationibus vtriuſq; Magiſtri militum præſentalis in Oriente.

9 CVNEVS equitum Conſtantinianorum, in Vto oppido degebat. Vrſini codex habet, Lito: ſed prior lectio placet, ab Vto enim fluuio Daciæ Ripenſis, [l] dictum puto, quem Plinius, ex monte Hemo in Mœſia manare tradit. Alter horum cuneus fines Mœſiæ defendebat. Hi erant equites, qui Daciam tuebātur: ſequuntur pedites, & primo.

l vt ponit Comes Marcellin.

### *AVXILIARES.*

1 AVXILIVM Miliarenſium Tranſalbam Daciæ incolebat. Dicit Daciæ, quia alia oppida Tranſalbæ extra Daciam reperiebantur. Miliarenſis, locus eſt Romæ in hortis Saluſtianis, unde fortè hi nomen habuere, Vopiſcus. [m] Miliarenſem, inquit, porticum in hortis Saluſtij ornauit, in qua quotidie & ſe, & equos fatigabat.

m in Aureliano.

2 AVXILIVM primorum Daciſcorum, Drobetæ præſidebat. Ex Dacia primi erant lecti, & ad differentiam ſecundorum, de quibus infra, primi appellati; ſed legendum, Dacicorum.

3 AVXILIVM Criſpitienſe, Criſpitiæ excubabat, à loco nomen traxit.

4 AVXILIVM Marienſium, Oeſco inſidebat. Oeſcum Triballorum propè Danubium Ptolomæus collocat; vbi etiam erat pars legionis quintæ Macedonicæ, ſub hoc Duce. ab Oeſco fluuio, quem ex Rhodope manare Plinius ſcribit, eſt dictum. Apud Itinerarium legitur, OESCO LEG. MAC. ideſt legio Macedonica, quam hic reſediſſe ſignificat. Maria eſt oppidum Peloponeſsi Ptolomæo, unde hoc auxilium extrahi potuit; fortè legendum, Martenſium.

5 AVXILIVM Clauſtrinorum, Transluco præerat, ideſt vltra Lucum oppidum, ſic infra Tranſdiernis, & Tranſdrobeta, nomen tamen eſt loci ita dicti Cloſtra oppidum eſt in Latio Italiæ: ſed à loco apud Barbaros Clauſtra nominato, aut à clauſtris, quæ ſunt limitum munitiones, [a] hos Clauſtrinos vocatos puto.



a l. curæ. 4. C. de offic. mag. offic.

6 AVXILIVM Secundorum Daciſcorum, ex Dacia ſecudo lectorum, manebat in Burgo Zono.

### *LEGIONES.*

1 PRAEFECTVRAE militum Exploratorum, Tranſdiernis habitantium. Diernam oppidum Ptolomæus ſtatuit in Dacia propè Tibiſcum. Hæc verò præfectura, erat Tranſdiernis, oppido ita uocato. Hæc præfectura per errorem auxilijs eſt adiuncta, cum ſub legionibus ſequentibus, inter præfecturas legionum eſſet collocanda. Exploratores legionarii milites ſunt quoque ſub Duce Mœſiæ primæ.

### *ITEM LEGIONES.*

2 PRAEFECTVRAE Legionis quintæ Macedonicæ, Varinianæ, pars legionis, habitauit. Quintam Legionem Macedonicam, ſub Auguſto, in Dacia manſiſſe, Dion [b] memorat, quæ hic in quatuor præſidia diuidebatur. Alia pars ſub Comite Aegypti merebat: Reliquum, apud Magiſtrum militum per Oriētem reſidebat: vnaque erat ex nouem legionibus Comitatēſibus ipſius in plures diuiſa præfecturas, quarum aliæ mille peditibus, aliquæ 500. conſtabant, vt auctor eſt Conſtantinus Porphyrogenneta in themate.

b lib. 55.

3 PRAEFECTVRAE Legionis quintæ Macedonicæ, Cebro, vbi etiam erat Cuneus equitum Scutariorum, ſub hoc Duce: Huius loci meminit & Itinerarium.

4 PRAEFECTVRAE Legionis quintæ Macedonicæ, præſidebat Oeſco, ſcilicet pars legionis. Hic quoque erat auxilium Marienſium, huius Ducis.

5 PRAEFECTVRAE Legionis decimætertiæ Geminiæ, morabatur Aegetæ: ubi etiam erat cuneus equitum Scutariorum, ſub hoc Duce. Legendum, Geminæ, Dion [c] enim ait, Decimamtertiam legionem duplicatam ſiue geminam in Dacia ab Auguſto locatam; Eiuſdem pars militabat ſub Comite Aegypti: alia hic in Dacia. Reliquæ quatuor in ſequentibus locis excubabant: vnde in ſex præſidia diſpertita reperiebantur: et ſi ſex millium tota legio fuiſſet, quodlibet præſidium mille pedites habuiſſet.

c d. lib. 55.

6 PRAEFECTVRAE Legionis decimætertiæ Geminæ Tranſdrobeta in oppido, ita nuncupato ultra Drobetam; de qua ſupra.

7 PRAEFECTVRAE Legionis decimætertiæ Geminæ inſidebat Burgonouo; Burgos uocabant crebra habitacula p limites conſtituta, inquit Oroſius; [d] quo nomine appellatur caſtrum in agro Placētino, & alia in Italia, ubi fuere præſidia.

d lib. vlt. c. 33. l. vlt. §. in Sardiuia. C. de offi. P. P. Africæ.

8 PRAEFECTVRAE Legionis decimætertiæ Geminæ Tribunus morabatur Zernis, quo iuris Italici Coloniam Traianus deduxit. [e] In quodam marmore citato, à D. Cuiacio viro eruditiſsimo, de hac Colonia id legitur. I. O. M. Romulo parenti, Marti auxiliatori, fœlicibus auſpicijs Cæſaris D. Neruæ Traiani Aug. condita Colonia Dacia Zermis per M. Scaurianum Proprætorem. Hæc oppida, etſi in antiqua Dacia, cum prope Danubium eſſent, in Romanorū poteſtate permanſerunt. alia ſemel amiſſa, nunquam in eorum ditionem rediere.

e l. 1. §. in Dacia quoque. ff. de cēſibus.

9 PRAEFECTVRAE Legionis decimætertiæ Geminæ Ratiariæ, in Iure legitur Retiariæ, ubi quandoque Diocletianus Iura condidit. [f] Hæc erat una ex fabricis Illyrici. Ratiaria eſt apud Ptolomæum, Myſiæ ſuperioris oppidum; & RATIARIAE Legio decimaquarta GG. ideſt, Gemina in Itinerario fuiſſe legitur, pro decimatertia.

f l. 8. C. cōmunia de ſucceſſ.

10 PRAEFECTVRAE Legionis quintæ Macedonicæ, Sucidauæ excubabat. Hoc oppidum erat in Moeſia ſecunda ſub eius Duce, ubi cuneus equitū Stableſianorum reſidebat: Vnde aut hoc aliud oppidum eiuſdem nominis in Dacia Ripenſi fuit, aut uterque caſtra ibi coniuncta habebat. Hæc enim præfectura ſub duobus Ducibus eſſe non potuit.

1 TRIBVNVS cohortis ſecundorum reducum, reſidebat Sioſtæ. Tribuni ſunt cohortium, uexillationum, numerorum, & ſcholarum. [g] Hi fortè reduces ſunt dicti, quod ab hoſtibus capti reduces fuiſſent.

g l. 8. C. de erog. milit. annon.

2 TRIBVNVS cohortis decimænonæ Soſtiacæ ſtatiua habebat. Vetuſtus codex habet cohortis nonæ.

11 PRAEFECTVRAE claſsis Hiſtricæ, Agetæ, vbi erat & cuneus equitum Scutariorum, & pars legionis XIII. Geminæ.

12 PRAEFECTVRAE claſsis Ratiarienſis, à Ratiaria oppido, ubi manebat, nomen habuit; Hic, & pars legionis XIII. Geminæ ſub hoc Duce, locata fuerat Præter præſidia in Notitia recitata Zoſimus [h] ſcribit aliud Conſtantinopoli fuiſſe, quod duobus militum numeris conſtabat, cuius nulla in hoc libro fit mentio.

h li. 4. poſt prin.

Hæc ſunt Orientalis imperii præſidia, ſeu equites, alæ, & Cunei, auxilia, Legiones, & Cohortes, quæ limites illius Imperij, & uniuerſam eius ditionem tuebantur, cū quibus & Spectabiles dignitates ſunt explicitæ. Nunc de Clariſsimorum inſignibus, & officiis, eſt uidendum.

### *DE PALAESTINAE, ET ALIARVM Prouinciarum Conſularibus, eorumque inſignibus, & officijs. Cap. CLV.*

ILLVSTRIVM, & Spectabilium officiis, inſignibusque explicatis; Notitia ad Clariſsimos, prouincias adminiſtrantes tranſit: qui erant, Conſulares, Correctores, & Præſides ferè omnes clariſsimi, pro quorum exemplaribus Conſularem Palæſtinæ, & Thebaidis Præſidem proponit, ut quemadmodum ex Polycleti ſimulachro, ſtatuarii olim artis delineamenta accipiebant: ſic illi ceterorum conſularium, & præſidum imago atque exemplar eſſent: itaque cuiuſque prouinciæ Præſides cum eorum ornamentis, aut officiis à Notitia ſigillatim non referuntur, quia hinc accipiuntur, illoſque ſub Comite Orientis, Præfecto Auguſtalis, & Vicariis, cum prouinciarum imaginibus ſatis eſt demonſtraſſe: Præterea cum eadem omnium ſint inſignia, & officia, idē ſæpius repetere non modo ſuperfluum, ſed etiā tædium legentibus erat allaturum.

Primi ergo inter Clariſsimos erant Conſulares prouinciarum rectores, qui non intelliguntur conſulari dignitate functi, ſed infulis conſularibus ornati, quos primum ab Auguſto inuentos fuiſſe puto: Cum enim prouincias cum populo diuideret, huius Proconſulares fecit; ſuas verò Propretorias: Sed in Italia, inquit Dion, [i] Prætoris & Conſulis nomēn ſeruauit, prouinciis uerò Præfectis nomina dedit, quæ illorum loco eſſe ſignificant, ideſt Proconſules, & Propretores appellauit: pars ergo eorum, qui in Italia ius dicebant, Conſulares ſunt uocati, quod nomen primò in Italia introductum, poſtea in prouincias eſt extenſum: De hoc Tranquillum ſentire exiſtimo, qui Auguſtum Legato Conſulari, ſucceſſorem vt rudi & indocto dediſſe ſcribit, [k] cuius manu, IXI. pro ipſi, ſcriptum animaduertit. Idem ait [l] Tiberium in Capream inſulam regreſſum, prouinciarum Præſides non mutaſſe; & Hiſpaniam, Syriamq; per aliquot annos ſine cōſularibus legatis fuiſſe ſub Claudio. Aulus Plautius Conſularis legatus Britanniam adminiſtrauit. (Tranquill. in Veſpaſiano c. 4.) Martyrologium quoque Aurelianum Conſularem circa Neronis tempora in Italia ius dixiſſe narrat. Et Tacitus [m] Eodem imperante Britannia, inquit Conſularem,

i lib. 53.
k c. 88. in Auguſto.
l i Tiberio c. 40.
m in Agricola.

ſularem, Petilium Cerealem accepit,& ſub Vitellio nullum in Hiſpaniis Conſularem fuiſſe lib. 18. ſcribit. Itaque hic honor paulatim pluribus prouinciis eſt conceſſus. Nam preter Hiſpaniam, & Syria conſularem habuit. Tranquillus,[a] Iudei, ait, rebellarunt, ceſoque Prepoſito, Legatum inſuper Syrie Conſularem ſuppetias ferentem rapta Aquila fugauerunt, ſed & Veſpaſianus Cappadociam conſularem fecit. Tranquillus (in eo c. 8.) Cappadocie, inquit propter aſsiduos Barbarorum incurſus, legiones addidit, Conſularemque Rectorē impoſuit pro equite Romano: Hec Tranquillus. Sub Domitiano Memnius Rufus Campaniæ, Attilius Rufus Syrie Conſulares fuiſſe leguntur,vt Tacitus[b] refert. Sed & Plinius Ponto cum poteſtate Conſulari à Traiano eſt prefectus, vt in marmore Mediolani in templo D. Ambroſij legitur. C. PLINIVS L. F. O. V. F. CAECILIVS AVGVR. LEGAT. PROC. PRO. PROVINCIAE PON. CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM ET IMPER. CAES. NERVA TRAIANO AVGV. GERMAN. CVRATOR ALVEI TIBERIS ET RIPARVM. Poſtea Hadrianus nouam magiſtratuum formam inuenit, ut ait Sext. Aurelius victor, officia, inquit, publica & palatina, nec non militiæ in eam formam ſtatuit, quæ paucis per Conſtantinum immutatis, hodie perſeuerat: Inter alia, quatuor per Italiam cōſulares inſtituit, ut auctor eſt Spartianus, inter quos Antoninum Pium, ad eam Italiæ partem regendam elegit, in qua plurimum poſsidebat: Sed & Liciniū ſub eo, in Italia Conſularem fuiſſe, apud Martyrologium legitur.[c] Antoninus quoque Pius Præfectos ſuos locupletauit,& ornamentis Conſularibus donauit. Marcus item Antoninus, inquit Capitolinus,[d] prouincias ex proconſularibus, Conſulares aut ex Conſularibus proconſulares, aut prætorias pro belli neceſsitate fecit. Sub Antonino etiam Caracalla, Rutilianus Ciliciæ Conſularis præfuit.[e] Capitolinus quoque Pertinacem in prouincijs, quas Conſularis geſsit, ſordide ſe egiſſe ſcribit. Itaque Conſulares Magiſtratus prouincijs Conſularibus ius dixerunt, de quibus forte intelligit Vlpianus,[f] cum ait, ſi mulier, & maritus diu ſeorſum quidem habitauerint, ſed honorem inuicem matrimonij habeant (quod ſcimus interdum, & inter conſulares perſonas ſubſecutum.) puto donationes non ualere, quaſi durauerint nuptiæ. Conſulares appellare poteſt prouincijs conſularibus præfectos, qui domi vxores ex conſilio eiuſdē Vlpiani relinquebāt.[g] Hi, quod conſularibus ornamentis uterentur, conſulares ſunt vocati; Sic Socrates D. Ambroſium liguriæ, Aemiliæque Preſidem conſulari dignitate honeſtatum fuiſſe ſcribit, & earum prouinciarum conſularem dictum. Paulinus quoque in eius uita, ipſum conſularitatis inſignia ſuſcepiſſe refert, ut liguriam, Aemiliamque regeret. Sed & exercituum præfecti conſulares vocabantur; Tacitus,[h] inferioris, inquit, Germaniæ legiones diutius ſine conſulari fuere, donec miſſu Galbæ Vitellius aderat. & infra[i] de eodem loquens. Nec conſularis, ait, legati menſura, ſed in maius omnia accipiebantur: ad imperium enim aſpirabat: & iterum,[k] ipſo Cal. Ianuarij die dirumpunt imagines Galbæ. Spectator flagitij Hordonius Flaccus cōſularis legatus aderat. Hæc ille. Ita autem eſt nuncupatus, quia ex conſularibus creabatur, ut vult Vegetius.[l] Sed Vlpianus quia Conſularibus inſignibus vtebatur,[m] qui, inquit, exercitui præeſt licet conſularibus inſignibus vtatur, ignominiæ cauſa ab Imperatore miſſus nota laborat. Huic concinnit quod Tacitus[n] ſcribit, legati, ait legionum conſularibus ornameutis donātur, ſic maiores prouincias adminiſtrantes, tanquam cōſularium inſignibus honeſtati, conſulares ſunt appellati.

Erant inſignia Conſularium ſecures, faſces quos Proconſulum exemplo[o] ſex fuiſſe puto, ſella curulis, & uultus Principum præmiſsi. Eodem modo Conſularis Byzantij appellatus eſt Honoratus, primus Conſtantinopolis vrbi Præfectus,[p] & Conſularis aquarum ſub Præfecto vrbi Romæ,[q] quem Conſulari veſte inſignitum fuiſſe cenſeo, vt illi Magiſtratui maieſtas adderetur.

a in Veſpaſiano. c. 4.

b in Agricola. Martyrolog. 7. & 12. Maij.

c 16. Cal. Martij. item 17. Iulij.

d in Marco Antonino.

e l. 1. C. de general. abolitio,

f in l. cū hic ſtatus, §. ſi mulier. ff. de dona. inter vir. & vxor.

g in l. obſeruare. 4. §. proficiſci. ff. de offic. proconſ.

h lib. 17.

i eo. lib.

k eo. lib.

l lib. 2. c. 9.

m in l. 2. §. 1. de his qui notan. in fam.

n lib. 17.

o l. antepe. ff. de offic. proconſ.

p l. 1. C. de offi. comit. rer. priua.

q l. 1. C. de aque duc.





# NOTITIA CONSVLARIS PALESTINAE,

Cum inſignibus.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione Clariſſimi Conſularis Paleſtinæ.

PROVINCIA *Paleſtina.*

OFFICIVM *autem habet ita.*

PRINCIPEM *de eodem Officio.*

*Cornicularium.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*Numerarium.*

*Ab actis.*

*A libellis.*

*Exceptores, & ceteros Cortalinos, quibus non licet ad ali[illegible] tranſire militiam, ſine annotatione Clementiæ Principalis.*

*Ceteri omnes Conſulares ad ſimilitudinem* CONSVLARIS *Paleſtinæ officium habent.*

## COMMENTARIVM.

CONSVLARES maiores Prçſidibus, minores vero Proconſulibus erant: medias enim prouincias regebant.[a] Præter inſignia prædicta in alijs etiam differebant: Conſulares enim mulieris imaginem habebant, quæ ipſis creditam prouinciam referebat. Item librum mandatorum nullis notis inſcriptum, quæ in Correctorum, & Præſidum codicibus inciſæ inueniuntur, quemadmodum in Oriente in Conſulari Palæſtinæ, & in Occidente in Conſulari Campaniæ cernitur. PALESTINAE Cõſularis, vir, barba, & capillis demiſsis, pinnis aureis caput ornatus, ſedensque repræſentantur, librumq; mandatorũ viridi corio tectum, ac purpureo ſurrectoque tapeto, abaco inſtrato ſuffultum tenet; item aureos Principes ſeſe amplectentes, aureæ pilæ præfixos: ipſe cingulo aureis bullis præfixo, & ab humero dextro in ſiniſtrum latus demiſſo, enſem annectit, quem argenteo capulo prominente, aurata claudit vagina: Viridi vero pallio, dextro humero iniecto, ac genibus circumuoluto, dextra cornucopiæ aureis plenum premit, læua haſtam tenet, cui tabula alte eſt præfixa, in qua ſcriptum eſt, PROVINCIA PALESTINA: pedes vero ac ſuras, purpureis ocreis infra genua eſt indutus, quas aurea virga à ſummo ad imum intercurrit, In manuſcriptis purpureum palliũ geſtat: prope latomias, ſeu carceres, præruptis ſaxis munitos habere videtur. Hic Cõſularis, fortè in honorem. Domini, in Palæſtina nati, cæterorum conſularium exemplar, à Notitia poſitus eſt. In Occidente, pro viro Conſulari, imago fœminæ prouinciam ſimulantis, cernitur, qualis in Conſulari Campaniæ ſpectatur, & quomodo vbique prouinciarum imagines in Notitia repræſentantur: Correctores verò, & Præſides, pro mulieris imagine, effigiem oppidi tenebant, quod & ipſum prouinciam ab illis adminiſtratam referebat, vt in Thebaidis, & Dalmatiæ, Præſidibus viſitur; Omnes tamen clariſsimi, præter paucos Præſides, perfectiſsimos nuncupatos, vocabantur: Nam & Theodoſius A.[b] conſularem dignitatẽ clariſsimatum interpretatur. Hi appellatione GRAVITATIS,[c] aut ſinceritatis[d] honorabantur, etiam ab Imperatore cum ad eos ſcribebat, ijdem iuſtiſsimi & uigilantiſsimi dicebantur.[e]

a l. 1. C. vt omnes iudic. tam ciuiles quàm milita. in princ.

b in l. 2. C. de domeſtic. & protector.
c l. 1. C. de offic. Com. rer. priuat. l. 5. C. de pedan. iudicib.
d l. 9. C. vbi cauſæ fiſcales.
e l. 3. C. de offic. rector. prouinc.

Erant in Oriente Conſulares XV. In Occidente XXII. qui vſque ad Iuſtinianum permanſere, nam & ipſe Conſularium prouinciarum meminit,[f] quarum Cõſulares pro codicillis magiſtratus ſoluebãt tribus chartularijs cubiculi, aureos 9. Primicerio notariorum 24. eius adiutori 3. officio P. Præt. 40.

f in Nouell. 8. §. hæc omnia.

Officium habebant Conſulares, vt Præſides, & alij clariſsimi: & olim binos Numerarios, vt præfecti quorum alter uectigalium, tributorum, & aliorum quæ ad largitionum curam pertinebant rationes tractabat, & ſummas pecuniarum, ad Procõſulem, vel theſaurorum Præfectum delatas diligenter notabat. Alter vero, ea, quæ ad Comitem rerum priuatarum ſpectabant, in codices referebat, ut bonorum in prouincia publicatorum, vel, quæ alio modo ad fiſcum deuoluebantur, & quorundam vectigalium iura illi rationi aſsigantorum. Gratianus A.[g] In prouincijs ſingulis, inquit, duo numerarij, qui & tabularij, collocentur: quo ad vnum fiſcalis arcæ ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur: Hactenus ille, Verum tempore huius Notitiæ ſingulos tantum Numerarios Præſides, alijque clariſsimi habuere. Hi etiam tabularij uocati Præſidibus tributa non ſoluentium nomina ſuggerebant. Valẽtinianus A.[h] Qui numerarij, ait, appellari conſueuerant, cõſularium atque præſidum, duntaxat tabularij poſt hanc noſtram ſanctionem, uocabuntur: ſcientes ſe tormentis eſſe ſubiectos, niſi iudicibus, vel exactoribus debitorum, aut reliquorum modum frequenter ingeſſerint, ſub actorum teſtificatione. Item Arcadius Imp.[i] Tabularios, inquit, oportet fideliter prouidere nomina debitorum: Hæc ille. Conſularibus vero correctoribus, ac præſidibus Orientis, unus ſufficiebat numerarius, qui utroq; officio fungebatur. In Occidente, vbiq; apud omnes præſides, duo pro numerarijs erant tabularij dicti, quẽadmodum Valentinianus conſtituit, qui triennij tãtum ſpacio, officio numerarij fungi poterant.[k] Cætera, quæ de alijs Præfectorum officialibus diximus, hic repetita eſſe cenſeantur.

g in l. 4. C. de numerarijs.
h in l. 2. C. de numerar.
i in l. miſſi. 7. C. de exactoribus.
k d. l. 2. in fi. C. de numerar.

### *DE CORRECTORIBVS eorumque inſignibus. Cap. CLVI.*

CORRECTORES medium inter Conſulares, & Præſides locum tenuiſſe, illisque inferiores, his uero aliquanto digniores fuiſſe, ex ordine à Notitia obſeruato liquet. Hi antiquiſsimi fuiſſe videntur, ſi quidem Marmor ſupra portam Arimini, imperante Auguſto Correctores in Italia fuiſſe, ſignificat, id eſt ſequens.

IMP. CAESAR DIVI IVL. FI. AVGVSTVS PONT. MAX. COS. XXIII. TRIB. POT. XII. P. P. MVRVM DEDIT CVRANTE L. TVRNO SECVNDO APRONIANI PRAEF. VRBIS FL. ACTEIO V. C. CORRECTORE FLAM. ET PICENI. Sed hæc inſcriptio uitiata eſt, quia nullus Auguſto imperante Apronianus urbi p̃fuit, ſed Statilius Taurus & L. Piſo; ut Tacitus ſcribit. Quare intelligit Ruſium Turcium Apronianum, quem Marcellinus ſub Valentiniano vrbi præfuiſſe ſcribit.[l] Et pro Turno legendum Turcio, reponendumq. nomen Valentiniani pro Auguſto. puto vetuſtate corruptum marmor ab aliquo qui non intellexit, malè reſtauratum. certe ſub Seuero & Antonino Caracalla correctores fuerunt. Eorum enim Hermogenianus,[m] & Papinianus[n] meminerunt. Poſt ipſos vnus totius Italię Corrector fuit: Spartianus enim ſcribit Tetricũ Tyrannum, ab Aureliano totius Italię Correctorem factum, ideſt Campanię, Samnij, Lucanię, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, Vmbriæ, Piceni, Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis. Hic Magiſtratus per multa tempora continuauit: Nam Diocletianus Iulianæ ſcribens,[o] Si poſt diuiſionẽ, inquit, factam, teſtamenti vitium emerſerit, oſtende hoc apud Correctorem virum clariſsimum amicum noſtrum; quem, Numidium tum Italiæ Correctorẽ ſignificari puto.[p] Ceionius etiam Ruffus Voluſianus ſub Conſtantino, totius Italiæ annis octo Corrector extitit:[q] Sed diuiſa ab eo in regiones 17. Italia, duo in ea correctores ſunt relicti, vnus Lucanię, & Brutiorum;[r] alter Apuliæ, & Calabriæ. Extra Italiam prouinciæ diu Conſulares tãtum, aut Præſides habuerunt, non correctores. Vnde Accurſius non male eos pro Italiæ præſidibus interpretatur.[s] Tandem & prouincijs Correctores ſunt dati, ideſt Auguſtanicæ & Paphlagoniæ in Oriente, Et Sauiæ in Occidente.[t] Hi clariſsimi erant ut Præſides;[u] ſed militibus Præfecti, quos cum ſcientia Magiſtrorum puniebant.

l lib. 26.
m in l. ex oĩbus. 10. ff. de off. preſ.
n in l. pen. ff. eo. tit.
o in l. 4. C. d̄ iur. & fact. ignor.
p l. 3. C. quib. uõ obijcit. lõg. tẽp. præſcrip.
q ex marmore.
r l. 21. C. ad leg. Corn. de falſ. & l. 15 C. de decurionibus.
ſ in l. ex oĩb. 10. ff. de offi. præſid.
t l. 1. C. ut oẽs iudic. tam ciuil. quam militares, & in d. §. hæc omnia. Nouella 8.
u d. l. 1 C. ut oẽs iudic. tam ciui. q̃ milit. & d. l. ſi poſt diuiſionem. 4 C. de iur. & facti ignor.

Chlamyde purpurea induti, uultus Principũ prçmittebãt, quemadmodũ in Correctore Calabriæ, & Apuliæ, Notitia oſtendit: Caſsiodorus in formula Rectoris, quem correctorem fuiſſe inſinuat: Te, ille inquit, prouinciæ Rectorem noſtra mittit electio, ut re vera corrigere nitaris, quos tibi commiſſos cognoſcis, chlamydis tuæ intèr alia clauos intende, ut ſcias non inaniter poſitos: Hinc fit, ut cum publicum agentes purpuram cernerent, de uigore ſemper Principis admonerent; Tibi fiſcalium tributorũ credita monſtratur exactio, conſtat tuæ fidei eſſe commiſſum Principi renunciare, quod in prouincijs probatur



probatur emergere, Tu etiam ſenatorem ibidem reſidentem iuberis audire, Tu in præfectorum militẽ, cum illius tantum conſcientia uindicare: Tuum nomen in ſubſcriptionibus iuſſerunt honoratis prouincialibus anteferri: additur, quod à Principe frater uocaris: Hæc ille.

Alias Inſignibus à Conſularibus Correctores differebant, quorum ornamentis omnibus non utebantur, neque ut illi, mulieris imaginem, prouinciam ab ipſis adminiſtratam referentem, ſed oppidi idem ſignificantis effigiem præferebant, quemadmodum in Correctore Apuliæ, & Calabrię, in Occidente ſpectatur: In Oriente enim nulla Correctorum apparent inſignia. Notas etiam libris mandatorum inſcriptas, diuerſas à Præſidibus habebant; quibus conſulares carebant: Pro codicillis tamen magiſtratus ſoluebant quantum conſulares.[a] Correctores à corrigẽda prouincia dictos Caſsidorus autumat:[b] Sunt, qui eoſdem Moderatores prouinciarum eſſe putant, qui & ipſi erant clariſsimi:[c] ſed illud generale Rectorum nomen tempore huius Notitiæ erat.[d] Verum Iuſtinianus nouos Moderatores, ſpectabiles factos, inuenit: ut Hellenoponti,[e] quos uult antiquo nomine à Græcis ἁρμοσας dictos. Idẽ habent officium Correctores, quod Conſulares & Præſides.

a d. Nouel. 8. ad fin.
b in formula rectoris prouincię.
c l. vnic. C. d̄ off. Iuridic. Alexan.
d ut in l. vnic. C. de offic. Comit. Orientis. li. 10. C. de aſſeſſorib.
e Nouel. 28. Arabiæ. Nouell. 102.

### *DE THEBAIDIS, ALIISQVE Præſidibus, tam clariſſimis quam perfectiſsimis, eorumque inſignibus. Cap. CLVII.*

C. de offi. præſid.

PLVRES prouincias prætorias, a Proprætoribus iuſſu Auguſti, adminiſtratas fuiſſe diximus; Alexander uero Imperator plurimas ex his in præſidales mutauit. Lampridius, Prætorias, inquit, præſidales prouincias plurimas fecit. Denique prætoribus ſublatis, quæ ab illis regebantur, factæ ſunt præſidales, donec à Iuſtiniano renouati ſunt prætores. Itaque tempore huius Notitiæ prouinciæ omnes, aut proconſulares, aut conſulares, aut correctoriæ, aut præſidiales fuere,

Præſides & alij clariſsimi, ut dictum eſt, ordinarij appellantur, quo nomine à ſpectabilibus diſtinguebantur. Valentinianus A.[f] In ſacris, ait, ſcrinijs noſtris militantes in prouincijs à ſalutatione ordinarij, uel ſpectabiles iudices non arceant. Ita etiã intelligitur Theodoſij reſcriptum ad Rufinũ P. P.[g] Præfectus, inquit, prçtorio Auguſtalis, ordinariorum ſub ſe iudicum examinãdi flagitia, & ſuper his referendi, non amouendi, uel puniendi habeat poteſtatem; de Præſidibus intelligit. Aegyptus enim conſularem, aut maiorem Magiſtratum non habebat. Sic etiam ordinarias clariſsimorum Rectorum prouincias Iuſtinianus appellat,[h] quæ non à comite aut Proconſule, ſed Præſidibus regebantur: Et ordinariam ſedem Præſidum Conſtantinus.[i] Nemo, inquit, poſt litem conteſtatam ordinariæ ſedis declinet examen: nec prius Præfecti Prætorio, aut Comitis Orientis, uel alterius ſpectabilis iudicis imploret auxilium quã coram prçſide egerit. Item Valentinianus A.[k] Ordinariorum, ait, iudicum apparitores, nullo annorum numero, nulla ſtipendiorum contemplatione laxentur. Itaque à ſpectabilibus ordinarij ſeparantur, ſub quibus Præſides, & alij prouinciarum Rectores Clariſsimi titulo honeſtati continentur. Propriè tamen Præſides minoribus prouincijs imperabant,[l] qui & ipſi clariſsimi uocabantur,[m] paucis exceptis, qui erant perfectiſsimi, ut ſub Comite Orientis Arabiæ Præſes,[n] &, vt puto, Iſauriæ, quæ minime prouinciæ habebantur, & à Ducibus, qui vicem Præſidum agebant, regebantur: Præſes frater à Principe appellabat, Caſsiodorus.[o] A Principe, inquit, frater vocaris. Iuſtiſsimi etiam ac vigilantiſsimi titulo honeſtabantur,[p] Eos etiam κρατίςως, ideſt optimos, aut præſtantiſsimos appellabant; ita apud acta Apoſtolorum,[q] Claudius Lyſias Felicem, & D. Paulus Feſtum uocant,[r] vnde dicti optimates vrbium videntur, tanquàm omnium prçſtantiſsimi.[s] A Præſide ad P. P. appellabatur.

f in l. 2. C. de proxim. ſacr. ſcrin.
g in l. 2. C. de off. Prçf. auguſt.
h Nouel. 31. §. cõſtituimus autem. ibi. ſecundæ uero & quartæ ordinarij.
i in l. 4. C. de iuriſdic. om. iudic.
k in l 7. C. de cohortal.
l l. 1 §. Deo nobis. C. de offic. P. P. Afr. l. 1. in pri. C. ut oẽs iudi. tã ciuil. q̃ milit. §. illud, in Auth. de appellat.
m li. 5. C. de pigno. d. l. 1. in pri. C. vt oẽs iud. tam ciuil. l. 2. C. de ordin. iudic.
n l. cũ reis 18. C. de pœnis.
o in formula Rectoris prouincię.
p l. 3. C. de offic. Rect. prou.
q c. 24.
r cap. 26.
ſ in c. fundamenta. §. ne autem, de electio. in 6.
t l. p̃cipimus, 32. §. 1. C. de appell. §. illud in auth. eod. tit.

# NOTITIA
# PRÆSES THEBAIDOS
## CVM INSIGNIBVS.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri Clariſſimi Præſidis Thebaidos.

PROVINCIA THEBAIS.
OFFICIVM *autem habet ita.*
PRINCIPEM *de eodem Officio.*
*Cornicularium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Numerarium.*
*Ab actis.*
*Exceptores, & ceteros Cortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis.*
*Ceteri omnes præſides ad ſimilitudinem præſidis Thebaidæ, Officium habent.*





## COMMENTARIVM.

a Dion. lib. 53.

QVINQVE faſces præmittebat,[a] cum libro mādatorum quibuſdam notis inſcripto, & viridi tegumento inuoluto, quem in auditorio penes ſe iudicans tenebat, quemadmodum in Thebaidis, & Dalmatiæ Præſidibus Notitia oſtendit. Pręſides in Oriente imaginibus Principum carent, quas in Occidente præferunt: oppidique effigiem prouinciam à ſe rectam referentem, vt Correctores habebant. Præterea codicem mandatorum dorſo his notis inſcriptum, quibus Conſulares carent. FL. VAL. PNEN. IVSSV AV. eas ita ſum interpretatus: Fœlix liber veniens à Laterculo primicerii Notariorū, & notarijs iuſſu Auguſtali. Exemplo, Præſidis Thebaidis ceteri Præſides eadem inſignia, & officium habent. Is fortè vt dignior pro aliorum exemplari eſt poſitus. Inſignia Præſidibus prælata fuiſſe ſupra diximus, & hoc etiam Martyrologium ſignificat, quod hæc uexilla appellat. Beatum enim Fabium martyrē cum ferre vexilla præſidialia recuſaret, primo in carcerem truſum, mox capite punitum fuiſſe ſcribit.[b] noluit forte vultus Principum conſecratos, qui adorabātur, uel alias idolorum imagines ferre. Per annū tantum prouincijs Præſides præficiebantur; ſed tempus arbitrio Principis prorogabatur, inquit Caſsiodorus.

b pridie Cal. Auguſti.

Hi ſunt tres magiſtratuum prouinciarum ordines clariſsimi: ſuperſunt Perfectiſsimorum oſtendenda inſignia, quæ nulla in Oriente a Notitia repręſentantur, vbi tamen conſtat Arabiæ, atq; adeo Iſauriæ Præſides hoc titulo honeſtatos,[c] Verum in Occidente in Dalmatiæ Præſide, perfectiſsimorum inſignia & officium demonſtrantur, quæ fermè eadem erant, ſicut correctorum, & aliorum præſidum, nempè duorum Principum in unum uirum deſinens imago, aurata columellæ præfixa, qua tamen Orientis præſides carent, item liber mandatorum uiridi tegumento tectus, & abaco purpureo, ſurrectoque tapeto ſubſtrato impoſitus. Infra eſt oppidi effigies prouinciam à Rectore perfectiſsimo adminiſtratam referens, cuius nomen ſupra eſt inſcriptum. Notas tergo codicis mandatorum nullas inciſas habent. Horum officia, in nullo à correctorum, aut conſularium officijs diſcrepant: cum uerò in quibuſdam à ſpectabilium & illuſtrium cohortalibus differrent, pauca de his ſunt dicenda.

c in d.l. 18.C.de pœnis.

### *DE DIFFERENTIIS INTER OFFICIA magiſtratuum. Cap. CLVIII*

IDEM fermè erat conſularium ac correctorum Præſidumque officium, quod & Pręfectorum, exceptis ſingulariis, q inter clariſsimorum cohortales non nominātur, niſi ſub cęterorum apparitorum claſſe compręhēdantur, quemadmodum in Vicarijs Orientis, ſub hoc nomine videntur contineri. In Occidente vero in Vicariorum officiis ſingularii reperiuntur. In quibuſdam etiam illuſtrium & clariſsimorum officia differebant, nam horum apparitores conditionales cenſebantur, i. conditioni ſuæ obnoxij,[d] vt ſemel facti apparitores, ab officio, niſi primipili munere completo, liberari non poſſent: & ideo à Paulo iurecon. perpetui appellantur.[e] præſidis prouincię, inquit, officiales, quia perpetui ſunt, mutuam pecuniam dare, & fœnebrem exercere poſſunt. Quare Notitia ſubiicit, his non licere ad aliam militiam ſeu officium tranſire, ſine annotatione ſeu indulgentia clementię principalis. Idem affirmat Valentinianus.[f] Ordinariorum, inquit, iudicum apparitores, qui uel ſpeculatorum, uel ordinariorum attigerint gradum, nullo annorum numero, nulla ſtipendiorum contemplatione laxentur, priuſquam primipili paſtum digeſta ratione compleuerint. Ipſorum quoque liberi patris fortunam ſecuti, eodē modo cohortales eſſe cogebantur,[g] quod & in legionarijs militibus obſeruabatur, vt patris militis in bello defuncti, filius locum ſubiret.[h] Sic & tabularii Reipublicę ſerui conditionales uocantur,[i] cęterum qui primipili munere functus erat, etſi ab officij onere liberabatur, curię tamen patrię compellebatur ſeruire.[k] Illuſtrium uerò aut ſpectabilium apparitores liberi nulla officii neceſsitate obſtringebantur.[l]

d l.8.l. 17.C. de aduocat. diuerſ. iudiciorum. l. 1. & 2. C. vbi quis decur. vel cohor. alia. condit. conueniat.
e in l. præſidis, 54. ſi cert. pet.
f in l.7 penult. & vlt. C. de cohortalib.
g l. 12. C. de cohortalib. l. 1. & ſeq. C. de filijs official.
h l. fin. C. eod.
i l. ſcripturas, 11. C. qui potiores in pign. hab. l. 7. C. de iure fiſci. l. 3. §. 7. & 8. C. Theod. de numerar. actuar.
k d.l. pen. & ult. C. de cohortalib.
l d.l. 7. C. de cohort. l. 1. & ult. C. de apparitor. P.P.

2 Vt igitur clariſsimorum Magiſtratuum apparitores, ab aliis dignoſcerētur, diſcoloribus penulis, ſeu pallijs tegebantur, qualibus hodie Nūcii Taurinēſes utuntur: ſubtus uerò pro cingulo, loro, aut faſcia lanea à dextro humero in ſiniſtrum latus deſcendēte cingebantur. Gratianus A.[m] Officiales, inquit, per quos ſtatuta complentur, ac neceſſaria peraguntur, uti quidem penulis iubemus, uerum interiorem ueſtem ad modum cinguli obſeruare, ita tamen ut diſcoloribus quoque pallijs pectora contegentes conditionis ſuæ neceſsitatem ex huiuſmodi agnitione teſtentur. Quæ uerba de Clariſsimorum apparitoribus conditioni obnoxijs, non alijs intelliguntur.

m in l. 1. C. T. de habi. quo intr. vrb. vti oport.

3 Eoſdem in albo cohortalium, ſeu matriculis ſatis erat ſcribi,[n] Spectabilium uerò & Illuſtrium apparitores Principis literis probatorijs uocatis comprobari oportebat.[o] In officio quoque Præſidum nullus à libellis inuenitur, qui apud alios maiores prouinciarum magiſtratus frequentabantur, quia Præſides ipſi per ſe precibus ſubſcribere tenebantur.[p] Tot etiam ex ſuo officio quotannis prouinciarum Rectores ad manſiones mittebant, quot in ea prouincia curſus publici loca reperiebantur,[q] qui equis pabula exhiberi curarent, & euectiones inſpicerent, Præſidique ſubſcribendas offerrent, nè in illis abuſus committeretur.

n l. 10. C. de cohorta. l. 16. C. de teſta. milit.
o l. ult. ad fin. C. de diuerſ. offic.
p l. 2. C. de aſſeſſor.
q 34. 46. C. T. de curſu public.

In ceteris omnium officia conueniebāt, eoſdemq: primates habebant, ut Principem, Cornicularium, Commentarienſem, Adiuuam, Ab actis, Numerariū, Exceptores, & ceteros apparitores, quemadmodum Notitia in Præſide Thebaidis oſtendit. Omnium denique apparitores de ſuo officio cancellarium eligebant.[r] Is eſt, quem uulgo ſecretarium, Iura uero domeſticum uocant.[s] Hæ ſunt illuſtrium, ſpectabilium, clariſsimorum, ac perfectiſsimorum ex laterculo maiore emiſſæ dignitates ſecundum Notitiæ ordinem explicatę.

Alij quidam ſpectabiles reperiebantur, ut Tribuni Notarij[t] Magiſter cenſus.[u] Item alij clariſsimi, vt ſilentiarij,[x] Primicerij Scholarum, ſeu comites ordinis ſecundi,[y] & Tribuni Prætoriani, notarijque.[z] Inter perfectiſsimos quoque præter quoſdam prouinciarum magiſtratus, alij plures inueniuntur, inter quos primiſcrinij ſub Comite largitionum eminebant.[a] Sed Notitia de maioribus tantum, qui à laterculis prodibant, non alijs tractat. Cæterum quia inter utriuſque Orientis; Occidentiſque dignitates, duo armaria libris referta reperiuntur, ne quid in hoc uolumine intactum relinquatur, & ipſa pro virium mearum tenuitate explicare conabor.

r l. nullus. 8. C. de aſſeſſor.
ſ l. 3. 4. 5. 6. 8. C. de aſſeſſor.
t l. 2. C. de primicer. & ſecund.
u l. orphanotrophos. 32. C. de epiſco. & cleric.
x l. ult. C. de ſilentiar.
y l. 2. C. de priuile. ſcholar.
z l. 6. C. de aduo. diuer. iudic.
a l. 7. C. de palati. ſacr. largit.

# NOTITIA IMAGINES ARMARIORVM.

## DIVINA PROVIDENTIA.




*Auctoritas* *Felicitas*



## DIVINA ELECTIO.




*Autumnus* *Hiems*

### COMMENTARIVM.

### DE ARMARIIS LIBRORVM HIC *à notitia repræſentatis.* Ca. CLIX.

ARMARIA inter utriuſque imperij dignitates inſerta in Thebaidis Præſidis atrio depicta fuiſſe Pierius [a] ſcribit: cuius uerba ita ſe habent. In Theodoſij & aliorũ qui eo ſeculo fuerunt Imperatorum inſignibus, in atrio Præſidis Thebaidos nuncupati argumentũ hoc pictum ſpectabatur, cuius exemplum in quodã eius militię ordinum, officiorumque canone deſcriptum Romæ apud Maffeos inſpexi: Tabula eſt libris quodam ordine diſpoſitis onuſta, quorum nonnulli Syllabarij, quibuſdam notis inſcripti ſunt, quibus per compendium contentæ in eis rationes indicabantur, alij nihil præſcriptum habent. Supra tabulam faſtigium attollitur; in media cuius facie, genij duo, latum ſuſtentant orbem, in quo caput inſtar humani, cuius ità inſcriptio eſt DIVINA PROVIDENTIA: In angulis uerò tabulæ, quæ deſcriptos, ut diximus, libros continet, ſingulis, capita ſingula ſunt appoſita, quorum ſuperius à dextra inſcriptionem circumductam oſtendit VIRTVS, alterum à læua SCIENTIA, interius à dextra AVCTORITAS. Quartum à læua FOELICITAS. Quod quidem, ut puto innuit rerum omnium gerendãrum ſummam à Deo primũ emanare, eumque conciliandum in primis ut noſtra omnia fortunentur: Mox neceſſariam eſſe virtutem, quippè animoſum, aptum, & idoneum debere eſſe hominem, qui præclara ſit facinora aggreſſurus: Verùm uirtutem ſolam parum prodeſſe, niſi acceſſerit diſciplina, cuius ſcientia eruditi, & tempora, & occaſiones internoſcamus: ſed enim & hæc, & illa uix ſufficient, niſi & auctoritas adiuncta fuerit, qua milites populique ſub Imperio contineantur, iuſſaque

non

[a] lib. Hieroglyphicor. 32.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

non cunctanter exequantur. Vndè legas de Veſpaſiano, cum eſſet iam a militibus ſalutatus Imperator, auctoritatem, & quaſi maieſtatem quandam inopinato ſcilicet, & adhuc nouo Principi defuiſſe, quæ non priùs acceſſerit, quàm è plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure ſedentem pro tribunali pariter adijſſent orantes, ut Tranquillus ait, opem ualetudinis demonſtratam a Serapide per quietem reſtituturum, oculos ſi inſpuiſſet, confirmaturum crus ſi dignaretur calce contingere: cumque uix fides eſſet, rem ullo modo ſucceſſuram, ideoque ne experiri quidem auderet: Extremò hortantibus amicis palàm pro concione utrumque tentauit, nec euentus defuit, atque ità, quod primùm deſiderabatur, auctoritatem indeptus eſt. Sed & quarta neceſſaria eſt, fœlicitas, quippè licet enim animis ualeas, experientia ſis eruditus, auctoritate præſtans, niſi tibi res fœliciter ſuccedat, ruere plerunque omnia, & elabi in irritum experieris

Addita huic & altera tabula, cum ijſdem libris, & librorum notis, & genijs in faſtigio orbem caput referentem ſuſtollentibus, ſed angulares circuli affixi adſcripta habenr nomina ſingula, ſingulis. VER, AESTAS, AVTVMNVS, HYEMS, ut ſcilicet, admoneamur diligenter nos animaduertere debere, ut ſuo quæque tempore agantur, procurenturuè. Hæc Pierius, qui pauca ex multis explicat. Sed ego hæc aliter interpretor: Hic enim Primicerij notariorum, qui magiſtratuum inſignia in manu habebat, atq; mãdatorum codices ſcribi curabat, & edebat, totamque ferè hanc Notitiam tractabat, officium & diligentiam repræſentari exiſtimo. Itaque libros magiſtratibus tradendos in armario diſpoſitos oſtendit, qui ex notis, quibus ſunt inſcripti non rationum codices, ut opinatus eſt Pierius, ſed mandatorum, magiſtratibus tradendi, eſſe dignoſcuntur: In manuſcriptis plures etiam dignitatum codicilli ſpectãtur, qui à maiore laterculo, & eodem Primicerio prodibant, ad quem omnium ferè dignitatum cura ſpectabat. Armaria quoque illa eſſe in quibus hi codices reponebantur, quatuor contignationes arguunt. Hic ergò præcipua magiſtratuum inſignia ideſt Principis mãdata, a ſe accipienda Primicerius notariorum oſtendit. Hæc ab Auguſto inuenta fuiſſe Dion [a] ſcribit, quæ procuratoribus ſuis, Proconſulibus, & Proprætoribus ſeù Legatis dabat, & illorum particulæ ab Vlpiano, [b] & alijs recitantur. Illa diu intermiſſa Iuſtinianus renouauit, quæ mittenda prouinciarum Præſidibus XVII. capitibus explicuit; [c] & laterculo maiore, ac legibus inſeri præcepit. Hæc, cùm primum in prouincias ueniſſent Præſides, clero, cum Epiſcopo, & populo metropolis conuocato, palàm legi & actis inſeri iuſſit, eorumque exemplum publicè in omnibus prouinciæ ciuitatibus legendum proponi, ut omnes an mandata, ſeruarentur, ſcire poſſent. [d]

a lib. 53.
b in l. ſolent. 6. §. ult. ff. de offic. proconſul.
c Nouella. 17.
d §. pen. d. Nouel. 17. & l. ult. C. eod. ſcilicet de mandat. Princip.

Duplex autem armarium, duplicis prouinciarum imperii Orientis, & Occidentis typum refert, ad quorum concordiam ſignificandam, utrorumque codicum tegumenta, coloribus & notis ſibi reſpondentia cernuntur. In his colores quatuor exprimuntur, viridis, luteus ſeu aureus, purpureus, & ferrugineus huius loco manuſcripti codices, album ponunt: librorum tegumenta, pro magiſtratuum dignitatibus, varia reperiuntur: qui Illuſtribus tradebantur, in umbilico uultum Principis aureum, aut eius loco notas quaſdam habebant, quibus alii carebant: Codices manuſcripti albos ſiue argenteos, & aureis faſciis in capitibus, & medio, cinctos, tam in Oriente, quàm Occidente:, illuſtrium libros repręſentant. In meo codice, pro albo, purpureus color ſpectatur. Vicarii duo, & ipſe Primicerius notariorum, omneſque rei militaris Comites, Duceſque notas ſuis libris inſcriptas habebant, quarum alię ſunt. FL. IN. TALL. COM. ORD. PR. quas ita ſum interpretatus, Fęlix liber iniunctus notariis laterculi continens mandata ordine primicerij. Aliæ ſunt. FL. VAL. COS. TRL. IVSSI. D. quas ita expoſui Fœlix liber venit à laterculo continens ſacros titulos rerum largitionalium iuſsione diuina. Sic in iure debita fiſcalia vulgo tituli largitionales uocantur. [e] Verba quoque diuinæ iuſsionis reperiuntur, & apud Iuſtinianum. [f] Aliæ notæ codicibus horum armariorum inſcriptæ in impreſſa Notitia non reperiuutur: at in manuſcriptis hæ viſuntur. FL. VALL. P.N.EVS.IVSSV.DD. quas interpretor. Fœlix liber veuit a laterculo primicerii Notariorum eius, iuſſu diuino. Cõſtat enim apud Petrum Diaconum has notas, EVS. ſignificare eius. Hæc inſcriptio in tergo Codicis mandatorum Præſidis Thebaidis inuenitur, qui in Notitia impreſſa loco EVS. habet E.N.IVSSV.AV. ideſt & Notariorum iuſſu Auguſtali. In eadem Notitia manuſcripta, in unius Codicis dorſo hæ notæ reperiuntur. FL.VALE.MAG.MEM.IVSSI.D. quæ ſunt pro inſignibus Magiſtri ſcriniornm Occidentis, & ſignificant. Fœlix liber uenit à laterculo edendus Magiſtro memoriæ iuſsione diuina: alias uerò notas VALE. credo eſſe ſcribendas VALL. vt aliæ ſimiles ſunt in eodem armario FL.VALL.PNV.IVSS.DD. Difficile eſt has notas exponere, quas Iuſtinianus [g] ſigna, & compendioſa ænigmata appellat: ſed quantum coniectura aſſequi potui, pro uirium tenuitate explicare ſum conatus, ſi ſcopum non attigero, ſatis erit propius acceſsiſſe, aut ſaltem alijs acutioris ingenij verius interpretandi viam aperuiſſe.

e l. 2. C. de Canonc. largit. tit.
f Nouella. 114.
g in l. 1. §. ult. C. de vet. iure enucleando.

Armaria in ſummo faſtigiata, binos utrinque habent genios, purpureis ſtolis amictos, qui muliebre caput circulo incluſſum, flexis genibus ſuſtinent, ſuprà Orientale ſcriptum eſt DIVINA PROVIDENTIA; ſuper Occidentale, DIVINA ELECTIO: ſed in Vrſini codice primum eſt uiri caput purpureo pallio humeris iniecto. Pierius ad Deum hæc refert, prout, omnia ſunt referenda: ſed uereor nè humani Principis prouidentia ſignificetur, uelut a Deo miniſtrantibus angelis ipſi inſpirata, quam ſub fœminæ effigie repræſentat; Inſinuat autem Principis diuina prouidentia afflati, orbem Romanum gubernari, qui libris mandatorum traditis magiſtratus ad illum rectè adminiſtrandum inſtruit; ſimiliter diuina eius electio eſſe intelligitur, cum inſpirante Deo, uiros ad hoc munus idoneos, & ſcientia, ac rerum uſu expertos legit. Actiones uerò, & res Principis, paſsim in iure diuinæ appellantur, ut diuina indulgentia, [h] diuina delegatio, [i] ſanctio, [k] domus, [l] & alia huiuſmodi. Eodem modo diuina eiuſdem prouidentia, & electio eſt appellata.

h l. 3. ff. de conſtitut. Princip.
i §. pen. C. de appellationib.
k l. 4. C. de temporib. appellat.
l l. 7. C. de ſacro ſanct. eccleſ. l. 8. C. de exactorib. tribut. l. 15. C. de re militar.

In ſingulis præterea utiuſque armarij angulis, ſingula humana capita circulis incluſa ſpectantur, quæ eodem oris & veſtium habitu ſibi reſpondent, primum enim ideſt Orientale armarium in ſummo à læua habet hominis effigiem tonſo capite, tunica purpurea, & ſupra eam toga praſsina induti, cuius inſcriptio eſt, SCIENTIA REI MILITARIS; ſed in manuſcriptis eſt VIRTVS, vtrunque pro eodem Veteres habuere. Alterum quoque armarium ideſt Occidentale, in ſummo & ipſum a læua eiuſdẽ oris, & habitus caput habet, cui inſcriptum eſt VERNVS, hoc eſt primum tempus anni, adoleſcentiæ comparatum, qua ſcientiam rei militaris apprehendendam eſſe ſignificatur. Hæc enim ætas apta eſt ad diſcẽdũ, [m] & ob id ſcientiæ militari ver reſpondet. Togam viridem geſtant, quòd hic color uerno tempori, quo omnia uirent in primis conueniat. Caſsiodorus [n] loquens de coloribus quatuor factionum aurigarum, quarum una praſsini coloris ver imitabatur. Praſsinus, inquit, uirenti uerno eſt dicatus, unde ſolet eſſe argumentum ſpei, quæ ex rei militaris ſcientia concipitur. Toga uerò propria eſt Romanorum ueſtis, [o] indicat in ea ipſos excelluiſſe. Rubeus color in tunica ſignificat partem caloris æſtiui ineſſe ueri. In manuſcriptis, capita muliebria capillos in humeros ſpargunt.

m l. 37. ff. de ædil. edicto.
n lib. 3. variar. ad Fauſtum.
o l. 32. ff. de iure fiſci.

A dextera ſummi anguli armarij Oriẽtalis eſt imago capitis muliebris cauo orbi incluſa, quæ ſupra

viridem



iridem tunicam, togam geſtat roſeam, cui inſcriptum eſt VIRTVS, ſed manuſcripti habent SCIENTIA REI MILITARIS. In eodem angulo alterius armarij, ſimile omnino caput huic reſpondet, cui inſcriptum eſt, AESTAS, quæ cum propter ardorẽ ignem imitetur, roſeam togam induit: Caſsiodorus, [a] Roſeus, inquit, æſtati flammeæ dicatus eſt: Hæc virilem ætatem, robore firmatam refert, cui æſtiui labores conueniunt. Robur enim pro virtute Veteres accipiebant, vt indicat Gordiani numus, in quo ſpectatur Hercules nudus, cum claua, & inſcriptione VIRTVS AVGVSTI. ſignificant ergo hæ imagines, ex ſcientia rei militaris, virtutem & robur æſtati reſpondens oriri. Praſsinus color in tunica, forte denotat virtutem virentem, rei militaris ſcientia produci, quemadmodum æſtas veri ſuccedens, eius viriditatem retinet: At manuſcripti togã æſtatis auream, tunicam vero rubram oſtendunt. Toga, Romanos & eorum imperium indicat, quod virtute excelluit; ſicut & Virgilius [b] ſignificat.

*Hinc progeniem virtute futuram*
*Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.*

a in loco ſupra citato.
b in 7. Aeneid.

A læua Orientalis armarij in imo eſt aliud caput humanum, duplici luteo circulo incluſum, ſubſcriptum eſt, AVCTORITAS. Caput purpureo pileo tegitur, tunica viridis ab humeris circa collum rubeo limbo ornata pendet; Ante pectus rubeum pallium à ſiniſtro humero deſcendit.

In imo læuæ Occidentalis armarij, eſt omnino huic ſimile caput, cui ſubſcriptum eſt, AVTVMNVS: Praſsina tunica, indicat verni aeris temperiem, & plenum [illegible]irentibus fructibus autumnum redire, Pallium rubens ante pectus eo tempore adhuc æſtatem caleſcere oſtendit; foecunditas vero fructuum in primis adſcribitnr autumno, quod & Vergilius [c] hoc carmine cecinit.

*Et varios foetus ponit autumnus, & alte*
*Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis.*

c in 2. Georgico.

Ob id eum Græci ὀπώρον vocant: ſignificatur autem ex ſcientia rei militaris, & virtute auctoritatem, ac imperium, cum vtilitate, & commodo acquiri, quod in primis Romano contigit imperio. Pileus purpureus caput tegens ſapientiæ ſignum eſt, vt Heſychius & Pierius volunt, propterea quod in capite cerebrum ſapientiæ eſt organum: Purpura Principis propria, eius prudentiam, & imperium inſinuat: autumnus & ipſe capite tecto pingitur, ob ventos & aeris frigiditatem, quibus vexatur, vnde noxius ab Hipocrate prædicatur: ſed in manuſcriptis hæc duo capita ſunt mulierum, ſparſis in colla capillis cum croceis pallijs humeris iniectis.

In imo dextræ Orientalis armarij, vltimum eſt caput hominis, duplici & ipſum orbi cauo, luteoque incluſum, cuius humeris rubens tunica volat Praſsinum pallium ante pectus tegit, ſubſcriptum eſt, FELICITAS, cui in Occidentalis armarij parte dextra, ſimile caput reſpondet; infra ſcriptum eſt HYEMS, quæ ex Praſsino pallio ſuperiore, Veri ſe obuiam ire oſtendit; rubens tunica æſtatem mox reuerſuram indicat: Id tempus autem, quo fructibus fruimur, felicitati aptum eſſe conſtat, & genio opportunum, quod & Virgilius [d] ſignificat.

d in 1. Georgico.

*Frigoribus parto agricolæ plerunque fruuntur*
*Et mutuo inter ſe læti conuiuia curant.*
*Inuitat genialis hyems, curaſque reſoluit.*

Itaque ex ſcientia rei militaris virtus, ex virtute auctoritas, ex auctoritate foelicitas prouenit, quæ omnia imperio Romano contigere. In manuſcriptis pro hyeme eſt mulier, pallio purpureo caput, tergumque, & pectus tecta. Hanc ante duæ albæ corniculæ, quæ auerſæ conſpiciunrur, ſunt Hyemis ſymbolum, inquit Pierius. [e] albæ propter niuem hyemalem oſtenduntur. Ego eas hic concordiæ typum eſſe puto, ob eximiam fidem, quam inter ſe ſeruant. Principum enim concordia, & mutui amoris candor per albas aues inſinuatur. Summatim vero plurimi codices ordine diſpoſiti, rectam imperij Romani Magiſtratuũ adminiſtrationem repræſentant, quæ ex libris mandatorum ipſis traditis, indicatur. Explicitis Romani Orientalis Imperij dignitatibus, ad Occidentales Notitia tranſit, quas pro viribus interpretari conabimur.

e auctoritate Heſiodi & aliorum.

*Finis Primi Libri, Et dignitatum Rom. Imperij Orientalis.*

# GVIDI PANCIROLI COMMENTARIORVM, IN NOTITIAM VTRANQVE IMPERII ROMANI,

## LIBER SECVNDVS.

*In quo Dignitates & Adminiſtrationes, tam Ciuiles quàm Militares in partibus Occidentis exactè declarantur.*

Cui adiectus etiam eſt eiuſdem Auctoris libellus de Magiſtratibus Municipalibus.




VENETIIS, M. D. XCIII.
Apud Franciſcum de Franciſci Senenſem.

# DE OCCIDENTALIS IMPERII:

*Dignitatibus tam Ciuilibus, quàm Militaribus,*

## *LIBER SECVNDVS.*

## NOTITIA:

## NOTITIA DIGNITATVM OMNIVM Tam Ciuilium, quàm Militarium, in partibus Occidentis.

***De initio, terminis, diuiſione, ac dignitatibus imperij Occidentalis.***

### *CAPVT I.*

### COMMENTARIVM.

IMPERIVM Roma. ab Auguſto penes vnũ Principem vſque ad M. Antoninum, & Verum continuauit: Hi ſimul primi imperare cęperunt; deinde Seuerus cum Antonino filio, & alij; ſed hi nullam prouinciarum diuiſionẽ fecerunt, cum ſemper apud maiorem tota auctoritas permaneret. Probus & Florianus primi [a] in diuerſis partibus, ſed paucis menſibus regnarunt. Cum vero Diocletianus, & Maximianus principatu ſe abdicaſſent, Orientẽ cum Illyrico, Gallerio Maximino; Conſtanti vero chloro Conſtantini Magni patri, cum Africa Occidentis partes aſsignarunt. [b] Sed is, Italia tum à Maxentio occupata, vltra alpes Cottias tantum regnauit. Poſt hos Magni Conſtantini filij aliter Imperium diuiſerunt; quod fratribus extinctis, primo in Cõſtantiũ, mox in Iulianum apoſtatam inſolidum peruenit, donec Valentinianus illud denuo cum fratre eſt partitus; Orienteque Valenti tradito, Occidentem ſibi retinuit; quorum deficientibus ſucceſſoribus, ſolus Theodoſius Magnus rerum potitus, Arcadio Orientem, Honorio Occidentẽ, ideſt Italiam, Gallias, Hiſpaniam, Britanniamque, & Africam dedit, [c] ac fines Meridiem verſus ad Berenicen ultimam ciuitatem Cyrenaicæ ſeu Libyę ſuperioris, quæ Pentapolis, à numero quinque vrbium dicebatur, ſunt poſiti; inde Africa minor ſeu Tripolitana a Syrtibus, & a Boreo promontorio Occidẽtalis Imperij initium fuit. Ad Septentrionem vero Princeps Orientis Màcedoniam, cum Myſia prima & ſecunda, vſque ad Scardum montem, ſeu Drilonem fluuium, & Danubium tenuit. Vltra Pannoniam & Dalmatiam, omnia ad Occidentale imperium ſpectabant, quemadmodum ex Notitia, & Procopio [d] deprehenditur, qui Honorio imperante Occidentale imperium à Gadibus meridiem verſus vſq; ad fines Africanæ Tripoleos itineris dierum XC. fuiſſe ſcribit, ab altera Herculis columna ſecundum Europæ littus vſque ad Sinum Ionium dierum LXXV. Orientis vero imperium à finibus Cyrenes vſq; ad Epidamnum ſeu Dyrrachium nauigãti iter CXXII. dierum fuiſſe, & Byzantio ad Iſtri oſtia dierum XXII. E Chalcedone in Phaſim fluuium dierum XL. addito itinere Dyrrachio Conſtantinopolim vſque totum Orientale imperium ambitum dierum 347. habuiſſe memorat. Notitiæ tempore hęc imperij Romani diuiſio fuit, quæ in pluribus militum inſignibus decuſſatis repręſentatur, in quibus Orientis, Africæ, Illyrici, & Occidentis partitio duobus typis indicatur, Orbe ſcilicet hoc O linea una per medium ducta diuiſo, aut cruce obliqua inſtar litteræ X, diſtincto. Relictæ autem ſunt Orienti prouinciæ LX. videlicet ſub P. P. Orientis L. ſub P.P. Illyrici X. Occidenti LVIII. ex quibus XXI. P.P. Italiæ parebant, totidem Præfecto Galliarum. Communi tamen conſenſu, uterque Princeps res imperij ſemper adminiſtrauit, leges coniunctim promulgauit, arma coniunxit, ac ſimul Conſules creauit; quorum alter Romæ, alter Conſtantinopoli reſidebat, ut duo dimidia coniuncta viderentur imperia. Ob duplicem uerò adminiſtrationem, dignitates, & magiſtratus geminari oportuit, qui ſimiles, ac ferme ijdem utrobiqne creabantur, & ſi ob regionum, & rerum diuerſitatem, in quibuſdam differebant. Poſt operis inſcriptionem ſequitur in Notitia index dignitatum imperij Rom. occidentalis: Quarum nomina & ſeriem prius uolui hac in Tabella proponere Lectori.

a auctore Zonara.

b vt Aurelius Victor de Cęſarib9 & alij referunt, vt oroſi. lib. 7. ca. 25. qui hanc primam imperij diuiſionem fuiſſe dicunt.

c Zoſimus, in fi. 4.

d in 1. de bell. Vandalico, in pri

- *Dignitates Occidentis.*
  - *Illuſtres.*
    - *Præfectus Prætorio Italiæ, ſub quo Prouincię XXIX.*
    - *Prefectus Pretorio Galliarum, ſub quo Prouincię XXIX.*
    - *Prefectus vrbis Romę.*
    - *Magiſter equitum.*
    - *Magiſter peditum.*
    - *Præpoſitus cubiculi.*
    - *Magiſter officiorum.*
    - *Quæſtor palatij.*
    - *Comes largitionum.*
    - *Comes priuatarum.*
    - *Comes domeſticorum equitum.*
    - *Comes domeſticorum peditum.*
  - *Spectabiles.*
    - *Primicerius cubiculi.*
    - *Caſtrenſis palatij.*
    - *Primicerius notariorum.*
    - *Magiſtri ſcriniorum III.*
      - *Memorię.*
      - *Epiſtolarum.*
      - *Libellorum.*
    - *Proconſul Africæ.*
    - *Vicarij. VI.*
    - *Comites rei militaris. VI.*
    - *Duces rei militaris. XII.*
  - *Clariſſimi.*
    - *Conſulares prouinciarum. XXII.*
    - *Correctores prouinciarum. III.*
    - *Preſides prouinciarum. XXXI.*
  - *Perfectiſſimus.*
    - *Preſes Dalmatię.*

## NOTITIA.

PRÆFECTVS *Prætorio Italiæ.*
PRÆFECTVS *Prætorio Galliarum.*
PRÆFECTVS *Vrbis Romę.*
MAGISTER *peditum in Præſenti.*
MAGISTER *equitum in Præſenti.*
MAGISTER *equitum per Gallias.*
PRÆPOSITVS *Sacri Cubiculi.*
MAGISTER *Officiorum.*
QVÆSTOR.
COMES *Sacrarum Largitionum.*
COMES *rerum priuatarum.*
COMES *Domeſticorum equitum.*
COMES *Domeſticorum peditum.*
PRIMICERIVS *Sacri Cubiculi.*
PRIMICERIVS *Notariorum.*
CASTRENSIS *Sacri Palatij.*
MAGISTER *Scriniorum, Memoriæ, Epiſtolarum, Libellorum.*

### Proconſul Africæ, cuius Vicarij ſex.

VRBIS *Romæ.*
*Italiæ.*
*Africæ.*
*Hiſpaniarum.*
*Septem Prouinciarum.*
*Britanniarum.*

### Comites rei militaris ſex.

ITALIAE.
*Africæ.*
*Tingitaniæ.*
*Tractus Argentoratenſis.*
*Britanniarum.*
*Littoris Saxonici per Britannias.*

### Duces duodecim.

*Limitis Mauritanię Cæſarienſis.*
*Limitis Tripolitani.*
*Pannoniæ primæ, & Norici Ripenſis.*
*Pannoniæ ſecundæ, & Valeriæ Ripenſis.*
*Retiæ primæ, & ſecundæ.*
*Sequanicæ.*
*Tractus Armonicani, Neruicani.*
*Belgicæ ſecundæ.*
*Germaniæ primæ.*
*Britanniæ.*
*Mogontiacenſis.*

### Conſulares viginti duo.

PANNONIÆ. PER *Italias octo.*
*Venetiæ, & Iſtriæ.*
*Aemiliæ.*
*Liguriæ.*
*Flaminiæ, & Piceni.*





*Annonarij Tuſciæ, & Vmbriæ.*
*Piceni ſuburbicarij.*
*Campaniæ.*
*Siciliæ.*
PER *Africam duo.*
*Byzantij, alias Byzatij.*
*Numidiæ.*
PER *Hiſpanias tres.*
*Bęticæ.*
*Luſitaniæ.*
*Galleciæ.*
PER *Gallias ſex.*
*Viennenſis.*
*Lugdunenſis primæ.*
*Germaniæ primæ.*
*Germaniæ ſecundæ.*
*Belgicæ primæ.*
*Belgicæ ſecundæ.*
PER *Britannias duo.*
*Maximæ Cæſarienſis.*
*Valentiæ.*

### Correctores tres.

PER *Italiam duo.*
*Apuliæ & Calabriæ.*
*Lucaniæ, & Brutiorum.*
PER *Pannoniam vnus, Sauiæ.*

### Præſides triginta unus.

PER *Illyricum quatuor.*
*Dalmatiarum.*
*Pannoniæ primæ.*
*Norici Mediterranei.*
*Norici Ripenſis.*
PER *Italiam ſeptem.*
*Alpium Cottiarum.*
*Rhetiæ primę.*
*Rhetiæ ſecundæ.*
*Samnij.*
*Valeriæ.*
*Sardiniæ.*
*Corſice.*
PER *Africam duo.*
*Mauritaniæ Sitifenſis.*
*Tripolitanæ.*
PER *Hiſpanias quatuor.*
*Tarraconenſis.*
*Carthaginenſis.*
*Tingitaniæ.*
*Inſularum Balearium.*
PER *Gallias vndecim.*
*Alpium Maritimarum.*
*Alpium Poeninarum & Graiarum.*
*Maximæ Sequanorum.*
*Aquitanicæ primæ.*
*Aquitanicæ ſecundæ.*
*Nouem populanæ.*
*Narbonenſis primæ.*
*Narbonenſis ſecundæ.*
*Lugdunenſis ſecundę.*
*Lugdunenſis tertiæ.*
*Lugdunenſis Senonicæ.*
PER *Britannias tres.*
*Britannię primę.*
*Britannię ſecundę.*
*Flauię Cęſarienſis.*

## COMMENTARIVM.

NOTITIA, Orientis dignitatibus explicatis, Occidentales eodem ordine repræſentat; primo Illuſtres, deinde Spectabiles, poſtremo Clariſsimos, Perfectiſsimosq; recenſet. Inter Illuſtres, quemadmodum in Oriente fecerat, duos Præfectos Prætorio, Italiæ, & Galliarum, Præfectumque vrbi præmittit. Sed Gallijs hoc tempore à Barbaris magna ex parte occupatis, eius Præfecti inſignia omittuntur. In numero tantum magiſtratuum Orientale Imperium ab Occidētali diſcrepaſſe videtur. Inter illuſtres enim pro quinque magiſtris Orientis hic tres tantum recitantur, duo in præſenti, alter peditum, equitum alter: Tertius & ipſe equitum per Gallias, prout Conſtantinus diſtinxerat, qui peditum magiſtros, ab equitum præfectis diuiſerat. In Oriente quinque magiſtri mixtim equitibus, peditibusque imperabant.

Inter Spectabiles quoq; Proconſules numero differebant, qui in oriente duo reperiebantur, Aſiæ & Achaiæ; Hic unus tantum Africæ. Vicarij etiā quatuor totidem diœceſes Orientis gubernabant, ſex in Occidente. Hic autem animaduertendum eſt, dum legitur Proconſul Africæ, cuius Vicarij ſex; intelligendum eſt, cuius ſcilicet Africæ, non Proconſulis, quia ſoli Pręfecti Vicarios habebant, non Proconſules: inter hos eſt Vicarius VII. prouinciarum, ita tū Galliæ uidentur appellatę, etſi re vera XVII. prouincias continerent, quia ad VII. redigebantur, vt infra ſuo loco explicabitur. Vetuſtus tamen codex legit, Proconſul Africæ unus. Comites etiam orientales ab occidentalibus numero differebant: nam in Oriēte duo tantum erant, ſex in Occidente. Similitèr Duces Orientis XIII. numerantur, Occidētis XII. Clariſsimorum quoq; numerus diſsidebat; Si quidem in Oriente XV. Conſulares reperiebantur, in Occidente XXII. in quibus codex impreſſus deficit. Nā XX. ſolum numerat, quibus duo in fine addendi, ſcilicet per Britannias duo, Maximæ Cæſarienſis, & Valentiæ, qui numerum XXII. complent. Correctores etiam duo erant Orientis, tres Occidentis. Item illius Præſides XL. huius XXXI. quibus Mauritanię Cęſarienſis Pręſes deeſſe videtur; ſed quia eius prouincię Dux etiam Pręſidis officio fungebatur, non Pręſidibus, ſed Ducibus adſcribitur: Verè tamen XXXII. erant præſidales prouincię, inter quos Perfectiſsimus nullus in hoc indice nominatur, qualis in calce operis Præſes Dalmatiæ cum ſuis inſignib. repręſentatur. Nullus vero in Oriente perfectiſsimus apparet, ubi tamen duos fuiſſe dixi. quia in hac dignitate explicanda non multum Notitia laborauit. ſinguli igitur magiſtratus ſuis locis quo ordine, in Oriente cuiuſq; inſignia & officia ſunt oſtenſa infra exponentur: & à P.P. Italiæ, tanquam digniori auſpicabimur.

### DE PRAEFECTO PRAETORIO Italiæ. Cap. II.

ANTE Valerianum duo tantum inſolidum erant P.P. poſtea diuiſas regiones habere cœperūt. Ragonius enim, vt auctor eſt Spartianus in Balliſta Tyranno ſub Valeriano Illyrico, & Gallijs præfuit: primus vero Conſtantinus quatuor inſtituit, in-

quit Zoſimus, [a] unum Orienti, ſecundum Illyrico, tertium Italiæ, Africæque præfecit, quartum Gallijs, Hiſpanijs, & Britanniæ, idque obſeruatum eſt, & ſub Conſtantio, qui ad Taurum P.P. ſcribit, [b] quem Italiam rexiſſe Ammianus [c] affirmat. Sed idem ſcribit [d] Mamertinum Iuliano apoſtata imperante, Italię, Illyrici, & Africæ præfectum prætorio fuiſſe. itaque Illyricum non ſemper ſuum præfectum habuit. Verum diuiſo inter Valentinianum, & Valentem Imperio, quem admodum auctor eſt Marcellinus, Præfectus Italiæ ſolum Illyricum Occidentale obtinuit, quod prius totum ſuo parebat Præfecto. Valentinianus enim Polemio, [e] item Fabiano [f] P.P. Italiæ & Illyrici ſcribit: Galliæ Præfectus vt prius erat, permanſit. Sed Præfectus Italiæ in Principis Comitatu degebat, ſicut & Præfectus Orientis Conſtātinopoli, qui Præfecti Pretorio Comitatus uocabatur. [g] Italiæ ergo Præfecto tres nobiles, amplæque traditæ ſunt diœceſes. Italia, Illyricum, & Africa. [h] Quare idem P.P. Illyrici, Italiæq; appellatur: [i] Ad quem à Præſidibus prouinciarum ipſi commiſſarum appellabatur. [k] Conſtantius, [l] ad Taurum P.P. Italiæ, De Sardinia, inquit, Sicilia, Campania, Calabria, Brutijs, & Piceno, Aemilia, & Venetia & ceteris, interpoſitas appellationes ſan dabilis ſublimitas tua more ſolemni debebit audire. A Spectabilibus quoque ad eundem, & Quæſtorem palatij prouocabatur, officio tamen Præfecti litigātium acta excipiente, & iudicata exequente. [m] In Iuſtiniani Codice nulla Prefectorum Italiæ, aut Galliarum fit mentio; ſed tantum Orientis, & Illyrici, ſcilicet Orientalis, quia eo tempore extinctum erat Occidentis Imperium. Ipſe vero Africa denuo recepta, illi proprium Præfectum adiecta Sardinia tradidit. Italiæ ſerius recuperatæ ſuus Prefectus redditus non inuenitur. Eam quidem a Narſete Eunucho rectam fuiſſe conſtat; ſed eius magiſtratus titulus in iure non apparet. Qui poſt eum fuerunt Exarchi, ideſt præcipui Preſides ſunt uocati. Præfecti vero Eparchi dicebantur.

a lib.20.
b li.49. C. Theo. de decur.
c lib.21.
d lib.26.
e l.26. C. The. de oper. pub.
f l. pen. C. de coutremp.
g l. præcipimus. 32. C. de appella.
h l.21. C. Th. de nauicul.
i l.15. C. The. de appellat.
k d.l. pcipimus. 32. C. de app. §. illud, & §. ildo. in auth. eo. tit.
l in l.27. C. The. eo. titu.
m §.1. in Auth. de adminiſt. offic. in ſacr. app.

# NOTITIA.

## INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS, PRAEFECTI Prætorio per Italias.





ITALIA ILLYRICVM AFRICA.



GRANADA

## COMMENTARIVM.

OMNIA Orientis Præfectorum inſignia, & ornamenta officiumque, Præfectus Italiæ tenuit, ſcilicet auratum Carpentum quatuor albis equis tractum, & vultus Principum: præterea abacum albo tapeto inſtratum, qui librum erectum, purpuraque tectum binis hinc inde Cereis accenſis ſuſtinet: In cuius medio aureum Principis caput ſpectabatur. In manuſcriptis argenteum tergum, aureæ faſciæ in capitibus, & medio cingunt. Præferebat quoque effigies trium mulierum, vaſa aureis plena geſtantium; quæ capita aureis pinnis ornatę, purpureo pallio auro circum texto, & in humeros, demiſſo uelantur. Talaribus, albisque tunicis indutæ, nudis pedibus incedunt: Primæ inſcriptum eſt ITALIA. Secundæ ILLYRICVM. Tertiæ AFRICA. In Vrſini codice rubris Cothurnis euinctæ, pallijs humeros tegunt. Italiæ XVII. fuere prouinciæ, Illyrici VI. Africæ VII. Harum trium diœceſeon hic P.P. totidem Vicarios habuit, uidelicet Romæ, Italiæ, & Africæ: Illyrici uero tum deuaſtati, nullum Notitia Vicarium ponit, eius tantum diœceſim in indice nominat; antea tamen fuit, quem infra ſuo loco poſt alios reſtituere conabor. idem omnino officium hic Præfectus habet, quod alij Orientis, & latè ſupra eſt explicatum.

## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri illuſtris Præfecti Prætorio Italiæ diœceſes infraſcriptæ.

ITALIA. *Illyricum, Africa.*

Prouinciæ Italiæ decem & ſeptem.

*VENETIÆ.*
*Aemiliæ.*
*Liguriæ.*
*Flaminiæ, & Piceni Annonarij.*
*Tuſciæ, & Vmbriæ.*
*Piceni Suburbicarij.*
*Campaniæ.*
*Siciliæ.*
*Apuliæ, & Calabriæ.*
*Lucaniæ, & Brutiorum.*
*Alpium Cottiarum.*
*Retiæ primæ.*
*Retiæ ſecundæ.*
*Samnij.*
*Valeriæ.*

*Sardiniæ.*
*Corſicæ.*

### Illyrici Sex.

PANNONIÆ *Secundæ.*
*Sauiæ.*
*Dalmatiarum.*
*Pannoniæ primæ.*
*Norici Mediterranei.*
*Norici Ripenſis.*

### Africæ Septem.

BYZACIVM.
*Numidia.*
*Mauritania Sitifenſis.*
*Mauritania Cæſarienſis.*
*Tripolis.*
PRAEFECTVS *Annonæ Africæ.*
PRAEFECTVS *fundorum patrimonialium.*
OFFICIVM *viri illuſtris Præfecti prætorio Italiæ.*
PRINCEPS.
*Cornicularius.*
*Adiutor.*
*Commentarienſis.*
*Ab actis.*
*Numerarij.*
*Subadiuuæ.*
*Cura Epiſtolarum.*
*Regerendarius.*
*Exceptores.*
*Adiutores Singularij.*

## COMMENTARIVM.

QVEMADMODVM in numero magiſtratuum Orientale Imperium ab Occidentali differebat, ita in diœceſibus Vicariorum diſcrepabat. Præfectus enim Orientis quinque diœceſibus præerat. Præfectus Italiæ tribus tantum, Italiæ, Illyrici, & Africæ. Italiæ prouinciæ erant XVII. Illyrici VI. Africæ VII. Vt apud Notitiam ſcriptum extat, ſed verè nō erant niſi VI. computata in his etiam Mauritania Cęſarieñſi à Duce adminiſtrata, & ſupra in indice omiſſa. Et quoniam à Duce regebatur, & Africa, à Proconſule recta, ideoque omiſſa, quia inter Conſulares, aut præſidales non numeratur. Verum numerus augetur, quoniam inter prædictas VII. Africæ prouincias Notitia præfectum annonæ Africæ, & præfectum fundorum patrimonialium recenſet, quem eum eſſe puto, qui Gildonis patrimonium procurabat, & officium quemadmodum Comes rerum priuatarum habebat, & ferè illi æquabatur, vt in eo dicetur. Hi tamen prouinciarum rectores non erant, ſed quia amplam habebant adminiſtrationem, præſidibus comparabantur, & pars diœceſis Africanæ habebantur, de quibus infra ſuo loco dicetur. His ergo duobus præfectis ademptis, prouinciæ Africæ VI. remanebant, duæ conſulares, Byzatium & Numidia, tres præſidales, & ſi Notitia in indice duas tantum ponat, ſcilicet Mauritaniæ duæ, Sitifenſis, & Cæſarienſis. & Tripolis. His addenda eſt Africa cum proconſule. itaque ſunt VI. prouinciæ.

Idem omnino officium hic Præfectus, quod alij P.P. Orientis habent; Quare quæ ibi dicta ſunt, hic repetenda non putaui. Vt autem apertius huius Pręfecti pateat imperium, eorum, quibus præerat, breuiarium appoſui. Poſt hunc ad alium P. P. qui ſecūdum inter illuſtres gradum tenet, erit tranſeundum.

Præfectus



**Præfectus P.** — **Quibus imperaret.**

*P.P. Italiæ parebant prouinciæ XXIX. Vicarij III.*

- *Proconſul Africæ* — *Africa.*
- *Vicarius Romæ, cui prouinciæ X.*
  - *Conſulares IIII.* — *Campania, Tuſcia, Picenum Suburbicarium, Sicilia.*
  - *Correctores II.* — *Apulia Calabriaque, Brutij*
  - *Præſides IIII.* — *Samnium, Sardinia, Corſica, Valeria.*
- *Vicarius Italię VII.*
  - *Conſulares IIII.* — *Venetiæ & Hiſtriæ, Aemiliæ, Liguriæ, Flamminiæ & Piceni annonarij.*
  - *Præſides III.* — *Alpes Cottiæ, Rhetia prima, Rhetia ſecunda.*
- *Vicarius Africæ V.*
  - *Conſulares II.* — *Byſantium, Numidia.*
  - *Pręſidum III.* — *Tripolitana, Mauritania Sitifenſis, Mauritania Cæſarea*
- *Vicarius Illyrici VI.*
  - *Conſularis I.* — *Pannonia ſecunda.*
  - *Corrector I.* — *Sauia.*
  - *Præſides IIII.* — *Pannonia prima, Noricum Mediterraneum, Noricum Ripenſe, Dalmatia.*

## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri Illuſtris Præfecti prætorio Galliarum Diœceſes infraſcriptæ.

HISPANIAE *ſeptem Prouinciæ. Britanniæ.*

### Prouinciæ Hiſpaniarum ſeptem.

BAETICA.
*Luſitania.*
*Callecia.*
*Tarraconenſis.*
*Carthaginenſis.*
*Tingitania.*
*Baleares.*

### Prouinciæ Galliarum decem ſeptem.

VIENNENSIS.
*Lugdunenſis prima.*
*Germania prima.*
*Germania ſecunda.*
*Belgica prima.*
*Belgica ſecunda.*
*Alpes Maritimæ.*
*Alpes Penninæ, & Graiæ.*
*Maxima Sequanorum.*
*Aquitania prima.*
*Aquitania ſecunda.*
*Nouem populi.*
*Narbonenſis prima.*

Narbonenſis

*Narbonenſis ſecunda.*
*Lugdunenſis ſecunda.*
*Lugdunenſis tertia.*
*Lugdunenſis Senonia.*

Britanniarium quinque.

*MAXIMA Cæſarienſis.*
*Valentia.*
*Britannia prima.*
*Britannia ſecunda.*
*Flauia Cæſarienſis.*

*OFFICIVM viri illuſtris præfecti prætorio Galliarum.*

*PRINCEPS.*
*Cornicularius.*
*Adiutor.*
*Commentarienſis.*
*Ab actis.*
*Numerarij.*
*Subadiuua.*
*Cura Epiſtolarum.*
*Regerendarius.*
*Exceptores.*
*Adiutores ſingularij.*

COMMENTARIVM.

### *DE PRAEFECTO PRAETORIO Galliarum. Cap. III.*

CONSTANTINVS quarto Præfecto prætorio, inquit Zoſimus, [a] trans Celtas & Hiſpanos cum inſula Britanniæ commiſit; Sed & ſi pluribus regionibus p̃eſſet, à Gallijs Italiæ proximioribus,& opulentioribus, P.P. Galliarum eſt appellatus. Ita Valentinianus Viuentium, [b] Florentium,[c] & Antonium,[d] Arcadius Vincentium, [e] Honorius Dardanum [f] appellant. Itaque XXIX. prouincijs imperabat, VII. in Hiſpania; XVII. in Gallijs,& V. in Britannia. His omnibus in tres diœceſes diuiſis, totidem Vicarios præfecit. Verùm Britannia, & Hiſpania, Gallijſque à Barbaris captis, [g] hic P. P. eſſe deſijt, vnde nulla eius hic repræſentantur inſignia, tantùm recitantur diœceſes,& officium, quod idem eſt cum Præfecto Prętorio Italiæ: vel fortè quia eadem, quæ & P.P. Italię geſtabat inſignia, fruſtrà viſum eſt ea repeti. Elenchus, in quo hæ diœceſes recitantur, eſt mendoſus. Tres enim recenſentur. Prima Hiſpaniæ. Secunda ſeptem prouinciarum, legendum eſt XVII. prouinciarum, quæ erant in Gallijs. Tertia Britanniæ in quinque prouincias diuiſæ. Hiſpania uerò VII. habebat. Fortè etiam ſcripta eſt hæc Notitia tempore, quo Aetius Galliarum P. P. VII. tantum prouincias, ideſt Turonios, Andegaues, Oenomanos, Venetoſque,& Nanthes nondum à Viſigris ſubactos, ſub Romano Imperio continebat. [h] Nullam uerò Iuſtinianus in ſuo catalogo Præſidum [i] harum prouinciarum tum Romanum imperium non agnoſcentium, mentionem facit. His ſummatim de præfectis prætorio occidentis deguſtatis ad tertium. Occidentis illuſtrem, ideſt Præfectum vrbi progrediamur.

a lib. 2.
b in l. 2. C. de relatio. l. vnic. C. ne operæ à collato. exig.
c l. 3. C. Theo. de cenſ. ſiue adſcr.
d l. decuriones, 16. C. de quęſtio.
e l. 1. 2. & 3. C. T. de his qui conditio propr. reliq.
f l. 171. C. Th. de decurio.
g Nicepho. lib. 14. c. 56. Pau. Diacon.
h Blond. lib. 2. deca. primæ.
i in Nouel. 8. ad fin.

### *DE PRAEFECTO VRBI ROMAE. Cap. IIII.*

PRAEFECTVS Vrbi Romæ ab Auguſto potius reſtitutus, quàm inuentus videtur. Nam vt Tacitus [k] ſcribit. Anteà profectis domo Regibus, mox Magiſtratibus, ne vrbs ſine imperio foret, vnus in tempus deligebatur, qui illis abſentibus ius diceret, ac ſubditis moderetur, feruntque à Romulo Dentrē Romulium, poſt à Tullo Hoſtilio, Numam Martiũ, & à Tarquinio ſuperbo S P. Lucretium vrbi impoſitos. Ceterum Auguſtus bellis ciuilibus implicitus, Cilinicum Moecenatem, equeſtris ordinis virum Romæ atque Italiæ præpoſuit. Mox rerum potitus, ob magnitudinem populi, ac tarda legum auxilia, ſumpſit è conſularibus, qui coercerēt ſeruitia, quod ciuium audacia turbidum, niſi uim metuat. Primuſq; Meſſala Coruinus eam poteſtatem, ſed paucos intra dies finem accepit, quaſi neſcius exercendi. Tum Taurus Satilius, quanquam prouecta ætate egregiè tolerauit. Dein L. Piſo per XX. annos pariter probatus, publico funere ex decreto Senatus celebratus eſt. Hæc Tacitus. Fuit hic vnus ex his, ad quos Horatius poeticã ſcripſit, & anno à Chr̃o nato XXXIII. & imperij Tiberij XVII. deceſsit. Piſoni Aelius Lamia ſucceſsit, qui non amplius biennio ſuperſtes in magiſtratu obijt. Ceterum Euſebius Cæſarienſis ait Meſſalam Coruinum, qui primus vrbi ab Auguſto eſt pręfectus, intrà ſex dies ſe abdicaſſe. Inciuilem cum Magiſtratum eſſe conteſtatus, cui omnem imperij poteſtatem Auguſtus conceſſerat, non tantum in vrbe, ſed & extra, intra centeſimum lapidem, ideſt centum millia paſſuum. [l] Vnde rectè Paulus refert quẽdam municipem Gabiorum, quæ ciuitas eſt Volſcorum, Roma LXX. millibus paſſuum diſtãs, à Præfecto vrbi relegatum fuiſſe.[m] Dion [n] ſcribit ex ſententia Mœcenatis vrbi Præfectum ab Auguſto creatum fuiſſe, qui omnes ciuiles, & criminales cauſas in vrbe,& extra intra 560. ſtadia iudicaret, & ad eũ ex prouincijs appellaretur, quod poſtea emẽdatum fuit,& actum, vt tantum ex regionibus huic Præfecto ſubiectis ad ipſum prouocaretur. Vopiſcus. [o] Omnis prouincia, inquit, Præfecti vrbis erat, quæ tamen à Proconſulibus, & ab ordinarijs iudicibus emerſerat: & paulò poſt, Præfecturæ Vrbanæ appellatio uniuerſa decreta eſt, quod poſtea ad ſuburbanas prouincias eſt reſtrictum, vt ab earum Rectoribus tantum ad Præfectum vrbi prouocaretur. Valẽs A. [p] Referant, ait, de ſuburbanis prouincijs iudices ad præfecturam ſedis Vrbanæ, de cæteris ad præfecturam prætorio. Hæc ille. Suburbanæ autem uocabantur Italiæ prouinciæ quas ſuburbia Romæ pertingebant. Ceterum Valentinianus Placidiæ diuiſis cum Genſerico Vandalorum Rege Africæ prouincijs, ab illis quas ſibi retinuit, nempe Numidia & vtraq; Mauritania, & Tripolitana, cum Vicarius ibi eſſe deſijſſet, ad P.V. appellari conceſsit.[q] A Prætoribus etiam, qui imperante Conſtantino duo tãtum Romæ erant, ad Præf. vrbi prouocabatur, [r] Alexander verò Imperator intra vrbem Præfecti auctoritatem diminuit, quem cum viris conſularibus iudicare iuſſit. Lampridius, [s] fecit, inquit, Romæ & curatores vrbis XIIII. Sed ex conſularibus viros, quos audire vrbana negocia cum Præfecto iuſsit. De capite quoque Senatoris, adiunctis ſibi quinque patritijs Senatoribus, vel ſorte eductis,& magiſtratu functis cognoſcere cœpit. Valens A. [t] Præfecto, ait, vrbis cognoſcente de capite Senatorum ſpectatorum maximè virorum iudicium quinque virale ſociabitur, & de præſentibus, & adminiſtratorum honore functis licebit adiungere ſorte ductos, non ſponte delectos. Hoc eſt quinque virale iudicium, cuius meminit

Cod. de offic. Pręfect. vrbi.
K in quinto.
l l. 1. §. initio. ff. de offic. Præfect. vrb.
m in l. de pollicitationibus, de pollicitatio.
n lib. 25.
o in Floriano.
p in l. 13. C. Th. de accuſat.
q Nouell. Valentiniani prima ti-tu. 22.
r l. ũ apud. C. de appellat.
ſ in eodem Alexandro.
t in d. l. 13.



meminit Honorius. [a] Quare Baſilio & Prætextato Senatoribus, coram Argolico P.V. artis magicæ accuſatis Theodoricus [b] quinque patritios adiunxit: ciuiles verò cauſas, cum Senatores cõueniebantur, ſolus audiebat. [c] Ab vrbi Præfecto appellabatur, [d] quod & Conſtantius A. cõfirmauit, [e] qua in re P.P. inferior inueniebatur, à cuius ſententia appellare nõ licebat. [f] Vtrique conceſſum eſt, vt deportare poſſent, quod Præſidibus non licebat. Vlpianus. [g] A prę fecto prætorio, inquit, & eo qui uice Præfecti ex mandatis Principis cognoſcet, item à præfecto vrbi deportatos, quia ei quoque ex epiſtola P. Seueri, & Imperatoris noſtri ius deportandi datum eſt, amittere ciuitatem conſtat. Hæc ille. Præfectus vrbi quoſdam milites in urbis ſtationibus diſpoſitos habebat, ad tumultus, ſiqui orti eſſent, ſedandos. [h] Ad eũdem diſciplina ſpectaculorum, cura carnis, vt iuſto precio venderetur, & fori animalium, & totius annonæ ſtudium pertinebat. [i] Omnes denique artes ſub eius imperio exercebantur. [k] Quarum tamen moderatio minoribus magiſtratibus a Principe eligendis demandabatur. Symmachus, [l] cum ad Præfecturam, inquit, vrbanam ciuilium rerum cura pertineat, minoribus officijs certa quædam membra creduntur, quibus agendis induſtrios, & priuatos oportebat adhiberi. Tales nunc de iudicio numinis tui publicus vſus expectat. ſcribit autem ad Theodoſium imp.

Huius Præfecti curam Caſsiodorus [m] paucis cõplectitur, Carpento, ait, veheris per nobilem plebẽ, publicatæ uota comitantur: habes copioſè vnde tibi gratiam tantæ ciuitatis acquiras, ſi merces diuerſæ nulla uenalitate vendantur, ſi exhibitio ſalubriter accenſa, thermarum rapidarum arboribus non tepeſcat; ſi ſpectaculum, quod prębetur voluptati fit cauſa litigijs. Hæc ille. Itaque agitatores, ſcenicique, & omnia ad ludos pertinentia à Præfecto vrbi diſponebantur.[n] In primis verò urbem à ciuibus & artificibus cuſtodiri iubebat, Theodoſius [o] nullus, inquit, de ciuibus Romanis, nullus de corporatis ad militiã cogendus eſt, ſed tantum ad murorum, portarumq; cuſtodiam, quoties vſus exegerit, i. V.P.V. diſpoſitionibus ab omnibus obſequendum. Cuius ordinatio etiam in muris, turribus, & portis, quæ ſunt labefactata reſtituãt, ita vt reparatione murorum, vel omnium, quæ ſupra dicta ſunt, nullus penitus excuſetur. Hæc ille. Ob id hic Præfectus curabat, vt calx pro reparandis formis aquæ ductuum fieret, cuius coctoribus primo pro tribus vehis calcis ſingulas vini amphoras dabat,& ſingulas vectoribus pro binis millibus,& nongentis pondo calcis, quam Romam vehebant. [p] poſtea inductum eſt, vt vectoribus pro ſingulis uehis ſinguli ſolidi præſtarentur, quorum tres partes poſſeſſores prædiorum, quartam Præfectus vrbi in vino pendebat. Quotannis enim terna millia minorum vehum calcis vmbri, Piceni,& Campani Romæ præſtabant, Tuſci 900. [q] Ex his 1500. onera aut venæ pro reparãdis formis aquæductuũ, reliquum in ſarcienda tecta publica vrbis inſumebatur, quorum cura ad vrbis Præfectum ſpectabat. [r] Denique obſeruare tenebatur, ne quis piſtorum corpori annexus aufugeret. [s] Hic Prędectus vrbi uocatur, nulla Romæ facta mentione; quia quemadmodũ Athenas tanquam ceteris ciuitatibus pręſtantes peculiari verbo ἄστυ appellabant, inquit, Stephanus, ſic Romam per Antonomaſiam urbem uocauere. [t] Primus in Senatu ſententiam P.V. dicebat, ut auctor eſt Caſsiodorus, [u] & ſupra conſulares ſedebat. in actis D. Sebaſtiani & aliorum martyrum Fabianus V. P. Illuſtriſsimus à S. Tiburtio appellatur, Diocletiano imperante, anno ſalut. 286. [x]

a in l. ult. C. T. de iuriſdic.
b l. apud Caſſiodorum lib. 4. variar.
c l. 4. C. Th. de iuriſdict.
d l. Aemilius. 38. de mino.
e l. 23. C. Th. de appel. l. fin. C. de his qui per met. iudi. non appellar.
f l. unic. ff. de off. Præf. Præto. l. p̃fecti. 17. ff. de minor l. unic. C. de ſent. præf. præto. l. 19. l. 30. l. 35. C. de appellatio. l. 8. C. de epiſco. audien. l. 16. C. Th. de appellat. Nouell. 119. c. 5.
g in l. 1. §. 2. de leg. 3. l. 1. §. 1. de off. Præf. vrb.
h l. 1. §. quies. ff. de offi. Præf. vrb. & Dion.
i d. l. 1. §. cura carnis l. vlt. in fin. ff. ad l. Iul. de anno.
K l. 4. C. de off. Præf. vrb.
l epiſtola 16.
m lib. 6. variar. in formula præfecturæ vrbanæ.
n l. 14. & ſeq. C. The. de ſcenic. l. vi. C. T. de lenon. l. 1. C. Th. de vſu ſellar.
o in Noue. ti. 41. de pantapolis.
p l. 1. C. The. de calc. coct.
q l. 3. C. The. de calc. coct.
r d. l. 3.
ſ l. 8. C. Theo. de pictorib.
t Quintilianus, lib. 8. cap. 2.
u lib. 6. in formula præfecturæ vrbanæ.
x Cæſar Baro. in annalib.

NOTITIA

# NOTITIA.

# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS, PRAEFECTI Vrbis Romæ.



## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri Illuſtris Præfecti vrbis habentur adminiſtrationes infraſcriptæ.

PRAEFECTVS *Annonæ.*
PRAEFECTVS *Vigilum.*
COMES *Formarum.*
COMES *riparum, & aluei Tiberis, & Cloacarum.*
COMES *portus.*
MAGISTER *cenſus.*
RATIONALIS *Vinorum.*
TRIBVNVS *Foriſuarij.*
CONSVLARIS *aquarum.*
CVRATOR *operum maximorum.*
CVRATOR *operum publicorum.*
CVRATOR *Statuarum.*
CVRATOR *Horreorum Galbanorum.*
CENTENARIVS *portus.*
TRIBVNVS *rerum nitentium.*
OFFICIVM *viri illuſtris præfecti vrbis eſt ita.*
PRINCEPS.
*Cornicularius.*
*Adiutor.*

Com-



*Commentarienſis.*
*Ab actis.*
*Primiſcrinius, ſiue Numerarius.*
*Subadiuuæ.*
*Cura Epiſtolarum.*
*Regerendarius.*
*Exceptores.*
*Adiutores.*
*Cenſuales.*
*Nomenculatores.*
*Singularij.*

## COMMENTARIVM.

INSIGNIA P. V. habet, vt P.P. Orientis, & Italiæ. In Vrſini Codice auriga pedes ſupra rubram tunicā, album colobium indutus vtrinque brachia exerit, peroneſque coeruleos ſuprà rubras calligas calceatus, læua virgam tenet, dextra habenas, à capite quadrigæ ultimi equi pendentes regit, ceteri tres equi infrenes videntur. In Madruciano, auriga viridi colobio ſuprà ſagum praſsinum iniecto, cœruleos cothurnos altè ad genua induit, proximique equi habenas dextra tenet, læua uirgam geſtat. Currus ab equis albis auratus trahitur, quem carruchā vocabant.[a] Gratianus ad Nebridium Præfect. vrbi,[b] omnes, inquit, honorati ſeu ciuilium, ſeu militarium, vehiculis dignitatis ſuę, ideſt carruchis intra vrbem ſacratiſsimi nominis ſemper vtantur, ſuprà abacus cœruleo tapeto inſtratus, & ſurrectus librū mandatorum argenteo corio tectum ſuſtinet; eum in medio & capitibus aureę faſciæ cingunt, vt in omnium Illuſtrium inſignibus cernitur. Aurea item Principis imago medio libri tergo includitur. Illo monebatur, vt totius vrbis curam haberet, ac eius vectigalia exigeret.

a l. 1. C. de hono. vehic.
b in d. l. 1.
Cod. de apparitorib. Præfecti vrb.

Eius officium idem erat, quod Proconſulum. Hic amplius ceteris magiſtratibus, cenſuales, & Nomenclatores habebat, qui in aliorum officijs non reperiuntur, quia in priuatis ciuitatibus cenſum decurionibus præſentibus Cenſuales agebant:[c] vnde hoc ad officia Præſidum non ſpectabat. At Romæ, vbi pro curia erat Senatus, qui hæc non curabat, agendi cenſus ſollicitudo in vrbi Præfectum reiectatur, qui ob id cenſuales habuit, alijs magiſtratibus minimè neceſſarios. Hi cenſum expediebant, ideſt, cuiuſq; nomen, prædia cum numero iugerum ſcribebant, ac teſtamenta inſinuabant. Nomenclatores verò olim erant, qui candidatis nomina ciuium ſuggerebant.[d] Spartianus.[e] Nomina, ait plurimis ſine Nomenclatore reddidit, quæ ſemel & ſimul congeſta audierat. Hæc ille. Fartores Nomenclatores Feſtus appellat, qui clam velunt infarcirent nomina ſalutādorum in aurem candidati. Sed hic Nomenclatores eſſe puto, qui ciues ſe aut bona ſua non profitentes nominabant, vt cenſui adſcribi cogerentur, à nominando enim vel citandis ciuium nominibus, ſunt appellati. Hi in aliorum magiſtratuum officiis minimè neceſſarij fuere, in alijs enim vrbibus tabularij ciuitatum coram defenſoribus municipalium nomina cum eorum ſubſtantia notabant.[f] Iidem apud Præfectū tutores nominabant, qui idonei pupillis darentur,[g] & ideo nominatores uocabantur.[h] Alios etiam publica munera ſubituros ſuggerebant, & nominabant pro quibus tenebantur, ſiquid illi in demandato munere deliquiſſent.[i] In eodem officio Numerarius fuit, Primiſcrinius cognominatus, cuius officium erat, calcis Romam vectæ, impenſarumque in ædificia factarum, tritici Romam vecti, & inter populum diſtributi, & aliorum huiuſmodi rationes ſcribere. Millenos quoque denarios, quos pro larido debito populo Romano, Lucani, Brutij, & Campani pendebant in Codices referebant.[k] Erat & huius prætorianæ ſedis adiutor Primicerius uocatus,[l] qui delinquentes ligandi, & carceribus mancipandi per biennium curam habebat. Quotannis Præfecti vrbi apparitores ſacram purpuram adorabant, ideſt, purpuream veſtem exoſculantes, Principem reuerēter ſalutabant, quod alijs apparitoribus, præterquam prætorianis, non licebat.[m] Ceteri huius officij homines in P.P. ſunt declarati.

c l. ſuſceptores. 10. C. de ſuſcept. & arcar.
d Feſtus in ver. Fartores.
e in Adriano.
f d. l. ſuſceptores. 10.
g §. ſed hoc iure, inſti. de Attil. tutor.
h rubri. ff. de fideiuſſ. & nominatorib.
i l. 2. §. 1. ff. ad municipal. l. 1. & toto tit. C. de filijs fam. & quemad. pater pro his teneatur.
k l. fin. C. T. de ſuarijs.
l in l. vlt. C. eod.
m in l. 1. C. de apparitorib. Præf. vrb.

Præter officium imperabat Præfectus vrbi XV. magiſtratibus ſeu curatoribus, ideſt Præfectis duobus, videlicet Annonæ, & Vigilum, tribus Comitibus, ſcilicet formarum, item riparum, alueique Tiberis, cloacarumque, & portus. Item Magiſtro cenſus, Rationali uinorum, Tribuno fori ſuarij. Conſulari aquarum, quatuor curatoribus operum maximorū, operum publicorum, ſtatuarum, horreorum Galbanorum, Centurioni portus & Tribuno rerum nitentium, quorum officia à Præfecto annonæ exorſi ordine explicabimus.

## *DE PRAEFECTO ANNONAE. Cap. V.*

PRAECIPVA Romanorum cura fuit, ne plebs fame laboraret, cui etiam ad eam ſibi conciliandam frumentum, quandoque vilius dederunt, atque ēt donarunt. Mannium Marcium Aedilem plebis primum frumentum populo aſsibus in modios elargitū fuiſſe Plinius ſcribit.[n] Idē & alij quandoq; fecerunt. C. verò Gracchus Tribun. plebis, legem tulit, ut ſemiſſe, & triente frumētum populo daretur.[o] Poſt eum M. Cato, ad diminuendam. C. Iulij Cæſaris potentiam 1250. talenta, ad diuidendum plebi menſtruum frumentum quotannis impendi ſuaſit.[p] Demum P. Clodius Tribun. plebis.[q] Legèm annonariam tulit, ut frumentum populo, quod ante ſemiſſe æris, ac triente, in ſingulos modios uendebatur, gratis daretur. Fuerunt viginti & trecenta millia hominum qui hoc frumentum acceperunt, quem numerum C. Iulius Cæſar ad centum quinquaginta millia retraxit.[r] poſtmodum capta Africa iuſsit viginti myriades medimnorum Atticorum frumenti, ideſt CC. millia ad alendum populum Romam aduehi, & olei librarum myriades, CCC. ideſt tricies centena millia, vt auctor eſt Plutarchus, duoſque prætores, & totidem Aediles Cereales, à Cerere nuncupatos inſtituit, qui hóc frumentum Romam aduehendi & populo diſtribuendi curam haberent.[s]

n lib. 18. cap. 3.
o vt auctor eſt Florus.
p Plutarch. in C. Cæſare.
q auctore Aſconio.
r Tranquil. c. 41. Dion. lib. 43.
ſ l. 2. §. capta deinde Sardinia. ff. de orig. iur.

Auguſtus uero & ipſe rerum potitus, vnum ex ordine equeſtri annonę Pręfectum elegit, cùm enim rei frumentariæ penuria plebs premeretur. Anno ab vrbe condita DCCXXXII. illi cum faſcibus XXIIII. occurrens dictaturam, annonæque præfecturam obtulit, qui illa reiecta hanc accepit. Ex Aegyptoque ducenties centena millia modiorum frumenti Romam aduehi curauit,[t] eſſe poſſunt fermè decies ducenta quinquaginta millia ſaccorum frumenti. Eſt enim modius, quantum octo diebus ad unius hominis victum ſufficit, & pendit libras XVIII. alij dicūt XX. Medimnus eſt lib. 120. ſecundum alios 108.[u] Duos etiam uiros prætorios creauit, qui prout uſus exigebat, hoc frumentum inter plebem gratuito, aut admodum vil i pretio diſtribuerent. Tranquillus;[x] Frumentum, inquit; in annonæ difficultatibus ſæpè leuiſsimo, interdum nullo pretio uiritim admenſus eſt, ac ne plebs frumentationum cauſa à negocijs auocaretur, ter in annum quaternorum menſium teſſeras dare deſtinauit. Hæc ille. Erat autem teſſera

t ut refert Sext. Aurel.
u Suid. in uer. μέδιμνος. Rhetami. Palæmon. de pōderib. Bud. 5. de aſſe.
x in Auguſto. c. 40. & 41.

ſignum

a lib. orig. ult. cap. 14.
b in l. ſed etſi. 52.§. 1.ff.de iud.
c in l. mortuo. 49.§. 1.de lega.2.
d in l.Titia Seio 87.in princ.cod. tit.ſcilicet,de legat. 2.
e Plinius in panegyrico.
f l. Mela. 14.§.1. ff. de aliment.& cibar. legat.
g in Pertinace.
h l.3. C. The.de can.frumen.urb. Rom.
i l.1.C.T. d.tit.
k in l. ciues . C. T.de annon. ciui lib.& pan.gradil.
l d.l.ciues, C.T. eod. tit.
m l.2.C.T. eod. & ll. ſeq. ibid.
n l. 1.C. The.de pretio panis oſtienſis.
o l.1.C The. de frum. urb. Conſtan.
p l. 1.C. The.de can. frum. urb. Rom.
q l. ult. §. ijdem reſcripſerunt, 5. ff. de adminiſtr. rer.ad ciuit.pertinent. l. 18.§.5. & §.qui annonã. ff. de munerib. & honor.l.2.§.4 de admin.rer.ad ciuil. l. 3.§.6. C.Th. de annon.ciuil.
ſ in 6. in fenem
h præfecti anno næ.

ſignum æneum,in quo nomen accipientis, & grani accipiendi quantitas continebatur.Iſidorus. ᵃ Teſſeræ,ait,ſunt,quibus frumentorum numerus deſignatur . Hæ vendi poterant, & legari.Vlpianus. ᵇ Si libertis ſuis, inquit, teſſeras frumentarias emi voluerit: quamuis maior pars hæreditatis in prouincia ſit: tamen Romæ debere fideicommiſſum ſolui,dicendũ eſt;cum apparet id teſtatorem ſenſiſſe ex genere cõparationis;quia hæ teſſeræ tantum Romæ emi poterant. Paulus. ᶜ Si Titio,ait,frumentaria teſſera legata ſit,& is deceſſerit,quidam putant extingui legatũ, ſed hoc non eſt verum; nam cui teſſera legatur,æſtimatio uidetur legata. Idem. ᵈ Titia,inquit, Seio teſſeram frumentariam comparari voluit,poſt diem trigeſimum à morte ipſius,quęro;cum Seius,viua teſtatrice teſſeram frumentariam ex cauſa lucratiua habere cœpit:nec poſsit id, quod habet,petere: an ei actio competat.Paulus reſpondi, ei , de quo quæritur,pretium teſſeræ præſtandum , quoniam tale fideicommiſſum magis in quantitate,quàm in corpore conſiſtit.Hæc Paulus. Sed cùm hoc frumentum præſtari deſiſſet . Nerua ferme quingentis millibus aureorum agrum emit, vnde pauperes,alerentur,vt auctor eſt Dion.Mox, Traianus quinque millia impuberum ex publico aluit,ᵉ quem numerum Adrianus,& Antoninus auxerunt, ut Capitolinus memorat,& alimenta uſque ad XVIII. annos pueris dederunt, ᶠ quod & ipſum primum à Commodo per annos IX.intermiſſum,à Pertinace ſublatum fuit.Capitolinus, ᵍ Alimentaria,inquit, compendia, quæ nouem annorum ex inſtituto Traiani debebantur, obdurata verecundia ſuſtulit.Sed enim Seuerus Imp. vt in Heliogabalo auctor eſt Lamprid.moriens VII. an.canonẽ Romæ reliquit, ita vt quotidiana LXXV. millia modiorum expendi poſſent. Itaque dederunt poſtea operam poſteriores Principes, vt frumẽtum pecunia publica comparatum in urbe abundaret.panes & ipſi inter plebem diuiſerunt , quibus Aurelianus,inquit Vopiſcus,vnciam addidit,frumẽtũ enim ex Africa vehebatur, ʰ ac ducenta millia modiorum purgati tritici leuiore pretio piſtoribus venundabantur , vt plebs vilius emeret , ⁱ ſed cum panis ſordidus, duarum unciarum,& ſemis,pondus non excederet, eum mundum , & ſex unciarum Valentinianus,& Valẽs, fieri præceperunt,& nullo pretio inter pauperes diſtribui,quorum nomina æneo titulo, ſeu tabulæ, cum modo panis, quem accipiebant inſcribebantur.Valentinianus A. ᵏ Gradilis,inquit,titulus figendus eſt æneus , in quem & panis modus, & percipientis nomen debebit incidi.Hunc titulum quandoque æream tabulam appellat . ˡ Panis uerò vocabatur ciuilis , quia inter ciues diuidebatur : & gradilis, quoniam à Præfecto annonæ in alto tribunali,ad quod per gradus aſcendebatur diſtribui conſueuerat ; neque enim ex piſtrino , aut aliundè ſumi poterat . ᵐ Hunc credo eſſe panem, qui vno nũmo ideſt ſextertio Arcadio imperante uenibat. ⁿ Porrò Romæ pecunia à diuitibus ad emẽdum triticum conferebatur,quemadmodum & Cõſtantinopoli, ᵒ vbi ducenta millia modiorum empta, piſtoribus leuiore pretio vendebantur, ut & ipſi vilius plebi panem diſtraherent, ᵖ ex pretioque venditi frumenti, pecunia in aliud comparandũ conuertebatur.ᵠ Hæc omnia & panem gradilem inter plebem diuidi,annonæ Præfectus,curabat. ʳ Caſsiodorus. ˢ Tui, inquit, ſtudij eſt , vt ſacratiſsimæ urbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & tam magnus populus,tanquam una menſa ſatietur.Per officinas piſtorum,ciboſque diſcurris,penſum, & munditiem panis exigis, nec vile iudicas eſſe, vnde te Roma poſſit laudare:& addit. Carpentum Præfecti vrbi mixta glorificatione conſcendis. Tu illi in ſpectaculis con iunctiſsimus inueniris , vt plebs,quam induſtria tua ſatiat,in ſuam reuerẽtiam te honoratum eſſe cognoſcat . Nam ſi querela panis, vt aſſolet,concitetur, tu promiſſor ubertatis ſeditiones ciuicas momentanea ſatiſfactione diſſoluis: & ſubdit. Agentes res piſtorum per diuerſas mundi partes annonæ Præfecto ſubiectas eſſe,vt ſuarias.& mox.Tribunal, ait,tuum non eſt inter minimas dignitates, quando & Romana gratia frueris,& prouincijs iura tranſmittis. Triticeas quidem copias præfectura prætoriana procurat, ſed non minor laus eſt diſpenſationem probabilem facere, quàm frumenta colligere : ſic Ceres frumenta dicitur inueniſſe, Pan primus conſperſas fruges coxiſſe perhibetur, vnde & nomine eius panis eſt appellatus.Ita & illa prædicata eſt,quæ reperijt, & iſte laudatus , qui decenter edenda humanis vſibus applicauit,panis pondera æquus examinator intende.Hæc ille.Cum verò Romæ conficiendo coquendoque pane piſtores non ſufficerent , ſingulo quinquennio ex Africa noui piſtores Romam mittebantur,qui hoc officium ibi exercerent. ᵗ ſcholis,& militibus ipſe P. V. officialium manu panem diſtribuebat . ᵘ

t l.ſecundum.C. Th. de piſtorib. u l. 8. & ſeqq.C. The. de anno.ciuit. & pane gradili.
x l. 1. C. The.de menſ.olear.
y d.l.ult.§. ijdẽ reſcripſerunt, de admin.rer. ad ciuit.pertin.l. 2.§. ad frumẽti,ff.eo.
z d.l. 2.§.ad frumenti.
a cap. 67.
b cap.66.
c lib.12. c.50.

Oleum etiam ex Africa aduehebatur, quod & ipſum eo modo plebi ab hoc Præfecto vendebatur , ˣ & ex pretio aliud emebatur, ʸ vel publico reſtituebatur . ᶻ Miniſtri verò Præfecti, qui populo oleum diuidebant, capulatores vocabantur , nam capulis, quæ erant vaſa vtrinque anſata, illud diſtribuebant; Cato de re ruſtica. ᵃ Cum præmiſiſſet cuſtodis olei, & capulatoris officia , ſubiungit, cuſtos oleum frequenter capulet,id eſt tranſfundat,& infrà, ᵇ capulator,inquit,concha oleum quàm diligentiſſimè poterit tollat.ita etiam appellat Columella , ᶜ quod primum , ait , oleum deſtuxerit , in rotundum labrum protinus capulator depleat , & in fictilia vaſa huic vſui parata defundat. Hæc ille. Conueniebant autem quotidie capulatores cum Quæſtoribus in locum,vbi erat oleum populo dãdum, vt hi rationes, id eſt, olei quantitatem ſingulis datam,& accipientium nomina ſcriberent, illi diuiderent:vnde in tertia vrbis regione apud Sex.Rufum,& P. Victorem, & in alia deſcriptione,quæ eſt ante hanc Notitiam, ſchola Quæſtorum & Capulatorũ fuiſſe legitur. Primus oleum populo Seuerus dediſſe vr, cuius tãtam copiam Romam vehi iuſsit , ait Spartianus, ᵈ vt per quinquennium non ſolum vrbis vſibus , ſed & totius Italiæ, quæ oleo egeret , ſufficeret . Id partim ab Heliogabalo populo ſubtractum Alexãder Imp. reſtituit,Lampridius ᵉ oleum, inquit , quod Seuerus populo dederat,quodq; Heliogabalus imminuerat, turpiſsimis hominibus præfecturam annonæ tribuendo, integrum reſtituit.Conſtantinus ad Cerealem Præf.annonæ illud vicenis follibus in libras venire præcepit. ᶠ Eſt autem follis duodecima pars oboli, vt vult Hermanopulus , & eſt ut noſter quadrans .

d in Seuero.
e in Alexandro.
f l. 1.C.T.eo.tit. de menſ. oleat.

Vini præterea,carnis,& ſalis curam Præfectus annonæ habebat,& ne immodico pretio obſonia venderentur, inter quæ ne primæ qualitatis piſces plus aureo in libras vicenas venirent, proſpiciebat . ᵍ Poſteriores Principes oleum & carnes ſuillas gratuito plebi dederunt, quæ à Præfecto diſtribuebantur . Vopiſcus ʰ ſtatuerat, inquit, vinum gratuitũ turebanus populo Romano dare, vt quemadmodũ oleum, panis, & porcina gratuita præberentur , ſic etiam vinũ daretur,quod à Præfecto Prætorio prohibitus non fecit , dicebat enim , ſi vinum populo Romano damus,ſupereſt vt & pullos & anſeres demus. Hæc ille. & infra ſubiungit Alexandrum carnem populo addidiſſe. Vendebatur caro ſuilla & bubula octo minutis,quæ eſt quarta pars oboli, vt ait Suidas. Sed Alexander efflagitante populo Romano carnes, fœminas animantes vetuit occidi ; Quare intra bienniũ tanta carniũ fuit copia,ut duobus aut vno minutis venderetur.Lampridius,ⁱ cum ædulitatem inquit, populus Roma. ab eo peteret , interrogauit per curionem , quam ſpecem caram putarent, illi continuo exclamarunt carnem bubulam atque porcinam. Tunc ille , non quidem ęduliratem propoſuit , ſed iuſsit, nequis ſuminatam occideret , ne quis lactãtem,ne quis vaccam,ne quis damalionem, tan-

g l. 1.C.T.de pretio piſcium.
h in Aureliano.
i in Alexandro.



a l. 1.C.Theo.de ſuar.
b l.ult.C.T.eod. de ſuar.
c Nouel. Valentiniani 37.de ſuar.
d d.Nouella Valentin.
e l. 2. C. Th.de ſuar.
f d. l.2.
g l.3 C.Th.eod.
h d.Nouel.Valentiniani.
i l.pen.C.T.eo. Nouel. Valẽtin. 36. de ſuar. boarijs & pecuarijs.
K lib.2.
l l. 17. C. Th.de cohortalib.
m l.adminiſtrantes.§.1.de excuſ.tuto.
n l. 2. §. & hæc omnia.ff.de orig. iur.
o l.12.C.The.de piſtor.
p l. 1. C. The.de his,qui uen.ætate, imp.
q l.menſores,ff. de excuſ. tutor.
r l. fin. ff. quod cum eo, qui in alien. poteſ.l.1.§. eſt autẽ, de exercit.
ſ l. 3.C.T.de annon.l.4. C. Th.de cano.fru.ut. Ro. l.ult.C.Th.de piſtor.
t l. 1. C. de appatito.præf.anno.
u l.ſ.§. Titius.ff. de præf. anno.
x l.ult.§. ult.ad l. Iuli. de anno. l. mulierem,de accuſa.
y l.4.C. de contra. & committ. ſtipula.

tantumque intra biennium, vel prope annum porcinæ carnis fuit & bubulæ , vt cum fuiſſet octominutalis libra, ad duos , vnumque vtriuſque carnis libra redigeretur . Hæc ille. carnem porcinam , quæ præſtari deſierat , populo Roma. Aurelianus exhibuit, vt Sex. Aurelius Victor refert. Honorius quatuor millia pondo carnium diurna populo Ro. dabat. Præter carnes, quas alij Principes plebi elargiri conſueuerant. Erat & vniuerſo populo de obſonijs proſpectum, & ob id corpus ſuariorum Romæ fuerat inſtitutum, ᵃ qui huic arti cum bonis obnoxij, eam & poſteris exercere tenebantur. His permixti erant pecuarij , qui vnum cum ipſis corpus faciebant , ᵇ eorum tres præcipui Comitis tertij ordinis honore fruebantur, primus etiam militiæ cingulum gerebat, vt tãquam miles maiori auctoritate animalia in vrbem tranſmitteret. ᶜ Tenebantur enim Campani, Samnites, Lucani, Brutij, & Tuſci, aliqui vnam & ſemis , alij duas decimas pecorum quas alebant, populo Romano exhibere. Tota hæc ſumma aſcendiſſe videtur ad tricies ſexies centena viginti millia, ideſt triginta ſex milliones , & viginti octo millia pondo carnis, ᵈ quam aut in ſpecie animalium , aut pecunia numerata pro ſuo arbitrio ſoluebant. ᵉ Aeſtimabantur autem pecora pro anni fertilitate , & vſu temporum, ᶠ modo ſenos folles, ideſt dimidium obolum precium in ſingulas carnis libras non excederet. ᵍ Demum ad removendas difficultates , quæ oriebantur, eſt actum, ut Lucani nomine ſuum, quos præſtabant ſolidorum 6400. Campani 1950. penderent. Alij pro pecore 950. ſolidos ſoluebant. Hanc pecuniam Præfectus prætorio à populis exactam ſuarijs dediſſe videtur, qua emptas carnes CL. anni diebus certo precio populo uendere tenebantur ; exemptis enim ieiunij & abſtinentiæ diebus, paulò pluribus eas comedere licebat . Suarij à perſonalibus muneribus erant immunes, in quos. ʰ Præfectus annonæ animaduertere poterat, exceptis tribus primis patronis corporis dictis , quos capitis pœna ei plectere non licebat. ⁱ Hoc enim Præf. vrbi ius erat, ciuiles verò cauſas inter eos cognoſcebat, ac pecorum, carniumque, & aliorum ad uictum ciuium ſpectantium arbiter erat. Suillas etiam carnes, quas plebi Princeps elargiebatur, ipſe fortè diſtribuebat. Zoſimus, ᵏ Maxentius, inquit, adminiſtris Marcelliano & Marcellino tribunis militum , & Luciano Suillæ carnis præbitore , quam fiſcus populo Romano largiebatur, & aulicis præterea militibus, quos prætorianos vocant, in ſolium ab his eſt collocatus. Hæc ille. Valentinianus A. pretium Laridi in 80. libras militibus aureos taxauit, tantundem in 80. libras olei, & duodenos modios ſalis , ˡ quod pretium fortè in gratiam militum vilius eſt conſtitutum. Multis curis hic Præf. diſtrictus à tutela, & curationibus, excuſabatur . ᵐ Olim magiſtratus non fuit , ⁿ Sed poſtea aucta eius auctoritate inter piſtores, ᵒ nautas, ᵖ menſores, ᵠ & negociatores frumenti iudicauit , ʳ propriumque officium, & apparitores, ˢ ab officio Præfecti vrbi ſeparatos habuit. ᵗ quibus Centurio præerat. Scæuola, ᵘ centurio, ait, ex officio annonæ miſſus ſuſtulit culleos ex horreo Seij ad annonam. Hęc ille . Ob publicam enim utilitatem res priuatorum accipi poterant: præcones etiam & fortè lictores , alioſque miniſtros hic præfectus habuit, vt Senconſulti à Frontino recitati uerba ſignificant, quod prę fectis aquarum binos lictores , ſeruos publicos ternos, ſcribas, & librarios, accenſos, præconeſque totidem decernit, quot habent ij, per quos frumentum plebi datur , Multabat etiam aut modicè caſtigabat eos , qui in annonam deliquiſſent . ˣ In municipijs, eius loco creabatur curator annonæ. Huic ſucceſsit, quem vulgò in Italia Iudicem victualium uocant. Antiquitus hoc munus fuit Aedilium , qui multis in locis eſſe deſiere. Anno ſalut. CCXXIII. Vlpianus Iureconſ. præfectus annonæ fuit , ʸ quo Alexander imperare cœpit.

## DE PRAEFECTO VIGILVM. Cap. VI.

z l. 1.ff. de offic. præf.vigil.
a Dion lib. 55.
b in l.1.in fin.2. & 3 de offi. præf. vigil.
c in Auguſto c. 30.
d lib.55.
e Dion. Tranq. & ſtrabo in 5.
f l.3.§. 1.& l.vlt. ff. eo. & l. 1. C. cod.
g d.l.3.§. penul. l. adminiſtrantes.§. 1.de excuſ. tutor.
i in d.l.3.
K l.3.& l.5.C.ex quib. cauſ. infa. irrogat.l. 1.C. ſi ex falſ. inſtrum.
l in Nouel. 13.
m lib.55.
n in l.ſi maritus 15.§. 1. ad l.Iul. de adultor.
o in l.qui mittũtur, §.1.ex quib. cauſ. maior.
p Nouell. 43. & 59.

OLIM Trium viri ᶻ ad extinguenda incendia inuenti,ea cum Aedilibus, ac Tribunis plebis arcebant. Sed orto ſemel magno in vrbe incendio , Auguſtus binas vrbis regiones ſeptem cohortibus ab igne defendendas commiſit, ſingulis Tribunos, & omnibus Præfectum uigilum ex ordine equeſtri electum præficiens, ᵃ Paulus , ᵇ Auguſtus , pluribus vno die exortis incẽdijs, ſeptem cohortes opportunis locis conſtituit, ut binas regiones urbis unaquæq; cohors tueatur, præpoſitis eis Tribunis, & ſuper omnes ſpectabili uiro, qui Præfectus uigilum appellatur . Hæc ille. Id & Tranquillus affirmat. ᶜ Aduerſus incendia, inquit, excubias nocturnas, uigilemque commentus eſt . Sed etſi una cohors duas urbis regiones tuebatur, non eodem tamen in loco degebat, ſed diuiſa in binis caſtris habitabat, ita ut unaquæque regio à dimidia cohorte cuſtodiretur. Nam P. Victor & urbis deſcriptio huic Notitiæ annexa VII. cohortium uigilum, XIIII. excubitoria ponit. Opinor autem has cohortes millenos homines habuiſſe, quot etiã prætorianas fuiſſe Dion ſcribit. ᵈ Sed & quatuor ad urbis præſidium collocatæ mille quingentis continebant. Hic Præfectus etiam urbis tranquillitati ſtudebat, proſpiciens, ne tumultus nocte exorirentur. ᵉ Incendiarios quoque fures, latrones, receptatores, & effractores puniebat , modo in eorum caput non animaduerteret. ᶠ Tota nocte uigilabat, & more militum calceatus cum hamis , & dolabris obambulabat, ædium inquilinos, ut ab incendio cauerent, admonens , ᵍ Ob hos labores à tutela, & cura excuſabatur . ʰ

A Paulo ſpectabilis appellatur , ⁱ quod nomen à compilatoribus Pandectarum additum puto, nullibi enim aliàs apud Iureconſultos hic titulus legitur, nec ibi dignitatis gradus eſſe poteſt, quia Præfectus Vigilum pluris quam Præſes, & Proconſul fuiſſet, qui tum erant clariſſimi . ᵏ Hic Præfectus diu in exiſtimatione fuit : Demum poſt Notitiæ tempus, conſpirantibus cum eo furibus , ferè pro infami eſt habitus . Quare eo antiquato , Iuſtinianus loco illius Prætorem plebis creauit , cui etiam in eos , qui nocte deliquiſſent , ut fures , & moechos, ius gladij tradidit . ˡ

Ad urbis quoque tutelam Auguſtus ſex millia militum collocauerat , ut auctor eſt Dion , ᵐ quos in partes quatuor ſeu cohortes , ſub totidem Tribunis diuiſit , ita ut ſingula cohors 1500. haberet , & hæ ſunt cohortes urbanæ quatuor, à P. Victore in urbis epilogo deſcriptæ, quæ in urbe caſtra habebant, urbana uocata. Vlpianus ⁿ ſiquis, inquit, præſens ſit, ui ce tamẽ abſentis habeatur, vt puta qui in vigilibus, uel urbanis caſtris militat, dicendum eſt deferri hũc poſſe. Et ipſi milites à Paulo urbaniciani appellantur, ᵒ in urbanicianis, ait, militibus idem D. Pius conſtituit, ut Reip. cauſa abeſſe uideantur.

Præter uigiles erant & Lecticarii, qui mortuos lectis impoſitos efferebant, unde & nomen habuerũt, qui à Conſtantino fuere Conſtantinopoli inſtituti, ut gratuitam hanc defunctis operam præſtarent : ᵖ ob id 950. ergaſteria maiori illius urbis eccleſiæ donauit, unde alerentur. Alia CL. Anaſtaſius addidit. Eorum exemplo & Romæ Lecticarij ſunt introducti, quos Conſtantinopolitanis pauciores non fuiſſe credendum eſt, qui primo 950. deinde poſtea MC. fuerunt, cum igitur magnus illorum eſſet numerus, ut facile & in promptu poſſent inueniri, unis in caſtris degebant, quæ caſtra Lecticariorum, uocata in XIIII. urbis regione à P. Victore, & alijs erant locata.

Nunc

Nunc ad Comites P. V. parentes eſt veniendum, inter quos primus erat Formarum Comes nuncupatus.

## DE COMITE FORMARVM. Cap. VII.

FORMARVM Comes reparandis aquæductuum formis ſtudebat, quæ erant ex firmis lateribus conſtructi canales. Tribus enim modis aqua in vrbem ducebatur, fiſtulis plumbeis, aut tubulis fictilibus, vel ſtructilibus canalibus, quæ formæ appellantur, ut tradit Vitruuius. [a] Addit Palladius [b] Canales ligneos. Forma igitur erat meatus ſtructilis, ſeu ex lateritio opere fabricatus, per quem aqua ducebatur.[c] Hæc olim prææltis fornicibus formam ſuſtinentibus vtrinque muro incluſa per colles Romanos diſcurrebat, cuius etiam nunc veteres extant reliquiæ. Palladius quam formam ſtructilem dixerat, poſteà ſimpliciter formam vocat, itaque lapide ſtrato continebatur, [d] vt Pomponius his verbis inſinuat, [e] Si prope tuum fundum ius eſt mihi aquam riuo ducere: tacita hæc iura ſequuntur; vt reficere mihi tuum liceat vt adire, qua proximè poſsim ad reficiendum eum ego, fabrique mei, item ut ſpatium relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & ſiniſtra ad riuum ad eam, & quo terram, limum, lapidem, arenam, calcê iacere poſſim. Aliæ verò priuatorum aquæ, inquit Paulus, [f] non eſt conſuetudinis, ut per lapidem ſtratum ducantur, ſed per fiſtulas, niſi aliud inter côtrahentes actum fuiſſet. Viginti verò quatuor aquæ Romam deductæ à P. Victore nominantur, ſed ob hoſtium incurſiones & bella, aliquarum meatibus interclusis, XIX. tantum in deſcriptione vrbis ante Notitiam reperiuntur. Itaq; magna aquarum copia Romam per aquæductus deriuata, deinde in lacus, thermas, & priuatorum ædes diuiſa, [g] magiſtratũ creari oportuit, qui ſartas, integraſque formas eſſe curaret; ne aqua exiret, ſed pura, ſalubriſque curreret, & adnatas formis arbores ædificia corrumpentes exſcindi iuberet. Dextra enim læuaque per xv. pedes prope aquæductus arbores eſſe non licebat: [h] quod Augusto imperante, an. ab V. C. 470. Senat. conſulto à Frontino recitato eſt prohibitum. Quod inquit, Q. Aelius Tubero, P. Fabius Max. Coſ. V. F. [i] aquarum, quæ in urbem venirent, itinera occupari monumentis, & ædificijs, & arboribus. [k] Q. F. P. D. E. R. I. C. cũ ad reficiendos riuos, ſpecuſque, per quæ & opera publica corrumpuntur, placere circa fontes, & fornices, & muros vtraque ex parte vacuos relinqui circa quinos denos pedes patere. & circa riuos, qui ſub terra eſſent, & ſpecus intra vrbem, & extra vrbẽ continentia ædificia utraque ex parte quinos pedes vacuos relinqui, ita ut neque conſerere arbores liceret, ſi quæ nunc eſſent arbores intra id ſpacium excindentur, præterquàm ſi quæ ex villa continentes, & incluſæ ædificijs eſſent, ſiquis aduerſus ea commiſerit, in ſingulas res in dena millia damnas eſſet, ex quibus pars dimidia præmium accuſatori daretur, cuius opera maximè conuictus eſſet, qui aduerſus hoc Sen. conſ. commiſiſſet, pars autem dimidia in ęrarium redigeretur, deque ea re iudicarent, cognoſcerentque curatores aquarum. De formis verò ita Caſsiodorus [l] ad Comitem formarum. Formis, ait, Romanis, vtrunque præcipuum eſt, vt fabrica ſit mirabilis, & aquarum ſalubritas ſingularis. Quod enim illuc flumina quaſi conſtructis montibus perducuntur, naturales credas alueos, ſoliditates ſaxorum, quando tot impetus fluminis, tot ſeculis potuit firmiter ſuſtinere: & paulò poſt. Currit aqua virgo ſub delectatione puriſſima, quæ ideo ſic appellata creditur, quod nullis ſordibus polluatur. Nam cum aliæ pluuiarum nimietate terrena commixtione uiolentur, hæc aerem perpetuo ſerenum puriſsimè labens vnda mētitur. Quis poſſit talia ſermonibus idoneis explicare? Claudiam per tãtam faſtigij molem ſic ad Auentini caput eſſe perductam, ut cum ibi ex alto la pſa ceciderit, cacumen illud excelſum, quaſi imam vallem irrigare uidetur. Quanto pulchrius eſt Claudiam Romanam per tot montium ſiccas ſummitates lauacris, ac domibus liquores puriſsimos fiſtularum uberibus emiſiſſe, & ita æqualiter fluere, vt nunquã ſe poſsit deſiderata ſubducere. In primis noxias arbores, quæ inferunt fabricarum ruinam, dum ſunt quidam mœnium importabiles arietes, cenſemus radicitus amputari: ſiquid autem conficiente ſenio fuerit demolitum, peruigili celeritate reparetur, ne creſcente defectu, augeatur nobis cauſa diſpendij. & in fine. Agat ergo peritia fideſque tua, vt & conſtructio fabricæ illibata permaneat, & aquæ diſtributio nulla ſe cuſtodum venalitate ſubducat. Hæc ille.

Comitis ergo formarum erat officium, ut eas reficeret, & æqualiter aquas diſtribueret. Vehebantur autẽ, vt ſupra diximus, quotannis tria millia vehum calcis Romam, quorum 1500. erãt pro formis aquæductuum reſtituendis, aliæ pro ſartis tectis habẽdis. Valentinianus A. ad Voluſianum vrbis Vicarium. [m] De calce locutus. Non amplius, inquit, quàm terna millia calcis minoris vehæ annuæ poſtulentur. Huius autem vehationis, ità ratio ſit partita, ut mille quingẽta omnes formis, alia ſartis tectis annua deputentur. Hęc ille, qui onus minorem veham appellat, eratque certum librarum pondus, veluti quod pluribus in locis apud Italos XXV. libris côſtat. Hęc ad curam Comitis formarum pertinebant. Idem obſeruabatur Conſtantinopoli. [n] Nunc ad alium Comitem Riparum ſub P. V. eſt tranſeundum.

a lib. 2. ca. 7.
b lib. 9. cap. 11.
c l. 1. C. de aquæ ductu.
d l. ſi prius 17. §. 1. ff. de aqua & aquæ pluuia arcendæ.
e in l. refectionis. 11. §. fin. ff. communia prædior. tam vrban.
f in d. l. 17. de aqua & aquæ plu. arcenda.
g l. ſi venditor. in fi. ff. de actio. empt.
h l. 1. C. de aquæ ductu.
i verba refecerunt.
K quid fieri placeret de ea re, ita cenſuerunt.
l lib. 7. Variar. in form. comitiuæ.
m in l. 3. C. T. de calcis coctorib.
n tit. C. de calcis coctorib. urb. Roma. uel Conſtantinopol.

## DE COMITE RIPARVM ET ALVEI Tiberis, & Cloacarum. Cap. VIII.

AB Auguſto inuentus eſt curator aluei, & riparum Tiberis. Tranquillus. [o] Quo plures, inquit partem adminiſtrandę Reipub. caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorum, viarũ, & aquarum, aluei Tiberis, frumẽti populo diuidẽdi, Præfecturam vrbis. Hæc ille. Vtile autem hoc officium fuit, quia ripas fluminum publicorum reficere, munireq; expedit, [p] dandaque eſt opera, ne in illis aliquid fiat, per quod nauigatio, aut vſus publicus impediatur; ſic & alueum Tiberis purgare, vt aqua facilius curreret, Reipub. intereſt. Hic curator, ut nobiliore titulo ſplenderet, poſt modum Comes riparum, atque aluei Tiberis eſt appellatus. Inter alias inſcriptiones antiqui curatoris, vna eſt Ti. Iulij Ferocis, Traiano imperante huiuſmodi. TI. IVLIVS FEROX CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS TERMINAVIT RIPAM P. R. PROXIMO CIPPO P. CCCLXXX. C. S. Alia ſimilis eſt inſcriptio Meſsij Ruſtici ſub Hadriano, quæ omittitur.

Cloacas quoque mundare ad ſalubritatem, & tutelam ciuitatis pertinet. Nam cœlum peſtilens, & ruinas, inquit Vlpianus. [q] minantur immunditiæ cloacarum, niſi mundentur. Eſt autem cloaca locus concauus, per quem colluies quædam fluit. [r] Cloacæ appellatione, & tubus, & fiſtula continetur. [ſ] Eas Tarquinius Priſcus primus Romæ inuenit, vt aquas ex collibus in conualles, & plana deſcendentes eueheret, quod plebis manibus fecit, cloacis è feſtigio in Tiberim ductis. [t] Illarum amplitudinem, inquit Plinius. [u] eam feciſſe proditur, ut vehẽ fœni largè onuſtam tranſmitteret, vnde eas opus omnium dictu maximum appellat, per quas poſtea cœptum eſt nauigari ſuffoſſis, inquit, montibus, atque vrbe penſili, ſubterque nauigata. id M. Agrippa fecit in ædilitate per meatus, corriuatis ſeptem amnibus, curſu præcipiti torrentium modo rapere, atque auferre omnia coactis. Hæc Plinius. Dion [a] & ipſe ſcribit M. Agrippam cloacas purgaſſe, & per ipſas in Tiberim nauigaſſe. Caſsiodorus quoq;, [b] ad Argolicum P. V. cloacæ, ait, Romæ tãtum viſentibus conferunt ſtuporem, vt aliarum ciuitatum poſſint miracula ſuperare. Videas illic fluuios quaſi montibus concauis clauſos per ingentia ſtagna decurrere, videas ſtructis nauibus per aquas rapidas non minima ſollicitudine nauigari, ne pręcipitato torrẽti marina poſſint naufragia ſuſtineri. Auctor eſt Dionyſius Halicarnas. [c] cloacas cum aquas non trãſmitterent à cenſoribus mille talentis purgandas locatas fuiſſe: efficit hæc ſumma aureorum ſexcenta millia. Has cloacas præter Tiberis alueum, & ripas, hic curator purgari curabat. Hanc curam & ſequentes procurationem vrbicam Vlpianus [d] appellat, Saluianus inquit, beneficio Principis vrbicam procurationem erat adeptus, curam riparum Tiberis, vel ſimilem intelligens.

o cap. 43.
p l. 1. §. 1. ff. de ri pa muniend.
q l. 1. §. 1. ff. de cloac.
r d. l. 1. §. cloaca.
ſ d. l. 1. §. cloacæ.
t Lucius in 1.
u lib. 36. c. 15.



a lib. 49. prope finem.
b lib. 5. epiſt. 30.
c lib. 3.
d in l. verum. §. ex facto. ff. de minor.

## DE COMITE PORTVS. Cap. IX.

ALIVS, & tertius Comes portus dictus P. V. parebat. Hũc in Etruria prope Hoſtiam ad læuam Tiberis Claudius fabricauit. [e] Per id tempus, inquit, ingens fames fuit, qua in re tanta fuit Claudij prudentia, ut ea nô ſolùm ijs, qui tum erãt, ſed etiã poſteris vilem annonam fecerit. Nam cum ferè frumentum omne aliundè ad populum Romanum adueheretur, neque regio, quæ erat ad Tiberis oſtia, tutas ſtationes, & portus commodos haberet, forerq; propterea inutile maris imperium; cumque præter id, quod aduectum fuerat opportunis temporibus, & in horreum repoſitum, hyeme nihil importaretur, ac ei, qui in hac re vellet periculum ſuſcipere, malè ſuccederet: Claudius his cognitis rebus, portum ædificare inſtituit. Nec eum deterruit, quod præfecti fabrum, cum interrogarentur, quantos ſumptus ea res poſtularet, reſponderunt tam magnos, ut nollet eum portum facere, ſperabant enim eum cognita ſumptus magnitudine, ſi prædixiſſent, à propoſito deterreri. Sed is nihilominus ſibi faciendum putauit, induxitque in animum rem dignam gloria, atque magnificentia populi Romani, primum quod loco non paruo perfoſſo incontinenti, iactiſque circum vndique fundamentis, eo mare intromiſit. Deinde in ipſo mari factis utrinque magnis aggeribus, ac multo mari concluſo, in eo inſulam fecit, atque in ea turrim ædificauit, ex qua lumẽ nauigantibus nocturno tempore præberetur. Is locus, vt eſt, patria lingua portus appellatur. Hactenus Dion, quod & Tranquillus, [f] his verbis recitat. perfecit portum Oſtienſem à Diuo Iulio ſæpius deſtinatum, ac propter difficultatem omiſſum, & paulo infrà. portum Oſtiæ extruxit, circunducto dextra ſiniſtraque brachio, & ad introitum profunda iam ſolo mole obiecta, quam quo ſtabilius fundaret, nauem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Aegypto fuerat aduectus, congeſtiſque pilis, ſuperpoſuit altiſsimam turrim in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerent. Eius meminit, & Plinius, [g] Diuus, inquit, Claudius, aliquot per annos aſſeruatam eam nauem, quã Caius Cæſar importauerat, omnibus, quæ unquam in mari viſæ ſunt, mirabiliorem, turribus, puteolis ex puluere ædificatis, perductam Oſtiam portus gratia merſit, alia ex hoc cura nauium, quæ Tiberi ſubuehebant. Quo experimento palam fuit non minus aquarum huic amni eſſe quam Nilo. Hæc ille. Ibidem Aurelianus, inquit Vopiſcus, [h] forum nominis ſui ad mare fundare cœpit, in quo poſtea forum publicum eſt conſtitutum. Ad reparandum verò hunc portum, & Pharum Tarracinenſes quotannis calcem eo vehere tenebantur, [i] quorum omnium curam hic Comes habuit. Portus autem generaliter eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur. Aliàs uocatur ſtatio concluſa, atque munita, inde angi portum dictum ait Vlpianus. [k] Sed cum alio non addito portus nominatur, hic intelligitur, qui eſt apud Hoſtiam, quo tranſmittendæ Romam merces inuehebantur, diſtatque Romæ XII. milliarijs. Eo deſtinabatur hic Comes, qui etiam curam mercium Romam vehendarum haberet, proſpiceretque, ne cui in portu iniuria inferreretur. Is aliquod munus à negociatoribus, quod ipſis placuiſſet, accipere poterat. Caſsiodorus, [l] Deliciosa, inquit, magis quam laborioſa militia eſt in portu Romano Comitiuæ gerere dignitatem, unuſquiſque per ſolemnitatem commonitus offerat voluntarium munus, Xenia enim ſunt iſta non debita: ſit ergo tibi cura præcipua non ſolum abſtinere, verum etiam cohibere præſumẽtium manus. Hæc ille. curam tamen mercium portus eius Comiti in primis demandatam fuiſſe Caſsiodorus, [m] ſcribit dabatque operam, ne quis adueniens grauaretur; curabat & horrea portus, in quæ aduectum frumentum condebatur, [n] & ut ſaccarij (ita baiulos appellabãt) ſoli merces in portum vectas iuſto pretio comportarent. [o] Mittebat, & ex officio apparitores ad portum Præfectus vrbi, ſi quid noui ibi agendum emerſiſſet, ut ex epiſtola D. Ambroſij, [p] colligitur. Apparitor, inquit, præfecturæ, qui propter operas portuenſes offenſam contraxerat, iam in portu nauigat; nam ſimul ut accepi litteras tuas, vidi præfectum, rogaui pro eo, ignouit illicò, iuſſit retrahi epiſtolam, quam de facultatibus eius publicandis dictauerat. Hæc ille. Generaliter verò portubus præerant, qui à Græcis Liminarchæ vocantur, quorum erat ſollicitudo, ne latrones, aut delinquentes fugerent. [q] Ariſtoteles. [r] λιμενοφύλακας. idest portuum cuſtodes uocat. Ii in mediterraneis Irenarchæ dicebantur. [ſ] Sed illi militum officio functi, ab hoc Comite differebant. His credo præfuiſſe Centenariorum portus dictum, & de quo infra agetur. In hoc portu Pammachius & Fabiola opulentum Xenodochium ædificarunt. [t]

e ſeu Xiphili. in Claudio.
f in Claudio cap. 20.
g lib. 36. c. 9. & c. 15. ad fin.
h ad finem.
i l. 3. C. T. de calcis coctorib.
k in l. portus 59. ff. de uerb. ſign.
l lib. 7. in form. Comit. portus.
m lib. 7. formul. 23.
n l. 1. C. T. de patron. horreo. por.
o l. 1. C. T. de ſuſcep. port. Romæ.
p 35.
q l. 4. ff. de ſeru. fugit.
r in fin. VI. polit.
ſ l. 18. §. hi quoque ff. de muner. & honor.
t D. Hieronym. in vita Fabiolæ ad oceanum.

## DE MAGISTRO CENSVS. Cap. X.

CENSVM primus Romæ Ser. Tullus [u] inuenit, vt pro modo prædiorum quiſque tributa pẽderet: mox Auguſtus per orbẽ ampliauit, inq; Caſſiodorus, [x] Cenſum verò definit Theophilus [y] tabulam, ſeu chartam, in qua Romani ſuas facultates ſcribebant, ut tempore belli quiſque ſecundum ſubſtantiæ ſuæ modum conferret. Itaque in prouincijs, ubi tributa ſoluebantur, cuiuſque nomina cum facultatibus, id eſt predijs, eorumque finibus, & qualitatibus, quæ intra X. annos arua prætaue eſſent, vineæ, olıueta cum numero uitium & oliuarum deſcribebantur. [z] Hunc vulgo æſtimum uocant. Olim in Italia immuni facta, [a] hæc deſcriptio non admodum frequentabatur. Dion enim [b] ſcribit Metellum Nepotem Prætorem rogata lege, tributis Italiã liberaſſe, vnde prædia, vt prouinciæ, tributaria non habuit. [c] Sed hæc immunitas non ſemper mãſit, ingruentib. enim bellis, primũ moderate, mox grauiter & ipſa eſt onerata. Id accidit, facta inter Galeriũ,

u Dionyſ. Halicar. lib. 4. liui. in primo.
x lib. 3. uaria. epiſto. pen.
y in §. ult. inſtit. de libert.
z l. forma 4. in prin. ff. de cenſib.
a l. vnic. C. de priuileg. vrb. Conſtantinopolita.
b lib. 37.
c §. 1. inſt. de vſucapio.

Maximianum, & Conſtantium orbis Romani diuiſione. Aurelius Victor, Huius, inquit, parti Italiæ iniunctum tributorum ingens malum. Nam cum omnis eadem functione moderataque ageret, quo exercitus, atque Imperator, qui ſemper, aut maxima parte aderant, ali poſſent, penſionibus inducta lex noua. Hæc ille. Quare ſub eius Præfecto Italiæ effigies & ipſa vas aureis plenum, quod penſitandi tributi indicium eſt, quemadmodum & aliæ prouinciæ geſtat. Roma tamen tùm ab hoc onere illæſa permanſit, aut certè liberata fuit. [a] Vtile igitur fuit bona ciuium Romanorum deſcribi, ut cuiuſque facultates ſciri poſſent; cum pro rata bonorum ad ciuium vſus neceſſarios, & prout temporum conditio ferebat, pecuniam conferre oporteret. Neceſſe præterea fuit, apud cenſuales ſcribas teſtamenta aperiri, publicari, ſeu actiſque inſeri, quod gratuito fiebat, ſi hæreditas centum aureos non excedebat. [b] Sed id munus poſtea Quæſtori eſt delatum. [c] Donationes quoque quæ aureos quingentos non excedebant, apud Magiſtrum cenſus inſinuabantur: [d] & acta, decretaque Senatus ſcribebantur [e] præmia à conſulibus, aut prætoribus in Curia certantibus proponenda, & pecunia in ſpectacula impendenda apud cenſuales deponebatur: Symmachus, [f] cum argenti, inquit, publici ratio quæreretur, quod cenſualibus editores munerum contulerunt, repertum eſt quoſdam debitum Reipub. non dediſſe. Hactenus ille. His præerat cenſus Magiſter, à Leone perfectiſsimus appellatus. [g] Sed Anaſtaſius Clariſsimum nominauit. [h] Qui Romam diſcendi cauſa veniebant, huic magiſtro litteras ſuorum Preſidum oſtendere tenebantur, quibus eorum oppida, natales, & merita exprimebantur, & ipſi profiteri debebant, quibus ſtudijs operam eſſent daturi, & officialibus cenſus ſua hoſpitia indicare, & poſt annum ętatis XXI. Roma excedere, [i] ijdem cenſuales ſingulis menſibus peregrinos, qui, vndevè eſſent, & quid agerent, inquirebant, & ocioſos in patriam remittebant.

a l. 1. C. de priui leg. vrb. Conſtantinop. quæ eſt pars l. 6. C. de ſacros eccleſ.

h l. 18. & l. cōſulta. 23. C. de teſta. l. repetita, 41. C. de epiſco. & cleric. quæ eſt eius pars.

c Nouella Leonis 44.

d l. in hac 30. & l. ſecundum 32. C. de donatio.

e l. omnia 2. C. de princip. agēt. in reb.

f Epiſtola ad Th. A. 21.

g in l. orphanotrophos. 32. C. de epiſc. & cleric.

h d. l. ſecundum 32. C. de donati.

i l. 1. C. T. ſtudijs libera. vrb. Rom.

## DE RATIONALI VINORVM. Cap. XI.

QVEMADMODVM ex Tuſcia, Campania, & Piceno carnes præſertim ſuillæ, fructus, & alia ad annonam ſpectantia Romam perferebantur, ita & uinum ad vſum populi uehebatur. Itaque Alexander Imperator [k] prout omnium artium, ita & vinariorum corpus ſeu collegium inſtituit, qui hanc negociationem vini in vrbem vehendi exercerent. Id in proprio foro venibat, quod vinarium vocabatur, & illi Tribunus præerat, Symmachus. [l] De tribunatu vinarij fori orta contentio. Sed hoc forum in deſcriptione vrbis omittitur. Hunc tribunum eſſe puto, qui à Notitia Rationalis appellatur, & inuecti Romā uini quātitatē, & ex eius vectigali, qđ ingens erat, exactam pecuniā ſcribebat. [m] Rationalis enim dicitur, qui alicuius rei rationes tractat, ſic procurator rei priuatæ Principis. Rationalis appellatur. [n] Notabat & rationes vinorum, quæ vectoribus calcis, pro formis aquæductuum Romæ reparandis, & ſartis templorum tectis habendis, [o] data fuiſſe diximus. Non tamen negociatoribus prohibere poterat, ne quibus menſuris, quove precio vellent, vina vēderent. Papirius Iuſtus. [p] Quibus, inquit, menſuris, aut precijs negociatores vina comparent, in contrahentium eſt poteſtate. Præter hunc rationalem, erat & qui in Iure ſuſceptor vini appellabatur, is uinum vectoribus calcis aut [q] alijs ex publico dādum cuſtodiebat. A Græcis caupones ſunt dicti, i. καπηλοι. Ad Victorem Rationalem vrbis Romæ Conſtantinus ſcribit, [r] quem res fiſcales ibi tractaſſe dicit, & ab hoc diuerſum fuiſſe puto.

k auctore Lampridio.

l epiſt. 51.

m l. 4. C. Th. de ſuari. & pecuar.

n in l. fin. C. de aduo. fiſc. l. vniuerſi. 4. C. de funda. rei priua. l. 1. C. de modo multa. l. 2. C. ne vxor pro marito. l. 4. C. de epiſ. & cleric.

o l. 3. C. Theo. de calc. cocto.

p in l. imperatores. C. de contra. empt.

q tit. Cod. de ſuarijs, & ſuſc. prorib. vini & cæteris corporatis

r in l. 14. C. T. de appel. l. 18. C. eo.

## DE TRIBVNO FORI SVARII. Cap. XII.

INTER XI. Romæ fora, duo animalibus vendendis erant deſtinata; quorum alterum boariū alterum forum ſuarium vocabatur, vbi tantum ſues venibant. Id erat in VII. vrbis regione, quæ uia lata nuncupabatur, ut auctor eſt P. Victor, & in vrbe ante Notitiam deſcripta conſpicitur. valde neceſſarium eſt hoc animal ad cibos condiendos, quòd & ipſum carnis copiam exhibet, vnde magna eius educandi cura veteribus fuit. Plinius. [s] Neque ex alio inquit animali numeroſior materia ganeæ, quinquaginta ferè ſapores, cum cęteris ſinguli. Hinc cenſoriarum legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſincipita verrina, ut tamen Publij Mimorum poetę cęna, poſtquam ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere, & feri ſues. Catonis cenſoris orationes aprinum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiſo apro media ponebant, lumbos aprinos appellata. Solidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis cōſulatu legem Agrariam promulgauit. Tam propinqua origo; nunc quotidianæ rei eſt. Et hoc annales notarunt, horum ſcilicet ad emendationem morum, quibus notata eſſet quidem cœna, ſed in principio bini ternique pariter mandebantur apri. Hæc Plinius. Quare creatus eſt Tribunus fori ſuarij, qui curam habebat, vt iuſto pretio, & ſine fraude, ac morbo, ſues venderentur, forum etiam ipſum curabat. Huius Romæ eſt inſcriptio huiuſmodi. DOMINO NOSTRO FL. CLAVDIO CONSTANTINO FORTISSIMO CAESARI FL. VRSACIVS. V. P. [t] TRIBVNVS COHORTIVM VRBANARVM X. XI. ET XII. ET FORI SVARII. Hæ vero erant tres ex VII. Cohortibus Præfecti vigilum, quibus Tribunus Vrſacius præfuit, & vir perfectiſsimus appellabatur, quemadmodum & Magiſter cenſus. Hic eſt ille Vrſacius qui mox Præfectus cohortis Prætorianæ, & Magiſter officiorum fuit, ut auctor eſt Marcellinus. [u] Romæ corpus ſeu collegium erat ſuariorum, qui ex Tuſcia, Cāpania, & Piceno debitos populo Romano ſues, & aliunde adduci procurabant, & P. V. iudicem habebant; [x] à ſordidiſque muneribus immunes erant. [y]

s lib. 8. cap. 51.

t vir perfectiſſimus.

u lib. 26.

x l. vlt. C. de ſuarijs, & ſuſceptorib. vini.

y l. 1. C. eod. tit.

## DE CONSVLARI AQVARVM. Cap. XIII.

AB Auguſto curatorem aquarum primum inuentū fuiſſe, ex Tranquillo ſupra diximus, q poſtea conſularis eſt appellatus. Is curam habebat aquarū, quas XIX. Romam veniſſe, in vrbis deſcriptione, ante Notitiam traditur. Sed P. Victor XXIIII. recenſet, Appiam, Martiam, Virginem, Claudiam, Herculeam aliàs Herculeanam, Tepulam, Damnatam, Traianā, Amniam aliàs Annam, Alſiam, ſeu Halſietinam, aut Halſientinam, quæ & Auguſta dicitur, Cœruleam, Iuliam, Algentianam, Ciminam, Sabatinam, Aureliā, Septimianam, Seuerinam, Antonnianā, Alexādrinā, Anienem nouam, Anienem ueterem, Albudinam, Crabram. Quæ ferè omnes ab earum auctoribus, & ductoribus nomen habent. Sed in XIIII. vrbis regionibus ante Notitiam deſcriptis, Auguſtea ab Alſia diuiditur, quas P. Victor, pro ijſdem ponit. Iuſtiniano vero imperante, XIIII. aquæductus vrbem ingrediebātur. Procopius, [z] Romæ, inquit, aquæductus decem

z in primo de bello Gotth.



ctus decem & quatuor numero ſunt, cocto ex latere per priſcos homines illos ædificati, ea latitudine ac ſimul profunditate, vt equeſter vir aliquis ipſo cum equo per eos ſupernè euadere liberius queat. Hactenus Procopius. His in vrbē deriuandis, & diuidēdis vnus præpoſitus eſt, qui aquarum curator à Iulio Frontino appellatur, quo officio & ipſe Nerua Imp. demandante, functus eſt; is poſtea conſularis eſt dictus, ex eo arbitror, quòd conſularibus ornamentis eſſet honeſtatus: ita imperante Conſtantino appellatus eſt Verſennius Fortunatus circa annum ſalutis, 316. [a] cui ſucceſsit Maximilianus quem cōſularem aquarum idem Conſtantinus vocat, [b] apud quem ita legendum eſt, non conſulem, vt vulgo habetur, & dictio aquarum, à qua reſcriptum incipit, referēda eſt ad conſularem, & hoc modo ſcribendum, Imp. Cōſtantinus Auguſt. ad Maximilianum conſularē aquarum, deinde incipit lex, poſſeſſores Iulius Frōtinus [c] recitat quoddam Senatuſconſultum, quo cautū eſt, vt aquarum præfectus extra urbem lictores binos, ſeruos publicos ternos, architectos ſingulos, ſcribas, librarios, accenſos, & præcones totidem haberet, quot habent hi, per quos frumentū plebi datur. Hoc erat eius officium. [d] Duæ præterea familiæ illi præſto erant, altera publica, altera Cæſaris nuncupata, publica antiquior CCLX. hominum fuit, ab Agrippa inſtituta, quam moriens Auguſto commiſit, & ille publicauit, vt ex publico aleretur. Cæſaris familia CCCCLX. continebat, quam Claudius Imp. cum aquas in urbem perduceret, conſtituit. vtraq; familia in aliquot miniſteriorum ſpecies deducitur, villicos, caſtellanos, curatores, ſilicarios, tectores, alioſque opifices: ex his aliquot extra vrbem eſſe oportet, ad ea, quæ non ſunt magnæ molitionis, maturum tamen auxilium videntur exigere in urbe circa caſtellorum & munerum ſtationes & opera, quæ vrgebāt, in primis ad ſubitos caſus. Hæc Frontinus, qui curator aquarum à Nerua Imp. creatus, de ſe hæc ſubijcit, publica miniſteria ita inſtituimus, vt pridie quid eſſet agendum, dictaremus, & quid quaque die egiſſet, actis comprehenderetur. Publicæ familiæ ex ęrario impenſæ dantur, quod impendium exoneratur vectigalium reditu ad ius aquarum pertinētium. Ea conſtat ex oliuetis, quæ ſunt circa ductus aut caſtella, aut munera, aut lacus, quem reditū prope ſeſtertium CC. millium. i. duorum millium aureorū proximis temporibus in Domitiani loculos verſum induſtria D. Neruæ populo reſtituit, noſtra ſedulitas ad certam regulam redegit, vt conſtarent, quę eſſent ad hoc vectigal. pertinentra loca. Cæſaris familia ex fiſco accipit commoda, vnde & omne plumbum & omnes impenſæ ad ductus, & caſtella, & lacus pertinentes erogabantur. Hæc Frontinus, qui XVI. recenſet ante ſe aquis prefectos, inter quos fuere Atteius capito, & Coccius Nerua Iureconſulti. Mox officiū curatoris ſubijcit, obſeruare, inquit, debebit, ne quis ſine litteris Cęſaris. i. ne quis aquam publicam non impetratam, & ne quis amplius quam impetratum fuerit, ducat. Deinde ductus extra urbem ſunt circumeundi ad recognoſcenda veneficia, idem in caſtellis ſalientibus publicis faciendum, vt ſine intermiſſione diebus aqua fluat, quæ Senat. conſulto curator facere iubetur, ſcilicet ut inſpiciat aquas publicas, ineatque numerum ſalientium publicorum, & vt ſalientes publici quàm aſsiduiſsimè, interdum & noctu aquam in vſum populi funderent, & addit. Qui aquam in vſus priuatos ducere volet, impetrare eam debet, & à Principe epiſtolam ad curatorem afferre, curator deinde beneficio Cæſaris, præſtare maturitatem, & procuratorem eiuſdem officij libertum Cæſaris protinus ſcribere. Procuratorem autem primus T. Claudius videtur admouiſſe, poſtquam Anienem nouum & Claudias induxit, is ſignabat calices modulorum: & infra ſubijcit: ius impetratæ aquæ neque hæredem, neque emptorem, neq; vllum nouum dominum prædiorum ſequitur. Balneis, quæ publicè lauarent priuilegium antiquitus concedebatur, vt ſemel data aqua perpetuo maneret. Quia verò arborum radicibus formarum concamerationes, & latera ſoluebātur, eas ab utraque parte xv. pedes vacuas eſſe Sen. con. iuſſit, [e] & qui intra id ſpacium arbores ſeuerit, vel ædificauerit, vel formas læſerit, in dona millia 19 aureos in ſingulas res damnas erit ex quibus pars dimidia pręmium erit accuſatori, dimidia in ęrarium redigetur: de ea re iudicabunt, cognoſcentque curatores. Hæc Frontinus. illi ex hoc aliquam iuriſdictionem & officium, ſeu apparitores [f] habuiſſe probantur, ſupradictæ enim familiæ cum lictoribus, & alijs ſupra nominatis in illius erāt officio. Inter conſularem aquarum, & comitem formarum illud etiam interfuit, quòd hic tātum formas tuebatur, id eſt ſtructiles canales aquam ferentes ſarciebat. Conſularis verò operam dabat, vt ea debito modo in priuatas ædes deriuaretur, & publico, ac thermis, alijſque uſibus ſeruiret. item ne a priuatis vſurparetur, & epiſtomia fiſtulæ, ſalienteſque integri eſſent, & caſtellū repararetur. Id Vlpia. receptaculum interpretatur, quod aquam publicam ſuſcipit. [g] Hoc officium honorificum multorum beneuolentiam conciliabat, cum tantum totius populi commodum in manu haberet. Quantum uerò id eſſet, Plinius [h] docet. Quòd ſi quis, inquit, diligentius æſtimauerit aquarum abundantiam in publico, balneis, piſcinis, domibus, euripis, hortis ſuburbanis, villis, ſpacioque aduenientem, extructos arcus, mōtes perfoſſos, conualles æquatas, fatebitur nihilo magis mirandum fuiſſe in toto orbe terrarum. De Appia verò Martia, & virgine aqua ita ſcribit. Sed dicantur vera æſtimatione inuicta miracula, quæ Q. Martius Rex fecit, is iuſſus a Senatu aquarum Appiæ & Anienſis tegula ductus reficere, nouam à nomine ſuo appellatam, cuniculis per montes actis intra præturæ ſuæ tempus adduxit. Agrippa vero in ædilitate ſua adiecta Virgine aqua, cæteriſque corriuatis atque emendatis, Lacus DCC. fecit; præterea fontes CV. caſtella CXXX. complura etiam cultu magnifica, & operibus. Idem [i] clariſsima ait aquarum omnium in toto orbe frigoris ſalubritatiſque palma præconio vrbis Martia eſt, inter reliqua Deum munera urbi tributa. Primus in vrbem ducere auſpicatus, Ancus Martius vnus è Regibus, poſtea Q. Martius Rex in prætura rurſuſq; reſtituit Magnus Agrippa. Idem & Virginē adduxit, ab octaui lapidis diuerticulo duo millia paſſuum Præneſtina via, iuxta eſt Herculaneus riuus, quem refugiens virginis nomen obtinuit. Hæc ille. Alij Virginem appellatam volunt, quod puriſsima nulliſq; ſordibus polluta currat. [k] De Claudia aqua, à Claudio Cæſare deriuata, idem Plinius, [l] ita ſcribit, vicit antecedentes aquarum ductus nouiſſimum impendium operis inchoati a C. Cęſare, & peracti à Claudio, quippè à lapide XL. ad eam excelſitatem, vt in omnes urbis montes leuarentur, influxere Curtius atq; Cęruleus fontes, erogata in id opus ſeſtertia DLV. millia. De eadem Claudia, Tranquillus, [m] opera, inquit, magna, potiuſq; neceſſaria, permulta fecit, ſed vel pręcipuè aquæductum à Caio inchoatum, & poſtea, Claudiæ aquę gelidos, & uberes fontes, quorum alteri Cęruleo, alteri Curtio, & Albudino nomē eſt, ſimulque riuum Anienſis nouo lapideo opere in urbem perduxit, diuiſitque in plurimos, & ornatiſsimos lacus. De eadē aqua Tacitus. [n] Itē Frōtinus; Claudia, ait, aqua concipitur uia ſublacenſi diuerticulo ſiniſtrorſus ex fontibus ampliſſimis, Ceruleo, qui à ſimilitudine appellatus eſt, & Curtio. Itē duorum aquæductuum, quos Claudius conſummauit. Alteri Claudiæ nomen datum eſt; alter Anio nouus appellari cœpit. Hæc ille. Aurelia uerò à M. Aurelio: Septimiana & Seuerina, à ſeptimio Seuero Imperatore. Antoniniana ab Antonino ſunt deriuatæ, Alexandria ab Alexādro. Per ſtructiles formas in vrbem; mox in caſtellum deducebantur. Id erat amplum aquæ receptaculum inſtar lati cubiculi in fornicem uerſum. Vitruuius. [o] Cum aqua, inquit, venerit id moenia, efficiatur caſtellū, & caſtello cōiunctū

a l. 1. C. T. de diuerſ. offi.

b in l. 1. C. de aquæductp.

c idem. Cœlius Rhodiginus lib. 18. cap. 40. lectio. antiqua.

d l. 1. C. de aquæ duct. lib. 10.

e l. 1. C. de aquæduct.

f d. l. 1. C. de aquæduct.

g l. 1. §. hoc interductum neceſſario. ff. de aqua quot. & æſtiu.

h lib. 36. c. 15. ad fin.

i lib. 31. c. 3.

k Caſſiodor. lib. 7. variar. in formula comitiuæ formarum.

l lib. 36. c. 15.

m in Claudio c. 20.

n in 12.

o lib. 8. c. 7.

ad recipiendam aquam triplex emiſſarium, collocēturque in caſtello tres fiſtulæ æqualiter diuiſæ, intra receptacula coniunctæ, unde aqua publica in tres partes deriuabatur; vna, in lacus emittebatur, in quibus plebs Romana lintea abluebat, animalia potabant, & ad fullonum, coriariorumq; atque alias neceſsitates inſeruiebat:, altera in balneas emittebatur, ob quam vectigal quotannis populo preſtabant, qui ea utebantur. Hactenus vitruuius. Hæc eſt penſitatio quam pro aquæductu præſtari, auctor eſt Papinianus. [a] In venditione, ait, ſuper annua penſitatione pro aquæductu infra domum Romæ conſtitutam, nihil commemoratum eſt, deceptus ob eam rē ex empto actionem habebit. Idē credo ſentire Paulum, [b] dum ait, Fiſcus vſuras accipit de fornicarijs, qui tardius pecuniam inferūt. Sunt enim fornicarij, qui fornaces in balneis curant. [c] Hanc etiam quandoque priuati excipiebant, cum in humum cadebat. Frontinus enim ſcribit apud antiquos omnem aquam in publicos uſus erogari ſolitam, legeque cautum, ne priuati aliam ducerent, quam quæ ex receptaculo publico ſeu caſtello in humum recidiſſet, quā caducam vocabant, & hanc ipſam nō in aliū vſum, quàm balnearum, & fullonicorum, vectigalemque eſſe ſtatuta mercede, quæ in publicum penderetur: aliquid & in domos Principum dabatur ſed creſcente aquarum copia. Tertiam aquam Princeps in domos priuatas ex caſtello deduci permiſit, inquiunt vitruuius & Vlpianus. [d] Hæc in plumbeum caſtellum deriuata per fiſtulas ſub terram miſſas, non modo in ædes, ſed & aena lateribus circumſtructa deducabatur, cuiuſmodi inſigne exemplum apud Celſum reperitur. [e] Firmus, inquit, à Proculo quæſijt, ſi de plumbeo caſtello fiſtulæ ſub terram miſſæ aquam ducerent in aenum lateribus circumſtructum, an hæ ædium eſſent, & eſſe exiſtimant. Aeno verò aqua calefiebat ad bibendum, [f] vel vaſa olerave lauanda. [g] Qñoque etiā ad irrigandos hortos, vel prædia priuatis, aqua permittebatur, [h] & ob id Prætor edicto promittit ſe facturum, ne uis fiat ei, qui aquam obtinuit à Principe, quominus eā ducat. [i] Ex flumine uerò publico aqua iure deriuabatur. Pomponius. [k] Quominus, inquit, ex flumine publico ducatur aqua, nihil impedit, ſi modo ea aqua in vſu publico non erit, i. ciuitatis vſibus, ut ſupra dictum eſt, non deſeruiat. Conſularis ergo aquarum illas ad deſtinatos vſus curabat deriuari, & debitum vectigal pro ea ſolui. In prouincijs aquæductus ex reditibus ciuitatum fiebant, [l] & ideo eorum cura ad decuriones ſpectabat. Nunc ad curatores P. V. imperio parentes eſt tranſeundum.

a in l. 41. ff. de actionib.
b in l. cum quidam. 17. §. fiſcus, ff. de vſuris.
c l. 14. ff. de inſtruc. & inſtrum. legat.
d in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & eſtiua.
e in l. ſi venditor in fin. de actio. empt.
f l. cum delanionis. §. 2. de fund. inſtruct.
g l. ſed addes. §. 2. locati.
h in l. vſum. 4. C. de aquæductu.
i d. l. 1. §. ait prætor, de aq. quoti.
k in l. 2. ff. de flumin.
l l. vnica. C. de ratiocin. oper. public.

*DE CVRATORE OPERVM MAXIMORUM. Cap. XIIII.*

OPERA appellantur magnifica ædificia, aut fabricæ, ut indicant tractatus in pandectis & Codice Iuſtiniano de operibus publicis, & de ratiocinijs operum publicorum. Vergilius. [m]

*Adde tot egregias vrbes, operumque laborem.*

Maxima verò opera in vrbe erat Circus Maximus in XI. regione urbis, qui loca trecenta octoginta millia capiebat, ſed in deſcriptione vrbis ante Notitiam legitur. 485000. continebat, & VII. metas, quas aurigæ circumibant, & XII. portas, per quas currebant. [n] Moenia quoque, amphitheatrum caſtrenſe. [o] Campum Viminalem ſub aggere in V. regione inter maxima opera pono. Campum Martium in IX. regione. Erant & opera magna uocata, quæ fortè huic curatori commiſſa non erant, ut Forum Romanum magnum in VIII. regione, & Macellum magnum in II. Circus Flaminius capiens ſtabula 4. factionum, multas porticus, & ſimilia. In eadem regione P. Victor Ludum magnum ſtatuit. Erat hæc domus, in qua olim gladiatores exercebātur, tyrones quoque & laniſtæ. Iſidorus ludum inde dictum ſcribit, quòd in eo iuuenes vſum armorum condiſcant. Tranquillus in C. Iulio Cæſare: [p] tyrones, inquit, neque in ludo, neque per Laniſtas, ſed in domibus per equites Roma. ac etiam per Senatores armorum peritos erudiebat. Superioribus operibus, quæ præcipua diligentia egebant, datus fuit Curator, maximorum operum dictus, qui illa munda, integraque ſeruari curaret. Hanc & ſequentes curas, Procurationes vrbicas Vlpianus appellat. [q]

m in 2. Georgicor.
n Caſſiodorus.
o l. 3. ff. de oper. publ. & l. pen. in V. vrbis regione.
p cap. 26.
q in l. verum ij. §. ex facto. ff. de minor.

*DE CVRATORE OPERVM publicorum. Cap. XV.*

HOC quoque officium ab Auguſto primum inuentum fuit. Tranquillus. [r] Quo plures, inquit, partem adminiſtrandæ Reipub. caperent, noua officia excogitauit, curam operum publicorū, viarum, & aquarum. Inter opera vero publica Conſtantius A. ad Ecdicium Præfectum Aegypti, [s] prætoria, id eſt ædes, in quibus Præſides degebant, & ius reddebant, & alias domus publicas recenſet. Item portus, aquæ ductus, [t] thermas, [u] horrea, & ſtabula ad equos curſus publici deſtinata, [x] & alia plura. [y] Opera publica vocantur & illa, quæ pro admirandis Plinius [z] recitat, qualia ab Auguſto, Tiberio, & alijs Principibus cōdita Tranquillus narrat. Inter hęc erat amphitheatrū in III. regione, capiens loca octoginta ſeptem millia, & Theatra IIII. in IX. regione, videlicet Balbi loca triginta millia, octoginta quinque continens; id Claud. Cæſar dedicauit, ſed Balbi eſt appellatum, quòd prope eius Cryptam eſſet. [a] item Theatrum Marcelli loca triginta millia capiēs, in quo erat templum Iani, & alia duo minora theatra: Inter opera publica Iuſtinianus [b] muros, pontes, vias, & aquæductus recenſet. P. Victor, & deſcriptio vrbis Romæ ante Notitiam huiuſmodi plura nominat, ut thermas XI. Victor XVI. Baſilicas X. Victor XVIIII. pontes VII. obeliſcos V. Victorias magnas VI. paruas XLII. Bibliothecas XXIX. inter quas præcipuæ erant Vlpia & Palatina. Lucos XIIII. Capitolia II. totidem amphiteatra, columnas Cochlides II. macella II. ludos VI. naumachias V. ſtadia II. nymphea ſeu lauacra XII. tabulas & ſigna ſine numero: Arcus marmoreos XXXVI. Lupanaria XLVI. piſtrina CCLIIII. fora XVI. campos VIII. Senacula III. & alia, quibus hic Curator præerat, exceptis maximis operibus, item aquæductibus & formis, quę tempore Notitiæ proprios curatores habebant; ſed olim hæc diſtinctio non fiebat: Vnus. n. operum publicorum curator vocabatur. [c] Hic opera publica, integra conſeruari curabat, & collapſa reſtituebat, noua redemptoribus facienda locabat. [d] Nullius uero nomen operi inſcribere licebat, quàm Principis, vel eius, cuius pecunia opus fiebat. [e] In prouincijs autem tertia pars redituum ciuitatis mœnibus, & balneis reſtituendis deſtinabatur. [f] Hęc cura ad Præſides pertinebat, Vlpianus, [g] ædes ſacras, inquit, & opera publica circumire inſpiciendi cauſa, an ſarta tecta quæ ſint, an aliqua refectione indigeant, Proconſul debet, curatoresque operum diligentes ſolenniter præponere.

r in Auguſto.
ſ in l. 4. C. de op. publ.
t in l. ad portus. 7. C. eo.
u l. ne ſplendidiſſimæ. ij. C. eo. l. 2. §. j. ff. de ope. publ.
x l. nemo. 13. C. eod.
y l. ædificia. 14. cū ll. ſeq. C. eod. tit. l. 3. & l. 5. ibidem.
z lib. 36. c. 15.
a de quo in 5. regione.
b Nouell. 25. §. oportet.
c l. 1. ff. de oper. publ.
d l. 2. §. ult. ff. de ope. publ.
e l. 2. in prin. l. 3. in fin. l. ult. ff. de op. pub. l. 4. in fi. ff. de admini. rer. ad ciuita. pertin.
f d. l. ne ſplendidiſſimæ. 11. C. eodem tit.
g in l. ſi in aliam §. 1 ff. de offi. proconſul.

*DE CVRATORE STATVARVM. Cap. XVI.*

STATVAE plurimæ Romæ fuerunt, inter alias nominat P. Victor ſtatuam Mercurij plumbeam, Quirini, & Fortunæ publicæ in colle VI. regionis; ſignum Iouis Imperatoris in IX. Erant præterea Coloſsi ænei XXXVII. marmorei LI. eq magni ænei XXIII. inaurati LXXXIIII. eburnei



eburnei CXXIIII. quibus præfectus, hic curator, proſpiciebat vt niteſcerent, ne deuaſtarentur, aut forte tollerentur. Officium ſeu apparitores habebat, qui nocte vigilabant, & obſeruabant ne ſtatuæ aut auferrentur, aut læderentur, earumque fures, & effractores, puniebat. Hunc curatorem Caſsiodorus, [a] Comitem Romæ appellat, Si clauſis, inquit, domibus, ac munitis inſidiari ſolet nequiſsimum votum, quanto magis in Romana ciuitate videtur illici, qui in plateis pretioſum reperit, quod poſsit auferri? Nam quidam populus copioſiſsimus ſtatuarum, greges etiam abundantiſsimi equorum, tali ſunt cautela ſeruandi, quali & cura videntur affixi, & paulo poſt. Quid dicamus, marmora metallis & arte pretioſa, quæ ſi vacet eripere, rara manus eſt, quę poſsit à talibus abſtinere. Ibi ſunt expoſita, quæ facere potuerunt, diuitiæ generales, & labor mundi: Qua de re comitiuæ Romanę cum priuilegijs, & iuſtis commodis ſuis tibi concedimus dignitatem; vt fidelis ſtudio, magnoque nixu, quæras improbas manus, & inſidiantes aut priuatorum fortunis, aut menibus ad tuum facias venire iudicium, & rei veritate diſcuſſa congruam ſubeant de legibus vltionem. Officium tuum & milites conſuetos noctibus potius inuigilare compelle. In die autem ciuitas ſe ipſa cuſtodit. Statuæ nec in foro mutæ ſunt, quādo à furibus percuſſæ cuſtodem vidētur tinnitibus admonere. Proinde, prudētiam tuam deuotione laudabili ſentiamus, vt cui nunc laborioſos faſces iniungimus, ſecuros honores poſtea conferamus. Hęc ille. Ingentem vero Romę ſtatuarū multitudinem, populum appellat, & greges equorum: Non tātum enim Principum, ſed & aliorum, omnis generis ſtatuæ, Romæ reperiebantur.

a lib. 7. vari. epiſto. 14.

*DE CVRATORE HORREORVM Galbianorum. Cap. XVII.*

HORREA Galbæ, vt præcipua inter plura alia nominantur, tam in deſcriptione urbis ante Notitiam, quam à P. Victore in III. regione. Sed ipſe legit Horrea Galbiana, quemadmodum & in hoc monumento antiquo ſcriptum reperitur.

NVM. DOM. AVG. SACRVM FORTVNAE CONSERVATRICI HORREORVM GALBIANORVM M. LORINVS FORTVNATVS MAGISTER S. P. DD. id eſt, ſua pecunia dedicauit.

Dominis Auguſtis Theodoſio iuniori & Valentiniano III. vel, ut habet inſcriptio, Numini Dominorum Auguſtorum dicatum eſt hoc ſimulachrum Fortunæ conſeruatricis, quam horrea conſeruare opinabantur. Galbio vnus fuit ex Ducibus Valentiniani contra Bonifacium Africæ tyrannum miſſus, circa annū 429. [b] a quo Galbiana horrea, quæ fortè ille annona impleuerat, aut ad hunc vſum Reipubl. tradiderat, ſunt appellata. & ita puto legendum, ut eſt apud Victorem. Galbana vero à Galba Principe, vel alio ex ea familia deriuantur, ſed aliqua anterioribus temporibus eorum mentio fieret. Magiſter autem de quo in ſupradicto epigrammate, fuit regionis XIII. Cum enim Auguſtus in regiones, vicoſque vrbem diuiſiſſet, his ex plebe viros præfecit, quos Magiſtros appellauit, vt ait Tranquillus. [c] Plura Romæ erant horrea, in quibus non tantum frumentum, ſed gemmæ, aurum, & argentum, aliaque pretioſiſsima homines reponebant, præſertim qui hæc apud ſe tuta non eſſe timebant. [d] Ego tamen hic horrea Galbiana interpretor, in quibus frumentum populo dandum condebatur, quorum ut ſarta tecta eſſent, hic curator proſpiciebat: nam de operum & ædificiorū curatoribus hic agitur. Alius vero huic, & omnibus horreis frumentarijs, Comes horreorū dictus, [e] præerat, qui grana illæſa conſeruari, panemque plebi, & militibus diſtribuendum confici prouidebat. Vetuſtus codex legit. Horreorum Gallorum, ſed non rectè.

b ut auctor eſt D. Proſper.
c in Auguſto c. 30.
d l. 3. §. effracturæ. ff. de off. Præf. uigil. l. pignus 9. C. de pignoratit. actione.
e l. vnic. C. de piſtorib.

*DE CENTENARIO PORTVS. Cap. XVIII.*

CENTENARII centum militibus præerant. Vegetius, [f] Erant, inquit, Centuriones, qui ſingulas centurias gubernabāt, qui centenarij nominantur. Idē Modeſtus, [g] tradit. cētenarium ergo portum eum fuiſſe exiſtimo, qui cum centum, aut plus minus militibus, portum tuebatur. Nam & centenarij in officijs palatinorum, uiris ſexaginta, aut paucioribus præerant. Hunc eſſe credo, quem Caſsiodorus [h] Vicarium portus appellat: cuius cura erat præcipua, ne peregrini cum ciuibus rixarentur, ut latrones ac delinquentes detinerētur. A Iurecōſulto limenarchæ appellantur, ideſt portus principes. Paulus, [i] Limenarchæ, inquit, & ſtationarij fugitiuos deprehenſos rectè in cuſtodia retinent. Inuenti ſunt & ab Auguſto, qui agros viaſque publicas cuſtodirent, ne cui iniuria fieret. Tranquillus, [k] Graſſatorum, inquit, plurimi ſe ferebant ſuccincti ferro quaſi tuendi ſui cauſa, & rapti per agros viatores ſine diſcrimine liberi, ſeruique ergaſtulis poſſeſſorum, ſupprimebantur. Igitur graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus inhibuit. Has poſtea Tiberius crebriores fecit. Idem Tranquillus, [l] tuendæ pacis, ait, à graſſaturis ac latrocinijs, ſeditionumque licentia curam habuit, ſtationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit. Sed quod ad hunc Comitē pertinet, Caſsiodorus [m] in comitiua portus Rauennatis eius Comitem naues priuatorum ob tranſuehendas ſpecies, uel res Principis, vel publicas retinuiſſe ſcribit, quod & hic fortè procurabat.

f lib. 2. c. 8.
g in libello de vocabulis caſtrenſibus.
h lib. 7. uariar.
i in l. penult. ff. de fugit.
k in Auguſto c. 32.
l in Tiberio c. 36.
m eod. lib. in formula comitiuæ Rauennatis.

*DE TRIBVNO RERVM NITENTIVM. Cap. XIX.*

VLTIMVS ſub Præfecto vrbi erat Tribunus rerum nitentium, cuius erat ſolicitudo, vt ædes ſacræ, baſilicæ, fora, balnea, circi, theatra, amphiteatra, viæ, bibliothecæ, campi, & omnia denique loca publica nullis ſordibus vitiarentur, ſed niteſcerent, tantum erat veteribus mundiciei, nitoriſque ſtudiū; Tribunus vero hic Præfectum ſignificat, ſicut Tribuni militum, & Aerarij; alijque pro Præfectis accipiuntur. Hoc munus olim Aedilium Curulium fuit. De duobus prætoribus, qui imperante Conſtantino Magno duo tantum Romæ erant, [n] nihil Notitia tractat, quod forte pręter inſigniū magiſtratus ſplēdorem nullum fere tenebat Imperiū, Tantum enim liberales cauſas cognſcebat, Minoribus alienantibus decreta interponebat, eos in integrū reſtituebat, vindicta manumittebat, & emancipantibus liberos auctoritatem præſtabat. [o] Hæc de Præfecto vrbi, eiuſque magiſtratibus dicta ſufficiant: Nunc ad alios illuſtres, ideſt Magiſtros militum, eſt tranſeundum, quorum copiarum breuiarium præmittemus.

n l. ſi apud. C. de appellat.
o l. 1. C. de offi. prætorum.

**Magiſter Peditum. Quibus imperat.**

*Magiſter peditum in præſenti Occidentis imperat.*

- *Comitibus VIII. limitum.*
  - *Illyrici, præeſt* — *Præfectis XXIIII* —
    - *Auxiliorum palatinorum peditum XVI.*
    - *Legionum Comitatenſium V.*
    - *Legionũ pſeudo Comitatenſiũ. III.*
  - *Italiæ per Alpes* —
    - *Peditũ numeris XXXVI*
    - *Eqtũ vexillationib. VII.*
      - *Legionibus XIII. Auxilijs XXI.*
  - *Aphricæ, qui præeſt* — *Præpoſitis limitum. XVI* —
    - *Peditum uumeris. XII.*
    - *Vexillationibus equitum XIX.*
  - *Tingitanæ, qui præeſt* —
    - *Tribunis cobortium VI.*
    - *Præpoſitis equitum* —
      - *Vexillationibus equitum III.*
      - *Alæ equitum. I.*
  - *Hiſpaniarum* — *Præfectis XVI.* —
    - *Auxiliorum XI.*
    - *Legionum V.*
  - *Britanniarum* —
    - *Numeris peditum III.*
    - *Vexillationib. equitũ VI.*
  - *Littoris Saxonici per Britanniam.* —
    - *Præpoſitis VIII.* —
    - *Tribuno cohortis I.* —
      - *Numerorum peditum V.*
      - *Vexillationum equitum. II.*
      - *Legionis I.*
  - *Argentoratenſis.*
- *Ducibus XII. limitum.*
  - *Mauritaniæ Cæſarienſis.* — *Prepoſitis limitum VIII.*
  - *Tripolitanæ* —
    - *Præpoſitis limitum XII.*
    - *Numeris militum II.*
  - *Pannoniæ II.* —
    - *Præfectis XXXI.* —
      - *Cuneorum equitum VI.*
      - *Numerorum aliorum equitum XI*
      - *Legionum V.*
      - *Numerorum militum V.*
      - *Claſsium IIII.*
    - *Tribunis III.* — *Cohortium III.*
  - *Valeriæ riparenſis.* —
    - *Præpoſitis XXVII.* —
      - *Cuneorum equitum V.*
      - *Numerorum equitum XVII.*
      - *Auxiliorum peditum V.*
    - *Præfectis IX.* —
      - *Legionum VIII.*
      - *Claſsis. I.*
    - *Tribunis VI.* — *Cohortium VI.*
  - *Pannoniæ primæ & Norici riparenſis.* —
    - *Præfectis XXVII.* —
      - *Cuneis equitum II.*
      - *Numerorum aliorum equitum. XIIII.*
      - *Legionum VIII.*
      - *Claſsium III.*
    - *Tribunis V.* — *Cohortium V.*
  - *Rhetiæ primæ.* —
    - *Præfectis XIII.*
    - *Tribunis cohortiũ VIII.*
      - *Numerorum equitum III.*
      - *Aliarum equitum III.*
      - *Legionum VII.*
  - *Prouinciæ ſequanici.* — *Militibus Latauienſibus.* — *Cohortium VI.*
  - *Tractus Armonicani.*
    - *Præfectis IX.* — *Numerorum peditum IX.*
    - *Tribuno I.* — *Cohortis I.*
  - *Belgice II.* —
    - *Præfectis II.*
    - *Tribuno I.*
      - *Numerorum equitum II.*
  - *Germaniæ primæ.*
  - *Britanniarum.*
  - *Moguntiacenſis.* — *Præfectis XI.* — *Numerorum XI.*
- *Legionib. palatinis XII.*
- *Auxilijs palatinis LXV.*
- *Legionibus Comitatenſibus XXII.*
- *Legionibus Pſeudo Comitatenſibus XVIII.*
- *Claſsibus XVII.*
- *Tribunis cohortium. XXIII.*

NOTITIA



NOTITIA

# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS MAGISTRI Peditum.




Leones iun.
Leones ſeniores.
Sagittarij Neruij.
Cornuti.
Felices ſeniores.
Grati.
Salij.
Tubantes.
Auguſtei.
Inuict.
Gratianenſes ſeniores.
Felices iunio.
Bructeri.
Bataui.
Victores.
Iouij.
Reti.
Valentinianenſes.
Gratianenſ. iun.
Ampſiuarij.




Sabini.
Latini.
Sagittarij uenatores.
Sequani.
Atecotti iuniores.
Marcomanni iun.
Marcomanni ſen.
Atecotti ſenio.
Mauri iuniores.
Mauri ſen.
Briſigaui iun.
Briſigaui ſen.
Exculcatores.
Bataui iun.
Britanniciani.
Celtæ iunior.
Sagittarij Neruij.
Salij Gallicani.
Matiaci.
Felices Valent.


Honoriani iuniores.
Galli uictores.
Saguncienſes.
Iouij iuniores.
Tungri.
Atecotti iuniores.
Felices iuniores.
Hnoriani ſenio.
Menapij ſen.
Mauritonantes.
Mauritonãtes.
Honoriani Gallic.
Septimani.
Armigeri.
Propugnatores.
Fortenſes.
Matiarij.
Veſontes.
Pacacianenſes.
Regij.
Mauri cetrati.




Tertiani.
Germaniciani.
Scundani.
Vndecimani.
Britannici.
Propugnatores.
Lancearij.
Tertia Herculia
Cortoriacenſes.
Vrſarienſes.
Preſichantes.
Septimani.
Prima Flauia Pacis.
Tertia Iul. Alpina.
Gallicani.
Geminiaſenſes.
Conſtantiniani.
Conſtantici.
III. Flauia Salut.
II. Flauia Virtut.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri peditum præſentalis, Comites Militum infraſcriptorum.

ITALIÆ.
*Africæ.*
*Tingitaniæ.*
*Tractus Argentoratenſis.*
*Britaniarum.*
*Litoris Saxonici per Britannias.*

### Duces Limitum infraſcriptorum decem.

*Mauritaniæ Cæſarienſis.*
*Tripolitani.*
*Pannoniæ ſecundæ.*
*Valeriæ Ripenſis.*
*Pannoniæ primæ, & Norici Ripenſis.*
*Retiæ primæ, & ſecundæ.*
*Sequanici Armoricani.*
*Belgicæ ſecundæ.*
*Germaniæ primæ.*
*Britanniarum.*
*Mogonciacenſis.*

### Legiones Palatinæ duodecim.

IOVIANI *ſeniores.*
HERCVLIANI *ſeniores.*
DIVITENSES *ſeniores.*
TONGRICANI *ſeniores.*
PANNONICIANI *ſeniores.*
MOESISIACI *ſeniores.*
ARMIGERI *propugnatores ſeniores.*
LANCEARII *Sabarienſes.*
OCTAVANI.
THEBAEI.
CIMBRIANI.
ARMIGERI *propugnatores iuniores.*



### Auxilia Palatina ſexaginta quinque.

CORNVTI *ſeniores.*
BRACHATI *ſeniores.*
PETVLANTES *ſeniores.*
CELTAE *ſeniores.*
HERVLI *ſeniores.*
BATAVI *ſeniores.*
MATTIACI *ſeniores.*
ASCARII *ſeniores.*
ASCARII *iuniores.*
IOVII *ſeniores.*
CORNVTI *iuniores.*
SAGITTARII *Neruij.*
LEONES *ſeniores.*
LEONES *iuniores.*
EXCVLCATORES *ſeniores.*
SAGITTARII *Tungri.*
EXCVLCATORES *iuniores.*
TVBANTES.
SALII.
GRATI.
FELICES *ſeniores.*
FELICES *iuniores.*
GRATIANEMSES *ſeniores.*
INVICTI *ſeniores.*
AVGVSTEI.
IOVII *iuniores.*
VICTORES *iuniores.*
BATAVI *iuniores.*
BRVCTERI.
AMPSIVARII.
GRATIANENSES *iuniores.*
VALENTINIANENSES *iuniores.*
RHETI.
SEQVANI.
SAGITTARII *Venatores.*
LATINI.
SABINI.
BRACHATI *iuniores.*
HONORIANI *Atecotti ſeniores.*
HONORIANI *Marcomanni ſeniores.*
HONORIANI *Marcomanni iuniores.*
HONORIANI *Atecotti iuniores.*
BRISIGAVI *ſeniores.*
BRISIGAVI *iuniores.*
HONORIANI *Mauri ſeniores.*
HONORIANI *Mauri iuniores.*
CELTÆ *iuniores.*
INVICTI *iun. Britanniciani.*
BATAVI.
EXCVLCATORES *iun. Britanniciani.*
FELICES *Valentinianenſes.*
MATTIACI *iuniores Gallicani.*
SALII *Gallicani.*
SAGITTARII *Neruij Gallicani.*
IOVII *iuniores Gallicani.*
SEGVNTIENSES.
GALLI *Victores.*
HONORIANI *Victores iuniores.*
HONORIANI *Aſcarij ſeniores.*
FELICES *iuniores Gallicani.*
ATECOTTI *iuniores.*
TVNGRI.
HONORIANI *Gallicani.*
MAVRITONANTES *iuniores.*
MAVRITONANTES *ſeniores.*

### Legiones Comitatenſes trigintaduæ.

MENAPII *eniores.*
FORTENSES.
PROPVGNATORES *ſeniores.*
ARMIGERI *defenſores ſeniores.*
SEPTIMANI *ſeniores.*
REGII.
PACATIANENSES.
VESONTES.
MATTIARII *iuniores.*
MAVRI *cetrati.*
VNDECIMANI.
SECVNDANI *Italiciani.*
GERMANICIANI *iuniores.*
TERTIANI *ſiue tertia Italica.*
TERTIA *Herculea.*
LANCEARII *Gallicani Honoriani.*
PROPVGNATORES *iuniores.*
LEGIO *ſecunda Britannica, ſiue Secundani.*
SEPTIMANI *iuniores.*
PRÆSICHANTES, *aliàs* PRÆSIDIANTES.
*VRSARIENSES.*
*CORTORIACENSES.*
*GEMINIACENSES.*
*HONORIANI Felices Gallicaai.*
*TERTIA Iulia Alpina.*
*PRIMA Flauia Pacis.*
*SECVNDA Flauia Virtutis.*
*TERTIA Flauia Salutis.*
*FLAVIAE Victrices Conſtantinæ, id eſt, Conſtantici.*
*SECVNDAE Flauiæ Conſtantiniani tertio.*
*AVGVSTANI.*
*FORTENSES.*

### Pſeudo Comitatenſes decem & octo.

*LEGIO prima Alpina.*
*LEGIO ſecunda Iulia Alpina.*
*LANCEARII Comagenenſes.*
*TAVRVNENSES.*
*ANTIANENSES.*
*PONTINENSES.*
*PRIMA Flauia Gallicana Conſtantia.*
*MARTENSES.*
*ABRIM CATENI.*
*DEFENSORES ſeniores.*
*MAVROSISMIACI.*
*PRIMA Flauia Metis.*
*SVPERVENTORES iuniores.*
*CONSTANTIACI.*
*CORNIACENSES.*
*SEPTIMANI.*

Auxilia

ROMA-

*ROMANENSES.*

*OFFICIVM ſupraſcripti Magiſtri peditum Præſentalis.*

*PRINCEPS.*

*Numerarius.*

*Commentarienſis.*

*Adiutor.*

*Regerendarius.*

*Exceptores & reliqui apparitores;*

## COMMENTARIVM.

### *DE MAGISTRO PEDITVM In præſenti Occidentis. Cap. XX.*

SCISSO inter Valentinianum & Valentem fratres imperio in Thracijs in Næſsi ſuburbio Mediana appellato, etiam exercitus, ac numerorũ Comites, Magiſtroſque militum inter ſe ſunt partiti, ait Marcellinus.[a] Quare legiones & Auxilia plura eiuſdem nominis, tam in Oriente quam Occidente reperiebantur, quæ priſtinum nomen retinuerunt. Itaque uon modo legiones palatinæ, Comitatenſes, & pſeudo comitatenſes, auxiliaque palatina utrobique recitantur; ſed plerunque ijdem numeri & cohortes eodem nomine repetuntur, aliquibus exceptis, quæ vno tantum in loco inueniuntur. Idem vexillationibus euenit, quæ ſub vtriuſque imperij Comitibus & Ducibus in Cuneos, & equitum numeros duplicatæ leguntur. Sed Occidentis Magiſtri præſentales in quibuſdam ab Oriẽtalibus variarunt; Hi.n. mixtim peditibus equitibusque præfuere. At in Occidente alter equitibus, peditibus alter imperauit, quemadmodum olim a Conſtantino etiam in Oriente inſtitutũ fuiſſe auctor eſt Zoſimus: Item ibi præter duos præſentales tres alij magiſtri inſtituti fuere; hic poſt præſentales vnus tantum per Gallias magiſter equitum dictus fuit. In Occidente quoque magiſtri tam limitaneis Comitibus, & Ducibus, quã alijs Tribunis Præfectiſq; præerant; quod in Oriente non obſeruabatur, cuius limites à Quæſtore ordinabantur:[b] Sed & Magiſter equitum in Gallijs, pluribus peditumque equitumque ab vtroque præſentali copijs acceptis, Gallias ſibi commiſſas tuebatur. Itaque præter vnam vexillationem, & decem numeros, quos proprios habebat, cęteros milites ſibi à præſentalibus miſſos mutuabatur. Præcipuos etiam cohortales ex illorum officijs accipiebat, quis, illis ſubeſſe arguebatur. item comites & Duces, & ſi à Magiſtro & ipſi equites accipiebant, proprias tamen alas, cohortes, & numeros regebãt, qui apud Magiſtros fuiſſe non inueniuntur. Hic Magiſter etiam comes vocabatur.[c] Sed prior titulus plus auctoritatis habebat. Marcellinus,[d] Equitius, inquit, Illyriciano præponitur exercitui, nondum Magiſter, ſed Comes, ideſt nondum erat illuſtris, ſed ſpectabilis, aut paulo maior. Præter duos Præſentales, alterum Peditum, alterum equitum in Italia, & tertium equitum in Gallijs, nullus in Occidente Magiſter militum reperiebatur, ſed in Hiſpania vnus comes, & alter in Britannia loco Magiſtrorum[e] numeris imperabant, quod à Conſtantino vſque ad Honorium Imper. obſeruatum fuit, donec illæ prouinciæ ſunt amiſſę. Demum extincto pene Occidentali imperio, Leo Imperator. Dalmatia recepta, proprium Magiſtrum in ea conſtituit.[f] Officium Magiſtri peditum in præſenti Occidẽtis, continebat Principem, Numerarium, Commentarienſem, Adiutorem, Regerendarium, Exceptores, ac reliquos apparitores, vt alij Orientis magiſtri habebat. Hic adiutor vocatus apud Magiſtros militũ Orientis dicitur Primiſcrinius, qui deinde Numerarius fiebat: Is forte ſententias Magiſtri ſcribebat, & eius tribunali præerat, cuius ſententias capitales executioni mãdari curabt velut Cornicularius apud ciuiles Magiſtratus, quo hic Magiſter carebat. aliquando ſedis adiutor dicitur,[g] quandoque primiſcrinius,[h] quandoque ſubadiuua;[i] in ſequente tamen Magiſtro equitum adiutor diuerſus à primiſcrinio ponitur, quo hic Magiſter caruiſſe videretur niſi codex eſt mendoſus. Regerendarius vero apud eoſdem Magiſtros Orientis ſcriniarius nuncupatur quin& epiſtolaris & libellenſis vocatur:[k] Ab actis Magiſtri militum carebãt, vt Orientales, quod ipſorum tribunalia nullam inſtrumentis, aut alijs actibus auctoritatem tribuerent, quemadmodum apud ciuiles iudices fiebat. Ex hoc officio circiter XXX. ſingulis annis accipiebantur, qui in Comitum, & Ducum officijs, principes, Commentarienſes, & numerarij eſſent. Idẽ fiebat in officio Magiſtri equitum, vt infra videbitur.

a lib.26.

b l.1.& 2. C.de offic. Quęſtor.

c l.1.C. de offic. maæi.milit.

d lib.26.

e l.4. C. The.de decurio.

f l.5. C. de bon. quæ liber.

g l.vlt. C.de off. præf.urb.

h l.1. C. de Sportul.

i l.1.§. in ſcrinio primiſceinij. C. de off.P.P.A.r.l. fi.C.de agen. in reb.

k l. præcipimus. §.1.& §. pe. C.de appellat.

Inſignia eadem, quæ Magiſtri Orientales, hic geſtabat. In meo codice liber mandatorum auro tectus aureum item caput Principis in tergo continet: In manuſcriptis eoden modo ſe habent, quemadmodum in Magiſtris Orientis. Inperabat hic Magiſter legionibus palatinis VII. Auxilijs LXV. Legionibus Comitatenſibus. XXXII. Pſeudo comitatenſibus XVIII. Itaque ponendo 1000. in ſingulis legionibus, quót ſingulas Præfecturas hoc tempore continuiſſe Conſtantinus Porphirogenneta ſcribit, efficiunt ſexaginta duo millia virorum. Auxilia quot continerent, ſciri non poteſt, ſed vix pauciores 100. ſingula habuiſſe credendum eſt, quæ fuiſſent ſex millia quingẽti, ſimul iuncti efficiunt peditum 68. millia 500. His accedunt XXXVI. præfecturæ, & VII. tribunatus in Italiæ, Galliarum, & H paniæ limitibus poſiti, quibus hic Magiſter imperabat, quæ efficiunt circiter triginta nouem millia 500. pedites, ſimul iuncti CVIII. millia militum conſtituerent, imperabat & VI. claſsibus, de quibus in fine operis dicetur. Appianus,[l] ſcribit Hadrianum, cuius tẽpore ipſe vixit, ducẽta millia peditum, quadraginta millia equitum, trecentos elephantes bellicoſos, curruum ad prælia inſtructorum duo millia, & armorum in ſupplementum trecenta millia habuiſſe. Claſſem vero nauium minorum duorum millium. Triremium à ſeſclupis in quinquiremes mille quingẽtarum. Inſtrumentorum naualium numerum bis totidem, & naues octoginta partim auro proris, partim puppibus exornatas, quibus Imperatores vehi conſueuerant. Et hæc erat pacis tempore Rom. imperij cuſtodia. Verum ingruentibus in Valentinianum, ſub quo hæc Notitia ſcripta eſt, hoſtibus, militiam augeri oportuit, ſed & ſi plures exiſtiment Appianum, loqui de Romano imperio, verendum eſt, ne loquatur de regibus Aegypti: nullibi enim conſtat Roma. Principes elephantes aluiſſe, aut curribus ante Hadrianum pugnaſſe. Priuſquam vero copiæ militum recenſeatur, ſex comitum, & duodecim Ducum Occidentis iterum catalogus à Notitia præmitittur, q etiã indici inſertus fuerat, ſed vterqꝫ eſt mendoſus: In hoc enim ſequanici & Armoricani Duces ante Belgicam ſecundam collocandi deſiderantur, & Dux Germaniæ primæ antepenultimũ in indice locum tenet, cuius nulla infra fit mentio: ideo autem horum elenchus retexitur, quia tanquã Magiſtro peditũ parentes vt ſub eius ſunt diſpoſitione, erant nominandi. His militum numeri annectuntur, quorum primi ſunt XII, palatinæ legiones, In Oriente vero cum magiſtris Duces non ſubeſſent, ſemel in Indice recenſentur.

CVIII. pedites ĩ Occidente.

l in Libyc. hiſto. poſt princ. ſi non eſt mendoſus.

Duo-



### *XII. PALATINAE LEGIONES Magiſtri Militum præſentalis Occidentis. Cap. XXI.*

EX. XII. palatinis legionibus, VIII. magiſter peditum præſentalis in Italia ipſe retinebat, vnã Magiſtro equitũ per Gallias concedebat, Comiti Africę tres; ſunt autem ſequentes.

1 IOVIANI SENIORES. Hęc legio in Oriente non reperitur: In Italia ſub eius Comite, ſicut & quinque legiones ſequentes, militabat. Purpuream geſtabat aquilam in parma cœrulea, duoque erant pro margine circuli, ruber interior, exterior luteus, prout Pierius[a] deſcribit; eodem modo ſe habent manuſcripti codices; ſed in meo exemplari parma eſt alba, nullusq; in extremitate apparet circulus. Iouiani iuniores una ex ſex palatinis legionibus ſub Magiſtro Præſentali Orientis, eodem modo aquilam, ſed diuerſi coloris habebant, quorum clypei marginem tres circuli ambibant, cuius argumentum ibi expreſsimus. Sozomenus[b] ſcribit Iouianos, & Herculeanos duas fuiſſe cohortes ex primarijs militibus conſtitutas, quæ Imperatorem proximè a tergo pręſidij cauſa ſequebantur. Apud Comitem Italiæ forte pro Iouianis infra Iouij ſeniores ſunt ſcripti.

a in ſi.lib.19.

b lib.6.

2 HERCVLIANI ſeniores & ipſi Aquilam ſed cęruleam, alis ſparſis in rubra parma geſtant, latus circulus lutei coloris marginem cingit, quem nigra linea circundata in partes duas æquè diſtantes diſſecabat, ita Pierius.[c] Aquila imperium Romanum refert, quod unum eſſe per circulum ſignificatur, etſi diuiſum, ut linea nigra inſinuat: interpretor enim circulos etiam cum extrema clypei cingunt, vnitatẽ & perpetuitatem denotare. In meo codice aquila eſt lutea in alba parma, & rubeus albusque circuli marginem ambiunt, vt in manuſcriptis, qui vtriuſq; Romani imperij coniunctionem, vnitatemq; portẽdũt. Herculiani Iuniores vna ex ſex palatinis legionibus Magiſtri militum præſentalis Orientis idem aquilæ inſigne habebant.

c eod. lib. 19. ad fin.

3 DIVITENSES ſeniores a Diueto Siciliæ oppido dicti. In rubeæ parmæ umbone globum luteum rubro luteoq; circulo clauſum præferunt. Marginem alius luteus ambit: Orbem Romanum duplici coniunctoq; imperio regi ſignificat. Exterior circulus, vt ſæpe vmbilico concolor maiorem indicat cõcordiam. Pierius[d] hanc legionem in Gallijs manſiſſe ſcribit, & inſigne cerulei accipitris, colore tamen dilutiore, cum tauro geſtaſſe. Accipiter uolatu cæteras aues antecellens, gloriam victoriamq; inſinuat, & cœruleus color, altitudinem: taurus uero laborem, per quem ad gloriam, & victoriam peruenitur. Duo hæc animalia pro duobus Principibus imperij, ad gloriam laborantibus, ponuntur. Diuitenſes Gallicani inter XXI. Legiones Magiſtri militum per Thracias reperiũtur: & Dalmatæ Diuitenſes ſub Duce Daciæ Ripenſis.

d lib.21.

4 TONGRICANI ſeniores ex Tõgris, Germaniæ ſecundæ populis lecti, idem ferè gerunt inſigne, qđ Diuitenſes, niſi quod horum clypei marginem, duo, luteus & viridis, circuli cingunt; Manuſcripti coloribus variant. Duplicis Romani imperij connexitas, ꝑpetuitasq; indicatur. Hi non ſunt in Oriente: Tungri Diuitenſibus à Marcellino[e] coniunguntur; Diuitenſes, inquit, Tungricanoſq; iuniores ad procinctũ vrgentem per Thracias inter alios celerare diſpoſuit. Item,[f] Seuerianus, ait, Comes apud Calidona Diuitenſibus præſidebat, & Tungricanis.

lib.

f lib.27.

5 PANNONICIANI ſeniores, geſtant idem inſigne, quod Gratianenſes, aut Secunda Flauia Gemina legio in Oriẽte, ſub Magiſtro militum per Thracias; niſi quòd hic octo trabes, duplicem orbem firmant, ibi ſeptem. Manuſcripti coloribus uarij ſunt. Vrſinianus coniunctos aggeres orbem munientes habet. Pãnoniciani vero iuniores, vna ex XXI. legionibus Comitatenſibus Magiſtri militum per Thracias in Oriẽte reperiuntur. Hi numeri utrobique duplicati, ſæpe hic ſeniores, ibi iuniores, ideſt poſteriores nominantur.

6 MOESIACI ſeniores, ex Mœſia deducti: Mœſicos Marcellinus & Tacitus appellant,[g] Fremebant, inquit, venire Mœſicas legiones, maximam exercitus partem Bebriaci remanſiſſe, qui pro Othone contra Vitellium ſtabant. Marcellinus;[h] Moto, inquit, velitari auxilio, Herculeis ſcilicet, & Battauis, Numeriſq; Mœſicorum pluribus, Conſtantius Bononiã venit. Hanc legionem alibi commendat,[i] & cum Pannonica pręcedẽte cõiungit. Obuiã, ait, motę ſunt legiones duæ, Pannonicia & Mœſiaca, valida prę lijs manus.

g lib.18.

h lib.20.

i lib.19.

Geſtabant in clypeo rubro aureum orbem, alio cęruleo incluſum, quẽ à tribus lateribus, tres lutei cippi æqualiter diſtantes fulcire videntur: id tres orbis partes aduerſus hoſtem vndiq; muniri ſignificat. Cippi enim firmitatem inſinuant. Manuſcripti, cippos albos oſtendunt; Madrucianus, globum interiorem decuſſatum, quod Imperij diuiſionem, vtriuſq; Principis unione firmatam portendit. Id genus ſymboli, apud alios etiam inuenitur, ut in Armigeris ſenioribus, & iunioribus: Quid ſimile habent & Octauani, & Pannoniciani proximè explicati. Hi non ſunt in Oriente. Morſiciani, vitio typographi infra inter XII. legiones palatinas appellantur.

7 ARMIGERI propugnatores ſeniores, pro inſigni, in parma viridi, quatuor orbes luteos præferunt, qui glodum aureum rubro & luteo circulo cinctum fulciunt: à quatuor partibus mundum munitum eſſe, & duo imperia, in vnum orbem Romanũ coire portẽdunt. Exterior circulus interiori globo, vt ſæpe concolor, idem eſſe imperiũ innuit. In Madruciano tres cœrulei aggeres orbes coloribus varios muniunt. Vrſinianus albam crucem duos orbes ideſt duo imperia ſuſtinentem oſtendere videtur. Hi Comiti Africæ parebant: In Oriente non leguntur.

8 SABARIENSES Lancearij, à Sabara Arabiæ Felicis regione delecti orbem rubrum in alba, vel, vt in Madruciano, in punicea parma gerunt. Marginẽ luteus ambit circulus, quod vnum & perpetuum eſſe orbis Rom. imperium denotat. Vrſinianus orbem cœruleum rubro circulo cinctum tenet. Idem inſigne habent & Secundani, Germaniciani ſeniores, Lancearij iuniores, & Mineruij in Oriente. In Gallijs ſub Magiſtro equitum merebant; in Oriente non ſunt.

9 OCTAVANI, ab octaua legione deriuantur, quæ ab Auguſto in Pannonia locata, Auguſta cognominabatur, inde a Claudio in Mœſiam abducta, poſtea in Italiam pro Vitellio uenit: Demum ſuis ſedib. eſt reſtituta.[k] In umbone luteæ parmæ orbem aureum rubra Zona in medio diuiſum, & rubro circulo cinctum geſtant. Hunc quatuor rubræ peltæ crucis inſtar, à quatuor partibus æqualiter inter ſe diſtãtes circumſtant: Id vnum eſſe Romanum imperium, etſi in Orientem, Occidentemq; diuiſum, & à quatuor mundi partibus defendi indicat: Pelta enim ſignum eſt propugnantis, Ruber color imperij, Lute foelicis ſeculi ſunt indices. Hi apud ipſum Magiſtrũ ped tum permanſerunt. In Oriente non leguntur.

k Dion. lib.55.

10 THEBAEI diuiſum coloribus clypeũ, a dextra luteum, à ſiniſtra rubrum geſtant. Orbis vero in vmbone conuerſis coloribus à dextra eſt rubeus, à læua luteus; Marginem rubeus circulus cingit. Madrucianus puniceum pro rubro habet: Id quoque vnũ eſſe Rom. orbis imperium ſignificat, & ſi ob duos imperantes ſciſſum videatur, qui mutuum ſibi auxilium præſtant. Hi ſub Comite Italiæ merebant: Plures in Oriente Thebæorum legiones viſuntur, omnes à Thebaide collectæ.

11 CIMBRIANI à Cimbris Germaniæ populis, qui Cimbricam Cherſoneſſum incolebant, lecti: Horum, & Sabarienſium idem fere eſt inſigne: parma

ma enim rubea, luteum orbem, Sabarienſes in alba rubrum tenent. Madrucianus puniceã parmam oſtēdit. Hi & ſequentes ſub Comite Africæ militabant.

12 ARMIGERI propugnatores iuniores, idem fere & ipſi inſigne habent, quod Mœſiaci, niſi quod in iſtorum cœrulea parma orbis aureus, luteo, rubroque circulo clauditur; ſed nullo margo parmæ cingitur. In Oriente non reperiuntur. Et hæc de duodecim legionibus palatinis: Nũc ad ſexaginta quinque auxilia item palatina eſt veniendum.

## DE AVXILIIS PALATINIS LXV. Magiſtri peditum præſentalis per Occidentem. Cap. XXII.

AVXILIA LXV. ſub hoc Magiſtro infra in catalogo numerorũ recenſentur, ſymbola vero tantum LXI. repræſantantur, quare aliquot inſignia deeſſe oportet; quatuor enim ſcilicet Exculcatores ſeniores, Sagittarij, Tũgri, Exculcatores iuniores in catalogo poſt viginti quatuor auxilia locati, & Brachati iuniores, triceſimum octauum locum tenentes, ſuis ſymbolis deſtituuntur. Auxilia LXV. ſequuntur.

1 CORNVTI ſeniores in parma lutea geſtabant rubrum cippum, duo eiuſdem coloris cornua emittẽtem, quæ in ſummo inſtar lunæ flectuntur: Duos Imperatores coniunctos portendunt. Sed Pierius.[a] aliud Cornutorum inſigne deſcribit, nempe parmam totam luteam, ſed nigro circulo aliquanto interius circũducto, ĩ cuius medio angues rubri duo, non è baculo, ſed velut è cippo quodam identidẽ rubro emiſsi ad oſculum incurabantur. In cippi medio ancile paruum erat colore depictum luteo, duabus in medio nigris lineis, à dextra ad læuam in paralellum diſſecantibus. In ſuperiore cuius parte T. Centurionis ſignum notatũ erat: Hæc Pierius. Id eſt duplicis Principis vnicum imperium, quod ex duobus ſerpentibus ab eodem cippo prodeuntibus inſinuatur. Duæ paralellæ lineæ diuiſum orbis imperium, vnum permanſiſſe indicant. T. vero non Centurionis, ſed crucis ſignum eſſe arbitror, quod Principes tuetur: eſt enim ſalutis ſignum.[b] Ancile orbem Romanum à Principibus defendi ſignificat. Idẽ fere eſt inſigne aliorũ Cornutorum ex XVIII. auxilijs ſecundi Magiſtri militum præſentalis in Oriẽte. A cornuto oppido cornutos vocatos fuiſſe diximus. Hi cum quinque ſequentibus in Italia manebant.

a lib. 15.

b Ezech. 10.

2 BRACHATI ſeniores, à Bracha, vrbe Hiſpaniæ nominati Vetuſtus codex pro his vbique legit Brachiatos. In parma cœrulea, bina cornua lutea, vt ſuperiores, ſed duplicata ex eodem cippo luteo prodeuntia habebant; quæ ſunt duplicis imperij typus. Rubeus circulus marginem complectitur. Similis eſt clypeus Valentinianenſium ſub Magiſtro militum per Thracias. Apud Magiſtrum peditum reſident. Brachati iuniores in Oriente ſunt ex XVIII. auxilijs palatinis Magiſtri militum præſentalis.

3 PETVLANTES ſeniores; In parma lutea idem ferme inſigne habent, cornua ex luteo cippo prodeuntia, & orbem item luteum alte complectantia. Hoc ſolo differunt quod horũ cippus eſt albus, cornua item alba, ſed in manuſcriptis cœrulea, & quẽadmodum in Brachatis duplicia. Is duplicis imperij vnum orbem complectentis eſt typus. Petulãtes iuniores, ſub Magiſtro militum Illyrici, inter ſex auxilia palatina in Oriente reperiũtur, in Occidẽte ſuum Magſtrum peditum ſequuntur. Hos, & ſequentes, ſępe Marcellinus coniũgit, vt mox dicetur.

4 CELTAE ſeniores, eodem modo in rubro clypeo, duos luteos Dracones ex eodem cippo exeuntes, & capita in ſummo ſibi admouentes tenebant. Idem inſigne geſtabant Cornuti, ſub Magiſtro militum præſentali in Oriente, De Celtis, & ſequẽtibus, ita Marcellinus;[c] Miſit auxiliares Herulos, & Batauos, cumque Petulantibus Celtas. Et alibi.[d] Aliquis palatij decurio ſigna Petulantium ingreſſus, atque Celtarum. Sunt Galli, quos Celticos Sozomenus[e] appellat: Cæſar, Celtas.

c lib. 20. loquẽs de Conſtantio.

d eod. lib.

e lib. 3.

5 HERVLI ſeniores, in vmbone lutei clypei, vel vt in manuſcriptis albi, argẽteum vmbilicum rubro circulo incluſum habebant. Alius circulus rubeus marginem circumibat: Id vno imperio orbem Romanum contineri denotabat, quod ſub diuerſis typis ſæpiſsimè ſignificatur. Herulos fortiſsimam gentem in Sarmatia ſupra Iſtrum flumen habitaſſe Procopius[f] ſcribit, Cum Turingis ſub Odoacre Rege, Italiam aliquot annis tenuere. Herulos, & Batauos, velitare auxilium Ammianus appellat.[g] Herulorũ, inquit, Batauorumque vexillum direptum: ſimul enim militabant. item[h] moto ergo velitari auxilio Herulis, ſcilicet & Batauis, numeriſq; Mœſicorum Dux Bononiam venit.

f de bello Gothico.

g lib. 20. paulò poſt prin. & lib. 27.

h libro 20. poſt prin.

6 BATAVI ſeniores, in rubra parma album geſtabant cippum, qui orbem rubrum, in imo turbinatum ſuſtinebat; Vrſini codex, duplicem cuſpidem, alteram alteri inſitam oſtendit. acutus turbo, Barbaros pungendos ab orbe Romano inſinuat. Hi Comiti Italiæ obſequebãtur. In Oriente quoq; inter XVIII. auxilia palatina primi Magiſtri militum præſentalis militabant, ſicut & ſequentes.

7 MATTIACI ſeniores: his quatuor catenæ ex luteis orbiculis compoſitæ, in albo clypeo crucem formabant: Luteus item orbiculus in medio umbilicũ luteum continebat. Nobile inuentum, quo per crucem vtrinque connecti Romanum imperium, & in omnibus eius partibus charitate coniungi ſignificatur, ſicut ex connexis orbiculis catena colligitur. Totum ſymbolum eſt concolor, ad eandem vtriuſque Principis oſtendendam uoluntatem. Luteus color ſeculi fœlicitatem inſinuat. Hæc VII. auxilia, cum pluribus ex ſequentibus ſub Comite Italiæ merebant. Reperiuntur & in Oriente Mattiaci ſub primo Magiſtro militum præſentali.

8. ASCARII ſeniores, ſeu ASCERII, ab Aſcera vrbe Hiſpaniæ profecti, idem omnino inſigne cum præcedentibus gerebant. Hi & ſequentes cum Comite Hiſpaniarum militabant, ex copijs Magiſtri militum Orientalis Illyrici, inter ſex auxilia palatina cenſebantur.

9 ASCARII iuniores, purpureum aprum horrentibus ſetis ſupra pilam auream, in cœrulea parma præferebant: Id bellicam ferocitatem Principis orbem tuentis indicat. Ea eſt enim apri natura, ut prouocatus non fugiat, ſed pugnam ferox ineat; vnde bellicæ ferocitatis eſt ſymbolum.[i] Purpureus pingitur, quia hic color eſt Principis proprius. Idem fere inſigne infra tenent Batauí iuniores. In Vrſini exẽplari, pro apro canis rubeus hoſtibus allatrat.

i Pierius lib. 9.

10 IOVII ſeniores, in cœruleo clypeo aureum orbem geſtabant, de quo, & horum nomine, ſupra dixi. Simile ſymbolum præferebant Sabarienſes ſub hoc Magiſtro: Hi, & ſequentes, ſub Comite Italiæ merebant. In Oriente non reperiuntur. De Iouijs Marcellinus,[k] Agmina, inquit, duo præcedere iuſſit, quibus nomina ſunt Iouij atque Victores.

k lib. 26.

11 CORNVTI iuniores, hominem uirldem, & alatum, quæ victoria eſt, in alba parma præferebant, quemadmodum infra Bructeri. Triplici circulo, duobus rubris, & medio luteo margo circundatur: Id perpetuum eſt virentis victoriæ Principum ſymbolum. Duo rubei circuli, medium luteum tenentes, duorum Principum arctam, in vnum & idem imperium perpetuamq; coniunctionem inſinuãt: medius circulus imperij diuiſionem demonſtrat. Verũ Pierius,[l] hos milites Aſionem praſsini coloris, quod eſt noctuæ genus, in orbiculo luteo habuiſſe ſcribit, quem ceruleus ambitus latè complectebatur, à quo mox arctior, & ipſe luteus, & alius circa marginem extremus ruber cingebatur. Hæc ales Mineruæ ſacra victoriam, prudentiamq; ſignificat. Cornuti Comi-

l lib. 25.

tem



tem Italiæ ſequuntur, à Cornuto Illyrici oppido dicti, vbi Cornutenſis ſcutaria fabrica exercebatur.

12 SAGITTARII NERVII; Horum parma coloris eſt praſsini, rubro circumducto limbo, medium occupat orbis luteus, in quo angues purpureæ, rubro coalitæ, fulcimento ad oſculum in circuli formam ſe incuruabant, prout deſcribit Pierius.[a] Hoc ipſe habet pro dimidio caduceo pacem præ ſe ferente. Verum purpurei angues, ſunt Romani imperij duo concordes Principes referentes. Luteus in orbe color, ut ſæpe dictum ſeculi fœlicitatem, & imperij vigorem demonſtrat. Purpureus uero eſt Imperatoris proprius. Hi Comiti Hiſpaniarum inſeruiebant. In Oriente non viſuntur. Neruij erant Belgicæ Galliæ populi, de quibus hæc Marcellinus;[b] Inter hos, Neruij mediterranea incolunt loca, vicini verticibus celſis, quos præruptos, geluque torpentes, aquilones aſtringunt.

a lib. 15. Hieroglyph.

b lib. 31.

13 LEONES ſeniores, à ferocitate, vel à Leono Marmaricæ oppido uocati, idem ferè habent inſigne, quod legio prima Flauia Conſtantia ſub Magiſtro militum per Orientem, ſolum coloribus differunt: Hi enim in parma viridi orbem item uiridem, rubro circulo incluſum, vnionis utriuſque Romani imperij typum geſtant: In ceteris conueniunt. In Gallijs cum Magiſtro equitum merebant, in Oriente non leguntur.

14 LEONES iuniores, in cœruleo clypeo duplicem purpureum orbem, duplici cippo eiuſdem coloris præfixum tenent; ſupra eſt luteum hominis caput, quod Principis, vel diuinã prouidentiam in utrumque orbis imperium demonſtrat. Caput enim pro Deo poni Pierius tradit, & ſupra in armarijs in medio vtriuſque imperij repræſentatis id exprimitur: Hi & ſequentes, cum Comite Italiæ merebant. In Oriente non ſunt.

15 EXCVLCATORES ſeniores, ſagittarij Tungri, & Exculcatores iuniores infra in catalogo auxiliorum bis recenſiti, hic in albo ſymbolorum omittuntur, nullumque inſigne tenent: Infra vero alij Exculcatores iuniores Britanniciani poſt Batauos iuniores ſua quidem ſymbola geſtant, ſed ab his differunt. Exculcatores autem dicti, quaſi calcantes & atterentes hoſtes, aut quaſi exculcantes puluerem hoſtibus, ut apud Plautum, in captiuis paraſitus minitans, piſtoribus, ait, meis pugnis exculcabo furfures. Hi ſaxa fundis in hoſtes iaculabantur, enſe ac telis tantum inſtructi. Vegetius[c] qui Exultatores uocat; Poſt hos, inquit, erant ferentarij, & leuis armaturæ, quos nunc Exultatores, & Armaturas dicimus, quaſi exultantes, aut hoſtibus inſultantes.

c lib. 2. c. 15.

16 SAGITTARII Tungri in Germania ſecunda poſt Tabulam, ſeu Scaldam fluuium, nunc Brabanti dicti, contra Othonem pro Vitellio ſteterunt. Tacitus,[d] aderant, inquit, legati coloniarum auxilium orantes; Duas Tungrorum cohortes miſit. Hi in Oriente non erant. Alij eiuſdem nominis infra ſuum ſymbolum tenent.

d lib. 18.

17 EXCVLCATORES Iuniores, & hi ſymbolo carent, ſed alij eiuſdem nominis infra cum ſuo inſigni referuntur poſt Batauos iuniores, ut ſupra dixi.

18 TVBANTES, idem ferè inſigne, quod Leones iuniores, ferebant, in alba parma geminatum albumque orbem rubro circulo cinctum, qui cippo item rubro eſt præfixus, ſupra eſt luteum caput humanum, pro barba, & capillis iubas Leonis emittens, quod perpetuam Principis, vel Dei, in duplex imperium prouidentiam indicat. Leonis iubæ fortitudinem denotant, clypeum ruber circulus ambit. Hi ſub Comite Hiſpaniarum merebant, ſicut & ſequentes. Alij Tubantes in Oriente inter decem ſeptem auxilia palatina primi Magiſtri præſentalis militabant, de quorum nomine ibi dictum.

19 SALII ſunt populi Sarmatarum, Alij ſunt in Germania pars Francorum. Marcellinus loquens de Iuliano Pariſijs egreſſo, petit, ait, omnium primos Francos, eos uidelicet, quos conſuetudo ſalios appellauit, auſos olim in Romano ſolo apud Toxandriã locum habitacula ſibi figere prælicenter. Hæc ille. A ſalijs Germanis hæc auxilia contracta puto. in cœruleo ſcuto geminum orbem, alterum cœruleum, alterum album, albo item loro, vel, ut in Vrſini exemplari, fune circundatos, & infra arcto nodo conſtrictos præferunt, quorum capita vtrinque pendent, rubeus circulus marginem claudit. In manuſcriptis hoc ſymbolum clarius repræſentatur; Ingenioſum eſt commentum, utriuſq; Romani imperij arctam in orbem Roman. coniunctionem indicans; qui unico loro aut fune, ideſt imperio conſtringitur. funis enim pluribus contortis cordulis connectitur, Eodem modo duo ſe imperatores complectuntur. In Gallijs Magiſtrum equitum ſequuntur. In Oriente quoque inter XVIII. auxilia, & ipſa palatina primi Magiſtri præſentalis recenſentur.

20 GRATI, dimidios canes erectos, pedibuſque colludentes, in cœruleo clypeo geſtabant. Hoc enim ainmal nũquam beneficij eſt immemor, quod & Grati nomine milites ſe obſeruaturos hoc ſymbolo promittere dici poſſet: Sed ego, duos referri Principes puto, duo dimidia imperia tenentes, qui ſe complectentes amorem mutuum oſtendunt. Clypei marginem albus circulus cingit. Hi & ſequentes ſub Comite Italiæ merebant. Non ſunt in Oriente.

21 FOELICES ſeniores, inſigne præferunt, dimidium catum rubri coloris in parma punicea, dilutiore colore, qui à margine rubro ſurrectus pedibus ad luſum compoſitis adblãdiri videtur, prout Pierius[e] deſcribit. Per dimidium hoc animal, dimidium Occidentalis Principis imperium intelligitur, qui ex ſe, ut felis mures, ita ipſe abſque alterius auxilio ſua dexteritate hoſtes capiet. Aliqui credunt, id animal ad uices lunæ, oculos maiores, aut minores habere, ſignificarique idem imperio Romano euenire, quod Lunæ exemplo plenũ eſt, licet ob diuiſionem minus uideatur; ſed longè hæc interpretatio petita uidetur. In meo codice uiridis eſt parma, & catus ferrugineus. In Madruciano eſt canis albus hoſtibus allatrans, qui dimidius apparet. Marginem rubeus circulus ambit. A Comite Hiſpaniarum hi regebantur. Alij in Oriente Fęlices ferè omnes iuniores inter auxilia palatina inueniuntur.

e lib. 15.

22 FOELICES iuniores, in cœrulea parma albũ cippum iunctis in ſpinam piſcis faſcijs tectum geſtant, cui luteum humanum caput cum iubis leoninis eſt præfixum; quod firmam pro orbe Romano vigilantiam, prudentiamque Principis demonſtrat. Leoninæ iubę robur imperij inſinuãt. Iunctæ faſcię, quæ Regium diadema referunt, cippo additæ, firmã ac munitam Principum coniunctionem inſinuant. Cippus enim ſoliditatis eſt typus. Madrucianus idẽ alio ſymbolo ſignificat: Sol enim luteam catenam ex orbiculis compoſitam, ab imo ſurſum erectam irradiat, diuinum numen Principum concordiæ, in orbem Romanum aſpirare innuit: Extrema rubeus circulus claudit. Simile inſigne eſt Victoribus, & Inuictis alijs ſub hoc Magiſtro auxilijs. His Fęlicibus, Comes Italiæ imperabat, & ſequentibus.

23 GRATIANENSES ſeniores, à Gratiano, vel Gratiana Mœſiæ primæ oppido appellati in clypeo albo humanam faciem lutei coloris cœruleis faſciis circumuolutis cinctam geſtabant, rubeus circulus marginem claudit; quod & ipſum magnam principum in orbem Romanum prouidentiam indicat. Faſciæ uero circũligatæ, diademata & vires utriuſque imperii coniunctas, inſinuant. In manuſcriptis à faſciis iubæ pendent, quæ ſunt roboris typus. In Madruciano nigra linea circularis capiti appoſita orbẽ refert, in quem inuigilatur. Hi ſub Comite Italię militabant. In Oriente non uiſuntur.

R INVI-

24 INVICTI ſeniores, & ipſi in rubra parma album cippum præferunt, cui humanum caput praſſini coloris, iubis leoninis, ut ſupra, circundatum præfigitur, tribuſque circulis, albo, luteo, & rubro, margo eſt circumductus: Id quoque ope diuina, firmam perpetuamque in orbem Principis prudentiam portendit. Simile eſt inſigne Felicium iuniorum, & infra, Victorum. Comiti Hiſpaniarum parebant. In Oriente ſunt Inuicti iuniores, inter VI. auxilia palatina Illyrici.

25 AVGVSTEIS ab Auguſto cognominatis, erat Catus praſſini colorit in alba parma, quem ruber circulus ambibat, latè marginem circumflexus. Geſtus felis eſt, vt currentis, reflexo in dorſum capite, quemadmodum deſcribit Pierius. [a] Viridis color, vigentem dexteritatem Principis, ad inuadendos hoſtes denotat, quòd ſupra felis proprium eſſe oſtendimus: ſuum Magiſtrum peditum ſequuntur. His Oriens caret. legionem Auguſtam cognominatam hoc nomine appellari Agrippa uetuit, quod malè contra Hiſpanos pugnaſſet, ut libro 54. auctor eſt Dion. Hæc vero fuere auxilia Auguſtea dicta.

a li. Hieroglyph. 13. ad fin.

26 IOVII iuniores, ſuem vel aprum coloris ruffi habitu quodam reſidentis in clunibus, ac reliquo corpore erecto in cœruleo clypeo habebant, cuius marginem, ruber circulus ambit; ita Pierius. [b] Setæ in dorſo horreſcunt: Hæc eſt Principis purpureo colore nitentis bellica ferocitas per aprum indicata, ſedensque hoſtibus minatur, quaſi eos etiam quieſcens ſit ſuperaturus. Hi ſub Comite Illyrici merent. In Oriente non ſunt.

b lib. 3. Hieroglyphic.

27 VICTORES, in viridi clypeo humanum caput rufum, cippo item rufo præfixum, vt ferè Inuicti ſeniores ſub hoc Magiſtro geſtant. Italiam ſub Comite tuebantur cum ſequentib. qui inter XVIII. auxilia palatina primi Magiſtri militum Præſentalis etiam in Oriente reperiuntur. Zoſimus, [c] ſub Iuliano apoſtata Victorum hanc cohortem fuiſſe ſcribit.

c lib. 3.

28 BATAVI ſeniores, in parma tota rubra cęruleos tenent angues, in caducei morem flexos. Anguium verò album eſt pedamentum, veluti ſquãmis acutis, quatuor altera ſuper alteram ſcandentibus, quarum apices fermè ſubmittebantur, prout deſcribit Pierius. [d] Similis cippus eſt ſupra in Fęlicibus iunioribus, id non tam caduceum, quàm firmam duorum Principum in eodem imperio concordiam denotare arbitror: Squammæ verò implicitę, vel faſciæ in ſpinam piſcis conuerſæ; arctam eorum coniunctionem indicant. Et per duos angues, duo Principes inſinuantur. Impreſſus codex ſquammis caret, quæ ſunt in Vrſiniano. Madrucianus tranſuerſas lineas cippum cingentes pro ſquammis habet.

d lib. 15. Hieroglyph.

29 BRVCTERI ſunt Germaniæ populi, ex quibus hi milites conſtant. Tacitus, [e] Exciuit ea ſedes Bructeros, Tubantes, Vſipetes. idem, [f] Illi, inquit, Bructeros, Teucteros, vlteriores etiam nationes ſociaſque bello uocabant. Item, [g] Iunguntur Bructeri, Teucterique & excita nuncijs Germania ad prædam famamque. Bructeros ad Rhenum à parte ſeptẽtrionali Germaniæ habitare Ptolomæus ſcribit, eos eſſe Aeneas Syluius in Europæ hiſtoria putat, qui Pruteni appellãtur. In parma lutea iuuenem purpureum alatum, triplici latiore circulo, medio cœruleo, alijs rubeis circumſcriptum geſtant: Id victoriam Principum Roman. alatam, alteque volantem refert. Purpura imperij Rom. Principum propria eſt. In Gallijs cum Magiſtro equitum militabant. In Oriente non reperiuntur.

e lib. 1.
f lib. 13.
g lib. 20.

30 AMPSIVARII, fortè legendum Angriuarij, vt aliqui codices legunt, de quibus ſępe Tacitus, aut Anſibarij, quos Friſiorum agros occupaſſe Nerone imperante, idem lib. 13. ſcribit. Anſuarios Marcellinus uocat, lib. 20. Rheno, inquit, tranſmiſſo regionem peruaſit Francorum, quos Anſiuarios uocãt. ex his collecti ſunt hi milites. In alba parma, purpureum orbem cippo item purpureo præfixum, & albo limbo cinctum habent. alius purpureus limbus, clypei marginem circundat, quod & ipſum firmi vnitique in orbem Rom. imperij eſt typus. Magiſtrum equitum in Gallijs ſequuntur. Si pro Ampſiuarijs angleuarios ſubſtituamus, ijdem erunt qui in Oriẽte leguntur ſub primo Magiſtro militum præſentali.

31 32 GRATIANENSES iuniores, & VALENTINIANENSES iuniores, ab eius nominis Prĩcipibus, uel eius nominis oppidis cognominati.

33 RETIQVE ex Retijs collecti, oẽs idem ferè gerũt inſigne, nempe humanũ caput pedamento præfixum, quod uigilantiam, prouidentiamque Principis in ſubiectos oſtendit. Sed ut in aliquo differant, primi cœruleam parmam, cum cippo rubro: ſecundi albam cum cippo cœruleo: tertij, cœruleam cum cippo albo tenent. Comitem Italiæ ſequebantur. In Oriente non ſunt.

34 SEQVANI ex Galliarum populis deſumpti, orbem aureum rubro circulo incluſum, in viridi clypeo geſtant, cuius ſenſum ſupra in Sabarienſibus, Cimbrianis, & Leonibus ſenioribus, ſub hoc Magiſtro expoſui. Cum Comite Illyrici militant. In Oriente non ſunt.

35 SAGITTARII Venatores, accipitrem luteum in parma item lutea tenent; ita Pierius. [h] Sed meum exemplar accipitrem ferrugineum habet. Is uolatu alias aues ſuperare fertur: ſic & Romanus Princeps alias gentes & hoſtes uincit. Sed fortè ſymbolum ad ipſos milites aucupes, aut uenatores, eſt referendum, qui hac aue uenabantur. Vnde falſa eſſet Blondi opinio, qui Fridericum Aenobarbum, dum Parmam obſideret, primum accipitre ad aucupandum vſum fuiſſe autumat. Sub Comite Italiæ militabãt, ſicut ſequentes. Nulli horum ſunt in Oriente.

h lib. 21. Hieroglyphic.

36 LATINI ex Latinis delecti, eodem modo in parma lutea accipitrem habebant, ſed hoc diſcrimine, quòd Sagittariorum accipiter in alam læuam ſpectabat, Latinorum in dextram. Pierius, [i] hos Launos, pro Latinis appellat; ſed arbitror corruptum eius codicem fuiſſe: Nam hos ſequuntur Sabini milites, natione Latinis proximi, nec Launi populi facilè inueniuntur, niſi legamus Lauinij, qui & ipſi ſunt Latinorum populi.

i in loco proximè ſupra citato.

37 SABINI, in parma uiridi, orbem album luteo, rubroque circulis cinctum tenent: Marginem alius luteus ambit: Et hoc duplicis Romani imperij arctam coniunctionem denotat. Duo enim circuli, duplex imperium coniunctum, unum orbem Romanum ampiecti inſinuant. Comiti Italiæ ſuberant. Neque hi ſunt in Oriente.

38 BRACHATI iuniores, nullum hic inſigne oſtendunt, nec in toto albo ſymbolorum nominantur; fortè per errorem ſunt omiſſi. Hi & ſequentes Cum Magiſtro equitum Gallias tuentur. Inter auxilia quoque XVIII. palatina Orientalis Illyrici inueniuntur.

39 HONORIANI ATECOTTI ſeniores, ex gente Atecottorum Germaniæ ab Honorio cognominati, luteum orbem, in cœrulei clypei umbone geſtabant, quemadmodum Sabarienſes, & Cimbritani.

40 41 HONORIANI MARCOMANNI ſeniores & HONORIANI MARCOMANNI iuniores, ex illis Germaniæ populis ſunt contracti, qui nũc Moraui uocantur: Illi in alba parma praſſinas habent caducei colubres, quas luteus ambit circulus, rubra vero ſedes erat pro fulcro ſuppoſita, cui applicitæ erãt colubræ. Hi uero in rubro clypeo albas præferebant angues, cuius marginem albus circũplectebatur circulus: album quoq; erat pedamẽtum vſq; ad angues ſic Pierius. [k] Sed in meo codice illorũ duplex eſt pedamentũ, & duplicati angues cœrulei; horũ eſt ſimplex cippus, luteiq;, & ſine circulo ſunt angues. In Madruciano pilã rubeã. i. orbẽ in medio angues tueri videntur: Hi ut ſępe dixi non caduceum, ſed duorum Principum vnitatem præferebant & referebãt. Albus color ſinceritatem, rubeus imperiũ indicat, praſſinus autem uigorem roburq;, Luteus florens ac fęlix imperium. Marcomanni neq; in Oriente leguntur: neq; in Occidẽte cum aliquo Comite, aut Duce merent: ſed reſident apud Magiſtrum.

k lib. 15.



42 ATECOTTI HONORIANI iuniores, ita in Comite Italiæ cui parebant, legitur. Erãt & in VI. auxilijs palatinis per Illyricum Orientis. angueſque luteos tenebant, ex caduceo cum rubro pedamento in parma cœrulea dilutiore, quam margo ruber ambibat: Intra ambitum anguium, figura cordis erat coloris purpurei: Hæc Pierius: Quod ardentem Principum inter ſe amorem exprimebat, vel prudentiam. In impreſſo duo dimidiati angues in ſummo cippi coniuncti ſurſum ſpectant, inter quos eſt lutei coloris geminus orbis ouali forma oblongus: Hic quoque duorum Principum coniunctorum, ad duplex orbis imperium defendendum, diuinamque opem implorantium, eſt typus; oblunga forma geminatum orientis, occidentiſq; orbem, ut & alibi, inſinuat. Hi Magiſtrum equitum per Gallias ſequuntur.

43 BRISIGAVI ſeniores, in parma alba, luteam pilam cœruleo circulo cinctam præferunt: duplex circulus luteus & rubeus, clypei marginem cõplectitur. Idem inſigne ſub hoc Magiſtro Sequani habent, & Inuicti iuniores ſub Magiſtro militum per Illyricum Orientis, qui Comitem Illyrici ſequebantur. Briſigaui ſunt Germaniæ populi, inter Heluetios & Sueuos, quorum metropolis eſt Friburgũ, vbi celebris academia. Hi cum Comite Hiſpaniarum erant.

44 BRISIGAVI iuniores, humanum caput cœruleum, in alba parma geſtabant, cuius capilli quaſi in duo cornua flectuntur: barba item eſt tripertita, ad aures quoque villi erecti, quaſi cornua efficiunt: Margo clypei duobus circulis, luteo & albo cingitur, qui & ipſi unam duplicis imperij coniunctionem, & in illud prouidentiam ſignificant. Caput humanum prudentiam, qua orbis regitur, inſinuare diximus. In manuſcriptis rubens caput, circum iubas emittit. Cornua duorum Principum poteſtatem ſignificare poſſunt. Hi in Italia manebant. In Oriente non reperiuntur.

45 46 HONORIANI Mauri ſeniores. HONORIANIQVE Mauri iuniores, idem ferè inſigne ferunt: Illi in parma rubra; hi in alba, à duabus lineis nigris ſe interſecantibus decuſſatum orbem, cuius duæ partes albæ, duæ ſunt cœruleæ; illum cœruleus item circulus ambit. Margo uero clypei Seniorum duplici luteo circulo, Iuniorum ſimplici rubro cingebatur: ſignificat orbem diuiſum, ſincero tamen ardentique amore duorum Principũ vnitum manere. In Madruciano, Mauri iuniores idem ferunt inſigne, quod Tubantes. Hi à Comite Illyrici regebantur. Non ſunt in Oriente. Mauros iaculatores fuiſſe Herodianus ſcribit. [a] Mauri, inquit, longius iacula torquent, ſuntque faciles ad incurſus recurſuſque, utpote leues atque expediti, & ſagittarij.

a in prin. 8.

47 CELTAE iuniores, in alba parma orbem album rubro, & cœruleo circulis cinctum præferunt. Extremitatem clypei rubeus circulus cingit, quod & ipſum duplici imperio connexo Romanum orbem regi inſinuat. His Comes Africæ præerat.

48 INVICTI iuniores Britanniciani, in parma cœrulea orbem luteum decuſſatim diuiſum geſtant, ſicut & Mauri iuniores ſub hoc Magiſtro. Manuſcripti, duas globi partes albas, reliquas rubras oſtendunt. Marginem latior rubeus limbus circuit. Erant cum Comite Hiſpaniarum in Occidente, & inter ſex auxilia palatina Illyrici Orientalis.

49 BATAVORVM iuniorum inſigne eſt in cœrulea parma ſetis horreſcens aper purpureus, qui anterioribus, poſterioribuſque pedibus, luteum orbem, modo quo ſupra tranſuerſis lineis decuſſatum arctè complectitur. Marginem rubeus circulus circundat: bellica eſt Principum ferocitas, vnum orbis imperium, quod diuiſum videtur, tenens. Sub Magiſtro equitum Galliarum militabant.

50 EXCVLCATORES iuniores Britanniciani, duos inſtar caducei luteos angues auritos tenent, quorum terga criſtis acutioribus inhorreſcũt: alba eſt parma, quam margo ruber complectitur: ſic Pierius, [b] qui pro Exculcatoribus, Excultatores ſcribit: Vegetius Exultatores. ſic dicti, quòd exculcent hoſtes. ſunt, qui legunt ſcultatores, pro auſcultatores, quos pro exploratoribus Conſtantinus Porphyrogenneta ponit. Forte legendum excurſatores, quos ita nominat Marcellinus li. 24. poſt princ. & lib. 25. poſt princ. Simile inſigne habebant Celtæ. Meum exemplar, cœruleam habet parmam: & hic duorum Principum ſincerus amor, & concordia indicatur. Comiti Hiſpaniarum parebant. Neque hi, nec ſequentes ſunt in Oriente. In catalogo auxiliariorum ter recenſentur; ſed hi ab illis diuerſi in tabula inſignium ſemel tantum cum ſymbolo reperiuntur.

b li. 9. Hieroglyphic.

51 FOELICES Valentinianenſes, in luteo clypeo ipſum Principem Valentinianum, corona regia caput redimitum oſtendunt; qui ſiniſtra haſtam tenet, dextra indice eleuato hoſtibus minari uidetur ſe haſta ipſos confoſſurum. Purpuream tunicam antę clauſam, & ad media crura demiſſam, cum latioribus manicis induitur, qui habitus eius temporis Principum eſt notandus. Purpureus clypei circulus marginem cingit. In Vrſiniano auream tunicam reticulato opere elaboratam, ac dextra clauam, ſiniſtra orbem tenet. In Madruciano totus purpureus, & lorica munitus, haſtam dextra, lęua orbem gerit. Cum uero ultra Arcadij & Honorij tempora, hæc Notitia ſit ſcripta, Valentinianus hic III. eſſe credendus eſt. Secundus enim ante Arcadium deceſſerat. Hi milites Comiti Illyrici parent.

52 MATTIACI iuniores Gallicani, in rubra parma cœruleum orbem eiuſdem coloris cippo coniunctum geſtabant, quem circulus albus cingit. Id orbem Romanum unico ſtabilique imperio contineri denotat, vt ſæpe eſt dictum. Comitem Illyrici ſequuntur. Mattiaci ſeniores inter XVIII. auxilia palatina, Magiſtri militum præſentalis in Oriente merebant, ubi eorum origo eſt explicata. Iuniores in Oriente non inueniuntur.

53 SALII Gallicani iuniores, & ipſi in albo clypeo album orbem rubro circulo incluſum præferunt. Extrema rubeus circulus cingit. Idem inſigne habebat, Conſtantia Flauia Thebæorum ſub Magiſtro militum per Orientem, & Leones ſeniores, & alij Salij, ſub hoc Magiſtro. Erant cum Comite Hiſpaniarum, ſicut & ſequẽtes. Salij inter XVIII. auxilia palatina Magiſtri militum præſentalis in Oriente connumerabantur. Hos à Francis profectos Zoſimus [c] ſcribit, Batauiamque occupaſſe, & inde eiecto Iuliano apoſtata, poſtea legionibus Romanis adſcriptos.

c lib. 3.

54 SAGITTARII NERVII Gallicani, in albo clypeo purpureum globum, cippo item purpureo præfixum ferunt, ſupra eſt humanum caput, purpurea corona ex faſcijs cœruleis contorta, inſtar funis redimitum, ut habent Gratianenſes ſeniores ſub hoc Magiſtro: Circum extremitatem ſunt duo circuli, luteus, interior, & alter purpureus: Rom. orbis imperij ſtabilitatẽ indicat, quod prudentia, arctaq; cõcordia Principum, inſtar funis, aut faſciarum complicatarum, regitur: Faſciæ. n. funis inſtar contortæ, diademata regia referẽtes, utriuſque Principis connexitatẽ ſignificant. Madrucianus, album globũ duab. nigris lineis decuſſatũ oſtendit,

quem circulus cœruleus claudit: Cum Magiſtro equitum Gallias tuentur. Non ſunt in Oriente; niſi hos Sagittarios ſeniores, aut iuniores Gallicanos in telligamus, qui ſub primo Magiſtro militum præſen tali merebant.

55 IOVII iuniores Gallicani, idem inſigne gerebant, quod Salij Gallicani ſub hoc Magiſtro, nẽpe in cœrulea parma rubeum orbem cippo eiuſdẽ coloris præfixum, & circulo luteo cinctum: purpureus circulus latè marginem circumplectitur. Cum Comite Illyrici militabant, ſicut ſequentes. In Oriẽte non leguntur.

56 SAGVNTIENSES à Sagunto Hiſpaniæ vrbe nota, famis tolerantia dicti; in cœruleo clypeo, duo purpurea nauium gubernacula, tranſuerſe coniuncta præferunt: marginem circulus purpureus ambit: à duobus Principibus orbem coniunctim regi inſinuat. In Vrſiniano, videntur duo angues purpurei, implicitis caudis coniuncti. Comiti Illyrici parebant. Neque hi, nec ſequentes ſunt in Oriente.

57 GALLIS VICTORIBVS in alba parma eſt orbis albus luteo circulo incluſus, quemadmodum Briſigauis ſenioribus: Manuſcripti viridem clypeum oſtendunt: Extrema rubeus circulus latè cingit. Sub Comite Italiæ merebant. In Oriente non leguntur.

58 HONORIANORVM Victorum iuniorum idem ferè inſigne erat, in lutea parma, luteus orbis, cœruleo circulo contentus, circulus rubeus marginem latè circumplectitur. Comitem Illyrici ſequuntur. In Oriente inter XVIII. auxilia palatina Magiſtri militum præſentalis primi recenſentur.

59 HONORIANI ASCARII ſeniores, in luteo clypeo purpureum globum, ferrugineo quadrangulo, lateribus introrſus curuatis, & in acutam cuſpidem deſinentibus, incluſum ferebant, qui externum purpureum circulum pertingunt: Roma. imperij firmum robur hoſtes confoſſurum indicat. Quadratum enim ſtabilitatis apud Pierium eſt typus. In Vrſiniano, videntur quatuor ſtipites orbem firmantes. Comiti Hiſpaniarum parent. Aſcarij iuniores; inter ſex auxilia palatina Magiſtri militum per Illyricum in Oriente merebant.

60 FOELICES iuniores Gallicani, in cœruleo clypeo purpureum iuuenem alatum, luteo globo incluſum pro orbis victoria gerebant. Marginem rubeus ambit circulus. Simile ſcutum habebant ſub eodem Magiſtro peditum Cornuti. His, & ſequentibus, Comes Italiæ præerat. In Oriente Fœlices Honoriani iuniores inter XVIII. auxilia palatina, primi Magiſtri militum præſentalis inueniuntur: ſed non Gallicani.

61 62 ATECOTTI iuniores, & TVNGRI: illi in parma cœrulea, purpureum orbem, albo circulo incluſum; hi in rubra, album globum luteo incluſum circulo habebant. Marginem circulus rubeus ambit. Idem ferè eſt inſigne Honorianis Gallicanis ſub hoc Magiſtro. In Madruciano, Tungris, in umbone praſinæ parmæ luteus anguis globũ album, luteo circulo cinctum, circundat. Prudentiam Principum, vno imperio orbem regentium indicat. Sed librarius hoc inſigne cum Menapijs ſenioribus, qui primi inter legiones Comitatenſes proximè ſequentes connumerantur, permutauit. Tungri ſunt cũ Comite Illyrici. In Oriente non reperiuntur: bis ſcribũtur in catalogo auxiliariorum: ſed hos à ſuperioribus differre puto, quorum ſemel tantum ſymbolum exprimitur. Atecotti inter ſex auxilia palatina Magiſtri militum per Illyricum militabant.

63 HONORIANI Gallicani, idem inſigne geſtant, quod Sequani, aut Salii, id eſt, orbem cœruleum purpureo circulo incluſum. In Oriente non inueniuntur.

64 MAVRITONANTES iuniores, in cœruleo clypeo album globum circulo luteo incluſum ferunt: ſupra & infra ſingulæ quadrangulares, & albæ tabulæ duplo longiores quam latæ, & utrinque aliæ duæ rhumbi formam habentes, omnes purpureis limbis cinctæ circumſtant: Margo clypei purpureo circulo cingitur: Oſtendunt leges quatuor vtriuſque orbis partibus à principibus coniunctim dari: Rubeus enim limbus album cingens duorum conſenſum inſinuat. Madrucianus, tabellas puniceas oſtendit. Globus vero circulo cinctus, orbem vnico imperio contineri indicat. Hi & ſequentes, erant cũ Comite Tingitanæ. In Oriente non ſunt. In manuſcriptis legitur Mauritoantes, forte legendum Mauritonenſes à Mauritania. Mauritonãtes vero ſunt Mauri hoſtibus intonantes.

65 MAVRITONANTES ſeniores, aureũ orbem luteo circulo cinctum in alba parma ferebãt; Marginem quatuor circuli, alternatim lutei & rubri cingunt: Orbem Romanum connexo vnicoque imperio contineri inſinuant. In Madruciano aureus vmbilicus duplici circulo luteo, & alio lato purpureo cingitur: Duplicis ſed connexi imperij orbis Roma. typum oſtendit. Quatuor marginem ambientes circuli; quater annexa imperia eſſe indicant, id eſt quæ diſſolui nequeunt. Ex prædictis auxilijs hic magiſter XVII. magiſtro equitum per Gallias impertiebatur, Comiti Hiſpaniarum XI. Comiti Illyrici XIIII. Comiti Africæ, id eſt Comiti Tingitanæ II. Comiti Britanniæ, I. ipſe in Italia XXIII. retinebat. Quare aliquot abundare uidentur, quod inde prouenit, quia aliqua auxilia diuidebat, quorum partem alijs dabat, partem ſibi reſeruabat, aut error ſcribendo interuenit. Hæc de palatinis auxilijs; ſequuntur legiones Comitatenſes XXXII.

## *LEGIONES COMITATENSES XXXII. Magiſtri peditum per Occidentem. Cap. XXIII.*

1 MENAPII ſeniores, anguem luteum pro inſigni habent in parma viridi, cuius marginẽ ruber ambit limbus Vmbilicus eſt argenteus luteo coniũctus, hunc circa ſerpens inferne terga habebat, caput & caudam ſurſum inflectens; Hæc Pierius, [a] qui hos Menapes appellat. Anguis in meo exemplari in alba parma eſt in funem effictus, qui circũ album globum luteo circulo clauſum inflectitur: Hi ſunt duo Principes, qui funium inſtar ex pluribus funiculis complicatorum conſtricti, & ſe inuicem arctè complexi, vnum corpus efficiunt, & orbem eodem imperio prudenter adminiſtrant. Serpens enim prudentię, funis non ſolum connexionis, ſed & fortitudinis eſt typus, & globus circulo cinctus, orbem vno rectũ imperio refert; ingenioſum eſt inſigne, cui ſimile præferunt Cortorianenſes infra ſub hoc Magiſtro. Menapij vero ſunt Belgarum populi, ex quibus conſtat hæc legio, quæ in Gallijs cum Magiſtro equitum Galliarum militabat. Eſt inter legiones Comitatenſes XXI. per Thracias in Oriente, de quorum nomine ibi dictum.

a lib. 15. Hieroglyphic.

2 FORTENSES, inſigne gerebãt vt Atecotti iuniores ſub hoc Magiſtro. Hæc legio, & ſequẽs parebãt Comiti Hiſpaniarum. Fortenſis in Oriente vna eſt ex VI. palatinis ſub Magiſtro militum præſentali primo.

3 PROPVGNATORES ſeniores, in alba parma luteum orbem præferebant, quemadmodum Atecotti ſeniores. Rubeus circulus marginem circũdat. Merebant & ipſi cum Comite Hiſpaniarum. Non ſunt in Oriente. à propugnando & defendendo nomen habuerunt.





4 ARMIGERI Defenſores ſeniores, in imo cœruleæ parmæ argenteum orbem geſtabant: ad dextram ſupra eum eminet album nauis gubernaculum: Extrema rubeus circulus late circumplectitur: a Principibus Rom. orbem regi denotat, quemadmodum nauis à temone gubernatur. Id fuit Auguſti inuentum, ut ex eius numiſmatis apparet. Manuſcripti, coloribus tantum uariant. In Gallijs ſub Magiſtro equitum pugnabant. Non ſunt in Oriente.

5 SEPTIMANI ſeniores, in cœrulea parma aureum orbem duobus luteis circulis clauſum præferebant: inde circum circa XII. acutæ cuſpides exeunt: Orbis Romanus & ex duobus connexis imperijs in unum conſtrictus, qui acutis mucronibus munitus, cladem hoſtibus minatur. Septimani à VII. legione ſunt dicti. Duæ uero ſeptimæ legiones fuerunt, altera Gemina Pia Fœlix ab Auguſto in Dalmatia locata: deinde à Nerone in Syriam traducta, ut ait Tacitus. altera ab eodem Auguſto in Mœſia poſita, poſtea à Claudio Imperatore Claudiana Pia Fœlix Fidelis cognominata, quæ à Veſpaſiani Ducibus contra Vitellium in Italiam uocata, demum in ſua ſtatiua diſceſsit. Septimani ſeniores, ad iuniorum & poſteriorum differentiam uocantur. In Gallijs cum Magiſtro equitum Galliarum militabant. Septima Gemina vna eſt ex IX. Comitatenſibus per Orientem, quæ ex duabus dimidijs conflata, nomen habuit.

6 REGIIS eſt in cœrulea parma globus purpureus, quem quatuor ſemiorbes albi, uelut propugnacula circumſtant: Marginem latus rubeus circulus ambit: Munitum aduerſus Barbaros orbem Roman. inſinuat. Idem ferè inſigne habent Armigeri propugnatores ſeniores ſub eodem Magiſtro militum. Vrſinianus habet album globum circulo rubro incluſum: Madrucianus, decuſſatum, & quatuor albis triangulis, hiſque geminatis munitum. alijs uidetur crux cœrulea purpureum globum in medio tenens, quæ orbem Chriſti Domini ſanguine tinctum tuetur. Regij, Ptolomæo ſunt Sarmatæ, Græcè Baſilici dicti, qui Regij Germaniciani vocati ſub Comite Italiæ merebant. His Oriens caret.

7 PACATIANENSES idem ferè geſtabant inſigne, quod Mœſiaci, qui ſunt una ex XII. legionibus palatinis ſub hoc Magiſtro: Horum ſtipites aliquanto craſsiores ſunt, quam illorum, & rubri, orbemque aureum in umbone cœruleæ parmæ circulus albus continet, rubeus vero circulus marginem latè circundat: Manuſcripti, coloribus variant. Pacatianenſes à Phrygia Pacatiana, vel potius à Paccatiana Mauritaniæ Tingitanæ ciuitate, vnde ueniunt, ſunt appellati. Regebantur à Comite Illyrici. In Oriente non inueniuntur.

8 VESONTES à Viſuntio Heduorum oppido, nunc Biſuntiono appellati, albam parmam habent, quatuor cœruleis peltis inſignitam, quæ æqualiter inter ſe diſtantes, orbem rubro globo incluſum circumſtant; is nigris lineis decuſſatus in quatuor partes diuiditur, quarum duæ albæ & duæ rubeæ permanent. Parmæ marginem limbus cœruleus cingit. Ita Pierius: [a] Vnicum Roman. imperium etſi diuiſum, undique à quatuor orbis partibus defendi, circum diſpoſitæ peltæ indicant. Idem ferè inſigne geſtant Octauani ſub hoc Magiſtro. Hi apud ſuum Magiſtrum manebant. Non ſunt in Oriente.

a lib. Hieroglyph. 40.

9 MATTIARII iuniores, ita etiam eos Zoſimus [b] appellat a Mattio Germaniæ oppido dicti; ſub Magiſtro equitum Galliarum merebant: eiuſmodi ferè inſigne habent, ſicut Armigeri iuniores ſupra, & Pacatianenſes ſub hoc Magiſtro, niſi quod hi decuſſatum obliquis nigriſque lineis orbem tenent, vt Veſontes: Id unum permanere imperium, quanquam diuiſum, indicat, vt ſæpe dixi. Alij Mattiaci iuniores Gallicani nuncupati, ſub eodẽ Magiſtro Galliarum militabant, alij ſub Comite Hiſpaniarum, ſeniores Mattiaci ſub Comite Italiæ: diuiſæ enim erant hæ legiones.

b lib. 5.

10 MAVRI Cetrati, qui cetra utuntur: eſt hoc breue loreum ſcutum, quo Aphri Hiſpanique pugnabant. Hircius, [c] Scutatæ, inquit, citerioris prouinciæ, & Cetratæ vlterioris Hiſpaniæ cohortes. Horum ſæpius Liuius meminit. In alba cetra purpureum vmbilicum luteo circulo clauſum gerebat. Marginem clypei, duplex latiorque ambit circulus, luteus interior, alter cœruleus. Manuſcripti, coloribus variant, & tres in margine circulos ponunt. Idem inſigne ferunt Briſigaui, Fortenſes, Honoriani Gallicani, & alij ſub hoc Magiſtro: Hoc quoque Coniunctum, & perpetuum duorum Principum in Rom. orbem imperium denotat. Sub Comite Illyrici militabant. Non ſunt in Oriente.

c in 1. de bello Ciui.

11 VNDECIMANI, in parma cœrulea album globum obliquis lineis decuſſatum præferebant, purpureus limbus marginem latè circumplectitur. Simile habent Britanniciani, Mauri ſeniores, & Iuniores ſub hoc Magiſtro peditũ. Madrucianus his adſcribit inſigne Lancealiorum, de quo infra. Comiti Hiſpaniarum parebant. Vndecimani ab XI. legione ſunt dicti: quæ ab Auguſto in Mœſia locata, poſtmodum Claudiana Pia Fidelis, à Claudio cognominata, quoniam Camillum Scribonianum noua molientem, cum ſeptima legione deſeruit; [d] pro Othone contra Vitellium in Italiam venit, & ad ſua hyberna redijt, donec in Hiſpaniam eſt traducta. Vna eſt ex VI. palatinis Magiſtri præſentalis in Oriente.

d Dion. lib. 55.

12 SECVNDANI Italiciani, id eſt ſecundæ Italicæ legionis milites, luteam, & ſanguine aſperſam crucem geſtabant, clypei extremitatem pertingentem, in cuius medio eſt orbis albus circulo rubro cinctus: Id crucem Chriſti ſanguine tinctam, orbem Roman. qui vno imperio continetur, tueri ſignificat. Marginem latus limbus purpureuſque cingit. His Comes Africæ præerat. Non reperiuntur in Oriente.

13 GERMANICIANI iuniores, in albo clypeo argenteum globum circulo luteo incluſum ferunt: rubeus circulus marginem ambit. Manuſcripti coloribus uariant: Multis hoc inſigne ſub eodẽ Magiſtro eſt commune, ut Gallis Victoribus, Iouianis iunioribus, Honorianis Gallicanis, & alijs. Coloribus tantum differunt. Germaniciani ſeniores vna eſt ex octo Comitatenſibus legionibus Illyrici in Oriente. Germaniacenſes uocantur ſub Magiſtro equitum per Gallias: ſub Comite vero Italiæ Germaniciani, forte à Germanicia Syriæ ciuitate: Vel à Germanico, quo defuncto, equeſter ordo, inquit Tacitus lib. 2. Cuneum Germanici appellauit, qui iuniorum dicebatur. idem & ordini peditum euenire potuit.

14 TERTIANI, ſiue tertia Italica legio, in alba parma vmbilicum argenteum albo circulo, & alio latiore rubro incluſum geſtant: Romanum orbem duplici imperio contentum in vnum & magnũ exire latus, vltimuſque circulus inſinuat. Clypei marginem purpureus circulus ambit. Manuſcripti, orbem praſinum luteo limbo cinctum oſtendunt. Hæc & ſequens ſub Comite Illyrici, & Africæ merebant. Tertia Auguſta legio in Africa ab Auguſto locata fuerat. Hi in Oriente non reperiuntur.

15 TERTIA HERCVLEA, à Maximiano inſtituta, idem habebat ſymbolum, quod Germaniciani ſub hoc Magiſtro, niſi quod huius lutea eſt parma, & purpureus circulus luteum orbem includit. In Vrſiniano, rubeus globus luteo circulo cinctus, vndique duplicibus ſtipitibus, id eſt duplicis imperij uiribus munitur. Madrucianus, album globum nigris lineis in crucem diſpoſitis diuiſum oſtendit. Herculiani in Oriente ſunt vna ex VI. legionibus præſentalis.

16 LANCEARIIS Gallicanis Honorianis, in lutea parma orbem argenteum luteo limbo clauſum octo albi ſtipites fulciunt: quem aduerſus hoſtes munitum eſſe ſignificant, prout in Lancearijs ſeniori-

ſenioribus, Iunioribusque Magiſtri militum præſentalis Orientis retuli, qui ſimili vtuntur inſigni, Madrucianus, ſtipites rubeos, & duplicatos habet. Hi in Gallijs ſub Magiſtro equitum morabātur. In Oriente non apparent, vbi alij Lancearij fuiſſe leguntur.

17 PROPVGNATORES iuniores, ſub Comite Africæ merebant, in parmaque cœrulea argenteũ globum octo acutis, purpureiſque cuſpidibus prominentibus munitum gerebant: Romanum imperiũ aduerſus hoſtes mucronibus iugulandos armatum eſſe portendit: purpura verò imperiũ inſinuat. Manuſcripti. in globi colore variant. Funditores Oriētis, & Martij in Illyrico ſimile ſcutum habebāt. Nō ſunt in Oriente.

18 BRITANNICI ſiue LEGIO SECVNDA BRITANNICA, aut SECVNDANI, in luteo clypeo album orbem rubro circulo incluſum præferebant, octo rubris trabibus fultum, in quorum ſummo ſinguli prominēt orbiculi clauis, confixi, quos rubeus circulus complectitur. Id orbem Romanum vndique aduerſus hoſtes munitum & firmatum eſſe portendit, quod orbiculi in ſummo clauis confixi rotunda propugnacula imitantes indicant. In Vrſiniano globum album limbo rubro cinctum, albi ſtipites circumfulciunt. In Gallijs ſub Magiſtro equitum degebant, ſicut ſequentes. Inueniuntur ſub Comite Africæ. Non ſunt in Oriente.

19 SEPTIMANI iuniores, eādem, quam Lancearij ſub hoc Magiſtro parmam, ferebant; hoc tantum differunt, ꝙ illa luteos octo cippos habet: hęc, purpureos nouem, & album orbem lineis obliquis decuſſatum, duobusque circulis albis clauſum: Quod Romanum orbem, etſi diuiſum, à duobus coniũctis Principibus munitum eſſe denotat. Quatuor partes ex decuſſatione factæ, Orientem, Africam, Illyricũ, & Occidentem, inter diuiſos Imperatores inſinuāt. Magiſtrum equitum per Gallias ſequuntur. In Oriente non ſunt.

20 PRAESICHANTIVM purpurea parma globũ album habet XI. cęruleis cuſpidibus armatũ. Marginem cęruleus ambit circulus: Hoſtibus Romanum orbem impetentibus cladem minatur; vt in Septimanis, & Propugnatoribus ſub hoc Magiſtro eſt dictum. Horum nominis rationem non inuenio: ſed Barbaros populos fuiſſe oportet. Ego eos eſſe puto, qui alibi à Notitia Præſidiantes vocantur, à Præſidio Thraciæ oppido, aut alijs, quæ Prę ſidia uocantur: & ita Vrſini codex appellat. Præſidienſes ſub Magiſtro equitum in Gallijs appellantur. Præſidiarios Zoſimus [a] vocat, qui extremum exercitus agmen tuebatur: Perſæ, inquit, cum agminis extremi præſidiarijs congreſsi, multos interfecerunt, & paulo infra. Turmæ Perſarum extremi agminis præſidio relictos adortæ.

a in 3.

21 VRSARIENSES ferè Præſichantium inſigne tenent; ſed horum luteus orbis duobus circulis, rubro & luteo includitur. Marginem alius luteus ambit. Hi, & ſequentes, cum Magiſtro equitum in Gallijs merebant: Sed neque ipſi, neque ſuperiores, in Oriente inueniuntur. Ab Vrſo ciuitate Hiſpaniæ, Vrſanienſes ſunt dicti.

22 CORTORIACENSES vel Cortonēſes ex Cortonenſibus Hetruriæ populis delecti, idem fere inſigne habent, quod Menapij ſeniores. Hi enim in rubra parma Draconem album ferebant, cuius vmbilicus erat argenteus. In margine erant duo circuli, interior praſsinus, albus exterior. ita Pierius, [b] qui legit Cortonacenſes, pro cortoriacenſibus, & rectius. Meum exemplar interiorem circulum album, exteriorem luteũ habet. Draconi pars caudæ abſciſſa; dimidiata imperia inſinuat, quæ tamen vnum implent. Magiſtro equitum in Gallijs ſeruiebant. In Oriente non reperiuntur.

b lib. 15. Hieroglyphic.

23 GEMINIACENSES in rubra parma orbē aureum gerebant, cui infixa aurata columella, auream item tabellam in ſummo præfixam ſuſtinet, eius lōgitudo triplo maior eſt, quàm latitudo, & vtrinque in capitibus duobus clauis configitur: Hæc eſt lex communi conſenſu à duobus Principibus orbi data, qui per duos clauos eam configentes inſinuatur; & hæc ſummum in orbem indicat imperium. Vel forte duo orbiculi duo Romani imperij orbes pari concordia coniuncti eſſe denotantur. Madrucianus, hoc inſigne ſequentibus attribuit, in quo & tabula alba, cum globo, & columna, velut duos codices rubros includit. A Gemina legione deduci Geminiciacenſes videntur: ſed forte Germaniacenſes à Germanicia oppido ſunt nominandi, ut legitur ſub Magiſtro equitum in Gallijs vbi merebant. Alij volunt à Germaniaco in Belgis oppido denominatos fuiſſe, ut apud itinerarium Antonini. In oriente non reperiuntur.

24 HONORIANI FOELICES Gallicani, in albo clypeo tres aureos orbes gerebant, quorum medius, magnitudine ceteros ſuperat, purpureus circulus marginem clypei circundat; quod imperij Romani vnionem ſignificat: Duo minores orbes, duo Orientis, Occidentisq; imperia portendunt, quæ diuiſa uelut diminuta oſtenduntur, ſed coniuncta, in vnum magnum conflantur, quod medius magnus globus inſinuat. Manuſcripti, medium orbem praſsinũ, reliquos albos, demonſtrant. Hi in Oriente non viſuntur: Cum Magiſtro equitum in Gallijs militabant.

25 TERTIA Iulia Alpina, argenteum orbem in cœrulea parma tenet purpureo circulo in margine clauſam, quemadmodum Atecotti ſeniores, P. opugnatores, & alij. Sub Comite Italiæ circa alpes excubabāt, & ideo Alpina hæc legio eſt vocata. Iulia vero, ab Auguſto eius auctore, qui plures Tertias legiones inſtituit, Auguſtam in Africa; aliam Tertiam Cyrenaicam in Aegypto; aliam Gallicam dictam. Hæc legio in Italia retinebatur, quæ nec ipſa, neque ſequētes in Oriente reperiuntur.

26 PRIMA Flauia Pacis, in huius purpurea parma, crux cœrulea, purpureum orbem medio infixũ tueri videtur. Duo circuli, rubeus, albuſque marginem ambiunt: color crucis aereus eum cœleſtem Dominum & Deum ſuſtinuiſſe inſinuat. Orbis, ob ſanguinē Chriſti pro eo effuſum, purpureus depingitur. In Vrſini exēplari ſimile eſt inſigne Regiorũ, & armigerorum propugnatorum ſub hoc Magiſtro peditum. Madrucianus orbe caret. Tacitus, [c] Flauium Veſpaſianum ſecundam legionem inſtituiſſe ſcribit, quæ Flauia creditur vocata: & Vegetius. [d] Flauiales à Veſpaſiano legionib. additos memorat. Sed forte hæc, & ſequentes à Flauio Conſtantino Flauiæ ſunt dictæ. Hæc Pacis eſt appellata, à Pace Iulia oppido Hiſpaniæ, vnde eſt contracta. Sub Magiſtro equitum in Gallijs degebat.

c lib. 10.

d lib. 2. c. 7.

27 SECVNDA Flauia Virtutis, in viridi parma argenteum globum, circulis rubro & albo cinctum præfert. alij quatuor, duo lutei, & totidem rubri, parmæ marginem circumſcribunt, qui coniunctum in quatuor orbis partibus unum Roma. Principum imperiũ ſignificant. Medius vmbilicus duplici limbo circundatus orbis Romani duplici imperio recti eſt typus. Simile ſymbolum eſt Sabinis, & Celtis iunioribus ſub hoc Magiſtro. A Virtute Hiſpaniæ oppido hæc legio nomen habet: quæ, & ſequentes apud ſuum Magiſtrum peditum degebant. Eſt & Virtutis oppidum in Gallijs.

28 TERTIA Flauia Salutis, à Salute Iulia, alio Hiſpaniæ oppido dicta, idem ferè geſtabat inſigne, quod Solenſes Gallicani, & Gratianenſes ſub Magiſtro militum per Thracias Orientis, nempe in lutea parma XIII. cœruleos aggeres, argenteum orbem in vmbone circulo rubro incluſum fulcientes. Extrema clypei, alij duo, luteus rubeuſque circundant.

29 FLAVIAE Victrices Conſtantinæ, ideſt Cōſtantici: In parma rubra cœruleam crucem geſtare videntur, quæ globum album limbo luteo circūſcri-





ptum in medio ſuſtinet: Crux utrinque luteis limbis ornatur, qui duorum Principum ſpem in cruce ſitam portendunt. Madrucianus, quatuor cippos orbem fulcientes habere videtur. In Vrſini exemplari alba eſt crux, luteusque limbus marginem ambit. legendum eſt Conſtantiaca, vel Conſtantiani à Conſtantio inſtituti.

30 SECVNDA Flauia Conſtantiniani; idem inſigne habent, quod Vndecimani; & Secunda Flauia Thebæorum in Oriente. Hæc eſt una ex IX. Comitatenſibus per Orientem.

31 TERTIO AVGVSTANI. in rubra parma album globum tenēt. Marginem quatuor, vnus albus, duo lutei, rubeusque circuli cingunt; Coniunctum, vnumq; in quatuor orbis partibus imperium ſignificant. Manuſcripti tribus tantum circulis marginem claudunt. Erant ſub Comite Africæ Auguſtani Tertio ad priorum differentiam dicti: Vel potius, ꝙ tres eſſent eorum ſcholæ, quemadmodum equites ſecundi ſcutarij iuniores inter vexillationes XXXII. Comitatenſes apud Comitem Africæ ſecũdæ ſcholæ appellantur. In manuſcriptis legitur Tertio Auguſtani, in impreſſo exemplari, dictio, tertio, præcedentibus Conſtantinianis coniungitur, minus rectè, vt puto. Hæc una eſt ex XXI. legionibus Comitatēſibus per Thracias in Oriente, qui uocantur Auguſtenſes. Nero ad V. millia equitum conſcripſit, quos Auguſtanos uocauit, quam ſe plauſib. ſequi uoluit Tacit. [a] Tunc primum, inquit, cōſcripti ſunt equites Romani cognomento Auguſtanorum ætate ac robore conſpicui. Hi dies ac noctes plauſibus perſonare formam principis vocemq; Deum vocabulis appellantes quaſi per virtutem clari honoratique agere. idem Tranquillus (cap. 26.) ſequentibus currum, ait ouantium ritu plauſoribus Auguſtanosq; ſe milites triumphi eius clamantibus. Dion αυγουςειους vocat quos quinq; millia fuiſſe ſcribit. interpres Auguſtales vertit. Hi pedites ab illis equitibus nomen accepiſſe videntur.

a lib. 11.

32 FORTENSES, in parma lutea argenteum orbē praſsino circulo incluſum geſtabant: Principum vnum in orbem Rom. imperium tenentium eſt typus. Comiti Hiſpaniarũ parebant. Alij Fortēſes in Oriēte ſub Comite Africæ merebant. Ab oppido Sarmatiæ Fortia Mœnia dicto, Fortenſes appellatos puto. In Oriente vna eſt ex VI. legionibus palatinis Magiſtri præſentalis vetuſtus codex legit Fontenſes. Hæc de legionibus Comitatenſibus XXXII. quarum XI. hic magiſter alij magiſtro equitum per Gellias concedebat, Comiti Hiſpaniarum quinq;, Comiti Illyrici quinq;, Comiti Africæ VII. Tingitanæ II. In Italia ſibi IIII. retinebat. Hic etiam duæ legiones vltra numerum XXXII. abundare videntur; quia propugnatores iuniores inter Comites Illyrici, & Africæ diuiſi infra in Notitia reperiuntur; item Secundani partim apud Magiſtrum per Gallias, partim penes Comitem Africę merebant. Nunc ad XVIII. Pſeudo Comitatenſes legiones eſt veniendum.

## *DE XVIII. LEGIONIBVS PSEVDO Comitatenſibus Magiſtri peditum Occidentis. Cap. XXIIII.*

1 PRIMA Alpina ſeu Alpini, ab Alpibus Italię, quas tuebatur, dicta ſub Comite Italiæ merebat, apud quē Iulia vocatur, ſed hic & ibi legendũ Iulia Alpina, quæ ab Auguſto eſt inſtituta, ut & ſequens. In parma uiridi cattum coloris punicei diluti recta facie progrediente oſtēdunt. Marginem albus circulus ambibat. Sic Pierius. [b] Id ſymbolum in Augusteis auxiliarib. ſub hoc Magiſtro eſt expoſitum. Hęc legio, & ſequētes in Oriente, niſi admodum paucæ non inueniunt.

b lib. 15. Hieroglyph.

2 SECVNDA Iulia Alpina idem inſigne habebat, quod Iouij iuniores, Germaniciani, Tertia Herculea & Forteſes ſub hoc Magiſtro. I. in uiridi parma orbem argenteum limbo puniceo cinctum. albus circulus extrema [c] cingit. ſub Comite Illyrici eius alpes tuebatur. Ab Auguſto eius auctore Iulia hæc legio eſt dicta. Erat & XII. Alpinorum cohors, cuius ſub Seuero Valerianus Centurio fuit.

c l. 1. C. de repi. milit.

3 LANCEARII Lauriacenſes, uel Laurinenſes à Lauria Illyrici oppido, vbi Fabricam fuiſſe Notitia infra memorat: aureum globũ octo ferreis cuſpidib. munitũ in rubro clypeo gerunt, quēadmodũ Propugnatores ſub hoc Magiſtro. Marginē albus limb. circundat. Hi & ſequentes à Comite Illyrici regebant.

4 LANCEARII Comagenenſes, à Syria Comagena nominati, crucem viridem in viridi clypeo ferũt, quem rubeus limbus circundat: In hoc venerabili ſigno ſalutem Rom. imperij ſitam eſſe inſinuat. Viridis color ſpei eſt index: Purpureum, imperij typũ eſſe, ſæpe diximus. Manuſcripti, coloribus variant.

5 TAVRVNENSES, à Taurino Pannoniæ inferioris oppido profecti, vulgo Belgradum nominant: In rubro clypeo orbem duabus lineis decuſſatum, quemadmodum Vndecimani, & Conſtantiani ſub hoc Magiſtro geſtabant: pars ſuperior, inferiorque eſt alba, aliæ virides. Hi ſuum Magiſtrum ſequebātur, ſicut & infraſcripti.

6 ANTIANENSES, ab Antio Thraciæ oppido poſtea Apollonia dicta, cognominati, in punicea parma argenteũ globum albo cippo præfixũ, & limbo item albo circumſcriptum tenēt: Quatuor circuli, luteus, & albus, & duo rubri exteriores extrema parmæ occupant; Vnum, & firmum Rom. imperij orbem eſſe inſinuantes. Manuſcripti, cippum cum exteriore limbo rubrum habēt. Vbi nam hi degerēt, non apparet.

7 PONTINENSES, à Pontina palude Cāpaniæ, dicti, in qua XIII. urbes fuiſſe Plinius memorat, Idem inſigne ferebant, niſi quòd duo tantum circuli, interior luteus, & albus exterior, praſsini clypei marginem ambiunt, & cippum album tenent. A Comite Italiæ regebantur.

8 PRIMA FLAVIA Gallicana Conſtantia, à Cōſtantio eius auctore, & à Gallijs vbi degebat, denominata: Huic rutilus in cęrulea parma equus, in medio viridis orbis conſiſtebat, cui quadrupes toto initi pectore uidebatur, ut Pierius [d] deſcribit: Principē totum orbem victoria ſuperaſſe indicat; ſiquidē equus victoriam denotat. Sed in meo codice, & Vrſiniano, videtur lepus currens, qui Vigilantiæ, & velocitatis eſt ſymbolum. Madrucianus aprum habere uidetur. Sub Magiſtro equitum in Gallijs degebat, ſicut & ſequentes.

d lib. 4.

9 MARTENSES, ſeu Marteni, erant populi iuxta Babyloniā, vnde hi ſunt extracti. In parma cœrulea orbem tranſuerſis lineis decuſſatum ferunt, quēadmodũ Taurunenſes ſub hoc Magiſtro: Marginē rubeus limb. ambit. Magiſtro equitũ p. Gallias parebāt.

10 ABRINCATENI, Abringatui ſunt Celtogallię gentes, vnde hi nomen traxerunt. Abrincates ſub duce tractus Armoricani & Neruicani infra Notitia ponit inter copias, quæ recenſentur intra Gallias pro Abrincatenis, Abrincateni ponuntur. In alba parma argenteũ orbem circulo luteo incluſum geſtabant, ſupra quē alius minor orbis purpureus pendet; parmæ extremum rubeus limbus circundat: Ob ſeparationem diminutum uideri, ſed integrum permanere imperium portendit. Manuſcripti coloribus variant. Cum ſuo merebant Magiſtro.

11 DEFENSORES Seniores, in albo clypeo argēteum globum octo acutas cuſpides emittentem, geſtāt. Marginem clypei duplex albus ambit circulus. Simile habent ſub hoc Magiſtro Lauriacenſes. Merebant ſub Magiſtro equitum in Gallis.

12 MAVRI Oſiſmiaci, apud Oſiſmios Celtogalliæ Lugdunenſis populos morabantur, in uiridi parma duo pręferebant gubernacula inuicem inuerſa, luteum, & praſsinum. Viridis item limbus marginem ambit: Vnum orbem à duobus Principibus uno conſenſu regi ſignificant. Hi quoq; & ſequentes cũ Ma-

giſtro equitum in Gallijs militabant, apud quem legitur Siſmiaci, pro Oſiſmiaci.

13 PRIMA Flauia Metis, hoc eſt Belgiæ oppidũ, vulgo Metz dictum, vbi hæc legio excubabat: In rubro clypeo argẽteum orbem duobus circulis, albo, & luteo cinctum geſtant; quod duplex in vnum orbem duorum Principum imperium inſinuat: Id duo limbi, luteus interior, & viridis, marginẽ clypei ambientes, confirmant. Duo enim circuli, duorum Imperatorum coniunctionem denotant: In Madruciano, duo lutei circuli purpureum globum cingunt. Secunda Flauia Virtutis ſub hoc Magiſtro ſimile habet ſymbolum.

14 SVPERVENTORES iuniores, de quib. ſupra, Conſtantio imperante, cum Præuentoribus ſunt inſtituti, Marcellinus.[a] Vbi, inquit, Superuentores, atque Præuentores, cum Aeliano iam Comite, quos tyrones tum etiam nouellos erupiſſe retulimus. Erat tum annus ſalutis fermè CCCLXI. & XXI. imperij Conſtantij, cum hæc ſcripſit. Aureum orbem in medio rubræ parmæ gerunt, ferè vt Tertia Iulia Alpina, & aliæ. In Vrſini exemplari, idem eſt inſigne cũ Taurunenſibus ſub eodem Magiſtro. Madrucianus, purpuream pilam in viridi clypeo oſtendit. Cum equitum Magiſtro in Gallijs degebant.

a lib.18.

15 CONSTANTIACI, in rubra parma duplicem orbem luteum oſtendunt, ex quo duo item lutea cornua à lateribus prodeuntia, & ſurſum flexa ſibi occurrere videntur: Ii ſunt duo eiuſdem orbis Principes in vnum concordes. Comiti Africæ parebant. A Conſtantio, vel Conſtantia, quæ vrbs eſt Meſopotamiæ, apud Marcellinum,[b] ſunt appellati. Vel ab alijs conſtantijs, quæ erant in Palæſtina,[c] Armoricanis & alibi. Duas Conſtantiacas in Gallias à Iuliano miſſas Marcellinus[d] ſcribit.

b lib.18.
c Euſeb. in vita Conſtantini. lib. 4. cap. 36. 37. ſozom. lib. 2. ca. 4. lib. 5. c. 3. Nicet. lib. 1. c. 4. lib. 8. c. 33.
d lib. 21.

16 CORNIACENSES, a Cornaco Pannoniæ inferioris oppido denominati, in rubro clypeo argenteum orbem albæ columellæ præfixum geſtant, à cuius medio vtrinque album exit cornu, caprino ſimile, quod ſupra orbem inflectitur: capram autem iuſtitiæ ſymbolum eſſe Pierius tradit. Id eandem habet interpretationem. Hęc legio fortè ab inſigni cornuũ nomen ſumpſit. Apud Magiſtrum equitum Galliarũ, cum quo erant, legitur Cornacenſes.

17 SEPTIMANI, in vmbone albæ parmæ purpureum orbem habent, quemadmodum Tertia Iulia Alpina, aut Superuentores ſub hoc Magiſtro. Marginẽ purpureus limbus cingit. Madrucianus globum decuſſatum in rubro clypeo oſtendit; Cum Comite Hiſpaniarum merebant. Septimani vero iuniores, una ex XXXII. legionibus Comitatenſibus, ſub Magiſtro equitum in Gallijs militabant. Septima Gemina legio inter nouem Comitatenſes Magiſtri militũ per Orientem inuenitur.

18 ROMANENSES, peditum poſtremi, & ex vrbe contracti, idem ferè habent inſigne, quod Britones ſeniores in Oriente, aut Tertia Flauia ſalutis ſub hoc Magiſtro; coloribus tantum differunt. Hi enim in cœruleo clypeo circa orbem album, lato circulo purpureo cinctum, XV. purpureos cippos præferunt, quos purpureus limbus circumplectitur. Vrſini exemplar rubeum clypeum, & trabes cœruleas, Madrucianus album, & trabes geminatas hinc rubras inde coeruleas oſtẽdit. Hæc legio ſub Magiſtro equitum Gallias tuebatur: ex his enim legionibus illi IX. Magiſter peditum tradiderat, Comiti Illyrici; III. Comiti Africæ I. In Italia quinque apud ſe retinebat, vt infra Notitia oſtendit. Hæc ſunt inſignia militum ſub Magiſtro peditum in præſenti Occidentis, à me pro virium tenuitate explicata. Nunc alterius Magiſtri equitum præſentalis copiæ ſunt exponendæ.

## *DE COMITE ET MAGISTRO equitum præſentali Occidentis, eiuſque militibus, & eorum inſignibus.*

*Cap. XXV.*

### COMMENTARIVM.

EQVITVM Magiſter vexillationibus XLI. imperabat, quarũ magnam & ipſe partem Comitibus limitaneis & Ducibus cõmittebat: Ex nouem enim palatinis Vexillationibus, quas habebat, VI. Comiti Italiæ, III. Magiſtro equitum per Gallias aſsignabat. Ex Comitatenſibus XXXII. VI. Comiti Italiæ, XIX. Africæ, VI. Britanniæ, III. Tingitanæ, VIII. Magiſtro equitum per Gallias, quæ excedunt numerum XXXII. Sed aliquæ ex his diſpertitæ varijs comitibus conceſſæ, eas plures eſſe videri faciunt: non enim ſemp integras uexillationes, ſed ſæpe cuneos, vel alas ipſis credebat. Præter hos alias alas, & cuneos equitum, cohorteſq; & auxilia peditum in limitibus Comites & Duces apud ſe tenebant, quæ ſub Magiſtro non reperiuntur. Magiſter quoq; per Gallias præter prædictos Brachatos iuniores & primos Gallicanos proprios milites habebat. Hic Magiſter XLI. Vexillationes regebat, quarum IX. palatinæ, & XXXII. Comitatẽſes dicebãtur, vt ex ſequente ſummario clarius apparebit. Is Comes & Magiſter uocabatur, quas diuerſas dignitates fuiſſe ſupra oſtendimus. Officium habet, ut præcedens magiſter peditum, excepto primiſcrinio, quo ille caret. Hæc nomina in officio Magiſtri militum præſentalis in Oriente ſunt explicata: Inſignia quoque eadem habet, vt ſuperior Magiſter, exceptis numerorum ſymbolis, in quibus differunt.





# NOTITIA.

# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS

## Magiſtri equitum.






NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri illuſtris Comitis, & magiſtri equitum præſentalis.

Vexillationes Palatinæ IX.

COMITES *Seniores.*
EQVITES *Promoti Seniores.*
EQVITES *Brachati Seniores.*
EQVITES *Bataui Seniores.*
EQVITES *Cornuti Seniores.*
EQVITES *Cornuti Iuniores.*
COMITES *Alani.*
EQVITES *Bataui Iuniores.*
EQVITES *Conſtantes Valentinianenſes Seniores.*

Vexillationes Comitatenſes. XXXII.

EQVITES *Armigeri.*
EQVITES *Prima Gallia.*
EQVITES *octauo Dalmatæ.*
EQVITES *Dalmatæ Paſſerentiaci.*
EQVITES *Mauri alites.*
TAIFALI *Iuniores.*
EQVITES *Honoriani Seniores.*
EQVITES *Mauri feroces.*
EQVITES *Conſtantiaci feroces.*
EQVITES *Scutarij.*
EQVITES *Stableſiani Africani.*
EQVITES *Marcomanni.*

EQVITES



EQVITES *Armigeri Seniores.*
EQVITES *Sagittarij Clibanarij.*
EQVITES *Sagittarij Parthi Seniores.*
EQVITES *primi Sagittarij.*
EQVITES *ſecundi ſagitt.*
EQVITES *tertij Sagittarij.*
EQVITES *quarti Sagittarij.*
EQVITES *Sagit. Parthi Iuniores.*
EQVITES *Cetrati Seniores.*
COMITES *Iuniores.*
EQVITES *Promoti Iun.*
SAGITTARII *Iuniores.*
EQVITES *Cetrati Iuniores.*
HONORIANI *Iuniores.*
ARMIGERI *Iuniores.*
EQVITES *ſecundi Scutarii Iuniores.*
EQVITES *Stableſiani Italiciani.*
EQVITES *Sagittarij Cordueni.*
EQVITES *Sagit. Seniores.*
CVNEVS *equitum Promotorum.*
OFFICIVM *ſupraſcriptæ Magiſteriæ poteſtatis.*
PRINCEPS.
*Numerarius.*
*Primiſcrinius.*
*Commentarienſis.*
*Adiutor.*
*Regerendarius.*
*Exceptores, & reliqui apparitores.*

VERVM PRIVS A NOBIS IN TABELLAM IIS RElatis, quibus Magiſter Equitum præſentalis in Occidente, imperabat, ad ſingula mox pro more noſtro explicanda accedemus.

*Magiſter equitum præſentalis, in Occidente regebat,*
- *Vexillationes XLI.*
  - *Palatinas IX. quarum habebat.*
    - *Comes Italiæ VI.*
    - *Magiſter equitum in Gallijs. — — — III.*
  - *Comitatenſes XXXII. diſpertitas. Aliæ, preter has, erant cum Comitibus, & Ducibus. Ex prædictis habet.*
    - *Comes Italiæ VI.*
    - *Magiſter equitum per Gallias VIII.*
    - *Comes Africæ XIX.*
    - *Comes Britanniarum. VI.*
    - *Comes Tingitanæ III.*
- *Cuneum equitum promotorum.*
  - *Sub Duce Pannoniæ ripa rienſis.*

*DE IX. VEXILLATIONIBVS palatinis Magiſtri equitum preſentalis occidentis. Cap. XXVI.*

1 COMITES Seniores, in parma cœrulea album orbem decuſſatum gerunt; vt Martenſes, ſub Magiſtro peditum Occidentis. Rubeus limbus marginem Clypei, circumplectitur. Merebant, & ſub Magiſtro militum ſecūdo præſentali in Oriente. Hi cum duobus numeris ſequentibus intra Italiam continebantur.

2 EQVITES Promoti Seniores, idem habent inſigne quod Taurunenſes ſub Magiſtro peditum, niſi quod duæ partes orbis decuſſati à dextra, & ſiniſtra ſunt cœruleæ. Sub Magiſtro militum præſentali primo in Oriente reperiuntur.

3 BRACHATI Seniores, in parma praſsina albas præferunt colubres, cum pedamento itidem albo, inſtar caducei. Marginem ruber ambit limbus. Ita recitat Pierius, [a] Brachiatos pro Brachatis appellans, à Bracha enim Hiſpaniæ oppido deriuantur. Idem ſymbolum geſtant Marcomanni, & Atecotti Iuniores ſub Magiſtro peditum. Refert firmam duorum Principum in orbem Romanum ſincera fide, ardentique amore coniunctionem, quod per album rubrumque colorem innuitur.

[a] li. Hieroglyph.

4 EQVITES Bataui Seniores, quorum nullum in impreſſo Codice inſigne reperitur, obliuione, vt reor, prætermiſſum. In manuſcriptis ſymbolum habent, fere vt Tertiani, Mauritonantes, Mauri Cetrati ſub Magiſtro peditum: nempe in rubra parma globum album, tribus circulis, albo, ceruleoque largioribus, & luteo arctiore cinctum, ſunt duo imperia in vnum coeuntia, quæ totum Rom. orbem ſeu tres eius partes complectuntur: cum Magiſtro equitum per Gallias merebant.

5 CORNVTI Seniores equites in albo Clypeo orbem argenteum, ceruleo & luteo circulis incluſum tenent fermè ut habent Celtæ Iuniores, & Sabini ſub Magiſtro peditum. In manuſcriptis hoc ſymbolum ſequentibus vitio librariorum adſcribitur. Italiam tuebantur.

6 EQVITES CORNVTI Iuniores idem ferè inſigne habent, ut Fortenſes ſub Magiſtro peditum. In alba

alba parma argenteum orbem lato circulo cœruleo circundatum. Magiſtrum equitum per Gallias ſequebātur, apud quem per errorem legitur Seniores pro Iunioribus.

7 COMITES ALANI, & ſequentes Batauicum ſuis inſignibus in impreſſo per errorem infra inter ſequentes Comitatenſes ſunt tranſlati, quos manuſcripti hic ponunt. Eadem horum erant ſymbola, quæ & ſequentium Conſtantium, Valentinianenſium; exceptis coloribus, ſcilicet columellæ rubræ præfixus globus cœruleus, quem limbus albus veſtit. Marginem albus item circulus complectitur. Duplicis imperij coniunctio inſinuatur. Alani intra Italiam militabant, Bataui cum Magiſtro equitum per Gallias.

8 BATAVI Iuniores, & hi ipſorumque inſignia, vt dixi, per errorem inter ſymbola Comitatenſium equitum tranſlata inueniuntur: in palatinorum verò catalogo ſcripti leguntur. In manuſcriptis autem hic ſuo loco cum ſymbolis repræſentantur. Horum inſigne eſt in cœrulea parma pila argentea, vel ut in Madruciano, aurea, acutos mucrones emittens, vt apud Defenſores, Propugnatores, & Lauriacenſes ſnb Magiſtro peditum. Batani Iuniores, ſub ſecundo Magiſtro militum in præſenti in Oriente merebant. aut horum pars, uel eiuſdem nominis alij.

9 EQVITES Conſtantes, Valentianenſes Seniores in rubra parma argenteum orbem columellæ præfixum præferebant. Hanc cum globo cœruleus limbus veſtit. Id ſupra expoſitum fuit. Hi in Italia manebant. Hæ ſunt IX. Vexillationes palatinæ, quarum tres hic Magiſter alij Magiſtro equitum per Gallias tradebat, ſibi in Italia VI. retinens, vt infra Notitia explicat. ſequuntur Comitatenſes.

*VEXILLATIONES COMITATENſes XXXII. Cap. XXVII.*

1 ARMIGERI equites in parma lutea octo rubeos cippos albo orbi inhærentes geſtant. Simile Pannoniciani & Septimani habebant ſub precedēte Magiſtro peditum. Hi cum duobus numeris ſequentibus erant cum Magiſtro equitum per Gallias.

2 PRIMA GALLICA in viridi Clypeo quadrangulum habet coloris lutei, aliud intra ſe album continens, acutoſq; mucrones emittit, quemadmodum in Honorianis Senioribus ſub Magiſtro peditum eſt viſum. Purpureus limbus marginem complectitur. Duplicis imperij firmum robur oſtendit. Cladem hoſtibus acutæ cuſpides minantur.

3 OCTAVO Dalmatæ, equites octauo loco ex Dalmatia electi: vel potius in octaua eorum ſchola deſcripti, in tot enim diuidebantur, quemadmodum ſecundi Scutati Iuniores equites apud Comitem Africæ, ſecundæ ſcholæ appellantur: præferunt in alba parma duplicem argenteum globum, quorum primum minorem ſex virides munitiones circumſtant: alter ſeptem acutas cuſpides emittit. Supra eſt quadrata tabella, quæ unam legem duplici orbi Romano dari inſinuat: prominentes mucrones cædem hoſtibus nunciant. Tertio Dalmatæ. Quinto Dalmatæ, Sexto & Nono Dalmatæ, equites in Oriente inueniuntur. In catalogo ſequitur equites Dalmatæ Paſſerentiaci, qui poſt tres ſequentes in tabula inſigniū inferius ponuntur.

4 MAVRI ALITES, à velocitate cognominati, in parma viridi duos dimidios angues albi coloris ſe inuicem inſpectantes gerunt, quos margo ruber ambit. Vmbilicus parmæ tranſuerſis lineis eſt decuſ- a li. Hieroglyph.
ſatus, cuius duæ oppoſitæ partes albæ aduerſæ ſunt cœruleæ, ita Pierius. [a] Sed meus codex in alba parma argenteum orbem non decuſſatum habet, quem 15.
duo lutei & dimidij angues capita ſibi admouentes circumſtant. Sunt duo Principes dimidijs imperijs vnum orbem Romanum tuentes, quem decuſſatum, inter ſeque diuiſum tenent. Vrſini exemplar coloribus differt, & his Paſſerentiacos ſubiungit, qui ſecundum catalogi ordinē erant præmittendi. Madrucianus album orbem inter duas tabellas ponit: leges ab vtroque Principe vni orbi dari ſignificant.

HONORIANOS in Vexillationum Comitatenſium catalogo impreſſus Codex per errorem Mauris Alitibus adiungit: Sed hic in inſignibus repræſentandis recte prætermittit: & ideo nullum eorum hoc in loco ſymbolum apparet, nam infra repetuntur, quatuor ſequentibus poſtpoſiti.

5 TAIFALI Iuniores in alba parma cœruleum anguem geſtabant, terga læuam verſus porrigētem, in dextram uero caput, & caudam abſciſſam incuruantē, qui geſtus in Cortonacenſibus diuerſus erat. Vmbilicus, ſiue orbis, circa quem anguis vertitur, eſt argenteus, rubro circumductus circulo. Inter caput & caudam colubri alius eſt orbiculus violaceus. Hæc Pierius, [b] hos equites Taipialos appellans, cre- b lib. 15.
dit tamen legendum Theſſalos. Sed errat, ut ſupra in Magiſtro militum præſentali Orientis oſtendi. Inſinuat Occidentis Imperatorem, etſi dimidius videtur, inſtar dimidij ſerpentis hic depicti, ſuum tamen orbem, qui Orientali coniunctus integer manet, tueri. Globus limbo cinctus vnum Romani orbis imperium eſſe indicat. Meus Codex uariat coloribus, in quo albus circulus marginem circumplectitur. Hi Comiti Britanniæ erant adiuncti, ut infrà videbitur. Sunt & in Oriente equites Taifali ſub Magiſtro militum præſentali.

BATAVI Iuniores hic per errorem in exemplari impreſſo ſunt inſerti, qui ſupra inter Vexillationes palatinas cum ſuo inſigni erant collocandi.

6 PASSERENTIACI fortè a paſſera Syriæ vrbe dicti, aureum orbem in cœrulea parma quemadmodum Septimani ſub præcedente Magiſtro peditum, & quidam alij gerebant. Purpureus limbus marginem cingit. Vrſini Codex ſupra album globum, duplicem tabellam, leges orbi duorum Principum conſenſu datas inſinuātem oſtendit. Madrucianus, duos angues cœruleos ex albo pedamento prodeuntes habet, qui erecti ad oſculum penè coeunt, orbemq; album in medio decuſſatum tenent. Duo ſunt Romani Principes orbem inter ſe diuiſum adminiſtrantes. In exemplari impreſſo ALANI per errorem his ſunt adiuncti, qui inter Vexillationes palatinas cum ſuo ſymbolo erant ponendi. Hi cum ſequentibus vexillationibus magiſtrum equitum per Gallias ſequebantur.

7 HONORIANI Seniores equites, album ferebant clypeum, in quo aureus vmbilicus à luteo circulo circumſcribitur. Orbiculo nituntur duo porci dimidiati praſsini coloris, pedibus anterioribus illi impoſitis, alter alterum ſpectantes, ita Pierius. [c] Sed c lib. 9. Hieroglyphic.
in meo Codice in rubra parma, ſine circulo ſolus aureus viſitur orbis, quem non duo ſues, ſed dimidiati vrſi complecti videntur; facilè error impreſſoris eſſe potuit. Hi vim bellicam duorum Principum referunt, qui ob diuiſum Rom. orbis imperium, dimidij ambo viſi, illum totum vlnis amplectuntur. Praſſinus color ipſorum vigorem: aureus, aureum ſub ipſis ſeculum portendit. Hi etiam ſub Magiſtro militū per Orientem militabant.

8 MAVRORVM Ferocium ſimile ſequitur inſigne, ſcilicet in alba parma duo rutili coloris dimidij equi ſeſe quodammodo laceſſentes, orbi viridi impoſiti, cuius luteus eſt umbilicus, vti Pierius, [d] d in 4. Hieroglyphic.
deſcribit. Sed in meo Codice luteo vmbilico quem albus circulus includit, pedes anteriores equi imponunt. Hoc animal imperij, victorieque, & pugnacitatis eſt ſymbolum; Sunt ergo ij duo Imperatores, qui orbem Romanum quiſque ſuam partem dimidiam pugnando fœlici victoria conſeruant, quod & viridis, luteuſque color inſinuant. Mauri verò

equo



equo præcipuè bellabantur, & ideo pro ſimbolo Mauritaniæ ponitur, vt vult Pierius. Impreſſum exēplar vrſos, non equites oſtendit, Vbique globus circulo incluſus, vnum duorum Principum in orbem imperium denotat: id enim vnicus circulus globum amplexus ſignificat. Madrucianus rubeum clypeum oſtendit. Hi Italiam tuebantur, vt infra Notitia oſtendit,

9 CONSTANCIACI Feroces in parma alba, duplicem, & purpuream, ideſt, Chriſti ſanguine tinctā crucem gerunt, vt prima Flauia Pacis, & Regij. In hac vterque Princeps ſpem ſe poſuiſſe teſtatur. Duplex limbus, interior cœruleus, & alter albus marginem cingunt. Manuſcripti velo tegere crucem videntur Barbaris ignotam, cuius vim experientur. Hi apud magiſtrum equitum, per Gallias militabant.

10 SCVTARII equites aureum orbem in vmbone rubræ parmæ tenent. Vnum orbis imperium Romanum eſſe ſignificantes, Idem planè inſigne eſt Superuentorum ſub Magiſtro peditum. Apud Comitem Africæ cum XI. ſequentibus merebant.

11 STABLESIANI Africani, idem ſymbolum habent quod Prima Flauia Metis ſub Magiſtro peditū, nempè in rubra parma, orbem aureum, duobus luteis circulis cinctum, duo limbi, luteus interior, albuſque parmæ marginem circundant. Orientis, occidentiſque vnum eſſe Romani orbis imperium ſignificant, vt ſæpè eſt dictum. EQVITES ſecundi & tertij Stableſiani reperiuntur in Oriente, ſub Magiſtro militnm per Orientem.

12 MARCOMANNI dimidium ſerpentem coloris lutei præferunt in alba parma, cuius aureus eſt vmbilicus. Inter ſegmentum ſerpentis, & caput, eſt a lib. 15.
lutea lunula dimidia; ſic Pierius. [a] Inſigne Taifalorū huic ſimile pro luna globum habet. Hic etiam ſerpens duplicatus videtur, qui duos dimidios refert Principes orbem Romanum tuentes. Hæc enim omnia ſigna ſunt duplicis dimidij imperij, quod à duobus velut dimidijs Principibus defenditur. Dimidia verò Luna aptius ſymbolum pingi non potuit, quæ in orbem completur; ſic imperium Romanum, quod dimidium videtur plenū manet. Idem color luteus, in luna & ſerpente vtrobique ſeculi fœlicitatem promittit.

13 ARMIGERI Seniores equites in cęruleo Clypeo duabus tranſuerſis lineis decuſſatum orbem habent quemadmodum Promoti, & Comites Seniores ſub hoc Magiſtro, ſuperior, inferiorque globi partes ſunt albæ, reliquæ rubræ. Hi equites ſunt in Oriente ſub primo Magiſtro militum præſentali.

14 SAGITTARII Clijbanarij idem ferebant inſigne, quod ſecunda Iulia Alpina ſub præcedente Magiſtro peditum, ſcilicet in lutea parma orbem luteū albo circulo cinctum. Marginem Clypei viridis limbus ambit. In Vrſini exemplari duo circuli globum cingunt, quod indicat duos vnum orbem Romanū tueri principatus.

15 SAGITTARII Parthi Seniores equites, ſimili vtebantur ſymbolo, quo Tungricani, aut Diuitenſes, ſub præcedente Magiſtro peditum, ſcilicet in parma viridi, globum luteum obliquis lineis decuſſatum, & duobns uno lato rubroque, & alio arcto luteo circulis cinctum, quod & ipſum duplicis imperij, vt ſæpe dictum eſt, vnionem inſinuat. Circuli duo lutei marginem Clypei circundant: & ipſi duorum Principum coniunctionis indices. His militibus b lib. 1.
commodum Imp. vſum Herodianus ſcribit. [b] Erāt, inquit, cum eo aſsiduè Parthorum lectiſsimi Sagittarij, & Numidæ iaculatores, quos ille tamen omnes longè artificio ſuperabat.

16 PRIMI Sagittarij equites idem ferebant inſigne quod Sagittarij Clybanarii, niſi quod horum parmæ marginem duplex ambit limbus, luteus interior, & alius rubeus. In manuſcriptis legitur. PRIMO Sagittarij, & in ſequentibus, ſecundo, tertio, & quarto loco lecti. Sed puto primo Sagittarios dictos non quod prius lecti fuerint, ſed quia in quatuor ſcholas erant diuiſi, nam & ſecundi Scutarij Iuniores vna ex vexillationibus Comitatenſibus apud Comitem Africæ ſecundæ ſcholæ appellantur. Hi etiam ſub Magiſtro militum per Orientem merebant.

17 SECVNDI Sagittarij equites, in albo Clypeo orbem decuſſatim diuiſum ferunt, pars ſuperior inferiorque globi alba, reliquæ ſunt rubræ: ſupra orbem luna cęlum cornibus ſurſum verſis ſpectat, ſimplici luteo limbo margo clypei circūdatur. Id quoque vnum duorum Principum imperium indicat, etſi diuiſum cernitur, Idem & dimidia luna portendit, quæ etſi tota non appareat, ſemper tamen ſolida integraque manet,

18 TERTII Sagittarij equites, eodem utebantur inſigni, quo primi Sagittarij, niſi quod horum parmam triplex circumplectitur circulus, duo lutei, & medius rubeus: In umbone purpureus globus luteo circulo includitur. Vna ex vexillationibus Sagittariorum à Cereali Magiſtro militum Honorij ad pe- c epiſtola 132.
dites tranſlata fuit. Sineſius. [c] Adſunt, inquit, mihi milites ordinis Balagritarum. Hi, priuſquam Cerealis principatum obtineret, erant equites Sagittarij. Hoc autem Magiſtro conſtituto diuenditis equis facti ſunt ſolum Sagittarij. Mihi ſufficiunt etiam ſine equis.

19 QVARTI Sagittarij equites, eodem & ipſi erāt ſymbolo inſigniti quo Parthi Seniores, hoc excepto, quod horum clypeum ſimplex ambit luteus limbus: illorum uerò duplex quorum eſt, & alba parma: horum viridis. Manuſcripti coloribus variant.

20 SAGITTARII Parthi Iuniores equites, ferè idem fere bant inſigne, quod Promoti, aut Comites Seniores ſub hoc Magiſtro; niſi quòd horum rubea eſt parma; illorum cœrulea, quam luteus limbus cingit.

21 CETRATI Seniores equites, idem ferè gerebant inſigne, quod Briſigaui, Seniores ſub præcedente Magiſtro peditum, exceptis coloribus, quos hi in globo & circulis luteos habent. Madrucianus in parma lutea album vmbilicum nigra linea per medium diuiſum, & lato cœruleo circulo incluſum habet.

22 COMITES Iuniores ſimile Stableſianorum ſymbolo inſigne tenent: videlicet in alba parma argenteum globum, duobus luteo & albo latiore circulis circumſcriptum. Manuſcripti globum pluribus lineis diuiſum tenent, & coloribus variant. Vbi hi degerent, non apparet.

23 PROMOTI Iuniores equites, idem geſtabant inſigne, quod Parthi Iuniores, niſi quod horum ſine limbo & cœruleus eſt Clypeus. Hi & tres ſequētes cum Comite Africæ merebant.

24 SAGITTARII Iuniores, argenteum globum albo circulo incluſum in parma rubra ferunt, ſupra quem dimidia Luna cornua ſurſum erigit: & id vtrunque imperium coniunctum inſinuat, quod etſi dimidium videtur, inſtar lunæ in orbem impletur.

25 CETRATI Iuniores equites, in nigra parma luteum ferunt ſerpentem, cauda truncum, orbi cœruleo circumuolutum, qui ad angulos rectos eſt decuſſatus, tranſuerſis lineis: partes duæ aduerſis angulis appoſitæ ſunt albæ. Alius orbiculus cœruleus, inter caput, & caudæ ſerpentis inciſionem collocatus eſt. Hæc Pierius, [d] qui hos equites Curatios ap- d lib. 15. Hieroglyph.
pellat. Sed mendoſum habuit Codicem, legendum eſt enim Cetrati Iuniores, ad differentiam Seniorū, de quibus paulò ante. Non multum ab hoc diſtans inſigne ferebant Taifali, ſub hoc Magiſtro. In meo Codice & manuſcriptis viridis eſt parma, & orbiculus geminatus, alius maior eſt decuſſatus, totuſque albus; id quoque ſignificat imperium Romanum, quod diuiſum, & dimidium videtur, vnum eſſe, & Principum vigilantia, cuius typus eſt ſerpens, tutum conſeruari. Geminatus orbiculus duplex id eſt Oriētis Occidentiſque principatus, qui in vnum

magnum

magnum coit, per maiorem orbem ſignificatus.

26 HONORIANI Iuniores, mutilati ſerpentis lutei fruſtum eodem modo ferebant, totam ferè parmam circumplexi. Inter caput & ſegmentum ſtat quadra & ipſa lutea angulis in os & cæſuram uerſis, in qua inſpicitur teſſela purpurei coloris. Intra anguem parma tota eſt rubra, extra tergum circulus albus ducitur, & vmbilicus ſeu orbis in vmbone poſitus, eſt argenteus, vt Pierius, [a] deſcribit. Meum exẽplar habet parmam puniceam, & cœruleum vmbilicum, quem duo dimidij luteique ſerpentes amplectuntur, in medio vtero ſemicæſi, lutea tabella aliam puniceam inter capita & ſegmenta ſerpẽtum includit. Hi ſunt duo dimidiatorum principatuum Imperatores, qui vnum orbem Romanum magna uigilantia tuentur. In vtero ſemicæſi, in tergo tamen integri manent; ſic eorum imperium licet videatur cæſum, integrum relinquitur. Principum verò vigilantiæ typum eſſe ſerpentem ſupra dixi. In manuſcriptis orbis magnus paruum continet, Teſſela legem orbi datam ſignificat, quæ in tabula ſcribebatur. Duplex oſtenditur, quia a duobus Principibus, vna vtrique orbi Romano datur. Luteus verò tabellæ & ſerpentum color eandem in his imperij vim indicat.

a lib. 25. Hieroglyphic.

27 ARMIGERI Iuniores gerebant in vmbone albæ parmæ luteum globum, luteo item circulo incluſum, qui longum, & acutum mucronem emittit, qđ armatum eſſe ad feriendos hoſtes orbem Romanum minatur. Similis mucro viſitur in inſignibus Magiſtri Officiorum Orientis in Fabricis: Manuſcripti Clypeum rubro depingunt. Hi erant cum Comite Africæ.

28 SECVNDI Scutarij Iuniores, idem planè ſymbolum habent, quod primi Sagittarij, exceptis coloribus. Album enim globulum rubro circulo circumſcriptum, in lutea parma geſtant, cœruleus interior, aliuſque rubeus circulus marginẽ circumplectitur. Scutati, auctore Vegetio, [b] ſunt qui plumbatis, vel gladijs, miſſilibusvè armantur. Merebant ſub Comite Africæ, apud quem appellantur Scutati ſecundæ ſcholæ: erant enim in duas ſcholas diuiſi. In Oriente militant ſecundi Scutati ſub ſecundo Magiſtro militum præſentali. Hæc una eſt ex VI. eius vexillationibus Comitatenſibus.

b lib. 2. c. 23.

29 STABLESIANI Italiciani, equites, in vmbone rubri clypei geminatum orbem, imum rubeum, ſuperiorem cœruleum in acutam cuſpidem deſinentẽ præferunt. Idem portendit, quod inſigne Armigerorum iuniorum ſub hoc Magiſtro: orbem circumſtãt XIIII. globuli, qui propugnacula referre poſſunt, quibus vndique Roma. imperium munitum eſſe indicatur. Forte plumbatas ſeu martiobarbulos referũt, quibus hi equites hoſtes feriebant, quemadmodum in Scythis ſub altero Magiſtro peditum præſentali eſt dictum: & hi ſub Comite Africæ militabant, vt infra patebit.

30 SAGITTARII Cordueni equites, vel potius Cordubeni, à Corduba Hiſpanię oppido, in alba parma globum duabus lineis decuſſatum, & luteo circulo clauſum geſtabant, vt Parthi Seniores, & Promoti ſub hoc Magiſtro, & alij. ſuperior inferiorque globi partes ſunt albæ, reliquæ rubræ. Cum Comite Tingitanæ merebant, vt & ſequentes.

31 EQVITES Sagittarij Seniores in vexillationũ catalogo prædictis ſubnectuntur, quorum hic nullũ apparet inſigne: Militabant, & ſub Magiſtro militum per Illyricum in Oriente.

32 CVNEVS equitum Promotorum vltimo loco & ipſe in eodem catalogo inter inſignia omiſſus recenſetur. Hæ ſunt vexillationes palatinæ IX. Comitatenſes XXXII. Ex quibus VIII. Magiſtro equitum per Gallias concedebantur, Comiti Africæ XIX. Tingitanæ III. Comiti Britanniæ II. Ex his Stableſianorum dimidiam magiſter ſibi retinebat, alia dimidia Comiti Africæ ſeruiebat. Omnia verò Occidẽtis militum inſignia ſunt CLXII. Orientis CIIII. ſimul iuncta ſunt CCLXVI. præter bina Comitis domeſticorum peditum, equitumque tam Orientis, quàm Occidentis, quæ efficiunt CCLXX. ſymbola. Hucuſque copiæ vtriuſque Magiſtri præſentalis in Occidente ſunt expoſitæ: nunc prouinciæ, in quibus ſtatiua habebant, ſunt declarandæ.

## NOTITIA.

### Qui numeri ex prædictis, per infraſcriptas prouincias habentur.

### Intra Italiam.

IOVIANI *Seniores.*
HERCVLEANI *Seniores.*
DIVITENSES *Sen.*
TVNGRIGANI *Seniores.*
PANNONICIANI *Sen.*
MOESIACI *Seniores.*
CORNVTI *Sen.*
BRACHATI *Sen.*
PETVLANTES *Seniores.*
CELTÆ *Sen.*
HERVLI *Seniores.*
BATAVI *Sen.*
MATTIACI *Seniores.*
IOVII *Sen.*
VICTORES *Seniores.*
CORNVTI *Iun.*
LEONES *Iun.*
EXCVLCATORES *Seniores.*
GRATI.
SABINI.
FELICES *Iuniores.*
ATECOTTI *Honoriani Iun.*
BRISIGAVI *Iuniores.*
MAVRI *Honoriani Iuniores.*
GALLI *Victores.*
OCTAVANI.
THEBAEI.
MATTIACI *Iuniores.*
SEPTIMANI *Iuniores.*
REGII.
GERMANICIANI.
PRIMA *Iulia.*
TERTIA *Iulia.*
PLACIDI *Valentinianici felices.*
GRATIANENSES *Iuniores.*
MARCOMANNI.
PONTENNENSES.

### Intra Illyricum cum viro ſpectabili Comite Illyrici.

SAGITTARII *Tungri.*
IOVII *Iuniores.*
SEQVANI.
RETII.
SAGITTARII *Venatores.*

LATI-



LATINI.
VALENTINIANENSES *felices.*
HONORIANI *Victores.*
SEGVNTIENSES.
TVNGRI.
MAVRI *Honoriani Seniores.*
MATTIACI.
HONORIANI *Gallicani.*
TERTIANI.
TERTIA *Herculea.*
PACATIANENSES.
MAVRI *Cetrati.*
PROPVGNATORES *Iuniores.*
LANCEARII *Lauriacenſes.*
LANCEARII *Comagenenſes.*
SECVNDA *Iulia.*
VALENTINIANENSES.
CATARIANENSES.
*CORNACENSES.*
*SETTIMANI Iuniores.*
*CVRSARIENSES Iun.*
*MVSMAGENSES.*
*ROMANENSES.*
*INSIDIATORES.*
*TRICESIMANI.*
*ABVLCI.*
*EXPLORATORES.*
*OFFICIVM viri illuſtris Magiſtri equitum per Gallias.*
*PRINCEPS ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium uno anno à parte peditum, alio à parte equitum.*
*Commentarienſis.*
*Numerarij ex uiris, & officijs ſingularis.*
*Adiutor.*
*Regerendarius.*
*Exceptores, & reliqui apparitores.*

### Intra Gallias cum viro illuſtri Magiſtro equitum Galliarum.

MATTIACI *Iuniores.*
LEONES *Seniores.*
BRACHATI *Iuniores.*
SALII *Sen.*
GRATIANENSES.
BRVCTERII.
AMPSIVARII.
VALENTINIANENSES.
BATAVI.
BATAVI *Iuniores.*
BRITONES.
ATECOTTI *Honoriani Seniores.*
SAGITTARII *Nerui Gallicani.*
IOVII *Iuniores Gallicani.*
MATTIACI *Iuniores Gallicani.*
ATECOTTI *Iuniores Gallicani.*
ASCARII *Honoriani Seniores.*
ARMIGERI *defenſores Seniores.*
LANCEARII *Honoriani Gallicani.*
*LANCEARII Sabarienſes.*
*MENAPII Seniores.*
*SECVNDANI.*
*BRITONES.*
*VRSARIENSES.*
*PRAESIDIENSES.*
*GERMANIACENSES.*
*CORTORIACENSES.*
*HONORIANI felices Gallicani.*
*PRIMA Flauia Gallicani.*
*MARIENSES.*
*ABRICANTENI.*
*DEFENSORES Seniores.*
*MAVRI Siſmiaci.*
*PRIMA Flauia.*
*SVPERVENTORES Iuniores.*
*BALISTARII.*
*DEFENSORES Iuniores.*
*GARRONENSES.*
*ANDERENICIANI.*
*ACINCENSES.*

### Intra Hiſpanias cum ſpectabili Comite.

*ASCARII Seniores.*
*ASCARII Iuniores.*
*SAGITTARII Nerui.*
*EXCVLCATORES Iuniores.*
*TVBANTES.*
*FELICES Seniores.*
*INVICTI Seniores.*
*VICTORES Iuniores.*
*INVICTI Iuniores Britones.*
*BRISIGAVI Seniores.*
*SALII Iuniores Gallicani.*
*FORTENSES.*
*PROPVGNATORES Seniores.*
*SEPTIMANI Seniores.*
*VESONTES.*
*VNDECIMANI.*

### Intra Tingitanam cum uiro ſpectabili Comite.

*MAVRITONANTES Seniores.*
*MAVRITONANTES Iuniores.*
*CONSTANTINIANI.*
*SEPTIMANI Iuniores.*

### Intra Africam cum uiro ſpectabili Comite Africæ.

*CELTAE Iuniores.*
*ARMIGERI Propugnatores ſeniores.*
*ARMIGERI Propugnatores Iuniores.*
*SECVNDANI Italiciani.*
*CIMBRIANI.*
*PRIMANI.*
*SECVNDANI.*
*TERTIANI.*
*CONSTANTINIANI.*
*CONSTANTIACI.*
*TERTIO Auguſtani.*
*FORTENSES.*

Cum

### Cum viro ſpectabili Comite Britanniarum.

*VICTORES Iuniores Britanniciani.*
*PRIMANI Iuniores.*
*SECVNDANI Iuniores.*

### Item uexillationes intra Italiam.

*COMITES Seniores.*
*EQVITES Promoti Seniores.*
*EQVITES Brachati ſeniores.*
*EQVITES Cornuti ſen.*
*COMITES Alani.*
*EQVITES Mauri Feroces.*
*EQVITES Conſtantes Valentinianenſes Iuniores.*

### Intra Gallias cum uiro illuſtri Comite & magiſtro equitum Galliarum.

*EQVITES Bataui ſeniores.*
*EQVITES Cornuti ſeniores.*
*EQVITES Bataui Iuniores.*
*EQVITES Brachati Iuniores.*
*EQVITES Honoriani ſen.*
*EQVITES Honoriani Iuniores.*
*EQVITES Armigeri ſeniores.*
*EQVITES octauo Dalmatæ.*
*EQVITES Dalmatæ Paſſerentiacenſes.*
*EQVITES Primi Gallicani.*
*EQVITES Mauri alites.*
*EQVITES Conſtantiaci feroces.*

### Intra Africam cum uiro ſpectabili Comite Africæ.

*EQVITES Stableſiani Italiciani.*
*EQVITES Scutarij ſeniores.*
*EQVITES Stableſiani ſeniores.*
*EQVITES Marcomanni.*
*EQVITES Armigeri ſeniores.*
*EQVITES Clibanarij.*
*EQVITES Parthi ſagittarij ſeniores.*
*EQVITES Cetrati ſeniores.*
*EQVITES primi ſagittarij.*
*EQVITES ſecundi ſagit.*
*EQVITES tertij ſagittarij.*
*EQVITES quarti ſagittarij.*
*EQVITES Parthi ſagittarij Iuniores.*
*EQVITES Cetrati Iuniores.*
*EQVITES Promoti Iun.*
*EQVITES ſcutarij Iuniores Comitatenſes.*
*EQVITES Honoriani Iuniores.*
*EQVITES ſcutarij Iuniores ſcholæ ſecundæ.*
*EQVITES Armigeri Iuniores.*

### Intra Britannias cum uiro ſpectabili Comite Britanniarum.

*EQVITES Catafractarij Iuniores.*
*EQVITES ſcutarij Aureliaci.*
*EQVITES Honoriani ſen.*
*EQVITES Stableſiani.*
*EQVITES Syri.*
*EQVITES Taifali.*

### Intra Tingitanam cum uiro ſpectabili Comite Tinitaniæ.

*EQVITES ſcutarij ſeniores Comitatenſes.*
*EQVITES ſagittarij ſeniores Comitatenſes.*
*EQVITES Cardueni Comitatenſes.*

### COMMENTARIVM.

ENVMERATIS vtriuſque Magiſtri militum præſentalis copijs, quia per diuerſas prouincias diſperſæ erant, quæ ex his in quibuſque regionibus eſſent, explicatur: ac primo de peditibus enunciatur, qui per ſeptem prouincias diſpoſiti reperiebantur. Italiam, Illyricum, Gallias, Hiſpanias, Tingitanam, Africam, & Britannias; Equites per quinque, Italiam, Gallias, Africam, Britannias, & Tingitanam. In Hiſpanijs enim & Illyrico non reperiebantur. In his erant & numeri, quos Magiſter per Gallias habebat, à nullo prædictorum Magiſtrorum acceptos, ideo de eo & ipſius copijs aliquid eſt dicendum.

### *DE MAGISTRO EQVITVM PER Gallias. Cap. XXVIII.*

TERTIVS in Occidente Magiſter, fuit equitum per Gallias, cuius nulla extant inſignia, ob occupatam hoc tempore à Barbaris eam prouinciam. Tantum eius officium, & copiæ militum recenſentur, quæ non ſolum ex equitibus, ſed & ex pluribus peditibus conſtabant, quorum paucos ipſe ex ſe habebat, plurimos verò à Magiſtris peditum, equitumque præſentalibus accipiebat. Equitum tamen Magiſter dicebatur, fortè quòd in his præcipuum ipſius robur conſiſteret. In Hiſpanijs, vt dixi, aut Britānijs nullus Magiſter reperiebatur, ſed duo in illis prouincijs [a] Magiſtrorum locum Comites implebant. Hic autē Magiſtris præſentalibus paruiſſe videtur, quia non modo militum copias, ſed & aliquot cohortales ab eorum officijs aſſumebat, quod illorum imperij in ipſum non leue erat argumentum, officium enim hoc modo habebat Principem ex officijs Magiſtrorum militum pręſentalium vno anno a parte peditum, alio à parte equitum, Commentarienſem, duos Numerarios ex viris, & officijs ſingularis inquit notitia, legendum eſt ſingulis, vt in Codice vrſini, ideſt vnum numerarium ex officio magiſtri peditum, aliū ex officio equitum accipiebat: item Adiutorem, Regerendarium, Exceptores, & reliquos officiales, de quibus ſupra eſt dictum. Habet autem tam ex legionarijs, quàm auxiliarijs numeros XLIX. quorum XI. à nemine accepti ab ipſo Galliarum magiſtro pēdēt; inter eos duas legiones fuiſſe puto ſcilicet defenſores Iuniores, & Triceſimanos, cætera erant auxilia. Alias copias à Magiſtro peditum habebat, nempè XXI. Legiones, vnam palatinam, XI. Comitatenſes, & IX. Pſeudo Comitatenſes. Reliquæ erant auxilia. XVII. Numeri, quos ſuo iure Magiſter per Gallias habebat, erant ſequentes.

a l.4.C.T. de decur. & infra in Notitia.

Legiones magiſtri peditū XXI. Auxilia XVII.

1 BALISTARII, baliſtis vtentes, de quibus in Oriente eſt dictum.
2 DEFENSORES IVNIORES, hanc legionem fuiſſe puto; nam defenſores Seniores una ſunt ex XXXII. legionibus palatinis, de eorum nomine tractatum fuit in Oriente, vbi hi reperiuntur ſub primo Magiſtro præſentali.



3 GARRONENSES, fortè legendum Garumnenſes, à Garumna magno Galliæ fluuio, apud quē caſtrametabantur.
4 ANDERENICIANI, ab Anderedo Aquitanię oppido, rectius vocarentur Anderediani.
5 ACINCENSES, ab Acinco, vnde ſunt contracti, nomen habent. Acincum vero eſt ciuitas Valerię in Illyrico, vbi ſub Magiſtro officiorum in Occidente fabricam fuiſſe Notitia ſcribit, quam Acincenſem Scutariam vocat. ibidem legio ſecunda adiutrix excubabat.
6 CVRSARIENSES IVNIORES, lego Vrſarienſes ab Vrſo Hiſpaniæ oppido; Iuniores autem ſunt appellati ad differentiam aliorum Vrſarienſium inter XXXII. legiones Comitatenſes: ſi legamus, Curſarienſes, à currendo deriuabuntur, quod currendo fugientes hoſtes inſequerentur. Conſtantinus Porphyrogenneta [a] curſores nominat.
7 NVSMAGENSES, Vrſini codex habet Ruſmagenſes, quos ex Barbaris populis fuiſſe arbitror.
8 INSIDIATORES. Hos Conſtantinus Porphyrogenneta [b] ἐνεδρούς appellat, qui in locis abſconditis inſidias hoſtibus tendebant.
9 TRICESIMANI, à triceſima legione dicti.
10 ABVLCI. ex gentibus ignotis deriuati.
11 EXPLORATORES, qui res hoſtium explorabant, & Duci exercitus renunciabant, inquit Conſtātinus Porphyrogenneta, [c] quos etiam Scultatores, pro auſcultatores vocant. Hi erant proprij Magiſtri equitum per Gallias numeri. Qui ſequuntur, a Magiſtro peditum præſentali accipiebantur, & erant.

a de thematib. ad fin.

b de themat. ad fin.

c de thematib. ad fin.

Ex XII. legionibus palatinis, vna ſcilicet.

LANCEARII SABARIENSES.

Ex XXXII. Comitatenſibus XI. legiones.

ARMIGERI DEFENSORES SENIORES. LANCEARII HONORIANI GALLICANI. MENAPII SENIORES. SEPTIMANI IVNIORES. SECVNDANI. VRSARIENSES. PRAESIDIANTES, aut Præſidienſes. GERMANICIACENSES. CORTORIACENSES. HONORIANI FELICES GALLICANI.

Ex XVIII. Pſeudo Comitatenſibus, IX. Legiones ſequentes.

PRIMA FLAVIA GALLICANA. MARTENSES. ABRINCATENI. DEFENSORES SENIORES. MAVROSISMIACI. PRIMA FLAVIA METIS. SVPERVENTORES IVNIORES. CORNIACENSES. ROMANENSES. quorum nomina ſupra ſunt expoſita. Legiones tempore Notitiæ in præfecturas diuidebantur, quæ ex mille aut quingentis capitibus conſtabant, inquit Cōſtantinus Porphyrogenneta. [d] Vnde hæ XXI. legionum præfecturæ colligerent minimum decem millia & quingentos pedites.

d de themate Anatolico.

Ex auxilijs verò LXV. ab eodem Magiſtro XVII. accipiebat, quæ ſequuntur.

MATTIACI IVNIORES. LEONES SENIORES. BRACHATI IVNIORES. SALII SENIORES. GRATIANENSES. BRVCTERI. AMPSIVARII. VALENTINIANENSES. BATAVI. BATAVI IVNIORES. BRITONES. ATECOTTI. HONORIANI SENIORES. SAGITTARII NERVI GALLICANI. IOVII IVNIORES GALLICANI. MATTIACI IVNIORES GALLICANI. ATECOTTI IVNIORES GALLICANI. ASCARII HONORIANI SENIORES. Statuendo ducētos pedites, pro auxilio, hi eſſent 3400. Alia huius Magiſtri auxilia. XI. conſtituerent duo mille ducentos milites, qui ſimul omnes eſſent. 16100. ſed plures fuiſſe exiſtimo, quia plerunque legionis præfectura mille capiebat.

Pedites. 16100.

Vexillationes XII. habebat, duas à ſe, decem à Magiſtro equitum præſentali, videlicet tres palatinas, & ſeptem Comitatenſes. Ab ipſo pendebant. BRACHATI IVNIORES, & PRIMI GALLICANI.

Ex IX. Palatinis vexillationibus accipiebat à Magiſtro equitum tres ſequentes.

BATAVOS SENIORES. CORNVTOS SENIORES. BATAVOS IVNIORES.

Ex XXXII. Comitatenſibus VII. vexillationes habebat ſcilicet.

HONORIANOS SENIORES. HONORIANOS IVNIORES. ARMIGEROS SENIORES. OCTAVO DALMATAS. DALMATAS. PASSERENTIACOS. MAVROSALITES. CONSTANTIACOS FEROCES. Conſtituendo autem vexillationem CC. equitum duo millia & quadringentos equites habuiſſet hoc tempore, quo in anguſta Galliarum parte hic Magiſter claudebatur. Nūc ad alios illuſtres, ideſt Palatinos eſt veniendum, inter quos primus eſt præpoſitus ſacri cubiculi, cuius miniſtrorum breuiarium præfixi.

Equites 2400.

## ILLVSTRIS PRAEPOSITVS SACRI Cubiculi.

***Præpoſito ſacri cubiculi parebat.***
- *Primicerius, cui parebant.*
  - *Decani.*
- *Comes Caſtrenſis mēſam & palatium curabat, ſub quo.*
  - *Primicerius menſorum.*
  - *Primicerius cellariorum.*
  - *Primicerius pedagogi.*
  - *Primicerius Lampadariorum quorum aliqui erant.*
    - *Forma prima.*
    - *Forma ſecunda.*
    - *Forma tertia.*
- *Decuriones III.*
  - *Silentiariorum XXX.*
- *Chartularij ſacri cubiculi III. ſcribebant.*
- *Comes domorum.*

### *DE ILLVSTRI PRAEPOSITO Sacri cubiculi. Cap. XXVIIII.*

TERTIAM Claſſem Illuſtrium tenent palatini, quorum præcipuus Præpoſitus ſacri cubiculi cēſetur. Itaque primus inter eos illuſtres in indice Notitiæ recenſetur: verum nulla amplius eius fit mentio, ſed eodem modo ſe habebat, quo Præpoſitus ſacri cubiculi Orientis. Cum enim Valent inianus cum Valente fratre exercituum copias diuiſiſſet, palatinas quoque cum eo eſt partitus, quarum auctus eſt numerum, Marcellinus. [a] Militares, inquit, partiti ſunt numeri, & cum ambo fratres Sirmium introijſſent, diuiſo palatio Valentinianus Mediolanum, Conſtantinopolim Valēs diſceſſit. Palatium pro palatinis accipit, vt & alibi. Itaque ipſorum duplicatæ dignitates, ut quæ erant apud Principem Occidentalem, eædem eſſent apud Orientalem, unde duo facti ſunt cubiculorum præpoſiti: duo Magiſtri officiorum, totidem Comites largitionum, & priuatarum, & ſic de alijs. Præpoſitum cubiculi ſequitur Magiſter officiorum, cuius miniſtrorum ſummarium præmittam.

[a] lib. 26.

*Magiſter officiorū in Occidēte præſt.*

- *Scholis VI.*
  - *Scutariorum primæ.*
  - *Scutariorum ſecundæ.*
  - *Armaturarum ſeniorum.*
  - *Gentilium ſeniorum.*
  - *Scutariorum tertiæ.*
  - *Agentium in rebus, & deputatorum eius ſcholæ.*
- *Admiſſionalibus.*
- *Cancellarijs.*
- *Fabricis XIX.*
  - *In Illyrico V.*
    - *Sirmienſi ſcutorum baliſtarum, & armorum.*
    - *Acinenſi ſcutariæ.*
    - *Cornutenſi ſcutariæ.*
    - *Lauriacenſi ſcutariæ.*
    - *Salonitanæ armorum.*
  - *In Italia VI.*
    - *Concordienſi ſagittariæ.*
    - *Veronenſi ſcutorum & armorum.*
    - *Mantuanæ loricariæ.*
    - *Cremonenſi ſcutariæ.*
    - *Ticinenſi arcuariæ.*
    - *Lucenſi ſpatariæ.*
  - *In Gallijs VIII.*
    - *Argētoratenſi armorum omnium.*
    - *Martiſconenſi ſagittariæ.*
    - *Auguſtodunenſi loricariæ.*
    - *Sueſſionenſi ſcutariæ baliſtariæ & Clibanariæ.*
    - *Remenſi ſpatariæ.*
    - *Triberorum ſcutariæ.*
    - *Triberorum baliſtariæ.*
    - *Ambianenſi ſpatariæ & ſcutariæ.*
- *Scrinijs IIII.*
  - *Memoriæ.*
  - *Diſpoſitionum.*
  - *Epiſtolarum.*
  - *Libellorum.*

NOTITIA.



# NOTITIA:
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS
## Magiſtri officiorum.



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri illuſtris Magiſtri Officiorum.

SCHOLA *Scutariorum prima.*
SCHOLA *Scutariorū ſecunda.*
SCHOLA *Armaturarum Seniorum.*
SCHOLA *Gentilium Seniorum.*
SCHOLA *Scutariorum tertia.*
SCHOLA *Agentum in rebus, & deputati eiuſdem ſcholæ.*
*Scrinium memoriæ.*
*Scrinium diſpoſitionum.*
*Scrinium Epiſtolarum.*
*Scrinium libellorum.*
*Admiſsionales.*
*Cancellarij.*

### Fabricæ infraſcriptæ in Illyrico.

SIRMIENSIS *Scutorum, Baliſtarum, & Armorum.*
ACINCENSIS *Scutaria.*

*CORNVTENSIS Scutaria.*
*LAVRIACENSIS Scutaria.*
*SALONITANA Armorum.*

## Italiæ.

*CONCORDIENSIS Sagittaria.*
*VERONENSIS Scutorum, & Armorum.*
*MANTVANA Loricaria.*
*CREMONENSIS Scutaria.*
*TICINENSIS Arcuaria.*
*LVCENSIS Spataria.*

## In Gallijs.

*ARGENTORATENSIS Armorū omnium.*
*MATISCONENSIS Sagittaria.*
*AVGVSTODVNENSIS Loricaria.*
*SVESSIONENTIS Scutaria, Baliſtaria, & Clibanaria.*
*REMENSIS Spataria.*
*TRIBERORVM Scutaria.*
*TRIBERORVM Baliſtaria.*
*AMBIANENSIS Spataria & Scutaria.*
*OFFICIVM autem infraſcripti viri illuſtris Magiſtri officiorum de Schola Agentum in rebus habetur hoc modo.*
*Adiutor.*
*Subadiuuæ Adiutoris.*
*Subadiuuæ Fabricarum diuerſarum.*
*Curioſus curſus publici in præſenti.*
*Curioſi omnium prouinciarum.*
*Interpretes omnium gentium.*

## *DE MAGISTRO OFFICIORVM Occidentis. Cap. XXX.*

### COMMENTARIVM.

MAGISTRI Officiorum Occidentis officium eſt idem, quod alterius in Oriente, & eadem fermè inſignia, videlicet liber eodē modo erectus; niſi qđ hic vnius habet Principis vultū libri dorſo inſculptum, ille duorum, infra verò tres thoraces cum brachiali viſuntur, quorum duo aureos habent limbos, bullis aureis diſtinctos, item ſcuta duo, quorum alterum inflexum, aureum orbem in vmbone oſtendit aureis quernis frondibus circundatum, cuius marginem limbus aureus, aureis item bullis diſtinctus ambit. Alterum oblongum, & ipſum aureum oualem globum tenet, nigris lineis diuiſum, & luteo limbo circundatum, à quo vndique acuta ſpicula exeunt; quernæ verò frondes id circundant, illa feriendorū Rom. Imperij hoſtium, hæ conſeruandorum ciuium ſunt indices. Tertius eſt clypeus aureum orbem circulo luteo cinctum in medio continens, quem XIV. columellæ ſiue balauſtij fulciunt. Subtus aquas ſimulantes nigræ apparent lineæ. Triplex circulus luteus marginem cingit. Vtriuſque connexi Romani Imperij terra, mari que firmitatem, & robur inſinuant. Eſt & cœrulea buccula, cui quadrupes ſerpens pro criſta inſidet, duo acinaces, totidem enſes, ſpicula, hàſtis præfixæ ſecures, fuſcina ferrea ferreis thoracibus immiſſa, tuba, cuſpis, & alia armorum genera, quæ internoſci nequeunt, & pro vſu militum fabricabantur. Hæc omnia inſinuant fabricis, ideſt fabricandis armis hunc Magiſtrum præfuiſſe, quæ præcipua eius cura erat. Manuſcripti clypeos fermè eoſdem oſtendunt, qui in Magiſtro officiorum Orientis impreſſi reperiuntur, aut parum differentes, in quo ibi dicta ſufficiant. Hic Magiſter ijſdem, quibus magiſter Orientis præerat. In primis ſcholaribus palatium cuſtodientibus imperabat, ſicut & ille. Sed huius tantum quinque erant ſcholæ, illius ſeptem, quarum etiam nomina ſunt mutata. Hic enim ſcholam armaturarum ſeniorum, & ſcutariorum tertiam habebat, quę apud illum nō inueniuntur. Item hic adduntur cancellarij in Oriente omiſſi, ubi quæ de illis dicta ſunt, hic non repetuntur.

## *DE FABRICIS OCCIDENTIS. Cap. XXXI.*

FABRICIS quinque hic Magiſter in Illyrico imperabat, ſex in Italia, octo in Gallijs, erantque omnes numero XIX. cum fabricæ Orientis eſſent tantum XV. Sirmij in Illyrico fabrica ſcutorum, baliſtarum, & armorum exercebatur. Sirmienſis nuncupata. Eſt hoc oppidum in Pannonia inferiore, inter Sauum & Danubium, propè Myſiam ſuperiorem, nunc Simade vocatum, vbi etiam procurator Gynæcij degebat, & Præfectus Prætorio Illyrici, cuius erat metropolis, vt ex Synodo Aquileienſi, Gratiano imperante, celebrata conſtat. Eam vrbem maximam omnium eius regionis Herodianus, [a] appellat. Sed ea prouincia ab Attila Hunnorum rege deuaſtata, & capta, eius metropolis facta eſt Theſſalonica, demū prima Iuſtiniana. Valentinianum Sirmij palatinos, cum fratre Valente partitum fuiſſe Ammianus [b] ſcribit. Hic etiam multa iura à Diocletiano, Conſtantinoque, & Gratiano condita fuere. [c] Non omittam, quod Io. Baptiſta Fulgoſius [d] ſcribit Sirmij in vitibus interdum capreolos verè aureos inuentos fuiſſe, ex quibus aurea moneta eſt percuſſa, quæ eius tēporibus circumferebatur. In manuſcriptis pro Sermienſis ſcutorum baliſtarum, eſt fabrica ſcutorum, ſcordiſcorum, qui ſunt Pannonię populi, apud quos arma fabricata fuiſſe innuitur. Itaque ſecundū hanc lectionem VI. in Illyrico fabricæ fuiſſent, ſed non diſcedo ab impreſſo exemplari. Erat & in eadem regione Acinenſis ſcutaria id eſt ſcuta fabricabantur Acinci, quod eſt oppidum Illyrici, vbi, & excubabat legio ſecunda adiutrix ſub Duce Valeriæ. Hinc veniunt Acincenſes milites, qui in Gallijs ſub Magiſtro equitum merebant.

a in 7.
b lib. 26.
c l. 2. C. ſi contr. ius vel vtil. pub. l. 19. l. 22. l. 23. cū ſeqq. C. de pact. l. 4. C. de palatin. ſacr. larg. l. 7. C. de iur. fiſ. l. 3. C. de vi bo. rapto. l. 7. C. de iniur. l. 12. C. de quęſtio. cū infinitis alijs, præſertim ſub titulis reſtitutionum in c. poſitis.
d lib. 1. c. 6. de dictis, & fact. memorabil.

Tertia erat fabrica Cornutenſis ſcutaria: legitur oppidum Cornutum ſub Duce Pannoniæ primæ, vnde milites cornuti.

Quarta Lauriacenſis ſcutaria erat Lauriaci, ubi ſcuta fabricabantur, & inde ueniunt milites Lauriacenſes, una ex XVIII. legionibus Pſeudocomitatenſibus. Ibidem Conſtantius aliquot condidit iura. [e] Eſt in Pannonia ad oſtia Anaſi fluminis, cuius & Itinerarium meminit.

e l. 1. C. de tabular. quæ eſt l. 1. C. T. eod.

Quinta Salonitana armorum. Ptolomęus Salonianam appellat inter flumen Briuum & montem Sardonium. Notitia infra in Comite largitionum hanc ciuitatem Dalmatiæ fuiſſe ſignificat, vbi Præpoſitū theſaurorum locat. Præpoſitus, inquit, theſaurorum Salonitarum Dalmatię, ibidem purpura tingebatur. Nam ſub eodem Comite procurator Baphij Salonitani Dalmatiæ ponitur. In ea vrbe Iulianus Apoſtata quandoque iura condidit. [f] Hanc Iuſtiniani patriam fuiſſe multi autumant, [g] de qua ſupra in P.P. Illyrici. Armorum autem nomine hic non gladij vt aliàs continentur, [h] ſed caſſides, cataphractæ pectus tegentes, ocreæ, manicæ ferreæ, & ſimilia.

f l. 2. C. de ponderator. & aur. illat.
g gl. in c. ſcripſit in vet. primæ 7. q. 1.
h l. armorum. de verb. ſig.





## *FABRICAE IN ITALIA VI. Cap. XXXII.*

IN Italia verò hæ fabricæ exercebantur. Concordienſis Sagittaria. Concordia erat opulentum Venetiæ oppidum, vbi Valentinianus, [a] & Theodoſius [b] aliquot iura ſcripſerunt. Id poſtea ab Attila Hunnorum Rege circa annū ſalutis 453. ſolo æquatum. De eo loquens Paulus Diaconus. [c] Plura, prętерea, inquit, eiuſdem regionis caſtella, immanis hoſtis, vel captiuatis ciuibus ſuccenſit, ac diruit concordiam, Altinum, & Patauium vicinas Aquileiæ ciuitates, fulminis inſtar demolitionis ſolo æquauit: unde patet hanc Notitiam, ante prædictum tempus ſcriptam fuiſſe.

a l. 11. C. T. de fid. teſt. & inſtr.
b l. 3. C. de apoſtat.
c lib. 15.

Secunda Italiæ fabrica erat Veronenſis ſcutorū & armorum. Verona opulentiſſima Cænomannorū ciuitas fuit, vbi ſcuta, & arma fabricabantur. Eam, & Ticinum, ab igne & ferro abſtinens Attila diripuit, inquit Paulus Diaconus. Hic à Conſtantino, & alijs Principibus plurima condita reperiuntur iura: [d] ibidem erat præſidium Sarmatarum gentilium, de quo infra poſt Duces. Hic arma à Scutis ſeparantur, & ſunt Caſſides ac cataphractæ, vt ſupra.

d l. 3. C. fini. regun. l. 2. C. communia de ſucceſ. l. 3. C. ad l. Iul. de vi pub. & alia quamplura.

Tertia fuit fabrica Mantuana Loricaria, inſignis eſt Italiæ ciuitas, & nobilis natalibus Virgilij.

Quarta Cremonenſis ſcutaria, cuius meminit Ammianus. [e] Ad tribunum, inquit, miſera: fabricæ Cremonenſis nomine Syluani. Hic etiam ſtabat præſidiū Sarmatarum gentilium.

e lib. 15.

Quinta Ticinenſis arcuaria. Ticini quandoque Valentinianus iura condidit. [f]

f l. 11. C. Th. de legat.

Sexta Lucenſis ſpataria, vbi ſpatę ſeu enſes fabricabantur. Sunt omnes inſignes Galliæ Ciſalpinæ ciuitates, & notiſſimę.

## *IN GALLIIS FABRICAE VIII. Cap. XXXIII.*

IN Gallijs quoque erat Argentoratenſis armorum omnium, nunc Argentinam vocant. Vrbs eſt ſecundum Rhenum clariſſima, in Germania prima. Hic armorum nomine non tantum Caſſides cataphractaſq; cōtineri puto, ſed & enſes, haſtaſque & ſarta, [g] quia dicit oīum.

g l. armorum, de ver. ſi.

Secunda Matiſconenſis Sagittaria. Matiſcona Cęſari Hæduorum ciuitas ad Ararim. Martiſconenſe caſtrum uocatur in itinerario, vbi legio X. vulgo Maſcon dicitur.

Tertia Auguſtodunenſis Loricaria: Auguſtodunū eſt oppidum Hæduorum celeberrimum, olim Hędua dictum in Cemenis ſitum montibus in prouincia Lugdunenſi, nunc Auguſtunth dictum. Marcellinus [h] magni ambitus ciuitatem olim fuiſſe ſcribit, loquens enim de Conſtantio Imperatore, comperit, inquit, Auguſtoduni ciuitatis antiquę muros, ſpacioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis inualidos. Hęc ille. Reſidebat hac in vrbe etiam procurator Gynæciorum.

h lib. 16.

Quarta Sueſſionenſis Scutaria, Baliſtaria & Clibanaria. Sueſſi ſunt Heluetiorum populi, Cęſari: Auguſta eſt Veſſonum Ptolomęo, vbi legio XXV. apud Itinerarium; nunc Suillerij dicuntur.

Quinta Remenſis Spataria. Remi vel Remenſes ſunt iuxta Sequanam fluuium in Belgica ſecunda. vbi Remus metropolis, ait itinerarium. Ibidem iura quędam à Valentiniano A. condita ſunt. [i] Degebat ibi Prępoſitus argentariorum, qui auro argentoque arma ornabat.

i l. 1. C. de canſrum. vrb. Ro. 1. C. Th. de poſlim.

Sexta erat Triberorum ſcutaria. Vrbem Triueris Tranſalpinarum gentium maximam Zoſimus [k] appellat. Hic etiam degebant Prępoſiti theſaurorū, & brambaricanorum, ſeu argentariorum, & procuratores Gynæciorum, ac monetarum, quę ibi cudebantur. Hic quoque multa condita ſunt iura. [l]

k in 3.

Septima Triberorum baliſtaria. Itaque duę erant Triberis fabricę, altera ſcutorum, altera baliſtarum.

Octaua Ambianenſis ſpataria, & ſcutaria, Ambiani & ipſi ſunt in Belgica Cęſari, & Ptolomęo, vbi legio XXIII. Itinerario, vulgo Amens dicitur. Inde Valentinianus ad Prętextatum P. V. ſcripſit. [m] Hæ ſunt Occidentis fabricæ, ſub Magiſtri officiorum cura.

l l. 5. C. de fid. iur. haſt. fiſca. l. C. de his, qui pub ration. mu pec. accep. l. 9. de excuſ. mun 9. C. de profe & medic. l. 20. de admin. tuto vnic. C. quan ciuil. act. crin nal præiud. l. C. T. de priuile eor. qui in ſac palat. milit. l. C. T. de re mil cū multis alijs
m l. 1. C. The. inge. lib.

## *DE QVAESTORE. Cap. XXXIIII.*

SEQVITVR Quæſtor, qui & ipſe eadem habet inſignia, quę in Oriēte ſunt expreſſa, exceptis quibuſdam chartis conuolutis, quas hic addunt manuſcripti. Ijſdem etiam vtitur adiutoribus, quibus Quæſtor Orientis, de quibus cum ibi ſatis dictum ſit, non repętentur.

N O T I T I A.

# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS

## Quæſtoris.




N O T I T I A.

Sub diſpoſitione viri illuſtris Quæſtoris.

Leges dictandæ. Preces.

*Habet Subadiuuantes. Adiutores, memoriales de ſcrinijs diuerſis.*

Vetus codex pro, Subadiuuantes, legit, ſubaudientes.

ILLVSTRIS Comitis ſacrarum largitionum, prius quam narrationem ineamus, explicare breui tabella placuit, quibus ille imperaret, ſingula deinde etiam de noſtro more proſequemur.





*Comes largitionum Occidentis imperabat.*

- *Comitibus VI.*
  - *Comiti largitionum per Illyricum.*
  - *Comiti veſtiarij.*
  - *Comiti auri.*
  - *Comiti largitionum Italicianarum.*
  - *Comiti titulorum largitionalium per Africam.*
  - *Comiti commerciorum per Illyricum.*
- *Rationalib. XI.*
  - *Summarum Pannoniæ ſecundæ Dalmatiæ, & Sauiæ,*
  - *Summarum Pannoniæ primæ Valeriæ, & Norici.*
  - *Summarum Italiæ.*
  - *Summarū vrbis Romæ.*
  - *Summarum trium prouinciarum, Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ.*
  - *Summarum Africæ.*
  - *Summarum Numidiæ.*
  - *Summarum Hiſpaniæ.*
  - *Summarum quinq; prouinciarum.*
  - *Summarum Galliarum.*
  - *Summarum Britanniarum.*
- *Præpoſitis Theſaurorum XII.*
  - *Theſaurorum ſalonitarū Dalmatiæ.*
  - *Theſau. Scifianorū ſauiæ*
  - *Theſaur. Sabarienſium Pannoniæ primæ.*
  - *Theſau. per Italiam Aquileiæ.*
  - *Theſau. Mediolanenſium Liguriæ.*
  - *Theſau. vrbis Romæ.*
  - *Theſau. Auguſtæ Vindelicēſis Rhetię ſecūdæ.*
  - *Theſau. per Gallias Lugdunenſes.*
  - *Theſau. Arelatenſium.*
  - *Theſau. Hommaſenſiū.*
  - *Theſau. Triberorum.*
  - *Theſau. Auguſtenſium in Britannis.*
- *Præpoſitis brambaricariorum ſiue argentariorum. III.*
  - *Argentariorum Arelatenſium.*
  - *Argētariorū Rhemēſiū.*
  - *Argētariorū Triberorū.*
- *Præpoſitis Baſtagarum. V.*
  - *Baſtagæ primæ Orientalis, & quartæ.*
  - *Baſtagæ ſecundæ Orientalis, & tertiæ.*
  - *Baſtagæ tertiæ Orietalis.*
  - *Baſtagę quartę Orietalis*
  - *Baſtagæ primæ Gallicanorum, & quartæ.*

*Comes largitionum Occidentis imperabat etiā.*

- *Procuratoribus monetarum. VI.*
  - *Monetæ Sciſſianæ.*
  - *Monetæ Aquileienſis.*
  - *Monetæ vrbis Romæ.*
  - *Monetæ Lugdunenſis.*
  - *Monetæ Arelatenſis.*
  - *Monetæ Triberorum.*
- *Procuratoribus Gynegij. XV.*
  - *Gynegij Baſſianēſis Pannoniæ ſecundæ.*
  - *Gynegij Sirmienſis Dalmatiæ à Spalato.*
  - *Gynegij Aquilienſis Venetiæ inferioris.*
  - *Gynegij Mediolanenſis Liguriæ.*
  - *Gynegij vrbis Romæ.*
  - *Gynegij Canuſini, & Venuſini in Apulia.*
  - *Gynegij Carthaginenſis Africæ.*
  - *Gynegij Arelatenſis prouinciæ Viennenſis.*
  - *Gynegij Lugdunenſis.*
  - *Gynegij Remenſis Belgicæ ſecundæ.*
  - *Gynegij Tornacenſis Belgicæ ſecundæ.*
  - *Gynegij Triberorum Belgicæ primæ.*
  - *Gynegij Auguſtoduni.*
  - *Gynegij in Britannis Bentenſis.*
- *Procuratoribus linificij. II.*
  - *Linificij Bienenſis Galliarum.*
  - *Linificij Rauennalium Italiæ.*
- *Procuratoribus Baphiorum. IX.*
  - *Baphij Tarentini Calabriæ.*
  - *Baphij Salonitani Dalmatiæ.*
  - *Baphij Ciſſenſis Venetię, & Hiſtriæ.*
  - *Baphij Siracuſani Siciliæ.*
  - *Baphiorum omnium per Africam.*
  - *Baphij Girbitani prouinciæ Tripolitanæ.*
  - *Baphij inſularum balearium in Hiſpania.*
  - *Baphij Telonenſis Galliarum.*
  - *Baphij Narboneaſis.*

# N O T I T I A.

# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS

## Comitis ſacrarum largitionum.




## N O T I T I A.

### Sub diſpoſitione uiri illuſtris Comitis Sacrarum largitionum.

COMES Largitionum per Illyricum.
COMES Veſtiarij.
COMES Auri.
COMES Largitionum Italicianorum.
COMES Titulorum largitionalium per Africam.

### Rationales.

RATIONALES ſummarum Pannoniæ ſecundæ, Dalmatiæ, & Sauiæ.
RATIONALIS ſummarum Papponiæ primę, Valeriæ, Horici Mediterranei & Ripenſis.
RATIONALIS ſummarum Italiæ.
RATIONALIS ſummarum vrbis Romæ.
RATIONALIS ſummarum trium Prouinciarum, ideſt Siciliæ, Sardinię, & Corſicæ.
RATIONALIS ſummarum Africæ.
RATION. ſummarum Numidiæ.
RATIONALIS ſummarum Hiſpaniæ.
RATION. ſummarum quinque prouinciarum.

RATIO-



RATIONALIS ſummarum Galliarum.
RATIONALIS ſummarum Britanniarum.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Salonitarum Dalmatiæ.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Siſcianorum Sauiæ.
PRAEPOS. Theſaurorum Sabarienſium Pannoniæ primæ.
PRAEPOSITVS Theſaurorum per Italiam Aquileiæ.
TRAEPOSITVS Theſaurorum Mediolanenſium Liguriæ.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Vrbis Romæ.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Auguſtæ Vindelicenſis, Retiæ ſecundæ.
PRAEPOS. Theſaurorum per Gallias Lugdunenſes.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Arelatenſium.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Nemauſenſium.
PRAEPOSITVS Theſaurorum Triberorum.
PRAEPOS. Theſaurorum Auguſtenſium in Britannis.

### Procuratores Monetæ.

PROCVRATOR Monetæ Siſcianæ.
PROCVRAT. monetæ Aquileienſis.
PROCVRATOR monetæ Vrbis Romæ.
PROCVRAT. monetæ Lugdunenſis.
PROCVRAT. monetæ Arelatenſis.
PROCVRAT. monetæ Triberorum.

### Procuratores Cynegiorum.

PROCVRATOR Cynegij Baſſianenſis Pannoniæ ſecundæ tranſlati Salonis.
PROCVRAT. Cynegij Sirmienſis Pannoniæ ſecundæ.
PROCVRAT. Cynegij Iouienſis Dalmatiæ à Spalato.
PROCVRAT. Cynegij Aquileienſis Venetiæ inferioris.
PROCVRATOR Cynegij Mediolanenſis Liguriæ.
PROCVRAT. Cynegij Vrbis Romæ.
PROCVR. Cynegij Canuſini & Venuſini in Apulia.
PROCVRAT. Cynegij Carthaginenſis Africæ.
PROCVRAT. Cynegij Arelatenſis Prouinciæ Viennenſis.
PROCVR. Cynegij Lugdunenſis.
PROCVRAT. Cynegij Remenſis Belgicæ ſecundæ.
PROCVRAT. Cynegij Tornacenſis Belgicæ ſecundæ.
PROCVRAT. Cynegij Triberorum Belgicæ primæ.
PROCVRAT. Cynegij Auguſtoduni tranſlati Metis.
PROCVR. Cynegij in Britannis Bentenſis.
PROCVRAT. Linificij Biennenſis Galliarum.
PROCVRAT. Rauennatium Italiæ.

### Procuratores Baphiorum.

PROCVRATOR Baphij Tarentini Calabriæ.
PROCVRATOR. Baphij Salonitani Dalmatiæ.
PROCVRATOR Baphij Ciſſenſis Venetiæ & Hiſtriæ.
PROCVRATOR Baphij Siracuſani Siciliæ.
PROCVRATOR Baphiorum omnium per Africam.
PROCVRATOR Baphij Girbitani Prouincię Tripolitanæ.
PROCVRATOR Baphij inſularum Balearium in Hiſpania.
PROCVRATOR Baphii Telonenſis Galliarum.
PROCVRAT. Baphii Narbonenſis.

### Præpoſiti Brambaricariorum ſiue Argentariorum.

PRAEPOSITVS Branbaricariorum ſiue Argentariorum Arelatenſium.
PRAEPOSITVS Brambaricariorum ſiue Argentariorum Rhemenſium.
PRAEPOSITYS Brambaricarior. ſiue Argentariorum Triberorum.

### Præpoſiti Baſtagarum.

PRAEPOSITVS Baſtagæ primæ Orientalis & quartæ.
PRAEPOSITVS Baſtagæ ſecundæ Orientalis & tertię.
PRAEPOSITVS Baſtagæ tertiæ Orientalis.
PRAEPOSITVS Baſtagæ quartæ Orientalis.
PRAEPOSITVS Baſtagæ primæ Gallicanorum & quartæ.
COMES Commerciorum per Illyricum.
OFFICIVM autem viri illuſtris ſupraſcripti Comitis ſacrarum Largitionum habet.
PRIMICERIVM totius Officij.
PRIMICERIVM Scriniorum Canonum.
PRIMICERIVM Scriniorum Tabulariorum.
PRIMICERIVM Scriniorum Numerariorum.
PRIMICERIVM Scriniorum Aureæ Maſſæ.
PRIMICERIVM Scriniorum Auri ad reſponſum.
PRIMICERIVM Scrinij Veſtiarij Sacri.
PRIMICERIVM Scrinij ab Argento.
PRIMICERIVM Scrinij a Miliarenſibus.
PRIMICERIVM Scrinij a pecunijs, & cæteros

ros

*vos Scriniarios.*

*Secundicerium officijs, qui Primicerius eſt exceptorum.*

*TERTIOCERIVM Officij, qui tractat Baſtagas.*

## *DE ILLVSTRI COMITE SACRArum largitionum. Cap. XXXV.*

### COMMENTARIVM.

COMES Largitionum Occidentis ferè eodem modo ſe habet, quo Orientis, exceptis miniſtris quibus hic quandoque pluribus vtitur, & hic in Notitia latius clariuſque diſtinguuntur, ſigillatim enim inferiores Comites largitionum, Rationales, Procuratores diuerſorum negociorum, Præpoſitoſque recenſet, quod in Oriente non eſt obſeruatum.

Comites Largitionum inferiores in Oriente ſex erant, quot & diœceſes; hic verò quinque tantùm, ex quibus tres in totidem diœceſibus pluribus ſtipēdia ſoluendo largitionum officium exercebant, videlicet in Illyrico, Italia, & Africa. In Gallijs, & Hiſpania nullus largitiones procuraſſe inuenitur, qđ, vt puto, hoc tempore hæ diœceſes à Barbaris vexarentur aut detinerentur; quidam tamen in his Præfecti & Procuratores, qui antè ibi eſſe conſueuerant, infra referuntur. Itaque duobus largitionum Comitibus, qui in Hiſpanijs, & Gallijs eſſe ſolebant, prætermiſsis, alios referemus. Primus per Illyricum largitiones tractabat, eiuſque diœceſeos tributa, ac vectigalia exigi, ac militibus ibi degentibus, magiſtratibus, alijſque ſtipendia perſolui procurabat. Secundus Comes Largitionum erat in Italia. Sed inter hunc & præcedentem à Notitia duo Comites interſeruntur, ſcilicet veſtiarij & auri, ille veſtes Principis, lintea ſtragulas, mantilia, aulæa, & huiuſmodi alia cuſtodiebat. In Oriente pro hoc Magiſter lineæ veſtis, & priuatæ ponitur, vnde vtriuſque officio hic fungebatur. Ne verò vlla harum veſtium ſubtrahi, vel perire poſſet, in officio Comitis largitionum ſcrinium ſacri ueſtiarij erat, in quo numerus omnium veſtium ſub Primicerio erat deſcriptus.[a]

a l.2.C. de milita. ueſte.

Alter Comes auri dicebatur, forſan qui argentum auro permutari, & in maſſam confiari curabat, vnde in officio largitionum erat ſcrinium aureæ maſſæ, in quo huius negocij rationes ſcribebātur. Fortè intelligitur, qui auri fodinis, & metallis præerat, aut qui tractabat aurum ad reſpōſum, cuius ſcrinij ſcribas Gratianus Perfectiſsimorum titulo honeſtat.[b] Quia verò veſtiarij Comiti hic coniungitur, fortè is intelligitur, qui anulos aureos, coronas, torques, & alia principis ornamenta cuſtodiebat. In Oriente hic non legitur. Sed fortè eius officio Præfectus theſaurorum, aut Comes metallorũ fungebatur in Occidente omiſsi, quorum vices hic auri Comes implere poterat.

b in l.ſcrinijs, C. de palatin. ſacra. largic.

Secundus Comes largitionum Italicianarum, ſed quartus in numero Comitum, largitionibus in Italia faciendis præerat, vbi ſtipendia militibus, alijſque perſolui curabat.

Vltimus ſequitur Comes titulorum largitionaliũ per Africam, qui dona & ſalaria in ea prouincia facienda tractabat. Hi omnes locum Comitis primi largitionum tenebant, eiuſque mandata exequebantur.

Rationales quoque vndecim in diuerſis prouincijs canones arcæ largitionum debitos, & tributa, vectigaliaque exacta, & exigenda ſcribebant, eorũq; rationes quiſque in ſua prouincia notabat, qui Rationales ſummarum, ideſt pecuniæ vocabantur. Id enim hic ſumma ſignificat, vt ſępe in iure accipitur.[c] Quandoque Rationales, aut procuratores ſummæ rei appellantur,[d] ſic Iulianus Apoſtata verecundum Rationalem ſummarum nominat,[e] ideſt, pecuniarũ Principis. officium ſeu cohortales habebant, qui bona non ſoluentium tributa ſub haſta vendebant. Cōſtantinus Fauſtino Præſidi Beticæ,[f] ſiquis, inquit, fundum, aliamvè rem ob ceſſationem tributorum, vel veſtium, auri, argentique debitum, quæ annua exactione ſoluuntur, ſub haſta diſtracta comparauerit, perpetuam emptionis obtineat firmitatem, nihil interſit, vtrum officium ſummæ rej procuratoris, an rectoris prouinciæ, id quod debitum fuerit, propoſuerit. Hæc ille. Hi etiam officiales Rationales vocantur,[g] quod etiam de omnibus rationes tractantibus, poteſt intelligi. Ijdem procuratores appellabantur, Lampridius,[h] vbi aliquis, inquit, voluiſſet, procuratores, ideſt rationales ordinare, nomina eorum proponebat, & ſi quandoque pro diuerſis ponuntur, prædicti vero Rationales erant ſequentes, viri perfectiſsimi nũcupati,[i] ita enim Symmachus[k] ad Theodoſiũ ſcribens Baſsianũ Rationalem appellat. Hoc nomine eos, & imperator ita honeſtabat.[l] GRAVITAS TVA.

c l.ſcire debemus 29.ff.de ver.obli.

d l.7.C.vbi cauſ. fiſcal.

e in l.7.C.T.de iur. fiſc.

f in l. ulti. C.ſi propt.publ.pēſi.

g l. officiales rationales, C. de epiſto. & cler.

h in Alexandro.

i l.2. C. de bon. vacan.

k lib.1. epiſtola.

l l. 1. C. de his, qui ſe defer.

RATIONALIS ſummarum Pannoniæ ſecundæ Dalmatiæ, & Sauiæ.

RATIONALIS ſummarum Pannoniæ primæ, & Valeriæ, Norici mediterranei & Ripenſis.

RATIONALIS ſummarum Italiæ, vrbis Romæ, cuius ſub Conſtantio Rationalis Victor fuit,[m] qui, vt alij Rationales de cauſis fiſcalibus cognoſcebat.[n]

m in l. 14. C.T. de appella.

n d.l.14.

RATIONALIS trium prouinciarum, ideſt, Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, quarum Conſtantino imperante Eufraxius Rationalis fuit.[o] Cui Gerulus ſucceſsit,[p] mox Callepius.[q] Ob vicinitatem his tribus inſulis vnus ſufficiebat rationalis.

o l. 1.C.de ſuſce. & arcar.l.2.C.T. eo.l.1.C. de pōd. & auri illat.

p l.hi.C.T.com. diuidund.

q l.5.C.T.de petit. vltr.dat.

RATIONALIS ſummarum Africæ, quo officio ſub Conſtantino Maximus fungebatur.[r] Huius Rationalis meminit in Gordianis Capitolinus.

r l.1. C.T.de metall. & metallæ.

RATIONALIS ſummarum Numidiæ, cuius ſub eodem Conſtantino Rationalis erat Iuuenalis.[s]

ſ l.4.C.Theo.de bon. vacan.

RATIONALIS ſummarum Hiſpaniæ, qui proprium officium, quemadmodum alij Rationales, habebat.[t] Conſtantinus rationali Hiſpaniarum, is, inquit, cuius tacitè fidei commiſſa eſt hæreditas, officio grauitatis tuæ nunciet.

t l. 1. C. de his, qui ſe defer.

RATIONALIS ſummarum quinque prouinciarum, videlicet Hiſpaniæ vlterioris, trans Iberum, ſcilicet Carthaginenſis, Luſitaniæ, Galliciæ, Beticæ Transfretanæ ſeu Tingitanæ, vt diuidit Sext. Ruffus.

RATIONALIS ſummarum Galliarum, & RATIONALIS Britanniarum, quæ regiones, & ſi eo tempore magna ex parte à Barbaris occupatæ, ſuos tamen retinuere Rationales, qui vbi poterant, officiũ exercebant. In Oriente vnus nominatur Rationalis, & Comes ſummarum Aegypti. In alijs eius prouincijs Comites largitionum per omnes diœceſes eorũ fungebantur officio. In Occidente verò per XI. regiones erant diſpoſiti, de quorum auctoritate, & officio in Oriente eſt dictum.

## *DE PRAEPOSITIS THESAVRORum. Cap. XXXVI.*

EXACTA ex oppidorum vectigalibus pecunia in munitũ prouinciæ locum deferebatur, inde ad Comitatum mittenda.[u] Locus ille Theſaurus vocabat, eius cuſtodes theſaurēſes, & qui præcipuam eorum curam habebāt, Theſaurorũ præpoſiti, qui XII. hic recitantur, quot erant theſauri, ſeu loca, in quibus ſumma pecuniæ ex prouincia exactæ conſeruabatur. Nullus verò Africæ aut Hiſpaniarum theſaurus nominatur, etſi ſupra earum Rationales ſint deſcripti. Quod occupatis tum his prouincijs à Barbaris, ſola prioris ſtatus veſtigia permanebāt. Prępoſiti igitur in prouincijs theſaurorum erant ſequentes.

u l. 1. C. de can. largit.tit.

PRAE-



1 PRAEPOSITVS Theſaurorum Salonitarum Dalmatiæ. Hic degebat Salonæ, quæ eſt vrbs ad mare Hadriaticum Ab Aſinio Pollione, imperante Auguſto expugnata, vbi depoſito imperio Diocletianus in hortis à ſe conſitis conſenuit, vt Euſebius Victor & Eutropius tradunt. Hic erat etiam fabrica armorum, & purpuræ baphium, & aliquot iura ibi ſunt condita.[a]

a l.2.C.de pōderat. & aur. illat.

2 PRAEPOSITVS Theſaurorum Siſcianorum Sauiæ, hic morabatur Siſcis. Alij ſcribunt Sciſciæ ubi etiam moneta cudebatur, & eſt propè Albanum mōtem, citra Sauum in regione Pannoniæ ſuperioris, quam Notitia Sauiam uocat.

3 PRAEPOSITVS Theſaurorum Sabarienſium Pannoniæ primæ; pro Sabaria alij ſcribunt Sauaria; eſt oppidum inter Danubium, & Sauarium flumen, vbi erat alius theſaurus. Ibi Conſtantius & Valentinianus aliquot iura ſcripſerunt.[b]

b li.6.C.The.de pet. & vltr.dat.l.15. C.The.de ſuſcep. & arcar.l.3. C.Th.de auro coro.

4 PRAEPOSITVS Theſaurorum per Italiam Aquileiæ. Hæc fuit prima vrbs poſt Romam in Italia, vbi Maximinus Cæſar eſt occiſus: Eam Attila anno ſalutis 453. euertit.[c] Hic etiam plura iura condita fuere.[d] Secunda Roma eſt appellata,[e] Alij Romanam ſeu Romantianam[f] vocant.

c Paulus Diaco. Caſsiodo. D. Proſper.

d l.7.C.de anno. & tribut. lib.25. C. de decurio.li. 4. C. de maleficl.7.& 9.C.de murilegul. l.pen. C. de dilat.l. 11. C. qui dar. tut poſſ.

e Leãdri Coſmographus.

f Martyrologiũ. 22.Iunij.

5 PRAEPOSITVS Theſaurorum Mediolanenſiũ Liguriæ, Mediolanum inter vrbes Galliæ Ciſalpinæ Inſubrum opulentiſsimum, olim in Liguria fuit, nunc caput Longobardiæ, vbi plura iura fuere ſcripta.[g]

g l.2. C.de bon. vacan.l.3.C.de aſſeſſor. li. 7. C.de defenſorib.ciuit. l.1.C.de ſportul. l.5.C. de iuriſdi. om.iud.l. 9.C.de pig.acti.l.1.C.de tutō. uel curat.illuſtr. perſon. l.2. C.quan.mul tut. offic.fung. & alia multa.

6 PRAEPOSITVS Theſaurorum vrbis Romæ.

7 PRAEPOSITVS Theſaurorum Auguſtæ Vindelicienſis Rhetiæ ſecundæ Auguſta Vindeliciorum vocatur prope Lycum amnem in Vindelicia poſita.

8 PRAEPOSITVS Theſaurorum per Gallias Lugdunenſes.

9 PRAEPOSITVS Theſaurorum Arelatenſium, Arles nunc dicitur, vrbs opulentiſsima in prouincia ad ripam Rhodani ſita. Hic cudebatur moneta, argentum armis inducebatur, & procurator Gyneciorum degebat. Aliquot etiam iura ibi condita reperiuntur[h] eius & Iureconſulti meminerunt.[i]

h l. 5.& 6.C.Th. de appellat.

i l.34. de vſufru. leg. l.19. de inſtitor.

10 PRAEPOSITVS Theſaurorum Nemautenſium. Namautium, nunc Nimes uocatur, eſt in Narbonenſi inter Ararim & Monobium flumina. Nemaſia à Valentiniano appellatur,[k] ſed mendoſè, ut puto.

k in l.ult. C.Th. de ponde. & aur. illat.

11 PRAEPOSITVS Theſaurorum Triberorum; ſunt in Gallia Belgica, ut in fabricis Galliarum eſt dictum. Hic etiam moneta cudebatur, fabrica exercebatur, argento arma ornabantur, & Gynæciorum procurator degebat, pluraque iura ibi condita fuere.[l]

l vt ſupra in fabricis Galliarum dixi.

12 PRAEPOSITVS Theſaurorum Auguſtenſium in Britannia Hi Præpoſiti cum miniſtris a Valentiniano A. appellantur Theſaurenſes,[m] qui nauibus neceſſarias ad Largitiones ſpecies tranſuexiſſe creduntur, quia Theſaurenſium claſsis à Leone appellatur.[n] Sed ego uereor, nè ibi Theſaurenſium numerus ob multitudinem hominum claſsis uocetur, qui ſine probatoria Principis, quæ ex ſcrinio epiſtolarum emanabat, creari non poterant. Nunc ad alios largitionum miniſtros, ideſt, Procuratores eſt tranſeundum.

m l.2.C.de pala. ſacrar.largit.

n in l.vlt.§.item ſcrinij ſacrarum epiſtolarũ. C.de diuer.offic.

## *DE PROCVRATORIBVS Monetæ. Cap. XXXVII.*

TRIGINTA duo procuratores eidem Comiti parebant, nēpe VI. monetæ, XV. Gynęciorum, & IX. baphyorum. Monetam non ciuitates, non Præſides, Vicarijve, aut P.P. cudebant, ſed hæc facultas à Principe Magiſtro largitionum demādabatur, vt qui Principis pecuniam tractabat, eam quoque percuti curaret. In Occidente VI. tantum in locis moneta ſignabatur, quibus totidem procuratores præerant, videlicet.

1 PROCVRATOR monetæ Sciſcianæ. Sciſciam vrbem Sauiæ in Pannonia ſecunda, ſeu inferiore Notitia in eius Duce collocat, vbi degebat Tribunus cohortis III. Alpinorum, & ibidem ſtationem claſsis Aegentenſium habebat.

2 PROCVRATOR monetæ Aquileienſis; Aquileiæ enim tantum moneta in Italia imprimebatur, & Romæ, Aquileia, inquit Herodianus,[o] vrbs magna populo abundabat, ac uelut Italiæ quoddam emporium ad mare ſita, quaſique terminus Illyriæ copiā rerum è continente per terram, fluuiosque conuectam nauigantibus ſuggerebat. Ex quo factum, uti ſemper ingentem ciuium numerum, etiam magna vis hoſpitum ac mercatorum eam vrbem frequentaret. Hæc ille. Ad ipſam Flumine aduerſo onerarijs nauibus, per Natiſonem Fluuium plus ſtadiis LX. nauigabatur, vinum, oleum, mancipia, pelles, iumentaque eo ab illyricis gentibus ſubuehebantur, inquit Strabo in quinto.

o in 8.

3 PROCVRATOR monetæ vrbis Romæ. In æde Iunonis monetæ, quæ eſt in tertia vrbis regione, pecuniam Romæ percuſſam fuiſſe auctor eſt Suidas,[p] cum Romani, inquit, pecunia indigerent in bello cōtra Pyrrhum & Tarentinos, Iunoni ſupplicarunt, quæ reſpondit, non defuturam illis pecuniam, ſi armis iuſtè vterentur, quod cum illis ex voto ſucceſſiſſet, iunonem monetam ſunt venerati, & ob conſilium in eius templo monetam cudi voluerunt. Hæc Suidas: Liuius,[q] & Cicero[r] aliam Iunonis monetæ originem tradunt.

p ĩ uer. μονήτα.

q lib.1.

r in 1.diuin.

4 PROCVRATOR monetæ Lugdunenſis.

5 PROCVRATOR monetæ Arelatenſis, de qua vrbe ſupra. Imperante Iuſtiniano hic non vultus Principis, ut alibi, monetæ imprimebatur, ſed ipſorum Arelatenſium inſigne. Procopius,[ſ] vt Gallias, inquit, Germani haberent, Iuſtinianus permiſit. ex quo tempore Principes Germanorum Maſsyliam, & cetera circa id mare, loca tenuerunt, vnde & Arelate reſident. Aureum numum natiuo è Galliarum metallo hi cudunt, non Romani Imperatoris, vt ceteri ſolent, imagine, ſed ſua impreſſa, qui erat genius forma hominis alati percuſſus. Hæc ille.

ſ lib. 3. de bello Gottho.

## *DE PROCVRATORIBVS Cynegiorum, aut Gynæciorum. Cap. XXXVIII.*

CYNEGIVM locum eſſe ait Suidas, in quo feræ conficiebātur, vt erat Amphitheatrum vel leporarium à κυνὸς, quod canem ſignificat. Hanc κυνηγίαν, Iuſtinianus appellat,[t] ſi ita legamus, venatio intelligeretur, qua feræ capiebantur ad Principis comitatum & menſam tranſmittendæ, & aliæ ad ſpectacula populo in Amphitheatro exhibendæ. Verum Cynegij lectionem non probo; Nam huic ſtudio non certi procuratores, ſed Duces in limitib. vacabant, qui vrſos, leones, aliasque feras uiuas ad Principem mittebant, nec vltra ſeptem dies in ciuitatibus, per quas meabant, retineri poterant, nè ciues, qui illis cibaria miniſtrabant, nimis onerarentur.[u] Deinde ſtultum, ut puto, fuiſſet tot procuratores in prouincijs venandi cauſa aluiſſe, qui nec Comiti largitionum, ſed potius caſtrēſi obſequi debuiſſent. His accedit, quòd in Oriente nulli Cynegiorum procuratores leguntur. Quare ſcriptorum culpa impreſſum exemplar deprauatum fuiſſe non dubito, & pro CYNEGIO GYNAECIVM reponendum, ut habent manuſcripti, & Notitia Orientis. Poſtremò nulli in Occidente Gynæciorum procuratores inuenirētur, qui texēdis tot Principis, militumve

t in Nouell. 105. §. 1. ſeu Auth. de conſulibus.

u l.2.C.Theo.de venat.fera.

veſtibus,

veſtibus,nauium uelis,ſtragulis,linteis,& alijs ad inſtruendas manſiones erant neceſſarij. Quot eſſent in Oriente,non exprimitur : ſed in Occidente XV. diuerſis in prouincijs Gynæcia procurabant; duo in Illyrico , quatuor in Italia,vnus in Africa,duo in Gallijs,quinque in Belgis,& vnus in Britannijs, præter alios duos linificij procuratores . Erant autem ſequentes .

1 PROCVRATOR Gynæcij Baſsianenſis Panoniæ ſecundæ tranſlati Salonis. Hæc textrina conſueuerat eſſe Salonæ , quam diximus eſſe in Dalmatia , ad littus maris Hadriatici : Inde , ut credo , propter Barbarorum excurſiones Baſsianam eſt tranſlata , quæ urbs eſt in Pannonia inferiore , ſiue ſecunda, prope Sauum flumen ad radices montis Tharſij,vbi hic procurator telas texi curabat .

2 PROCVRATOR Gynæcij Sirmienſis Panoniæ item ſecundæ . Sirmium Danubium verſus propius Septentrionem non longe diſtat a Baſsiana, de quo ſupra in Fabricis .

3 PROCVRATOR Gynæcij Ionenſis Dalmatiæ à Spalato . Hic fuit palatium Diocletiani propè Salonam , inquit Volaterranus , & quoniam ſe Iouem, vel Iouium appellabat , præter milites quos Iouianos dixit , etiam hanc regionem Spalato proximiorem à ſe Iouiam nominauit , vbi hoc tempore à Spalato propter vicinos hoſtes remotum Gynæcium exercebatur .

4 PROCVRATOR Gynæcij Aquilcienſis Venetiæ inferioris : ſuperior enim Venetia eſt ultra Tilauentum flumen, alij dicunt Natiſonem .

5 PROCVRATOR Gynæcij Mediolanenſis Liguriæ.

6 PROCVRATOR Gynæcij vrbis Romæ , vbi præcipuè rerum precioſarum textrina erat.

7 PROCVRATOR Gynæcij Canuſini, & Venuſini in Apulia ; Canuſium eſt iuxta Aufidum amnem propè Cannas, vbi memorabilem cladem ab Hannibale Romani acceperunt, non longè abeſt a Venuſia patria Horatij poetæ.

8 PROCVRATOR Gynæcij Carthaginenſis Africæ. Hoc ſolum Gynæcium erat in Africa .

9 PROCVRATOR Gynæcij Arelatenſis prouinciæ Viennenſis . olim Vienna erat caput Allobrogum , vnde Viennenſis ad Rhodanum vſque extendebatur,ac Arelate continebat.Hic erat etiam locus theſauri , & brambacariorum, vbi & iura Conſtantinus condidit , [a] & moneta cudebatur . Eiuſque meminerunt iureconſulti . [b]

a l.6. C.T. de appellat.
b l.13. de inſti.l. 34. de uſufr.leg.

10 PROCVRATOR Gynæcij Lugdunenſis . Hic etiam erat theſaurus Principis , & moneta percutiebatur .

11 PROCVRATOR Gynæcij Remenſis Belgicę ſecundæ Remi non longè abſunt Pariſijs ultra Sequanam fluuium in Belgica ſecunda apud itinerarium , ibi quoque erat fabrica ſpataria , præpoſitus brambacariorum , ibi idem Valentinianus quandoque iura ſcripſit . [c]

c l.1. C. de can. frum. urb. Rom. l.1.C. d poſtlim.

12 PROCVRATOR Gynæcij Tornacenſis Belgicæ ſecundæ, vulgo Tornac. itinerarium legit Turracum .

13 PROCVRATOR Gynæcij Triberorum Belgicæ primæ. Triberi aliàs Treuirenſes dicũtur:apud quos & Comes priuatarum ſuum gynæcium priuatum habebat.

14 PROCVRATOR Gynæcij Auguſtoduni tranſlati Metis . Auguſtodunum eſt in montibus Cemenorum in Burgundia , quo Metis tranſlatum eſt gynæcium : Metis autem non longè eſt à Triberis .

15 PROCVRATOR Gynæcij in Britannijs Drẽteuſis .

PRAETER hos erant & Procuratores Linificij ad comparandum linum inſtituti duobus in locis. in quibus magna colligebatur lini copia . Primus erat Biennenſis Galliarum ; puto legendum Biernenſis , prope montes Pyreneos in Gallijs, vel Viennenſis , quæ eſt metropolis Delphinatus in Allobrogibus inter Iſaram & Rhodanum flumina : Galliæ, inquit Plinius , loquens de lino , hoc reditu cenſentur : In Aemilia uero Italiæ Fauentinum linum laudat . Alius erat in Italia Procurator linificij Rauennatium etiam nunc lini prouentu celebratorum, qui linum ad lintea , mantilia , induſia,aliaſque ueſtes ad vſum Principis & aulæ excoli , conficique curabat. Rauennam , vt auctor eſt Zoſimus , [d] Imperii ſedem Honorius tranſtulit , vbi plura ipſe iura,& alij ſequentes Principes condiderunt . [e] Rauenna , inquit,eſt metropolis Flaminię,priſca ciuitas, colonia Theſſalorum Rhene dicta , quòd eam aquæ ab omni parte circumfluunt,non autem , velut Olympiodorus Thebanus ait, quòd Rhemus Romuli frater huius vrbis conditor fuerit . Hoc enim Quadrato relinquere debuerat,qui de hac vrbe in hiſtoria Marci Principis id commemorauit : Hæc Zoſimus . Iornandes [f] eam ad oſtia Eridani amœniſsimum portum habuiſſe ſcribit , CCL. naues tutiſsima ſtatione continentem : is tum Iuſtiniano imperante , in ſpacioſiſsimos,& ſpecioſiſsimos hortos cõuerſus erat ; Vrbs ipſa Trigemina tribus etiam nominibus appellabatur , prima Rauenna,vltima Claſsis, media Cęſarea,inter urbem & mare plena mollitie , arenaque munita , & vectationibus apta.Hæc Iornandes .

d in 5.
e l.10.C.de iure fiſc.l.4.C.de bo. vacã.l.2.C.utiur. cert.temp. crim. act.l.fi. C. de reeg.reis.l.35. C.d adult.l.viii.C.de his qui accu.poſ. l.9. C. de reuoc. donat.l.fin. C.de poſtlim. reuerſ.
f de reb.Geticis.

## DE PROCVRATORIBVS Baphiorum. Cap. XXXIX.

NOVEM alij ſub eodem Comite Largitionum Occidentis erãt Procuratores Baphiorũ, in quibus totidem in locis purpura ad vſum Principis , lana , & ſericum tingebantur , [g] quod a priuatis fieri primu . Nero prohibuit , ut auctor eſt Tranquillus , [h] poſt quem alij Principes id capitali pœna impoſita diſtrictius uetarunt . Gratianus [i] ad Fauſtum Comitem largitionum,fucandæ,inquit,aut diſtrahendæ purpuræ vel in ſerico, vel in lana facultatem nullam habere poſsit priuatus : ſin autem aliquis ſupradicti muricis vellus vendiderit , fortunarum & capitis ſciat ſe ſubiturum diſcrimen : Cum ergo vſus purpuræ ad ſolum Principem ſpectaret , pluribus in locis coquebatur, & eius ueſtes tingebãtur.Baphiorum autem erant hi procuratores .

g l.1.C. quæ res ven. poſſ. l.3. & ſeq. C. de veſtib. holob.
h cap.22.
i in l.1. C. q̃ res ven. non poſſ.

PROCVRATOR Baphij Tarentini Calabriæ;nota eſt ciuitas,ubi purpura excoquebatur .

PROCVRATOR Baphij Salonitani Dalmatiæ, de quo ſupra .

PROCVRATOR Baphij Ciſſenſis Venetiæ , & Hiſtriæ, pro Ciſſenſis, lego Ciſtenſis, genus eſt tincturæ ; florem ciſti roſaceum uel;puniceum imitans, auctore Plinio , & Dioſcoride . Rhodinum iura appelant , [k] colorem ciſsites gemmæ intelligit, quæ, inquit Plinius , [l] in candido collucet . hederæ foliis ſimilis. Hoc Baphium per totam ferè Venetiam Hiſtriamque exercebatur : vnde Ciſſenſis loci nomen eſſe non poteſt .

k l.3 C. de uſſibus holober.
l lib.37. c.15.

4 PROCVRATOR Baphii Syracuſani Siciliæ. Siracuſis in Sicilia tingebatur lana & ſericum.

5 PROCVRATOR Baphiorum omnium per Africam ; quæ plura erant , ſed eorum loca reticentur .

6 PROCVRATOR Baphij Girbitani prouinciæ Tripolitanæ .

7 PROCVRATOR Baphii inſularum Balearium in Hiſpania , nunc Maiorica & Minorica appellantur .

8 PROCVRATOR Baphii Telonenſis Galliarum ; lego Tollonenſis , à Tollona prope Maſsiliam ad littus maris.

9 PROCVRATOR Baphii Narbonenſis in Galliis .





## DE PRAEPOSITIS BRAMBAricanorum , ſeu Argentariorum. Cap. XL.

ARGENTARIOS à Barbaricariis, tam Conſtantinus [a] quàm Gratianus, [b] de officio Comitis largitionum agens diſtinguit. Notitia vero ferè pro ijſdem ponit & Brambaricarios uocat. Leo A. [c] Barbarios mendoſe, vt puto, pro Barbaricariis appellat . Hic Argentarii ſunt qui vaſa argentea fabricant , quos Iauolenus , [d] fabros argentarios nominat. Iuſtinianus [e] argenti diſtractores. Barbaricarii uero ſunt , qui , ut ait Poeta , [f] thoracas ahenos , aut leues ocreas lento ducunt argento . Donatus , [g] Barbaricarii , inquit, dicuntur, qui ex auro coloratis filis exprimunt hominum formas , animalium , & aliarum ſpecierũ imitatam ſubtilitate veritatẽ . Quod a Barbaris hęc opera emanarint barbarica ſunt appellata,& Barbaricarii eorum operatores . Valentinianus ad Tacianum Comitem largitionum ſcribit , [h] Antiochiæ octo caſsides totidemque buculas auro tectas deaurataſque ſingulis XXX. diebus ſolitas fabricari. Sub his ergo tam,qui aurea argenteaque vaſa quam qui veſtes auratas ſignis conſpicuas & alia huiuſmodi faciebant. Hi in Oriente ſub hoc Comite non inueniuntur,fortè quia in fabricis hæc ars ſub Magiſtro officiorum exercebatur . [i] Tribus uero in locis Occidentis pro Principe uaſa & arma deaurata elaborabant , quibus ſub Comite Largitionum tres ſequentes imperabant .

a l.1.C. de excuſat.artific.
b in l.ſcrinijs.7. in fin. C. de pal. ſacr. largit.
c in l.5. C.de agẽtib. in reb. alias eſt.l.1.C.de præpoſ.agent. in reb, tit.ſequen.
d in l. pen. ff. de aur. & arg.leg.
e in l. vlti. C.de pign.l. pen.§ vlt. C.de conſt.pecu.
f in 7.Aeneidos.
g in 2. Aeneid.
h in l.1.C.Th.de fabricenſib.
i l.5.C. de agen. in reb.

1 PRAEPOSITVS Brambaricariorum , ſiue Argentariorum Arelatenſium .

2 PRAEPOSITVS Brambaricariorum ſiue Argẽtariorum Remenſium .

3 PRAEPOSITVS Brambaricariorum, ſiue argẽtariorum Triberorum, de quibus ſuis locis ſupra dictum fuit .

## DE PRAEPOSITIS BASTAGArum. Cap. XLI.

BASTAGAM onus eſſe transferendi res Principis, uel arma cõmeatumve ad milites in Orientali imperio diximus;Hæc plauſtris,equis,nauibusq; vehebantur . Sed hic fortè de nauticis tãtum intelligit,ubi octo nominãtur baſtagæ, quarum quatuor diuerſis uicibus in Orientem ; aliæ quatuor in Occidentem ibant,ſingulæque a ſuis Prępoſitis ſollicitabantur,qui erant cohortales.Nam Valentinianus apparitoribus Syriæ baſtagæ curam remittit,quod aliorum cohortalium id onus fuiſſe indicat . [k] Baſtaga ad milites ſpectans à Præfecto Prætorio , [l] ſeu eius officio, uel proximo Pręſide indicebatur , ut arma , annona, ſarcinę & ſimilia transferrentur . Militares vero veſtes,vel pecunia transferenda, & alia huiuſmodi, ad Comitem Largitionum pertinebant , Tertioceriuſq; eius officii, quemadmodum in Oriente , rerum tranſuectarum tempus,numerum,& qualitates in codices referebat . At Baſtagę,quibus veſtes Principis & eius argentum , ſupellex, & alia huiuſmodi transferebantur, ad Comitem priuatarum ſpectabant. Vt uero tutius irent, Baſtagas pars legionis III.Italicæ ſub duobus Pręfectis comitabatur , qui ſinguli peditibus circiter mille imperabãt . Alię tres partes huius legionis ſub aliis tribus Pręfectis,limitem Reticum cuſtodiebãt , quemadmudum ſub eius Duce videbitur . Prępoſiti autem baſtagarum erant ſequentes .

k l.3.C.d cohor.
l l.2.C.de quib. mun. uel præſt. nem.lic.ſe excuſ.

PRAEPOSITVS Baſtagę primę Orientalis , & quartę. Hę tranſuectiones erant ſpecierum , quę ex Oriente quater quolibet anno nauibus aduehebantur,vt lana, ſericum, byſſus,purpura , & fortè frumentum ex Alexandria,ſaccarum, cinnamomum,& cetera,quę à Marciano recenſentur . [m] Is Prępoſitus primam, & quartam trãſuectionem curabat, ſed uerendum ne delendum ſit Quartæ : Nam alius legitur infra Quartę Orientali baſtagę pręfuiſſe.

m in l. vlt.§.ſpecies. ff. de publi.

ALIVS Prępoſitus curam habebat ſecundę & tertię baſtagę,ſeu tranſuectionis Orientalis , id eſt , rerum ex Oriente aduehendarum.Hic etiam uereor ne ſuperfluum ſit uerbum, tertię, cui infra alius datur Pręfectus .

TERTIVS igitur fuit Prępoſitus baſtagę tertię Orientalis .

PRAEPOSITVS Baſtagę quartę Orientalis:Hęc uitio librariorum bis repetitur,ſicut & tertia. Itaq; quęlibet baſtaga ſuum habuit Prępoſitum. Hi erant Prępoſiti Orientali baſtagę : Sequentes uero Occidentali, quę tendebant in Occidentem,& Gallicana appellatur .

PRAEPOSITVS Baſtagę primę Gallicanorum , & quartę. Hic erat Pręfectus tranſuehendis rebus ex Galliis,aut per Gallias. Sed cum quarta nominetur baſtaga Gallicana,oportuit eſſe ſecundam & tertiam quę hic reticentur : vnde mendoſum hunc codicem fuiſſe oportet ; & ſecundæ tertiæque baſtagæ præpoſitum deſiderari. In Oriente Præpoſiti baſtagarum generaliter nominantur,nulla primæ,aut ſecundæ tertiæve facta diſtinctione.

Præter hos Comes unus commerciorum per Illyricum in Occidente, & non in alijs prouinciis , ſub generali Comite largitionum reperiebatur, cũ quatuor eſſent in diuerſis Orientis prouinciis , quorum officium ibi eſt declaratum .

Comes Largitionum Occidentis eadem habebat inſignia,quæ Comes largitionum Orientis, idemq; planè officium , in quo mendosè ibi ſcriptum eſt , ab anularenſibus,hic rectè,à milliarẽſibus , qui ſunt genus monetæ,ut ibi eſt explicatum . Hic etiam primis quinque primiceriis,& cuique plura ſcrinia tribuuntur,in Oriente ſingula ſingulis. Item in codice impreſſo,mendosè legitur Primicerius numerorum pro numerariorum, ut habent manuſcripti . in ceteris conueniunt. Vrſini codex in inſignibus præter grande ſcrinium clauſtris,ac ferreis laminis firmatũ, aliud rotundum armarium oſtendit rotundo hemiſpherio tectum, & tres fibulas ad ſaccos claudendos & transfigendos. Madrucianus quoque duas arcas, luteam & cœruleam clauſtris firmatas habet,& quatuor fiſcos operculo obſerratos, & quintum aureos effundentem.Loculos præterea & fibulas,aliaque in Orientis largitione oſtenſa,& ibi declarata. Hæc de largitionibus ſufficiant : nunc ad Comitem rerum priuatarum eſt ueniendum , cuius miniſtrorum breuiarium ſubieci.

**Comes rerum priuatarum Occidentis imperat.**

- *Comitibus II.*
  - *Largitionum priuatarum.*
  - *Gildoniaci patrimonij.*
- *Rationalibus XI.*
  - *Rerum priuatarum per Illyricum.*
  - *Priuatarum per Italiam.*
  - *Priuatarum per Italiam.*
  - *Rei priuatæ per vrbem Romanam, & ſuburbicarias regiones cum parte Fauſtinæ.*
  - *Rei priuatæ per Siciliam.*
  - *Rei priuatæ per Africam.*
  - *Rei priuatæ per Hiſpanias.*
  - *Rei priuatæ per Gallias.*
  - *Rei priuatæ per V. prouinc.*
  - *Rei priuatæ per Britannias.*
  - *Rei priuatæ fundorum domus dominicæ per Africam.*
- *Procuratoribus XI.*
  - *Rei priuatæ per Siciliam.*
  - *Rei priuatæ per Apuliam, & Calabriam, ſiue ſaltus Carminianenſes.*
  - *Rei priuatæ per Sequanicum, & Germaniam primam.*
  - *Rei priuatæ per Dalmatiam.*
  - *Rei priuatæ per Sauiam.*
  - *Rei priuatæ per Italiam.*
  - *Rei priuatæ per vrbem Romam.*
  - *Rei priuatæ per vrbicarias regiones rerum Iuliani.*
  - *Rei priuatæ per Mauritaniam Sitifenſem.*
  - *Rei priuatæ Cynegiorum Triberorum.*
  - *Cynegij Iuuarenſis rei priuatæ Mati translatæ anhelas.*
- *Præpoſitis II.*
  - *Baſtagæ rei priuatæ Orientalis inferioris.*
  - *Baſtagæ priuatarum Galliarum.*





# NOTITIA.
# INSIGNIA VIRI ILLVSTRIS
## Comitis Priuatarum.



## NOTITIA.
### Sub diſpoſitione viri illuſtris Comitis rerum Priuatarum.

COMES *Largitionum priuatarum.*

COMES *Gildoniaci patrimonij.*

RATIONALIS *rerũ priuatarum per Illyricum.*

RATIONALIS *rerũ priuatarum per Italiam.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Italiam.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Vrbem Romam, & ſuburbicarias regiones cum parte Fauſtinæ.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Siciliam.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Africam.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Hiſpanias.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Gallias.*

RATIONALIS *rei priuatæ per quinque prouincias.*

RATIONALIS *rei priuatæ per Britannias.*

RATIONALIS *rei priuatæ fundorum domus diuinæ per Africam.*

RATION. *aliàs.*

PROCVRATOR *rei priuatæ per Siciliam.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per Apuliam, & Calabriam, ſiue ſaltus Carminianenſes.*

PRAEPOSITVS *rei priuatæ per Sequanicum & Germaniam primam.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per Dalmatiam.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per Sauiam.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per Italiam.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per vrbem Romam.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per Vrbicarias regiones rerum Iuliani.*

PROCVRAT. *rei priuatæ per Mauritaniam Sitifenſem.*

PROCVRAT. *rei priuatæ Cynegiorum Triberorum.*

PROCVRAT. *Cynegei iuuarenſis rei priuatæ Meti tranſlatæ Anhelas.*

PRAEPOSIT. *Baſtagæ rei priuatæ Orientalis inferioris.*

PRAEPOSITVS *Baſtagæ priuatarum Galliarum.*

OFFICIVM *autem ſupraſcripti viri illuſtris Comitis rerum priuatarum habet.*

PRIMICERIVM *totius officij.*

*Primiſcrinium Beneficiorum.*

*Primiſcrinium rationum.*

*Primiſcrinium ſecuritatum.*

*Primiſcrinium largitionum priuatarum.*

*Scriniarios etiam reliquos ſupraſcriptorum Scriniorum.*

*Secundicerium totius officij, qui tractat chartas officij.*

*Cæteros etiam Palatinos. Sed in manuſcriptis.*

*Comes Gildoniaci patrimonij habet procuratores, præpoſitos, & rationales per diuerſas prouincias, vt Comes rerum priuatarum, & Secundocerium totius officij, qui tractat chartas officij.*

## DE ILLVSTRI COMITE RERVM *priuatarum. Cap. XLII.*

### COMMENTARIVM.

COMITIS Largitionum æmulus Comes rerum priuatarum fuit, qui ſuos & ipſe Comites priuatarum II. Rationales XI. & Procuratores XI. atque duos Præpoſitos habuit. Primus Comes fuit priuatarum largitionum, ſicut alij erant per Illyricum, Italiam, & Africam ſub Comite largitionum, qui ſalaria aulicis, & alijs quibuſdam ſoluebant. Alter fuit Comes Gildoniaci patrimonij, quod Gildo in Africa Comes poſſederat. Is circa annum ſalutis 395. vtriuſque militiæ Magiſter in Africa fuerat, vt epiſtola Theodoſij Magni ad eum ſcripta indicat.[a] Poſt cuius mortem tyrannide arrepta à fratre iuſſu Honorij profligatus, & necatus eſt, eiuſque bona publicata, quæ Gildonis patrimonium ſunt dicta. Paulus Diaconus,[b] interea, inquit, Gildo Comes Africæ cognita Theodoſij morte, arbitratus minimã in paruulis ſpem fore, Africam iure proprio cœpit vſurpare. Huius frater Meſcelzer Germani perfidiã perhorreſcens, in Italiam redijt. Gildo duos eius filios, quos pater reliquerat, dolo circumuentos occidit. Ad hũc iam hoſtem inſequendum Meſcelzer frater miſſus eſt. Is iam à Theodoſio ſciens quantum viribus deſperatiſsimis oratio hominis, per fidem Chriſti, clementiam Dei impetraret, Caprariam inſulam adijt, inde ſecum ſanctos viros adducens, cũ quibus, orationibus, & ieiunijs dies aliquot continuauit, & noctes: ante triduum quoque quam hoſti contiguus foret, cernit noctu Beatum Ambroſium defunctum, quo Victoriam caperet, diem ſibi indicantem, ac locum, & tertio demum die poſt noctem orationibus, hymniſque peruigilem, cum quinque ſolum modo millibus, aduerſus octoginta millia hoſtium pergens, eos Dei nutu ſine bello in deditionem accepit. Quo viſo auxiliares Gildonis Barbari illico terga dedere, Gildo & ipſe fugam arripiens, aſcenſa naui cum in Africam rediſſet, poſt aliquot dies ſtrangulatus interijt. Hæc Paulus Diaconus. Idẽ Claudianus Marcellinus Comes, & Zoſimus, Gildo gentilis ſeu paganus Saluinam filiam reliquit Nefridio ex ſorore Placillæ Auguſtæ nato nuptam, quam viro amiſſo D. Hieronymus[c] ad viduitatem hortans ſolatur. Gildonis bona ſunt in Principis ærariũ relata: Fuit is annus humanæ ſalutis CCCCI. quo Honorius tum ea bona Peregrino Comiti & Procuratori diuinæ domus per Africam commiſit,[d] quibus alia eius Satellitum acceſſere.[e] Tandem cum peramplum hoc eſſet patrimonium, & plures in regiones diſperſum, proprius ei datus eſt Procurator, Gildonis appellatus, qui rationales, Procuratores, & Præpoſitos illi præfecit, propriumque officium velut ipſe Comes priuatarum habebat. Vnde in manuſcriptis additur hæc clauſula, quæ in impreſsis deſideratur. Comes Gildoniaci patrimonij, habet Procuratores, Præpoſitos, & rationales per diuerſas prouincias, vt Comes rerum priuatarum, & Secundocerium totius officij, qui tractat chartas officij. Hunc eſſe arbitror, qui in indice Præfecti Italiæ Præfectus fundorum patrimonialium appellatur.

Rationales quoque XI. Comes priuatarum habebat, qui rationes redituum bonorum Principis ſcribebant: quandoque rationales ſummæ rei appellantur, ſcilicet priuatæ. Sic Conſtantinus Bulephorum vocat,[f] ſed plurimũ rationales rei priuatæ dicũtur, vt Conſtantinus Aemilium appellat.[g] Hi erant XI.

1 Vnus priuatarum per Illyricum, qui bonorum ibi publicatorum, & aliarum principis rerum curam habebat.

2 RATIONALIS rerum priuatarum, per Italiam, qui rationes ibi Principis redituum ſcribebat.

3 RATIONALIS rei priuatæ per Italiam: quemadmodum enim plures erant in Italia rei priuatæ Procuratores, vnus per Italiam, alius per apuliam & Calabriam; & tertius per vrbicarias regiones rerũ Iuliani, præter eum, qui res Romæ curabat, ita duo in Italia erant rationales rerum priuatarum rationes in Codices referentes; Procuratores vero bona ipſa adminiſtrabant, & reditus exigebant. Madrucianum exemplar hic vnum rationalem ponit, quem infra repetit.

4 RATIONALIS per vrbem Romam, & ſuburbicarias regiones cũ parte Fauſtinæ. Pars hic pro ſubſtantia ponitur. D. Gregorius,[h] ornamenta, ait, de Antonini parte vel ſubſtantia tecum defer. Quinque verò Fauſtinas fuiſſe inuenio. Rupiliam Fauſtinam, auiam paternam M. Aurelij Antonini. Galleriam Fauſtinam Auguſtam, vxorem Pij Antonini, Anniã Fauſtinam, eius filiam, & vxorem M. Aurelij Antonini, & aliam vxorem Maxentij, quæ D. Catharinæ martyrio, & prodigijs commota, & ipſa Chriſtiana facta, martyrque Alexandriæ fuit. Vltima fuit Fauſtina Cõſtantij Principis filij Magni Conſtantini vxor. Marcellinus,[i] Conſtantius, inquit, eodem tempore, Fauſtinam nomine ſortitus eſt coniugem, amiſſa iam pridem Euſebia, cuius fratres erant Euſebius, & Hypatius viri Conſulares, corporis, morumque pulchritudine pluribus ante ſtãtes. Hæc ille. Vnam de prioribus Fauſtinis intelligit, poſtrema enim Romæ hãbitaſſe non legitur. Hæc prædia per manus in poſteriores Principes tranſierunt, quæ pars Fauſtinæ appellantur. Suburbicariæ autem regiones Picenum, & Tuſcia ſignificantur. Honorius, & Theodoſius,[a] Picenum, inquiunt, & Tuſciam ſuburbicarias regiones ſeptimam tributorum iubemus agnoſcere. Valentinianus etiam Picenum ſuburbicarium nominat,[b] Rufinus quoque ſuburbicarias eccleſias, vt puto, Tuſciam & Picenum nuncupat.[c] Fortè quod deficientibus vrbicarijs regionibus, de quibus infra, annonam vrbi ſubminiſtrarent.

5 RATIONALIS rei priuatæ per Siciliam.

6 RATIONALIS rei priuatæ per Africam. Conſtantino imperante Seuerus rationalis Africæ erat,[d] cui Maximus ſucceſsit.[e] Hic eius prouinciæ reditus in Codices referebat. Alius Magiſter rei priuatæ per Africã dictus, prædia Principis adminiſtrabat: qualis fuit Domitius Bracuntius Magiſter rei priuatæ per Africam nuncupatus,[f] qui etiam Procurator vocabatur: ferè enim omnes prouinciæ vbi priuatum erat Principis patrimonium, Rationalem & Procuratorem habebant.

7 RATIONALIS rei priuatæ per Hiſpanias. Citeriorem Hiſpaniam intelligit: nam alius erat rationalis quinque prouinciarum vltra Iberum, ad quos Conſtantinus quandoque ſcripſit.[g]

8 RATIONALIS rei priuatæ per Gallias.

9 RATIONALIS rei priuatæ per quinque prouincias in vlteriore Hiſpania, de quibus ſupra.

10 RATIONALIS rei priuatæ per Britannias.

11 RATIONALIS rei priuatæ fundorum domus diuinæ per Africam. Hæc erant prædia Tamiaca nuncupata,[h] ad impenſas in domo Principis faciendas deſtinata; quæ latifundia ob amplitudinem propriũ habuere rationalem, & proprium adminiſtratorem; qui Comes ac Procurator diuinæ domus vocabatur. Fungebatur autem hoc officio Peregrinus, Honorio imperante.[i]

RATIONALIS rei priuatæ per Siciliam: qui per errorem hic eſt repetitus: aut duo in Sicilia erant rationales, quod non puto. Quare fortè pro Rationali, legendum eſt Procurator. Alius fuit rationalis trium prouinciarũ, idest, Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, qui publicorum tributorum, & aliorum ad largitiones pertinentium rationes tractabat, nec ad res priuatas ſpectabat. Et quia trium inſularum bona publicata omnia cum rebus Siciliæ computabantur, & forſan in Sicilia tantum, & non in alijs duabus inſulis prædia Princeps poſsidebat, ſolum Sicania rei priuatæ rationalem & procuratorem habuit. Qui bona emphyteutica, aliaſq; res Principis curabant, generaliter palatini vocabantur.[k] Cum verò in prouincijs rationales exactæ pecuniæ rationes ſcriberent, procuratores verò reditus principis, & bona adminiſtrarent, hi pari numero XI. illis ſubnectuntur.

1 PROCVRATOR rei priuatæ per Siciliam.

2 PROCVRATOR rei priuatæ per Apuliam & Calabriam, ſiue ſaltus Carminiacenſis: nomen proprium illius nemoris, quod erat in Calabria ſeu Apulia.

PRAEPOSITVS rei priuatæ per Sequanicum, & Germaniam primam, idem eſt qui & Procurator, in Orietali[l] etiam Notitia appellatur, Præpoſitus gregum & ſtabulorum, qui erat procurator ſaltuum.

3 PROCVRATOR rei priuatæ per Dalmatiam.

4 PROCVRATOR rei priuatæ per Sauiam.

5 PROCVRATOR rei priuatæ per Italiam.

6 PROCVRATOR rei priuatæ per vrbem Romã.

7 PROCVRATOR rei priuatæ per vrbicarias regiones rerum Iuliani. Vrbicarias regiones nõ XIIII. Romæ, quæ vrbanæ appellãtur, ſignificari puto, ſed alias, quæ certam annonam ad vrbem conferebant, & videntur in Africa fuiſſe. Conſtantius,[m] non per Italiam, inquit, tantum, ſed etiam per vrbicarias regiones, & Siciliam patrimonialium fundorum vires ſeruandas eſſe perſpeximus. Item Gratianus.[n] Sinceritas tua id ipſum per omnem Italiam, tum etiã per vrbicarias Africanaſque regiones, ac per omne Illyricum præclara oraculi huius auctoritate firmauit. Ita etiam Arcadius, & Honorius in quodam reſcripto intelligunt. Didium credo Iulianum intelligit, qui creatus Imperator Didiæ claræ filiæ emancipatę patrimonium, quod habebat opulentum dedit, & Auguſtam appellauit, ſed ipſo occiſo, & Seuero Imperatore declarato, ei cum nomine Auguſtæ patrimonium eſt ademptum, & in fiſcum relatum, vt in eo auctor eſt Spartianus: & quia amplum fuit id patrimonium proprium habuit Procuratorem. Fuit & Iulianus Licinius, ab Opilio Vlpiano in inſulam deportatus, & ab Antonino Caracallo honoribus quidem ordinique reſtitutus, ſed bona nunquam recepit,[o] de quo vix poteſt intelligi, cum non appareat eum tot bona poſſediſſe, vt proprium procuratorem habere meruerint.

8 PROCVRATOR rei priuatæ per Mauritaniam Sitifenſem, de qua in eius Præſide.

9 PROCVRATOR rei priuatæ Gynæciorum Triberorum, qui ſunt in Belgica prima, in priuatis ſaltibus Principis, in quibus venationes exercebantur, & hoc ſi legamus Cynegiorum, ſed manuſcripti rectius habent Gynæciorum, loca vbi mulieres lanificia exercebant, & ueſtes texebant: neque enim opus fuit Comiti priuatarum Triberis venationi aliquem præficere. Hic etiam Gynæcium Comes largitionum ad vſum militum & publicum exercebat, & Comes priuatarum aliud ad vſum proprium Principis.

10 PROCVRATOR Cynegij Iuuarenſis rei priuatæ Meti tranſlati Anhelas; & hic legendum Gynæcij. Iuuarenſis autem nomen eſt loci Iuuara dicti, in Belgica propè Anhelas, quo Gynæcium Meti velut in locum opportuniorem fuerat translatum. Exemplar Vrſini legit Viuatenſis. Iuuenſe oppidum in Pãnonia Notitia infra ſtatuit, de quo non puto hic intelligi. Beatus Rhenanus lib. 1. de Francia c. 7. iuuariã ex itinerario Auguſtano appellat, & vulgo Saltem burgum.

11 PRAEPOSITVS Baſtagæ rei priuatæ Orientalis inferioris, hæc erat pro tranſuehendis rebus priuatis Principis, vt pecunia ex priuato patrimonio exacta, & alijs huiuſmodi, quæ hic Comes ære Principis priuato, in eius & Auguſtæ atque aulicorum vſum emebat. Quemadmodum & alia ad vſum publicum, & militum tranſuehi curabat Comes ſacrarum largitionum. Inferiorem verò Baſtagam hanc Orientalem fortè appellat, tanquam minorem, ad aliarum differentiam, quas Comes largitionum procurabat, quæ erant maiores.

PRAEPOSITVS Baſtagę priuatarum Galliarum, quæ ex prædijs Principis inde tranſuehebantur, aut ſpecies priuata eius pecunia emptę conducebantur.

Officium verò Comes rerum priuatarum Occidentis, & inſignia habet, quemadmodum dictum eſt in Orientali. Hi ſunt duo magiſtratus, ad quos vniuerſa tributa, & quicquid à populis, vel aliunde exigebatur, deferri conſueuerat. Codex Vrſini clauſulam addit huiuſmodi. Habet Comes iſte & Rationales, & Prępoſitos, ac Procuratores, vt ſupra ſcripti, ſcilicet rerum priuatarum per diuerſas prouincias, & vltimo Secundocerium totius officij, qui tractat chartas officij, & ſubdit. Multa deſunt vſque ad hoc ſignum o quod eſt infra ſub Primicerio Notariorum, vnde multa videntur deſiderari. Quæcunque tamen ſunt in impreſſo, in eo reperiuntur.

[a] Conſtantinopoli ſcripta eſt l. vlt. C. ad l. Iul. de adulter.
[b] lib. 13. in princip.
[c] in epiſto. 9.
[d] l. 16. C. T. de bon. proſcripto.
[e] d. l. 16.
[f] in l. 7. C. vbi cauſ. fiſcal.
[g] in l. 2. C. de bon. vacantib.
[h] lib. 12. epiſt. 14.
[i] lib. 21.

[a] in l. 12. C. Th. de indulgen. debitor.
[b] in l. 9. C. T. de anno. & tribut.
[c] lib. hiſtoriar. 1. cap. 6.
[d] l. 2. C. Th. de iur. fiſci.
[e] l. 1. C. T. de metallis.
[f] l. 4. C. Theo. de iur. fiſci.
[g] l. 1. C. T. de his qui ſe defer.
[h] tot. tit. C. de præd. famiacis.
[i] l. 16. C. Th. de bon. proſcript.
[k] l. 1. C. de offic. com. ſacr. patrim.
[l] l. 14. C. Theo. de indulgen. debitor.
[m] l. 9. C. Th. de extraor. ſeu ſordid. mun.
[n] in l. 1. C. Th. ſi per obreptio.
[o] l. 1. & 5. C. de ſentent. paſſ.

NOTITIA.

# COMES COMES

## DOMESTICORVM PEDITVM. | DOMESTICORVM EQVITVM.



DOMESTICI PEDITES.





DOMESTICI EQVITES.



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione virorum illuſtrium Comitum domeſticorum equitum ſiue peditum.

DOMESTICI *Equites.*
DOMESTICI *Pedites.*
*Deputati eorum.*
*Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Primicerij ſacri cubiculi.*

*DE COMITIBVS DOMESTICOrum peditum, & equitum. Cap. XLIII.*

### COMMENTARIVM.

EODEM modo ſe habent Comites domeſticorum peditum, & equitum Occidentis, quo Orientis. Inſignia uerò hæc habet Comes domeſticorum peditum. In rubra parma umbilicum decuſſatum, cuius partes ſuperior & inferior albæ ſunt, reliquæ purpureæ, & tribus circulis rubro, alboque, & ultimo latiore, luteo, cingantur. Inde octo acutæ cuſpides luteæ emanant, inter quas octo lutea corda prominent; Rubeus limbus marginem ambit Alter comes equitum idem ferè geſtat inſigne, niſi quod quatuor circuli, duo albi, & alij lutei globum amplectuntur, ad indicandam arctiſsimam vtriuſq; imperij coniunctionem, quod bini duplicatique circuli inſinuant. Luteus item limbus clypeum ambit Portendit utrunquæ ſymbolum orbem Rom. qui uidetur diuiſus, eſſe unum, & ad feriendos atrociter hoſtes munitum. Mucro enim cladem minatur, cor animum ad inuadendum, aut conſilium prudentiamque, ut Pierius docet. Manuſcripti cœruleam parmā habent. In Madruciano equitum corda flammas emittunt, quæ ardentes eſſe ad pugnandum animos militum pro Principe innuunt. Peditum flammæ in duas partes ſcinduntur, ut ardentem in duos Principes amorem indicent. In ceteris quæ dicta ſunt de Comitibus domeſticorum Orientis, hic repetita intelliguntur. Huc uſque illuſtres dignitates Occidentis, nunc ſpectabiles ſequuntur.





NOTITIA.

# CASTRENSIS SACRI PALATII.



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis CASTRENSIS.

PAEDAGOGIA. *Miniſteriales Dominici. curæ Palatinorum.*
OFFICIVM *autem, uiri ſpectabilis Caſtrenſis habet.*
TABVLARIVM *Dominicum.*
TABVLARIVM *Dominæ Auguſtæ.*
*Adiutorem.*
*Cartularium & Scrinium ipſius, & ceteros Palatinos officiorum.*

*De Primicerio ſacri cubiculi, & Caſtrenſi palatij Occidentis. Cap. XLIIII.*

### COMMENTARIVM.

INTER ſpectabiles primus eſt ſacri cubiculi Primicerius, qui in impreſſo exemplari omittitur, in manuſcriptis verò hæc leguntur. SVB DISPOSITIONE PRIMICERII VIRI SPECTABILIS SACRI CVBICVLI, nec aliud ſequitur, vnde aliqua neceſſe eſt deſiderari, quemadmodum & in Oriente.

Secundus ſpectabilium eſt Caſtrenſis ſacri palatij qui menſam Principis, & totum palatium curabat. Notitia impreſſa eadem huius refert inſignia, quæ ſunt Caſtrenſis Orientis. Manuſcripti codices altũ & cœruleum armarium oſtendunt, in ſummo lagenis plenum, quemadmodum eſt in impreſsis. Duas præterea menſas panibus onuſtas, inſuper uero duo repoſitoria uaſa cibis plena ſuſtinent, ea Madrucianus tecta oſtendit, Vrſini exemplar aperta, & epulis referta. prope aſtat liber mandatorum auro terga tectus, & ſuper abaco cœruleo, ſurrectoque tapeto inſtrato erectus, in cuius dorſo inſcriptæ ſunt notæ, quas habent Comites duces limitanei. Huic alter iunctus eſt liber, quem rationum de impenſis in familiã factis eſſe puto. Parebant Caſtrenſi palatij pædagogia, miniſteriales dominici, & curæ palatij, quemadmodum in Caſtrenſi Orientis eſt dictum, idemque, quod ille habebat officium.

# NOTITIA.

# PRIMICERIVS NOTARIORVM.








## NOTITIA.

Sub cura uiri ſpectabilis Primicerij Notariorum.

*NOTITIA omnium dignitatum, & adminiſtrationum tam ciuilium quàm militarium.*

OFFICIVM *autem non habet, ſed Adiutores.*

*DE PRIMICERIO NOTARIORVM Occidentis. Cap. XLIIII.*

## COMMENTARIVM.

INSIGNIA Primicerij Notariorum Occidentis in impreſſa Notitia in nullo ab Orientalibus differunt. Manuſcripti eius librum mandatorum viridi corio tectum, iiſdemque notis inſcriptum habent, vt Comites Limitanei & Duces, nẽpe F. L. INTALL. COM. OR. PR. Non eſt autem hic codex mandatorum, qui ipſi detur, ſed quem ipſe magiſtratibus tradit, quem ad indicandum præcipuum ſuum officium præfert. Sequuntur alij ſpectabiles palatij.

# NOTITIA.

# MAGISTER SCRINIORVM CVM INSIGNIBVS.

*Memoriæ Epiſtolarum & Libellorum.*



## NOTITIA.

*MAGISTER memoriæ annotationes omnes dictat, & emittit. Reſpondet tamen & precibus.*

MAGISTER *Epiſtolarum legationes ciuitatum, & conſultationes, & preces tractat.*

MAGISTER *Libellorum cognitiones & preces tractat.*

### *DE MAGISTRIS SCRINIORVM Occidentis. Cap. XLV.*

### COMMENTARIVM.

MAGISTRI quoque ſcriniorũ Occidentis eodem modo ſe habent, quo & Orientales: Sed hic Magiſter epiſtolarum (Græcarum) deeſt, quod pro more ſuo Romanus Princeps omnia latinè ſcriberet. Quin olim iure cautum erat, vt latine tãtum decreta interponerentur, [a] quæ ſicut & ſententias Græci Imperatores Græce ferri poſſe, poſtmodum ſanxerunt. [b] Impreſſa Notitia eadem in hoc repræſentat inſignia, quæ in Oriente poſuit. Manuſcripti vero codices ſex librorum terga, alternatim cœrulea, & lutea ordine diſponunt, alternis item notis inſcripta. cœruleorum hæ notæ ſunt, F. L. IN TALL. COMOR. P. R. Luteorum iſtæ. F. L. VALE MAG. F. P. IVSSI. D. quas ita interpretor. Fœlix liber veniens a laterculo, Magiſtri epiſtolarum iuſsione diuina. Hæ notæ in Oriente omittuntur. Sunt vero hi codices exempla librorum mandatorum, qui ipſis Magiſtris Scriniorum, a Primicerio notariorum tradebantur: ſed memoriæ & libellorum libris emiſsis, epiſtolarum tantum pro exemplo demonſtrantur: Infra hos codices alij quatuor cum loris rubro tecti cernuntur, quorum vnus eſt apertus, alij clauſi, quaterni item ſpectantur colligati chartarum faſciculi, qui libellos ſupplices, epiſtolas, probatoriaſque referunt, quemadmodum in ſcrinijs Orientis eſt dictum. Hęc de ſpectabilibus Palatinorum dignitatibus: Nunc ſpectabiles prouinciarum magiſtratus ſequuntur, quos ſecundum Notitię ordinem explicaturi, a Proconſule Africę incipiemus: Sed prius breuiarium magiſtratuum, qui Pręfecto Pretorio parebant, pręmittemus, vt omnes ſimul repręſentati clarius conſpiciantur.

a l. decreta. 48. ff. de re iud.

b l. iudices. 12. C. de ſent. & interloc. om. iud.

*Præfecto Prætorio Italiæ prouincijs 29. Vicarijs 4. imperat. ſub quo.*

- *Proconſul.*
  - *Africæ.*
- *Vicarius Romæ habet ſub ſe prouincias X.*
  - *Conſulares IIII.*
    - *Campania.*
    - *Tuſcia, & Vmbria.*
    - *Picenum ſuburbicarium.*
    - *Sicilia.*
  - *Correctores II.*
    - *Apulia Calabriaque.*
    - *Brutij & Lucania.*
  - *Præſides IIII.*
    - *Samnium.*
    - *Sardinia.*
    - *Corſica.*
    - *Valeria.*
- *Vicarius Italiæ habet prouincias VII.*
  - *Conſulares IIII.*
    - *Venetiæ & Hiſtriæ.*
    - *Aemiliæ.*
    - *Liguriæ.*
    - *Flaminiæ, & Piceni annonarij.*
  - *Præſides III.*
    - *Alpes Cotiæ.*
    - *Rhetia prima.*
    - *Rhetia ſecunda.*
- *Vicarius Africæ V.*
  - *Conſulares II.*
    - *Byzantium.*
    - *Numidia.*
  - *Præſides III.*
    - *Tripolitana.*
    - *Mauritania Sitifenſis.*
    - *Mauritania Cæſarea.*
- *Vicarius Illirici VI.*
  - *Conſularis I.*
    - *Pannonia ſecunda.*
  - *Corrector I.*
    - *Sauia.*
  - *Præſides IIII.*
    - *Pannonia prima.*
    - *Noricum Mediterraneũ.*
    - *Noricum Ripenſe.*
    - *Dalmatia.*

*Claſsis Africana à Commodo inſtituta. Lamprid.*





### *DE PROCONSVLE AFRICAE, & eius inſignibus. Cap. XLVII.*

CAPTA a Scipione minore, atque incenſa per xvij. dies Carthagine, Decemuiri eo miſsi, Africam in prouinciæ formam redegerunt, vt Appianus ait: Decretumque eſt vt eo Prætor quotannis mitteretur, qui poſtea Proconſul fuit, [a] ac primo ea prouincia facta eſt proconſularis. auctores Sext. Ruffus, & Iuſtinianus, [b] ſtatutumque vt Proconſulem ſemper haberet. Vnde cum Proconſularis prouincia alio non adiecto, vel Proconſul ſimpliciter nominatur, Africæ intelligitur [c] Primus Marcellus Claudius in Africam miſſus eſt Proconſul. Nam Scipio antea non vt magiſtratus, ſed Dux militum ibi bellum geſsit, [d] Carthaginem poſtea Auguſtus inſtaurauit, ſed ſubmiſsiorem quâ antea fuerat, vt Appianus [e] & Tertullianus [f] memorant. Quare hic Proconſul Carthagini, & tractui, vbi propriè Africa dicitur, imperans, ſub ſe conſularem habuit, qui præerat regioni vltra Bagradam fluuium, vbi eſt Vticenſis: & ideo in Notitia impreſſa legitur, ſub diſpoſitione ſpectabilis Proconſulis Africæ prouinciæ conſularis, ſcilicet eſt. In manuſcriptis legitur, prouincia, & Conſularis. Duos hic legatos ducebat propter amplam prouinciam & auctoritatem illi datam. Sed Sext. Ruffus ſuo tempore totam eam, ſub conſularibus fuiſſe refert, qui omnes cum Procõſule Præf. Præt. Italiæ parebant. olim Proconſul Africæ legionem cum auxilijs regebat, ſed C. Caligula eum timens, proprium legioni Legatum præfecit; Tacitus [g] Legio, inquit, in Africa auxiliaque tutandis imperij finibus ſub D. Auguſto, Tiberioque Principibus Proconſuli parebant. Mox C. Cæſar turbidus animo, M. Syllanum obtinentem Africam, metuẽs ablatam Procõſuli legionem, miſſo in eam rem Legato tradidit: Aequatus inter duos beneficiorum numerus, & mixtis vtriuſque mandatis, diſcordia quæſita auctaque: prauo certamine Legatorum ius adoleuit diuturnitate officij, vel quia minoribus maior æmulandi cura Proconſulum ſplẽdidiſsimus quiſque ſecuritati magis quam potentiæ conſulebant: Hactenus Tacitus. Qui pro mandatis libros mandatorum vtriſque traditos intelligit; quod verò ait æquatum inter eos fuiſſe beneficiorum numerum, legendum eſt beneficiariorum, ideſt cohortalium & apparitorum, vt appellant iura; [h] Verùm Aureliano imperante Proconſul Africæ etiam Dux limitis Africani fuit. Spartianus [i] in Firmo tyranno eo tempore tres Firmos fuiſſe plerique Græcorum ignorant, vnum Præfectum Aegypti, alterum Ducem limitis Africani, eundemque Proconſulem. Hic P. P. Italiæ tantum parebat, non illius Vicario in Africa, ſicut nec Proconſul Aſiæ vel Achaiæ Orientis Vicarijs. Africa præter Proconſulem quinque Rectores habuit, duos conſulares, & tres præſidiales. Conſtantinus enim in quinque prouincias Africam diuiſit, Numidiam, Byzatium, quæ conſulares fuere, Mauritaniam Cæſarienſem, & Tripolim præſidales. ſed Proconſul Carthagini tantum, & illi prouinciæ, quæ vt dixi ſpeciali nomine Africa dicebatur, imperabat, inquit Sext. Ruffus, fœcundiſsima vero hominum eſt Africa ait Herodianus [i] quæ plurimos agrorum cultores habebat.

a l. j. §. Deo itaq;. C. de offi. P. P. Africæ.

b §. 2. Nouella 30. de proconſule Cappadociæ.

c vt in l. debitoribus. 31. ff. de re iud.

d Liuius. lib. 38.

e in fine belli Libici.

f de pallio, paulo poſt princip.

g lib. 20.

h l. 4. C. de epiſc. & cler. l. 17. C. T. de cohortalib.

i in ſeptimo.

N O T I T I A.

# PROCONSVL AFRICÆ CVM INSIGNIBVS.



N O T I T I A.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Proconſulis Africæ.

PROVINCIÆ *Conſularis (aliàs Prouincia) & Conſularis, & Legati eius duo.*

OFFICIVM *autẽ habet ita.*

PRINCIPEM *de ſchola Agẽtum in rebus Ducenarium.*

*Cornicularium.*

*Numerarios duos.*

*Primiſcrinium.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*Ab actis.*

*Subadiuuas.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquum Officium.*

C O M M E N T A R I V M.

MVLIERIS Africam ſimulantis effigies pro inſigni Proconſuli præferebatur, quam de ſpica loquens Pierius, ita deſcribit, [a] Mulier quædam inſpicitur pileo in primis cooperta caput, cœrulea palla hinc inde ab vtraque parte reiecta, eaque ad humum vſque fuſa: Interiore verò tunica rubra, a lib. 56.



bra, imo limbo ad vnius pedis altitudinem albo, cuius ſuperiorem inferioremque aureæ fibræ duæ circumeunt: Brachia nuda vtrinque exporriguntur, binas vtraque manu ſpicas ſuſtentantia; ſub pedibus naues duæ frumento onuſtæ depictæ ſunt, litteræ ſuperne ſunt PROC. AFRICAE. Hæc Pierius, qui aliter veſtes, earumque colores exprimit, atque in meo, & alijs exemplaribus reperiantur. Vbi mulier purpureum pallium ſupra dextrum humerum reijcit: ſubtus praſsina, breuioreque tunica, ſupra auream pallam ad nudos pedes demiſſam induta. In Madruciano ſub albo pallio cœruleam, talaremque tunicam geſtat. Vrſini codici Pierij deſcriptio conuenit, ſed quem ipſe imum limbum veſtis eſſe credit, eſt longior palla interior, quæ ſub breuiore tunica ad pedes deſcendit. Alia inſignia ſunt à ſiniſtra duo Principes in ſummo auratæ pilæ dextrarum indices ſimul attollentes, quod mutuæ fidei indicium eſt. Ad dextram eſt liber ferrugineo colore tectus, & ſupra abacum albo tapeto inſtratũ erectus. Item tres naues frumento onuſtæ velis, remiſque actæ, curam ſignificant, quam habet Proconſul frumenti ex Africa Romam mittendi: Nam propter hoc potiſſimum Carthago reſtaurata fuit, ad quod alludit Prudentius. [a]

a lib. 2. ad Symmachum.

*Reſpice num Lybicis deſiſtat ruris arator*
*Frumentis onerare rates, & ad oſtia Tibris*
*Mittere triticeos, in paſtum plebis aceruos.*

Et titulus eſt in Codice Theodoſiano, de frumento Carthaginenſi. Horatius quoque de Africæ fertilitate ait. Quicquid de Lybicis uertitur areis, quod ex Pyndaro deſumptum eſt, qui πυρόφορον λίβυαν in Iſthmijs dixit. Propter magnum commodum, quod ex frumento Africæ percipiebatur, grauius [b] ibi meſsium incenſores quàm alibi plectebantur.

b l. aut facta. § vl ti. ff. de pœnis.

Proconſul Africæ officium habebat, vt Proconſul Aſiæ, & Achaiæ, apparitorũ aliqui nomine tantum differunt: Nam qui vocatur Scriniarius Proconſulis Aſiæ, & Quæſtor Proconſulis Achaiæ, Primiſcrinius Proconſulis Africæ dicitur, qui re ſunt ijdẽ, de quo in ſubadiuua Præfecti Prætorio Orientis eſt dictum. Nunc ad alios ſpectabiles prouinciarum magiſtratus, inter quos Romæ Vicarius primum locum tenet, eſt tranſeundum.

N O T I T I A.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarij vrbis Romæ Prouinciæ infraſcriptæ.

Conſulares.

CAMPANIÆ.

TVSCIÆ, & VMBRIÆ.

PICENI *Suburbicarij.*

*Siciliæ.*

Correctores.

APVLIÆ, & CALABRIÆ.

BRVTIORVM & LVCANIÆ.

Præſides.

SAMNII.

SARDINIÆ.

CORSICÆ.

VALERIÆ.

OFFICIVM *autem ſupradictus vir ſpectabilis Vicarius habet ita.*

PRINCIPEM *de ſchola Agentum in rebus Ducenarium, aliàs ex Ducenarijs.*

*Cornicularium.*

*Numerarios duos.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*Ab actis.*

*Curam Epiſtolarum.*

*Subadiuuas.*

*Exceptores.*

*Singulares & reliquos Officiales.*

*DE VICARIO VRBIS ROMAE. Cap. XLVIII.*

C O M M E N T A R I V M.

SEX in Occidente erant Vicarij, quorum tres P.P. Italiæ vices agebant. Reliqui P.P. Galliarum: Notitia impreſſa in Indice eſt mendoſa, in qua legitur, Proconſul Africæ, cuius Vicarij ſex: delẽda eſt enim dictio, cuius, quæ in codicibus manuſcriptis recte deeſt: Vicarij enim vices Præfectorum gerebant non Proconſulũ, qui in Notitia etiam ante illos recenſentur. Tres ergo P. P. Italiæ Vicarij fuere, vnus vrbis, alius Italiæ, tertius Africæ. Primus Romæ Vicarius appellabatur, qui cauſas in X. Italiæ prouincijs appellatione ſuſpenſas audiebat, Principiſque iuſſu iudicabat, & ſi Præfecti Prætorio Vicarius vocabatur, vt ait Caſsiodorus, [c] qui etiam Prætorianos aduocatos coram eo patrocinatos fuiſſe dicit: Cauſas itaq; ciuiles & criminales, vice ſacra, id eſt, iuſſu Principis iudicabat nõ tantũ in vrbe, ſed etiã extra intra quadrageſimũ lapidẽ. [d] Quare cũ in marmoribus legitur, vice ſacra iudicans, Vicarius fuiſſe ſignificatur. Idẽ Senatoria dignitate honeſtatus chlamyde militari induebatur, & carpento vehebatur. Caſsiodorus [e] vices, inquit, agentiũ mos eſt, ſic iudicum voluntatibus obedire, vt ſuas non habeãt dignitates, ſplendent mutuo lumine, nituntur uiribus alienis, & quædã imago in illis videtur eſſe veritatis, qui proprij non habẽt iura fulgoris. Tu autẽ Vicarius diceris, & tua priuilegia non relinquis, quando propria eſt iuriſdictio, quæ datur à Principe. Habes enim cum Præfectis aliquã portionem, partes apud te ſub Prætoriana aduocatione confligunt, uice ſacra ſentẽtiam dicis, & quod maximæ fidei ſignum eſt, in inſcriptionibus uita tibi committitur hominum, quod inter mortales conſtat eſſe pretioſum. Additur, quod nec ſalutari te ſine chlamyde iura uoluerunt, ſcilicet, ut ſub ueſte militari ſemper uiſus nunquam credereris eſſe priuatus: ſed hæc omnia ad præfecturæ gloriam iudicamus eſſe conceſſa, ut qui tantæ ſedis Vicarium dicerent, umbratile nihil uiderent: Ad ſimilitudinem ſummorum carpento ueheris; Intra quadrageſimum ſanctiſsimæ urbis iura cuſtodis, Præneſte ludos ædis, in uicem conſulis in honore poſitus, dignitatemque ſenatoris acquiris, & illa tibi panduntur atria, quæ ſummatibus probantur eſſe collata: Hæc ille. Ammianus ſæpè & ipſe Vicarij Romæ meminit. Nam [f] Artemius, inquit curans Vicariam præfecturam pro Baſſo quoque agebat; qui recens promotus urbis Præfectus, fatali deceſſerat ſorte. Et alibi, [g] Maximus regens quondam Romæ Vicariam præfecturam Vicarij Romæ Claudio iuniore imperante fuiſſe leguntur, ſi quidem in actis martyrum Muſeianus ſub eo Romam Vicarius rexiſſe dicitur, [h] & ſub Dioclet. Flauinianus. [i] Sub Cõſtantio poſt Voluſianum, e Artemium Vicariam urbis præfecturam adminiſtrauit, [k] cui Iuliano imperante Hymetius ſucceſsit, [l] huic Probus ſub Valentiniano;

c in formula Vicarij Vrbis.

d Caſſiod. in for. Præf. urb.

e lib. 6. in form. Vicar. urb. Rom.

f lib. 17.

g initio li. 28.

h apud Suriũ 24. Februar.

i apud Cęſarem Baro. an. 298. in anna.

k l. 2. C. T. de inceſt. nupt.

l 21. C. T. de appellat.

niano: [a] deindè Benignus, [b] mox ſub Valentiniano Z. Orontius. [c] Sed præter ditionem, quam in vrbe habebat, ex XVII. Italiæ prouincijs, ipſe X. imperabat, nempe quatuor conſularibus, ſcilicet Campaniæ, Tuſciæ, Vmbriæque, Piceno ſuburbicano, ac Siciliæ, & duobus Correctoribus, Apuliæ, Calabriæque Brutiorum, & Lucaniæ; & quatuor Præſidibus, Samnij, Sardiniæ, Corſicæ, & Valeriæ: Reliquæ Vicario Italiæ parebant. Eius deſiderantur inſignia neſcio qua ratione omiſſa. Officium habebat ut alij Vicarij Principem de ſchola agentium in rebus, Ducenarium, Cornicularium, numerarios duos, & reliquos, eademque inſignia. Primiſcrinij numerarij uocabantur, [d] ad quorum curam ſpectabat præter alia munera exigere millenos denarios, à Campanis, Lucanis, Brutijs, pro larido debito populo Romano pendendos, quod munus pariter ad Primiſcrinium Præfecti vrbis ſpectabat. [e] Romæ quandoq; iudicabat cum Præfecto urbi, & quandoque per ſe cognoſcebat. Credo fuiſſe in arbitrio litigantium, apud quem agere mallent, & locum præuentioni factum. Nunc Italiæ Magiſtratus, qui huic Vicario parebant, ordine recenſebimus, cum de his pauca præmiſerimus.

## DE ITALIAE MAGISTRATIBVS. Cap. XLIX.

OLIM Italia Aeſi fluuio in Senonibus ad Mare ſuperum: Macra uero ad inferum terminabatur: poſtmodum uictis Gallis Senonibus, uſque ad Rubiconem proceſsit. Demum Triumuiri Reipublicæ conſtituendæ nè ullus Procõſul intra Alpes cũ exercitu eſſet, totã Galliã Ciſalpinã Italiã fecerunt, & uſque ad Alpes protulerunt, [f] eam Auguſtus, a C. Mœcenate perſuaſus, in XI. regiones diuiſam [g] ad Polam uſque extendit, ſingulis. Prætorem præfecit, quibus uir conſularis imperabat. Romæ uerò intra ſtadia 570. Præfectus urbi iudicabat. [h] Ceterum Hadrianus noua magiſtratuum forma inuenta, Italiam quatuor conſularibus regendam commiſit. Spartianus, Quatuor, inquit, conſulares per omnem Italiam Iudices conſtituit. Iulius Capitolinus. [i] Ab Hadriano, ait, inter quatuor cõſulares, quibus Italia cõmittebatur Antoninus Pius electus eſt ad eam partem Italię regendam, in qua plurimum poſsidebat. Et alibi, [k] Datis, inquit, Iuridicis Italiæ cõſuluit ad exemplum, quo Hadrianus Conſulares uiros reddere iura præceperat, poſtmodum unus totius Italiæ corrector uſque ad Conſtãtinum fuit. Tetricus enim ab Aureliano Italiæ corrector factus eſt, & à Diocletiano Numidius. [l] quẽ Iulianæ ſcribẽs, amicum ſuum nominat. [m] Sed & ſub Conſtantino Rufius Voluſianus, annis octo Italiam Corrector rexit. [n] Demum in decem & ſeptem prouincias ab eo Principe diuiſa Italia totidem Rectores accepit, quorum octo conſulares, duo correctores, ſeptem Præſides fuerunt. Conſulares quatuor Vicario Romæ parebant; videlicet. Campaniæ Tuſciæ, & Vmbriæ, Piceni ſuburbicarij, & Siciliæ, quæ & ipſa pars Italiæ cenſebatur. [o] Correctores prius tres fuerunt, duo Apuliæ & Calabriæ, Brutiorum & Lucaniæ: Tertius Venetiarum, & Hiſtriæ, quarum Cæcilianus Placidus [p] Corrector fuiſſe legitur. Is eſt qui ſub Conſtantio, etiam vrbi præfuit: [q] ſed hę prouincię poſtea conſularem habuerunt, unde duo Correctores in Italia permanſerunt: pręſides vero quatuor Samnij, Sardinię, Corſicę, & Vmbrię: De his igitur ſigillatim, & primo de conſulari Campanię tanquam digniore eſt dicendum.

a l. 17. C. T. de decurionib.
b l. 11. C. de ſuſcept. & arcar. li. 16. C. T. eod. li. 162. C. T. de decurionib.
c l. 6. C. T. ad l. Iul. de adulter. collatio legum Romana cũ Moyſis legib. tit. 5.
d in offic. præf. urb.
e ut l. ult. C. T. de ſuarijs.
f Dion. lib. 37.
g Strabo lib. 4. Dion. li. 49. Plin. lib. 3.
h Dion. lib. 52.
i in Pio.
k in Marco.
l l. 3. C. quib. nõ obycit. long. tẽp. præſcribit.
m l 1. 4. C. de iu. & fact. ignor.
n in marmore Romæ apud Maffæa.
o l. nationē. lib. 3. de uer. ſign.
p in marmore Neapoli.
q l. 37. C. T. de decurionibus.

## DE CONSVLARI CAMPANIAE. Cap. L.

CAMPANIA inter Lirim fluuium, nunc Garilianum dictum & Sarnum continetur, ubi eſt Capua eius metropolis, & Neapolis: Nunc terra laboris dicitur à cãpis laboriuis, vel quod ille ager ob fertilitatem ſit elaborandus. De hoc itã Cicero. [r] Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum & magnitudine fructuum, ſalubritate aeris, & pulchritudine regionis. Eam cunctis terris Dionyſius Halicarnaſeus [s] Plinius cũ Liuio Polybius, [t] Virgiliuſq; præferunt, quod uini, frumenti, oleique copia ceteris antecellat, vnde Felix eſt cognominata. Omniũ, inquit Iornandes, [u] non modo Italię, ſed pene toto orbe terrarum pulcherrima Campanię plaga eſt, nihil mollius cœlo, bis floribus uernat, nihil uberius ſolo, ideo liberi Cererisque certamen dicitur Hæc ille. idem L. Florus & plura Strabo. Itaque aſsignata cuique oppido certa frumenti quantitate pro alimentis reliquum Romanis horreis inferebatur. Symmachus, [x] Puteolanis, ait municipibus D. Conſtantinus C L M. modiorum in alimoniam ciuitatis indulſit, quæ ſumma à D. Conſtante regente Rempublicã media parte mutilata eſt: poſt quem Conſtantius annonam Puteolani populi X X V. M. modiorum adiectione cumulauit, atque ita factum eſt, ut C. M. modiorum eiuſdem populi victus acciperet: ſed Iuliano moderante Rempublicam, cum Lupus conſulari iure campaniæ Præſidens Terracinenſium contemplaretur anguſtias V. M. & D C C. mod. Puteolanis municipibus derogans, Terracinenſium uſui deputauit. addit Symmachus, Terracinenſes lauacris publicis Romæ ligna, & calcem reparandis mœnibus ſubminiſtraſſe; magnam quoque ſuum copiam forte duas decimas Cãpani quotannis Romanis debebant [y] pro quibus tandem mille nongentos quinquaginta ſolidos ſoluerunt: [z] Hanc pecuniam primo conſularis Campaniæ poſtea P. P. exegit [a] Nec poterant ludum equorum curulium campani exercere, niſi prius duo millia modiorum fabæ pro ſingulis factionibus ad alendos equos currentes Romæ contuliſſent [b] ſub Domitiano Memmius Ruffus Conſularis Campanię in pios ſæuijt. [c] Conſtantino imperãte Põpeianus Conſularis Campanię fuit; [d] mox Lupus, vt ait Symmachus, deinde Bulephorus [e] huic Felix ſucceſsit, [f] deinde Amphilocius, [g] & alij.

Notitia in Conſulari Cãpaniæ hæc inſignia oſtendit: Imaginem mulieris pro tribunali ſedentis, à cuius dextro humero cingulum ſuſpenſum ad ſiniſtrum latus obliquè deſcendit, ſiniſtra ſcutum dextra haſtam tenet, in cuius ſummo præfixa eſt tabella, vbi ſcriptum eſt CAMPANIA. Ipſa in capite tutulum cum prominentibus pinnis gerit Nuda pedes, Albaque palla ſuccincta. Viride pallium, a parte ſiniſtra brachio retenta ad genua fluere permittit. Ad dextram abacus albo tapeto, vt in alijs, inſtratus, librum luteo tegmine tectum ſuſtinet. In Codice Vrſini ſupra rubram pallã albo pallio induitur. Madrucianus pro muliere, virum eodem modo indutum, & pro tribunali ſedentẽ oſtendit. Ad dextram liber mandatorum luteo tectus, albo ac ſurrecto tapeto abaco inſtrato inhæret, Vnde apparet ius dicentes propè. ſe hũc librum ſemper habuiſſe. Tribunalis, ſeu ut tum appellabant Secretarij forma hæc viſitur: Locus amplus ſellam in medio continet, cui ius dicens inſidet: ſupra purpureæ cortinæ anulis ſuſpenſæ, & a lateribus conuolutæ tribunalis faciem aperiunt, id ita diductum & complicatum, velum leuatum vocabatur: [h] Cũ vero de cauſis decidendis, vel reis torquendis, aut con-

r de lege Agraria contra Rullũ.
s lib. 1.
t li. 3. cap. 5.
u de rega. c. tẽp. ſucceſſ.
x lib. 1. epiſ. 39
y l. 3. cap. vlt. de ſuarijs.
z nouel. Valentinia. de ſuarijs. tit. 37.
a l. 3. C. T. de ſuarijs.
b d. nouel. Valentinianus.
c l. vlt. C. T. de equis curuli.
d Martyrolo. 7. & 12. Maij.
e l. 4. C. ſi contra ius uel utilit publ.
f l. 1. C. vt ne mor. vſus ſi interd.
g l. 10. C. T. de liber. cauſa.
h l. 181. C. T. de decurionib.



condemnandis conſultabant, illud obducebant. Clemens. [a] Aſpicite inquit mundana iudicia. quorum poteſtati uidemus tradi homicidas, adulteros, ueneficos, ſepulchrorum perfoſſores, latrones, de quibus cum quæſiuerunt, Præfecti iudicio interrogant reos, an illa ita ſe habeant, quibus affirmantibus nõ continuo eos ad ſupplicium mittunt, ſed per plures dies quæſtiones exercẽt, cum multo conſilio & velo interiecto. Hoc idẽ in actis martyrum apparet. [b] Lyſias, inquiunt, introgreſſus obduxit velum, poſteà exiens ex tabella recitauit ſententiam. Et in alijs actis S. Euplij, cum eſſet, aiunt, extra uelum ſecretarij Euplius, Caluiſianus cõſularis intra uelum interius ingrediens, ſentẽtiam dictauit, & foras egreſſus afferens tabellam legit: Euplium Chriſtianum edicta Principum contemnentem, deos blaſphemantem gladio animaduerti iubeo. idem ferme D. Baſilius, [c] Qui rerum, ait in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum hominem morti ſunt adiudicaturi, cortinas obducunt, & expertiſsimos quoſq; ad cauſæ tranſactionem aduocant: Hæc ille. Secures etiam cum faſcibus, & vultus Principum Conſularis præmittebat, curruque argentato vehebatur ut ait Caſsiodorus. [d]

Clariſsimus eſt, officiumque habet huiuſmodi. Principem de officio P. P. Italiæ, quem ſolum ex eius apparitoribus accipiebat, item corniculariũ, Tabularios duos pro Numerario, Adiutorem, Commentarienſem, ab actis, Subadiuuam, Exceptores, & reliquos cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam, ſine annotatione clementiæ principalis. Cęteri omnes conſulares ad ſimilitudinem conſularium Campaniæ officium habebant, inquit Notitia.

Officia conſularium ac pręſidum Oriẽtis in hoc ab Occidentalibus differebant, quod in illis unus erat Numerarius, in his pro uno Numerario duo erãt tabularij; Valentinianus enim & Valens, eos primis nominibus mutaris inſtituerunt. [e] qui inquiunt, Numerarij appellari conſueuerant, conſulariũ atque præſidum duntaxat tabularij poſt hãc noſtram ſanctionem vocabuntur. Mox Gratianus eos duos eſſe voluit, quorũ alterum fiſci, res alterũ largitiones tractare iubet, His verbis. [f] In prouincijs duo numerarij qui & tabularij collocẽtur, quo ad vnum fiſcalis arcæ ratiocinium, Ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur. Hæc ille. Idem Arcadius cõfirmauit duobus ſuſceptoribus additis: [g] Duos inquit, tabularios ſeu numerarios, & ſuſceptores totidem per vniuerſas prouincias oportere cõſtitui clementia noſtra præcepit. Hæc iura in Occidente recepta, in Oriente nunquam obſeruata fuiſſe videntur. Grauis verò pœna his tabularijs ac ſuſceptoribus imminebat, ſi quis ſuæ arcæ rationes in alterius ſcrinium trãſtuliſſet, [h] M. Antoninus tabularios & ipſe in prouincijs inſtituerat, apud quos nomina natorũ ingenuorum ſcriberentur, vt ait Capitolinus qui à prædictis ſunt diuerſi. Ab hoc conſulari & cæteris conſularibus, Correctoribus, & Præſidibus Italiæ ad P. P. appellabatur. [i] Caſsiodorus [k] Comitem Neapolis, qui illam Vrbem regebat, Conſulari obſecurum fuiſſe ſcribit. Alij Italiæ conſulares ſequuntur.

a Conſtit. lib. 2. cap. 56.
b apud Suri. 23. Auguſti.
c epiſt. 79
d in 6. in formu la conſularit.
e in l. 2. C. de Numerar.
f in l. 4.
g in l. duos. C. ſuſceptor.
h d. l. 4. & d. l. duos.
i l. 27. C. T. de appell.
k lib. 6. variar.

## DE CONSVLARI ANNONARIÆ Tuſciæ Vmbriæque. Cap. LI.

HETRVRIA ſeu Tuſcia ab Oriente fluuio Tibri a Latio, ab Occidente Macro flumine a Liguribus ſeparatur. Ad Septentrionem Appennino, ad Meridiem mari Thyrreno clauditur. Vmbria vero a Meridie Hetruſcos, ab Occidente Picenos, ab Oriente Sabinos & Picentes; ac Mare Hadriaticum a Septentrione habet. Trecenta eius oppida fuiſſe Plinius memorat, quorum Metropolis fuit Spoletum. His duabus regionibus vnus præerat Tuſciæ conſularis. [l] Vnde non ab re hæ duæ prouinciæ a Scæuola connectuntur, ac proximo Piceno aggregantur. [m] Epiſtola, inquit, teſtator ab hæredibus petijt, vt regionem Vmbriæ Tuſciæ in Piceno, cohæredi vxori ſuæ reſtituerent, cum omnibus, quæ ibi eſſent, & mancipijs ruſticis, & vrbanis: quæſitũ eſt, cum Eros & Stichus ſerui in diem vitæ teſtatoris in Vmbria, in Piceno actum adminiſtrauerint: Sint autem Damæ, quem teſtator viuus manumiſerat, filij naturales, vtrum eidem Romæ ex codicillis præſtandi ſint, & reſpõdit eſſe. Hic Vmbriæ Tuſcia connexa, ob vicinitatem Piceno adiungitur, & vtraque ab eodẽ Rectore adminiſtrabatur, qui prius corrector fuit. Sub Conſtantino enim Iouius Iulianus Tuſciam, & Vmbriam Corrector rexit; [n] Iuliano Apoſtata imperãte, ſolius Tuſciæ Auſonius, [o] ſub Ioniano Terentius, [p] ſub Valentiniano Maximinus, [q] ſed paulo poſt Tuſciæ Conſularis Olybrius fuit: [r] in quo ſtatu pluribus annis permanſit; Valentiniano enim ſecundo, & Theodoſio imperantibus Claudius Tuſciam Conſularis rexit. [s] qua poſtea Vmbriæ iuncta, vtraque ab vno Conſulari eſt adminiſtrata. Tuſcia, adiacenſque regio à copia tritici, vini, caſei, & carnium, quas producit, & Romæ ſuppeditabat, annonaria eſt appellata: Spartianus [t] Aurelianus, inquit, Tetricum, quem triumphauerat, Correctorem totius Italiæ fecit, id eſt Campaniæ, Samnij, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Hetruriæ, atque Vmbriæ, Piceni, & Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis. Ammianus quoque [u] Hetruriam annonariam appellat: Hoc tempore, inquit, vel paulo ante noua portenti ſpecies per annonariam apparuit Tuſciam. Nec ſolum ad victum neceſſaria, ſed & nongentas vehas calcis ad formas aquæductuum reparãdas in vrbem mittebat: [x] Quod & Symmachus prodit. [y] Vmbriæ quoque magna fuit fertilitas. Ariſtoteles enim [z] ſcribit in Vmbria ter animalia parere, arbores bis anno fructus, eoſque laudatiſsimos producere, & mulieres plerunque geminos parere. [a] De hac regione ſenſiſſe fertur Poeta, cum dixit,

*Bis grauidæ pecudes, bis pomis vtilis arbor.*

Auctor quoque eſt Plinius [b] Cæſarem Vopiſcũ cum apud Cẽſores cauſam ageret, dixiſſe, Campos Roſiæ, qui ſunt in Vmbria, Italiæ ſumen eſſe, in quibus perticas pridiè relictas gramen operiret. Polybius, [c] hanc regionem & Galliam Ciſalpinam in omnia frugum genera fœcundam eſſe ſcribit, vt ſæpenumero modius frumenti Siculus nõ amplius quatuor obolis venierit; hordei non amplius duobus, dolium vini tantumdem, mellis, & farris tantum fuiſſe copiam, vt hominum opinionem ſuperaret: Infinitam vero pecudum multitudinem Italici generis homines aluiſſe, & ad priuatos vſus, & ad neceſſarium exercitibus apparatum abunde alimenta adminiſtraſſe: Hoſpites viatoribus honorificè exceptis, & omnibus ad victum neceſſarijs abunde ſubminiſtratis, non amplius quam ſiliquam, ideſt, tertiam oboli partem accepiſſe. Quare cum populo Rom. affatim annonam exhiberent, iure annonariæ hæ regiones ſunt appellatæ. In indice vero XXII. conſularium, vbi habetur annonarij Tuſciæ, & Vmbriæ, lego annonariæ, conſularis enim ipſe annonarius non vocabatur, ſed prouinciæ,

l l. 5. C. T. de denunc. & edit. reſcript.
m in l. vxorem. 41. §. codicillis. ff. de leg. 3.
n ex marmore.
o l. 6. C. T. de numerar.
p l. 61. 65. C. T. de decurion. l. 4. C. T. de iuriſd.
q l. 8. C. T. de accuſat.
r l. 72. C. T. de decur.
s l. 5. C. T. de denunc. vel edit. reſcript.
t in Tetrico tyranno.
u lib. 17.
x vt l. 3. C. T. de calc. coctor.
y epiſt. 59. lib. 1.
z lib. de admirabilib. auditionibus ſi is liber nõ eſt inſiticius.
a Idem & Stephanus.
b in 17. cap. 4.
c lib. 2.

DE

## *DE CONSVLARI PICENI SVBurbicarij. Cap. LII.*

PICENVM vulgo Marchia Anconitana dictũ pentapolis prouincia uocatur à Synodo V I. Conſtantinopoli habita ſub Conſtantino Pogonato. hanc Piceni denominationem Feſtus tradit Picena, inquit, regio, in qua eſt Aſculum, dicta quod Sabini cum Aſculum proficiſcerentur, in uexillo eorum Picus conſederit. Duplex Picenum fuiſſe Notitia ſignificat, Annonarium, & ſuburbicarium, utrunque à ſuo conſulari rectum. Valentinianus; [a] Per ſuburbicarias, inquit, regiones uir Clariſsimus Anatolius pabula ad mutationes, manſioneſque ſingulas animalibus curſui publico deputatis, pro longinquitate itineris ab unoquoque oppido certo ac denunciato tempore deuehi ordinabit. Anatolio Valentinus conſularis Piceni ſucceſsit, [b] aliàs Valentinianus, [c] mox Sophernius. [d] Ante hos ſub Conſtantio Patruinus Piceni conſularis fuerat, ut Ammianus [e] ſcribit. In porta Arimini Actæus V.C. Flaminiæ & Piceni Corrector, Auguſto imperante fuiſſe legitur quod falſum fuiſſe ſupra redarguimus. Codex Vrſini habet ſuburbicanum, quam lectionem non improbo, quia dicitur ſuburbicanum ſicut ruſticanum: Cicero [f] Tuſculanos, Atinates, Arpinates, alioſque vicinos, municipes Romæ Suburbanos uocat. Quod tẽpore belli punici cum Annibale Piceni ſenſiſſent, illos uicatim habitare Romani coegerunt, & militiæ loco tabellariorum, ac uiatorum officio fungi, uti Strabo [g] memorat, legemque à C. Flaminio Tribuno pleb. latam fuiſſe de eorum agro viritim diuidendo Cicero [h] refert. Quia ergo in formam ſuburbiorum redactum eſt Picenum, & mœnibus deſolatum ſuburbicanum potuit appellari. Alij ita dictum uolunt quod ea pars Romæ propior eſſet, ac fere vrbis ſuburbijs coniungeretur; Nam Plinius [i] ſcribit Romam per directum efficere paſſuum triginta millia DCCLXV. Ad extrema uero tectorum cum caſtris prætorijs à milliario, quæ erat columna aurata in foro, ut auctor eſt Plutarchus, per uicos omniũ uiarum menſuram colligere paulo amplius LXX. millium paſſuum. Quod ſiquis altitudinem tectorũ addat, dignam profectò æſtimationem concipiat, fateaturque nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Hæc Plinius. Poſtea cum Traianus, deinde Aurelianus vrbis pomerium protuliſſent, ut Vopiſcus, Eutropius, & Zoſimus referũt, conſtat uſque ad Tiberis oſtium ſuburbia perueniſſe quod & Ariſtides Smyrnæus [k] affirmat: Deſcendit hæc, inquit, uſque ad mare, ubi commune emporium, communiſque omnium, quæ terra proueniũt, diſpenſatio. Quicquid nunc Italiæ reſtat, complectu rum uniuerſa mihi uidetur, unaque futura vrbs perpetua in Ionium mare protenſa. Hæc ille. Itaque tã longe ſe extendentibus ſuburbijs, non mirum, ſi Piceni pars ſuburbicaria dici potuit. His concinit Symmachus [l] tum P. V. Spoletum, inquit, ſuburbanitas noſtra eſt. A ſuburbanis enim prouincijs ad P.V. appellabatur. Valens A. [m] Referant, ait, iudices de ſuburbanis prouincijs ad præfecturam ſedis urbanę, de cæteris ad præfecturam Prætorianam. His in locis multa prædia Princeps poſsidebat; inter quæ & bona Fauſtinæ, unde conſtitutus erat Rationalis rei priuatæ per urbem Romam, & ſuburbicarias regiones, cum parte Fauſtinæ ſub Comite rerum priuatarum. Picenum uero erat, quod inter Aeſim & Aternum fluuium continebatur. Exceptis decurionibus & his maioribus, per Picenum olim nemo uti equo poterat. [n]

a in l. 9. C.T. de anno. & tribut.
b l. 1. C. de exhib. reis. l. pẽ. C.T. quib. equo. uſ. conceſſ.
c l. 17. C.T. de oper. publ. l. 5. C.T. de pact.
d l. 71. C.T. de decurion.
e lib. 15.
f pro Gn. Plãcio.
g in fin. 5. Geographicor.
h in Catone.
i li. 3. cap. 5.
k in panegyrico vrbis.
l epiſto. 80. li. 2.
m in l. 13. C.T. accuſat.
n l. 1. & ul. C.T. quib. equor. uſus conce.

## *DE CONSVLARIS SICILIAE. Cap. LIII.*

INSVLAE Italię adiacẽtes eius pars eſſe cenſentur, ſicut & alię prouinciæ, inquit Vlpianus. [o] Sed & prouinciam idem ait, Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur. [p] Addunt Iurium Interpretes, [q] inſulas modo non ultra centum millia paſſuum ab Italia & prouincijs diſtent earum partes cenſeri. Sicilia itaq; modico freto ſeparata ab Italia eius pars erit. Item Corſica quæ & ipſa non plus centum millibus paſſuum ab ora Liguſtica diſtat, illius pars cenſetur: Sic & Sardinia, quæ anguſto freto quinque millium paſſuum à Corſica diſtinguitur, Italiæ attribuetur, quæ nunc Hiſpaniæ adſcribitur. Sicilia ergo tanquam pars Italiæ Conſularem habet Vicario Romæ parentem.

Hanc primam Romanorum prouinciam factam Cicero, Sex Ruffus, & alij uolunt: aliqui Sardiniam fuiſſe malunt, ut Pomponius. [r] Primumque in eam C. Flaminium Prætorem miſſum Solinus memorat. Verum tamen eſt partem Siciliæ primo prouinciam factam, totam uero poſt Sardiniam fuiſſe ſubactam: Tam ſub Repub. quam Principibus diu Prætoria manſit. Inter alios Sext. Biduceus Quæſtore M. Tullio Cicerone ibi Prætor ius dixit, mox C. Sacerdos deinde C. Verres eam per triennium tenuit, quod Arrheius, cui ea prouincia decreta erat, eo non ueniſſet. Verri Metellus ſucceſsit: Deinde Proconſulem Sicilia obtinuit: Seuerus enim Imperator, ut auctor eſt Spartianus, Siciliam Proconſularem ſorte meruit. Deinde à poſterioribus Principibus commiſſa eſt Præſidibus, ait Sex. Ruffus: Et nunc, inquit, à Conſularibus adminiſtratur. Eo enim tempore ſub Valentiniano Donnus Siciliæ conſularis erat. [s] vltimo uero Iuſtinianus illi prætorem dedit, [t] qui etiã impenſarum, quæ in milites fiebant, curam habebat. eiuſdem decreto defenſores & partes ciuitatum Siciliæ confirmabantur. [u]

Vigente Repub. duo Queſtores unus Lilibetanus alter Syracuſanus eius inſulæ tributa exigebant. [x] ſub poſterioribus Principibus ad Comitem priuatarum Italiæ hoc onus eſt deuolutum. Vnus uero triũ prouinciarum ſcilicet Siciliæ, Corſicæ, & Sardiniæ Rationalis vectigalium rationes ſcribebat. [y] Ab hoc conſulari ad P.P. Italiæ olim appellabatur. [z] poſtea ad Quæſtorem palatij ab eo eſt prouocatũ. [a] Aratores Siciliæ, ideſt, qui ibi agros poſsidebant, decimam frumenti quod colligebant, Romanis penſitarunt: rurſuſque alteram decimam ternis H S. in ſingulos modios uendebant. [b] Hæc erat ſumma DCCC. millium modiorum, qui efficiunt plus ſexagintaſex millibus noſtrorum ſaccorum tritici. Cũ Ternos itaque H S. in modios pro hac decima Reſpublica, ex vectigalibus vel ærario ſolueret, penderetque modius libras 20. efficiebat hæc ſumma circiter libras quatuor ſolidos XI. noſtræ monetæ, in ſaccum; Verum quia hoc frumentum populo Romano, aut militibus non ſufficiebat, æqualiter omnibus Siculis tertia decima imperabatur, datis in modium H S. quatuor, erat fermè ſumma librarum ſex cum dimidia in noſtrum ſaccum. Cicero [c] loquẽs de hoc frumento à Sicilia præſtando, Emundi, inqt duo genera fuerunt, unum certarum decumarum: alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter eſſet diſtributum. Illius decumani tantum, quantum ex primis decumis fuiſſet, tritici mod. DCCC. millia pretium autem conſtitutum decumano in modios ſingulos H S. ternos Imperato H S. IIII. ita in frumentum imperatum H S. duo de tricies in annos ſingulos verri decernebatur, quod aratoribus ſolueret

ret

o in l. inſulæ. 9. ff. de iudi.
p l. notionẽ. 99. ff. §. 1. ff. de uerb. ſignif.
q Paul. Caſtren. & alij in d. l. inſula. 9. Bar. de inſula.
r in l. 2. 6. capta. ff. de origin. iur.
s l. 29. C.T. de curſ. publ
t ut indicat eius Nouell. 104. quæ non extat; ſed id titul. argumentũ latinè conſcriptũ indicat.
u Noue. 75. quæ de eſt.
x auctores Cice. in Verrem & Aſconius.
y l. 1. c. de ſuſcep. & arcar. l. 1. C.T. commun. de iudun.
z l. 27 C.T. de appellat.
a d. Nouel. 104.
b Cic. in 5. actione in Verrem & Aſconius in diuinatione. Caſſiod. in 6. de Comite qui militib. præerat. Plinius in panegyrico.
c in 5. in Verrẽ actione.



ret. In alteras decumas ferme ad nonagies, ſic per triennium ad hanc frumenti emptionem Siculienſẽ propè centiès & tricies erogatum eſt. Ex verbis Ciceronis tres decimæ uidentur à Siculis ſolutæ, prima ſine pretio, altera empta tribus H S. in modium; tertia quatuor. Prætori uero Siciliæ concedebatur, ut frumentum in cellam, ideſt, in ſuum & familiæ uictum ſumere poſſet, quod æſtimabatur quaternis H S. in modios tritici, binis in hordei, & ex ærario hæc pecunia numerabatur: poſtea uero non decima ab aratoribus, ſed quinquageſima, aut quadrageſima, ut ab alijs prouincijs exigi cœpit. [a] Naues pręterea ſuo ęre inſtructas, nautas, & milites, Siculi pręſtabant Cicero, [b] Nauem inquit, imperare ex fœdere debuiſti, remiſiſti in triennium: Militem nullũ unquam popoſciſti per tot annos. & alibi. [c] Superiorum prætorum conſuetudo cum hæc fuiſſet, ut naues ciuitatibus, certuſque numerus nautarum, militumque imperaretur, maximæ & locupletiſsimæ ciuitati Mamertinæ, nihil horum imperauiſti: & rurſus. Sũptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio ceteriſque rebus ſuo quæque nauarcho ciuitas ſemper dare ſolebat. & paulò poſt. Erat hoc ut dico factitatum ſemper non ſolum in Sicilia, ſed in omnibus prouincijs, etiam in ſociorum & Latinorum ſtipendio, ac ſumptu, tum cum illorum auxilijs uti ſolebamus; Hæc ille. Septendecim populos Siciliæ fuiſſe idem Cicero [d] ſcribit, cuius metropolis fuere Syracuſæ, ubi Prætor, ſeu Præſes per hyemem degebat, quod ea eſſet maxima pulcherrimaque omnium Græcarum urbium. Cicero, [e] Vrbem, inquit Syracuſas maximam eſſe Græcarum urbium pulcherrimamque omnium ſæpe audiſtis. Eſt Iudices ita, ut dicitur, eaſque quatuor maximis urbibus cõſtitiſſe ſcribit. Hic erat Baphium Syracuſanum Siciliæ appellatum, ubi veſtes Principis purpura tingebantur: vere autem prætores inſulam circum ibãt cuius, inquit Cicero, hic ſitus, atque hæc natura eſſe loci cœlique dicitur, ut nullus unquam dies, tam magna turbulentaque tempeſtate fuerit, quin aliquo tempore Solem eius diei homines uiderent; Deinde æſtate ſumma, inquit, ceteri prætores obire prouinciam, & circumcuſſare conſueuerunt, aut etiam in tanto prædonum metu, & periculo ipſi nauigare; Hæc ille. Siculis ius Latij C. Iulius Cæſar dedit. M. Antonius Conſul ciuitatem. [f] Hi ſunt quatuor Italiæ conſulares, qui Vicario Romæ ſuberant; Nunc ad duos Correctores, qui eidem parebant ueniemus.

a l. modios. 9. C. de ſuſceptorib. & arcarijs.
b in actione 6. in Verrem.
c in 7. actione.
d in 7. actione.
e in 6. actione.
f Cicero in 4. ad Atticum.

## *DE CORRECTORIBVS APVLIAE & Calabriæ, item Brutiorum & Lucaniæ. Cap. LIIII.*

A Silari flumine ultra Campaniam vſque ad Laum flumen tenuere Lucani, ut Plinius refert, nunc Baſilicatam uocant, inde uſque ad Leucopetram promontorium ſequuntur Brutij à Brutia regione, inquit Iornandes, olim nominati, nunc Calabri dicuntur. Antiquitus hæc regio œnotria nuncupata, ubi Græci reſederunt, quæ peninſulam efficies Tarentum uſq; eius metropolim circumuoluitur: Inde ad Tarentũ erat Calabria, mox uſque ad Garganum montem Apulia, ſed nunc tota à Lao flumine Tarentum uſque eſt Calabria, cuius illa ciuitas erat metropolis; ubi purpura ueſtes Principis tingebantur. His quatuor regionibus duo dati ſunt Correctores; alter Apuliæ & Calabriæ; alter Lucaniæ & Brutiorum. Conſtantino imperante Claudius Plotianus harum corrector extitit, [g] mox Mechilius Hilarianus, [h] deinde Octauianus, [i] ſub Valentiniano Symmachus. [k] Correctoris Apuliæ & Calabriæ inſignia in calce operis a Notitia oſtenduntur, ut inde uelut in ſimulachro aliorum correctorum inſignia & officium conſpiciantur. Sunt autem in ſummo auratæ columnæ, duo auerſi, ſed ita connexi Principes, ut in unum deſinant: Ingenioſum inuentum ad miram duorum Imperatorum concordiam oſtendendam: Nigra tenuiſque linea utriuſque caput & corpus diuidit, ut fermè ex inuiſibili hac diuiſione ipſorum unitas minime tolli poſſe uideatur. Prope eſt abacus albo tapeto inſtratus, qui librum rubro corio tectum ſuſtinet, infra imago eſt oppidi cum hac inſcriptione PROVINCIA APVLIA ET CALABRIA. Vnus enim corrector utrique præerat regioni. In manuſcriptis vultus tantum duorum Principum apparent. Liber auro tectus cœruleo ſurrectoque tapeto nititur; in cuius dorſo hæ notæ leguntur, FL. VALE. CORR. IVSS. đđ. quas ita interpretor, Fœlix liber uendicandus a laterculo correctori iuſſu dominorum. Impreſsi notis carent. Meus codex tergum libri purpura tectum oſtendit. Officium habebat ut conſulariũ, excepto Principe, qui ex eodem officio accipiebatur uidelicet ipſum Principem, Cornicularium, Tabularios duos pro Numerarijs, Commentarienſem, Adiutorem, Ab actis, Subadiuuam, Exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis. Ceteri Correctores ad ſimilitudinem Correctorum Apuliæ & Calabriæ officium habent. Ab his ad P.P. appellabatur. Conſtantius ad Taurum P.P. [l] De Sardinia, inquit, Sicilia, Campania, Calabria, Brutijs, & Piceno, Aemilia, & Venetia, ceteraſque interpoſitas appellationes laudabilis ſublimitas tua more ſolemni debebit audire, competenti appellatione terminãdas. Præfectus enim urbi noſtra reſponſione prædictis cognitionibus ſibi temperandum eſſe cognouit. Symmachus uero [m] refert à Correctore Apuliæ, quem Moderatorẽ appellat, ad Præfectum vrbi prouocari. Lucani Romanis ſues pendebant: unde Lucanica. Brutij dabant boues, ſicut [n] Strabo ſcribit. Dimidias quoque decimas ſuum & pecorum quæ alebant, & aliquot millia amphorarum uini tradidiſſe uidentur. [o] Caſsiodorus, [p] Hinc, inquit, montuoſa Lucania ſues, pendet; hinc Brutij Boum, pecus indigena ubertate præſtant. Fuit nimirum utrunque mirabile, ut prouinciæ tantæ ciuitati ſufficerent, & ampla ciuitas earum beneficijs uictualium indigentiam non haberet. & ſubijcit. iuſtum his ſtatutum fuiſſe pretium: Hæc ille. Inde Princeps plebi & prętorianis militibus carnes ſuillas elargiebatur, certo viro ad hoc munus deſtinato. Zoſimus, [q] Maxentius, ait, adminiſtris Marcelliano & Marcello tribunis militum, & Luciano ſuillæ carnis præbitore, quam fiſcus populo Romano largiebatur, & aulicis prætereà militibus, quos prætorianos uocant, in regium ab his ſolium collocatus eſt. Vopiſcus. [r] Statuerat, inquit, uinum gratuitum populo Romano dare, quemadmodum oleum & panis & porcina gratuita præberentur, ſic etiam uinum daretur quod tamen nõ fecit. Lucani ad euitandas difficultates, quæ oriebantur, 6400. ſolidorum nomine ſuum permittente principe ſoluerunt. (Nouell. Valentiniani, tit. 37. de ſuarijs) Vicarij Romæ Præſides ſequuntur.

g l. 1. C.T. de re ſat. l. 1. C.T. de appellation.
h l. ſi quis decurio. 21. C. de falſis. l. uniuerſos. 15. C. de decurionib. l. 1. C.T. ad l. Fauiam.
i l. 2. C.T. de epiſcop. eccle. & cleric.
k l. 25. C.T. de curſu publico.
l in l. 27. C.T. de appellat.
m epiſt. 37. li. 1.
n in quarto.
o l. 4 C.T. de ſuarijs.
p li. 11. ad Vitalianum Cancellarium Lucaniæ & Brutiorum.
q lib. 4.
r in Aureliano.

## *DE PRAESIDIBVS SAMNII ET Valeriæ. Cap. LV.*

SAMNITES ab Occidente, Truento, ab Oriente Aterno fluminibus, à Meridie Apennino, Campaniſque clauduntur, à Septentrione mari Hadriatico, nũc Aprutios uocant. Hos quinquaginta annis, inquit Iornandes, Fabij, ac Papirij patres ac liberi ita domuerunt, atque urbes diruerunt, ut hodie Sãnium in ipſo Samnio requiratur, nec facile appareat materia XXIIII. triumphorum: Hæc ille. Iuxta

hos

hos eſt Valeria regio, à via & ciuitate Valeria dicta, quæ vt tradit Strabo, à Tiburtinis initium capiens, ad Marſos, & Corfinium Pelignorum metropolim extenditur, & partem Latij continet. In ea Latij vrbes ſunt, Valeria, Bonifacij Quarti, Pontificis Patria, nunc extincta, Arſeoli, & Alba, prope quam, eſt ciuitas Cuculũ. In Romæ vero conſpectu ſunt Tibur, Præneſte, & Tuſculum. Valeriæ metropolis erat Amiternum, hodie Aquila dicta: Harum Præſides Vicario Romæ parebant, ſicut & ſequentes.

## DE PRAESIDIBVS Sardiniæ, & Corſicæ. Cap. LVI.

SARDINIAM à Sardo Herculis filio, qui primus eam occupauit, vocatam ferunt. Prima populi Romani prouincia a M. Pomponio eſt facta anno Vrbis DXXI. & biennio poſt Corſica à C. Papirio, ſed vtraque ab vno Pretore regebatur, primuſque M. Valerius vtranque adminiſtrauit. ſub poſterioribus vero Auguſtis ſunt diuiſæ, & ſingulæ ſingulis Præſidibus commiſſæ: Nunc, inquit Sex. Ruffus a ſuis Preſidibus reguntur; Cōſtantino enim imperante Feſtus Sardiniæ præſes fuit, [a] cum Felix eſſet Corſicæ [b] ſub Conſtantio etiam Conſtantini ſucceſſore Bibulenius Reſtitutus ſolam Sardiniam Præſes rexit: [c] ſub Valentiniano, & Valente Laodiceus: [d] ſub Gratiano Matronianus: [e] & id vſque ad Notitiæ tempora permanſit, Poſtremo recepta a Vandalis Africa, Iuſtinianus illius Præfecto Prætorio Sardiniam tribuit: Itaque non amplius Italiæ, ſed poſtea Africæ prouincia eſt habita: [f] Nunc vero Hiſpaniæ, annectitur. Frumentum & ipſa Romæ pendebat, cui Hircius de bello Africo, item Liuius, Iulius Cæſar præ decumis octauas frumenti imperauit: [g] Prudentius.

*Nec det vela fretis Romana, nec horrea rumpat,*
*Sardorum, congeſta vehens granaria claſſis.*

Symmachus, [h] Benignus, inquit, rei frumentariæ negociũ peruigili animo executus, nihil de Sardinia reportauit, niſi bonam cōſcientiam, & malam valetudinem. Horreis autem tantum frugis inuexit, quantum illi prouinciæ anni fortuna contulerat. Corſica vero modico freto à Sardinia diſcreta, & aliquanto minor 390. milliaria circumit, prius Cirna, a Cirno Herculis filio dicta. Vinum producit, optimum, alumen, & ferrum. Et ipſa ſuum habebat Præſidem. [i] Ab his Rectoribus ad P. P. Italiæ appellabatur, [k] quod Conſtantius ſtatuit, cum antea ad P. V. Prouocaretur.

Horum Præſidum inſignia erant, duorum Principum velut vnius viri effigies, duos vultus, & pectora exprimens, nigra enim linea vtriuſque caput, & totum corpus diuidit: Vnum eſſe ob communem conſenſum duorum Principum imperium, melius exprimi non poterat. Abacus purpureo tapeto tectus, erectum librum ſuſtinet, infra oppidi effigiem habet, ſupra nomine ſuæ prouinciæ inſcripto, vt apud Notitiam in Præſide Dalmatiæ viſitur. Officium habebant vt Correctores. Vnus Rationalis trium prouinciarum tributa exigebat, Siciliæ, Sardiniæ, & Corſicæ, vti apud iura legitur, [l] & Notitia interpretatur. Hi ſunt Italiæ Magiſtratus, qui Romæ Vicario obtemperabant: Nunc de alijs, qui Vicario Italiæ ſuberant eſt differendnm, & ſi à Notitiæ ſint omiſsi.

a l. 3. C. T. de pœnis.
b l. 2. C. T. de tempor. curſu.
c l. 2. C. de capiend. & diſtrah. pignorib. tribut. cauſa.
d l. antepe. C. de his qui accuſ. nō poſ. l. 12. C. T. de accuſat.
e l. 1. C. ad l. Iul. repetundar. l. 1. C. T. eodem.
f l. 1. 6. Deo itaque. C. de offic. P. P. Africæ.
g lib. 2. ad Symmachum.
h lib. 2. epi. 114.
i l. 2. C. T. de tēpor. curſ.
k l. 27. C. T. de appell.
l in l. 1. C. de ſuſcep. & arcar. l. 1. C. T. commu. diuidun.

## DE VICARIO ITALIAE. Cap. LVII.

PRAETER Vicarium Romæ, aliũ habebat P. P. Italiæ, cui quatuor parebant Conſulares, vnus Venetiæ, Iſtriæque, alij Aemiliæ Liguriæ, & Flaminiæ, cum Piceno. Tres vero Præſides, Alpium Cottiarum, Rhetiæ primæ, & Rhetiæ ſecundæ. Vicario enim Romæ regiones ad Orientem uelut antiquæ Italiæ committebantur. Huic aliæ ad Occidentem, quæ ante Triumuiros Reipub. conſtituēdæ extra Italiam cenſebantur, ſcilicet, Galliæ Ciſalpinæ, & Liguriæ. à quibus omnibus ad hunc Vicarium prouocabatur. Reperitur Romæ quoddam epigramma, quo Cranio Euſebio Vicario Italiæ ob ſingularem eius uirtutem addita eſt Aemilia, quæ prius Vicarij Romæ fuerat. Conſtantino imperante Iulius Verus Italiæ Vicar. extitit, [m] cui Septimus Baſſus ſucceſsit: [n] huic ſub Valētin. Fauētius: [o] mox Catafronius: [p] deinde Italicus. [q] Hic Vicarius in primo indice Notitiæ recenſetur, nulla poſtea eius inſignium, officij, aut magiſtratuum fit mentio, uel quod aliqua folia ſint deperdita, uel quod tum à Barbaris hęc regio uexabatur: Aemiliam enim & adiacentes prouincias ſe deuaſtatas uidiſſe, & ciuitates ſemidirutas D. Ambroſius deplorat. Hanc cladem prius Alaricus, deinde Attila Hunnorum Reges intulerũt. Verum inſignia & officium, ut alij Vicarij, habebat. Eius uero Magiſtratus ex iuribus collectos explicabimus, a conſulari Venetię, & Iſtrię, auſpicati.

m l. 4. C. T. de priuil. cor. qui in ſacr. palat. mitt.
n l. 1. C. ſiquis eam cuius tul.
o l. 3. C. de agricol. & cenſit.
p l. 3. C. T. de curſu publico.
q l. 10. C. T. de luſtr. collat.

## DE CONSVLARI VENETIAE, & Iſtriæ. Cap. LVIII.

VENETIA à flumine Atheſi uſque ad Timauum extenditur, uulgo Marchiam Triuiſanam uocant, quę a Longobardis Marchionibus Treuiſij ſedem habentibus nomen habuit, quemadmodum alius in Piceno Anconę degens, Marchię Anconitanæ nōmen dedit. Venetię metropolis erat Aquileia, prima poſt Romam Italię ciuitas, ubi prouincię theſaurus conſeruabatur, & ſi imperāte Auguſto, extra Venetiæ fines cenſebatur, ut lib. 5. auctor eſt Strabo. A Timauo autem uſque ad Arſiam fluuium non longe a Pola eſt Iſtria, cuius caput eſt Iuſtinopolis. His duabus regionibus unus Conſularis ſub Vicario Italiæ, præerat. Imperante Conſtantio hæ prouinciæ Correctorem habuere Cæcilianum Placidum, ut ex marmore Neapoli conſtat, quod eſt ſequens,

M. MAECIO MEMMIO BALBANO CAECILIANO PLACIDO C. V. PONTIFICI MAIORI AVGVRI XV. VIRO SACRIS FACIVNDIS CORRECTORI VENETIARVM, ET ISTRIAE, PRAEFECTO ANNONAE VRBIS SACRAE CVM IVRE GLADII, COMITI ORDINIS PRIMI, COMITI ORIENTIS, AEGYPTI, ET MESOPOTANIAE, IVDICI SACRARVM COGNITIONVM TERTIVM CONSVLI ORDINARIO PATRONO PRAESTANTISSIMO REGIO PALATINA POSVIT.

Poſtea hæ prouincię Conſularem habuere, vt ſub Valentiniano Florianum. [r]

In Venetia, & Iſtria erat Ciſſenſe baphium vbi ſericum & lana principis tingebantur. [s]

r l. 1. C. T. de exact. quæ repetita eſt in l. 10. C. T. de execut. & exact.
ſ Notitiæ ſub com. larg.

DE



## DE CONSVLARIBVS AEMILIAE, Flaminiæ, & Piceni. Cap. LIX.

GALLIA togata, erat tota ea regio, quæ eſt intra Padum, Apenninum, Rubiconem, ac Treboiam, ut Plinius, Ptolomæuſq; referũt, ita dicta, quòd ciuitate donati toga Romana eius incolæ uterentur. Totus hic tractus in duas regiones diuiditur, Flaminiam, & Aemiliam. Nam M. Aemilius Lepidus, & C. Flaminius Coſs. deuictis Liguribus Apuanis, nę in ocio milites tenerent, alter Roma per Thuſciam & umbriam Ariminum uſq; uiam à ſe Flaminam dictā ſtrauit: [a] Alter Placentia ad Ariminum, Aemiliam, Itaque Flaminia eſt appellata, quæ Ariminum, ducit cuius metropolis fuit Rauenna. Aemilia verò eſt, quæ inde Placentiam tendit. Nos tamen ita diuidemus, ut quod eſt ab Aeſi ad Aternum fluuium, ſit Picenum, ſeu Marchia Anconitana: ab Aeſi ad Rubiconem Flaminia, quam Romandiolam appellant: Inde Placentiam uſque, aut ad flumen Trebiam Aemilia. M. enim Aemilius Lepidus ibi Proconſul, totam eam prouinciam reformauit; inter alias ciuitates Regium dirutum inſtaurauit; quod etiam oſtendit hæc antiqua in ſcriptio, M. LEP. CIN. REG. INST. quam Valerius Probus ita interpretatur, M. Lepidus ciuitatem Regij inſtaurauit, ibique forum cauſarum habuit; unde Regium Lepidi forum appellatur. Hæc regio ab ipſo Aemilia eſt dicta, quę prius Aurelia vocabatur, ſed hodie tota Longobardia Bononiam vſque cenſetur. Flaminiam uerò Carolus Magnus Ecclesiæ tradens, tanquam territorium ad Romam ſpectans Romandiolam appellauit. His duabus regionibus duo pręfuere conſulares, alter Aemilię; alter Piceni, & Flaminiæ. Aemilia poſt Diocletianum ſemper Conſularem habuit: Conſtantino enim imperante, eius Conſularis Rufinus fuit: [b] deinde ſub Conſtantio Dulcitius. [c] Reperitur tamen Aemilia cum Liguria quandoque conſulari commiſſa. Conſtantinus enim Vlpio Flauiano utranque regendam tradidit. [d] Valentinianus ſecundus & Theodoſius Romulo [e] pro arbitrio namque Principum uarij ſtatuebantur magiſtratus.

a Strabo lib. 5.
b l. 1. C. T. de uectig. & commiſ.
c l. 2. C. de agricol. & cenſit.
d l. 2. C. T. de extraord. ſiue ſord. muner.
e l. 4. C. T. de denunc. uel editione ſer.

## DE CONSVLARI LIGVRIAE. Cap. LXI.

DVBIVM non eſt Ligures nunc eos eſſe, qui ab Apennino inter Macram, & Varum, & mare Tyrrhenum continentur, quorum caput eſt Genua, ſed olim vlteriùs etiam per Apenninum ad eos Subalpinos, qui vulgò Pedemontani uocantur, & Vercellas protendebantur; Aſtamque Coloniam, Dertonam, Statellamque complexi uſque ad montem Baliſtam in Regienſi agro, nunc mōtem Valeſtrum nominatum, ac montem Lætum, ſeu Sancti Peregrini perueniebant & Piſas uſque extenſi fuiſſe uidentur. [f] His ergò populis, ut numeroſis, latamque regionem tenentibus, proprius datus eſt Conſularis, qui ſub Arcadio Arrianus fuiſſe legitur: [g] Quandoque tamen AEmiliã, & Liguriam unum conſularem rexiſſe, ſupra diximus: [h] Liguriæ caput tum erat Mediolanum, ubi totius prouinciæ pecunia publica condebatur, cui Præfectus theſaurorum Mediolanenſium Liguriæ uocatus ſub Comite Largitionum reſidebat. Hi ſunt quatuor Conſulares, qui Vicario Italiæ parebant, nunc de eius Præſidibus eſt tractandum.

f Liuius lib. 10. de bello macedonico & Aſiatico ſeu decad. 4.
g l. 4. C. T. vnde vi.
h l. 2. C. T. de extraord. ſiue ſord. muner.

## DE PRAESIDIBVS ALPIVM COtiarum Retiæ I. & II. Cap. LXI.

COTIAE alpes ſunt, ubi nunc mons Cineſius dicitur, à Cotio Rege appellatæ, qui XII. ibi ciuitates condidit, uti Plinius [i] memorat. Is Marcellino teſte, [k] Cæſari Auguſto amiciſsimus fuit, ſed eo, & filijs extinctis, hæc regio à Neronę in poteſtatem imperij Romani redacta, & Latij iure donata, [l] proprium Præſidem accepit. [m] Incipiunt hæ Alpes ut ait Marcellinus à Segouione oppido, quod nunc Suſam uocant, ubi Cotij ipſius ſepulchrum memorabile uiſebatur, aliaque oppida uſque ad Noualeſſam continebant. Alpes gallicum vocabulum, & pro altis mōtibus accipi Seruius ſcribit; Goropius lib. 1. Gallicorum glaciem montium ſignificari ſua lingua affirmat. Retia uerò ut Stephanus, & Ptolomæus [n] referunt, etiam ipſa eſt in alpibus, quæ Galliam Ciſalpinam, à Germanis diuidunt, ab Occaſu mōtem Adulam fonteſque Danubij habet, ab Oriēte Lycum flumen, quod Danubium influit, Retiamque a Vindelicia ſeparat: ad Septentrionem Danubio, ad Meridiem alpibus clauditur, & hæc Retia prima ſeu ſuperior uocatur. Vltra Lycum vſque ad Oenum fluuium Orientem verſus, & Vindeliciam, Retia ſecunda, ſeu inferior eſt dicta. Hodie hunc tractum Sueuiam nominant: Huius metropolis fuit Auguſta Vindeliciorum, ubi pecunia Principis à Procuratore theſaurorum Auguſtæ Vindelicienſis Retiæ ſecundæ nuncupato ſeruabatur. Hæ duæ regiones à duobus Præſidibus adminiſtrabantur, & Italiæ Vicario parebant: Olim utraque regio ab uno Prætore regebatur. Tacitus, [o] Infeſta Retia, cui Pactius Septimius Prætor erat incorruptæ erga Vitellium fidei, P. quoque Aelius Pertinax, qui poſtea imperauit, ſub M. Antonino Prætor Retias gubernaſſe fertur; ſed idē Tacitus eas quandoque à procuratoribus adminiſtratas fuiſſe ſcribit. [p] Caſsiodorus [q] ipſas munimina Italiæ, & clauſtra prouincię uocat, quæ, inquit, non immeritò ſic appellata eſſe iudicamus, quando contra feras, & agreſtiſsimas gentes ſunt uelut quædam plagarum obſtacula, Retia Italiæ eas eſſe ſignificat; Alij à Reto Duce deriuant: In his limiti Roma, Imperij erecto, Dux cum militaribus copijs præerat, Hi ſunt magiſtratus prouinciarum, qui Vicario Italiæ eiuſque Prefecto obtemperabant. Præter hos Comes rei militaris cum XVI. fermè præſidijs Italiam cuſtodiebat. Nunc ad Illyrici prouincias eſt ueniendum.

i lib. 3. cap. 15.
k lib. 15.
l Tacit. lib. 3.
m Eutrop. lib. 7. cap. 6. Vopiſcus in Aureliano.
n lib. 2.
o in 20.
p lib. 17.
q lib. 7. uariar. in formal. Ducatus Retiarum.

## DE VICARIO ILLYRICI OCCIdentali. Cap. LXII.

TERTIVS in Occidente fuit Vicarius Illyricanæ diœceſeos & ſi a Notitia omiſſus, quod ea regio tũ à Barbaris teneretur, Illyricum prius C. Iulio Cæſari cum Gallia Ciſalpina eſt demandatum, [r] deinde ſub poſterioribus Principibus Italiæ annexum. Id olim Claudio iuniore imperāte Thracas, Myſos, Dalmatas, Pannonios, & Dacos, continebat, ut Pollio ſcribit, [s] poſtea quicquid eſt circa Danubium uſque ad Pontum Euxinum Illyricum eſt dictum, inquit Zonaras. Duplex Arcadio & Honorio imperantibus eſt factum, ut in P. P. Orientalis Illyrici expoſuimus, alterum Orientale, alterum Occidentale. quod Herodianus [t] dicit Italiam à Germania diuidere, ad Præfectumque Prætorio Italiæ, pertinebat, cuius ſex prouincias Notitia recenſet.

r Tranquill. in C. Iulio cap. 22.
ſ in Claudio.
t in Alexandro.

Duas

Duas Pannonias primam, & ſecundam, Noricum Mediterraneum,& Ripenſe, Sauiam, & Dalmatas, ex quibus ſola Pannonia ſecunda conſularem habebat. Quare cum ad Elpidium Pannoniæ conſularē Conſtantius ſcribit, [a] de ſecunda eſt intelligendum. Sauia Correctorem, reliquæ Præſides habuere. Huic Illyrico & Africæ P.P. Italiæ imperabat. Marcellinus, [b] Valentinianus, inquit, Mediolanum, valens Conſtantinopolim diſceſſit,& Orientem quidē regebat poteſtate Præfecti Saluſtius, Italiam verò cū Africa & Illyrico Mamertinus. Hæc ille. Illyrici regiones, ita ſe habebant, vltra Oenum fluuium, à quo Retiam ſecundam terminari diximus, Oriẽtem verſus erat Noricum,quod vſque ad Cecium mõtem perueniebat, à Meridie & Alpibus vſque ad Danubij ripas verſus Septentrionem extendebatur, & ob id huius regionis pars Ripenſe Noricum vocabatur, hodie Bauaria dicitur. Aliud Noricum mediterraneum dicebatur, cuius Præſes Conſtantino imperante,erat perfectiſsimus,vt apparet ex ſequenti inſcriptione apud Celeiam Stiriæ in pariete templi Franciſcanorum. D. N. FL. CONSTANTINO CLEMENTISS. ATQVE VICTORI AVG. MARTINIANVS V. [c] P. PRAESES PROVINCIAE NORICI MEDITERRANEI.

a l.6.C.T. de veteran.
b lib.26.
NORICVM.
c vir perfectiſſimus.

Vltra montem Cecium ad Orientem vſque ad fluuium Aenonem inter Alpes Liburniæ,& Danubium eſt Pannonia prima ſeu ſuperior,nunc Auſtria vocata,quæ à Præſide regebatur.

PANNONIA I.
PANNONIA II.

Vltra Aenonem Draua,& Danubio,Pannonia inferior clauditur,vbi Iſter Draua miſcetur. Nũc Boſſina & Seruia nominatur, cui Conſularis præerat. Inter Sauum vero & Drauam Sauia eſt,nunc Croatia dicta, cui præerat Corrector. Aliqui exiſtimant, vbi nunc eſt Seruia & Boſsina, Sauiam fuiſſe, quod ego non affirmo. Præſidis Valeriæ,quæ nunc Stiria dicitur,iiſdem finibus clauſæ,Notitia non meminit, cum tamen proprium infra illi Ducem aſsignet,fortè à Conſulari Pannoniæ ſecundæ regebatur. Tres ergo diœceſes P.P.Italiæ parebāt, Italia,Illyricum & Africa,cuius ſolius Vicarij inſignia,cum ſuis Conſularibus,correctoribuſque,& Præſidibus, eorumq; imaginibus Notitia oſtendit, Illyrici verò Conſularem vnum, & Correctorem, quatuorque Præſides in Indice tantum receſet, ſed nullum eius Vicarium nominat, aut Præſidum inſignia, vel officia repræſentat, quæ tamen quemadmodum Vicarij Africæ, & aliorum olim cum ſuis magiſtratibus exercitata fuiſſe conſtat. Sub Valentiniano enim III.& Theodoſio ea regione ab Hunnis deuaſtata,vt auctores ſunt D.Proſper & alij, Rectores eo mitti deſiere. Paulus Diaconus, [d] Per hæc tempora, inquit,ſcilicet Theodoſij Iunioris, Hunnis Thracias,& Illyricum populatione vaſtantibus, exercitus qui Siciliæ morabatur,ad defenſionem Orientalium prouinciarum reuertitur: & alibi, [e] ſub Martiano, & Valentiniano Iuniore, Rex, ait, Hunnorum Attila, dum regnum intra Pannonias, Daciamque gereret, Macedoniam Myſiam,& Achaiam, vtraſque etiam Thracias, immaniſsima rabie deuaſtabat. Alij [f] volunt Valentinianum Placidiæ Theodoſio ſocero Illyricum ceſſiſſe, vt Eudoxiam eius filiam vxorem haberet. Nullus ergo ibi tum Occidentis Vicarius, aut Præſes. Sed nec vllus Comes aut Dux rei militaris fuit. Antea vero Vicario Illyrici ſex prouinciæ paruerunt, quas, à Conſulari Pannoniæ ſecundæ vt digniore incipiens,pro uiribus reſtituere conabor.

SAVIA.
d lib.14.
e lib.15.
f Iornandes.

## DE CONSVLARI PANNONIAE ſecundæ, & correctore Sauiæ, ac præſide Pannoniæ primæ, & vtriuſque Norici. Cap. LXIII.

PANNONIA intra Sauum fluuium & Danubium clauſa,à Tiberio Cæſare viuente Auguſto biennio eſt ſubacta. Pęoniam appellari Appianus ſcribit, quã Zonaras, & aliqui diuerſam faciunt, & in Macedonia ad Axiū flumen conſtituũt. Ptolomæus, in duas Pannonias diuidit,ſuperiorem ſeu primam, vbi nunc eſt Auſtria,& inferiorem, ſeu ſecundam, Narbone fluuio à prima ſeparatam, nunc Vngaria dicitur. Prius Proconſularis fuit, ſiquidem Seuerus A. vt ſcribit Spartianus, Pannonias proconſulari imperio rexit. Mox hæc diu Conſularis fuit. Eius enim Conſtantio imperante, Africanus, [g] mox Elpidius Conſularis fuit, [h] cui ſub Iuliano Apoſtata Sext. Victor Hiſtoriographus ſucceſsit,qui poſtea etiam vrbi præfuit,ut Marcellinus [i] ſcribit. Hunc Fortunatus ſub Valentiniano in eodem magiſtratu ſequutus eſt. [k]

PANNONIA 2.
g Marcel.lib.16.
h l.6.C. The.de veteran.
i lib.21.
k l.27.C. Th.de curſu public.
PANNONIA I.

Superior verò ſeu Pannonia prima præſidem habebat. Huius metropolis erat Sabaria,vbi prouinciæ theſaurus ſub præpoſito theſaurorum Sabarienſium ſeruabatur. Pannoniæ annis 50. ab Hunnis retentæ, anno ſalutis 429. ſub Valentiniano ſecundo ſunt receptæ,ac rurſus amiſſæ. [l] Oſtrogothi enim,qui Hunnis ſuperatis circa Danubium ſederant, cùm Illyricum vaſtare cœpiſſent, eas à Leone primo A. cum Myſia acceperunt, & illi, Theodericum [m] Theodomirus ex Aſilona concubina filium obſidem dederunt.

l auctor Marcellinus Comes.
m Blond. prima decad.lib.1.

Sauia citra Sauum,à quo nomen accepit, ſita, vbi eſt Liburnia,Correctorem habuit,cuius ſub Conſtātio Rectorem fuiſſe Africanum Marcellinus [n] ſcribit, ſed correctorē intelligit. Huius metropolis erat Sciſciana,vbi prouinciæ theſaurus reponebatur, cui præerat præpoſitus theſaurorum Sciſcianorum Sauiæ nuncupatus. Hic etiam Procurator monetæ Sciſcianæ ſub Comite largitionum monetam percuti curabat. Sauiam & Pannoniam ſecundam limites Rom. imperij vnus Dux cum pluribus numeris tuebatur,& alius Pannoniam primam.

SAVIA.
n lib.15.

Noricum Cecio monte ad Orientem à Pannonia diuidebatur,ab Occidente Oeno fluuio à Vindelicia & vſque ad Danubium Septentrionem verſus extendebatur. Duplex erat Noricum, Ripenſe ultra Narabonem,ſecundum Danubij ripam tendens, & illud, quod eſt citra, Mediterraneum vocatum, vtrunque ſuum præſidem habebat. Prius à Procuratoribus, Galba imperante adminiſtrabatur. Tacitus. [o] Dux, inquit, Mauritaniæ, Retiæ, Noricum, Thraciæ, & quæ aliæ procuratoribus cohibentur. Dalmatię præſes ſequitur.

NORICVM.
o lib.7.

## DE PERFECTISSIMO PRAESIDE Dalmatiæ. Cap. LXIIII.

DALMATIA à monte Sardonio verſus ſeptẽtrionem ad mare Hadriaticum, & Meridiem contra Apuliam protenditur: ab occaſu habet Liburniam, ab Oriẽte Macedoniam, à qua Drilone fluuio diuiſa, antiquum nomen retinet. Quatuor habebat metropoles, Ladram, Salonam, quæ alio nomine Spalatum dicitur, vbi erat præpoſitus theſanrorum Salonitarum, Dalmatiæ, ſub Comite largitionum, & Baphium Salonitarum Dalmatiæ uocatum, vbi ſericum, & lanæ Principis purpura tingebantur: Hic

etiam



etiam arma fabricabantur. Aliæ metropoles fuere Antibarus, & Raguſa, latinum habentes idioma; reliquæ Sclauono ſermone,& habitu utebantur, vt ait Guilielmus Tiri Archiepiſcopus. [a] Dalmatia olim Proconſuli Macedoniæ paruiſſe aliquibus videtur. Vlpianus enim ſcribit ſe ab Herennio Modeſtino Proconſule de Dalmatia conſultum, [b] ſed illa dictio, proconſule, in Florentina lectione deeſt: Ei certum eſt Præſidem imperaſſe, non clariſsimum, vt alij, ſed Perfectiſsimum; neque enim ex Senatoribus, ſed ex inferioribus eligebatur, aut equitibus, quos dignitate perfectiſsimi anteibant, vt Conſtantinus ad Verrinum Præfectum vrbi ſignificat. [c] Senatores, inquit, qui ueniam ætatis impetrant, apud P.V. officium de ſuis moribus, & honeſtate perdoceant: Perfectiſsimi apud Vicariam Præfecturam: equites Romani apud Præfectum Vigilum, quæ uerba in Codice Iuſtiniani [d] ſunt immutata. Itaque poſiti ſunt perfectiſsimi ſupra equites, qui non primum, ſed ſecundum poſt Clariſsimos locum habebant,& in iure à Perfectiſsimis ſeparatis tractatibus diſtinguuntur, [e] & poſt eos locantur.

a lib. belli ſacri 2.cap.17.
b in l.ſi quis vxori.52.6. ſiquis aſi ſum.ff.de furt.
c in l. 1.C.T.de his, qui veniam ætat.impetr.
d in l. 2. C. de his,qui veni.ætat. impetra.
e tit.C. de perfectiſſimatus dignitate. & C. de equeſtri dignitate.

Inſignia Magiſtratus perfectiſsimi ſunt duo Principes in ſummo auratæ pilæ, in unum uterum deſinentes, vt ſupra in Correctore Apuliæ, & Præſide Cappadociæ expoſui; Item abacus rubro tapeto inſtratus, qui librum viridi corio tectum regit; infra eſt forma oppidi cum hac inſcriptione PROVINCIA DALMATIA; In manuſcriptis dorſo libri inſunt hæ notæ. LFLG. P. PRVM. IVSSV DD. quas ita ſum interpretatus. Liber fœlix legendus Præſidibus prouinciarum iuſſu dominorum. In Madruciano littera G. eſt minuſcula.

Officium habet Principem ex eodem officio, Cornicularium, Tabularios duos, Commentarienſem, adiutorem, Abactis, Subadiuuam, Exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus ad aliam non licet tranſire militiam ſine annotatione clementiæ Principalis. Ceteri Præſides, ad ſimilitudinem Præſidis Dalmatiæ, officium habent. Hæc ſunt, quæ de Vicario Illyrici & eius Magiſtratibus, ſcribere neceſſaria exiſtimaui. Nunc ad Vicarium Africanæ diœceſeos, & eius iudices eſt veniendum, quod de nouis Africæ magiſtratibus differendi occaſionem dabit.

## DE VICARIO AFRICAE ET EIVS Conſularibus, ac præſidibus. Cap. LXV.

PRAETER Romæ, Italiæque, atque Illyrici Vicarium; Quartum Africæ P. P. Italiæ habuit, vt ſub Diocletiano Aurelium gricolaum, vt ex actis D. Mar- Acelli martyris, conſtat, [f] ſub Conſtantino Eubulidem, [g] Conſtantio Aconium Catulinum, [h] mox Anatolium; [i] deinde Petronium, [k] & Maximianum: [l] ſub Iuliano Apoſtata Vitianum: [m] ſub Valentiniano Dracontium, [n] & creſcentem. [o] Gratiano Comenium. [p] Arcadio Dominatorem. [q] Quinque regebat prouincias, duas conſulares Byzatium & Numidiam, Tres Præſidum, Tripolitanam, Mauritaniam Sitifenſem, & Mauritaniam Cæſaream, quam in indice Notitia tanquam à Duce rectam prætermittit: ſed inſignia repræſentando, eam quintam prouinciam Vicarij ponit. Sext. verò Ruffus ſex prouincias, inter quas & Tripolitanam conſularem facit, & Africam propriè dictam, qui eſt tractus Carthaginenſis, cui proconſul præerat, ſextam prouinciam ponit. Vniuerſam igitur Africam in ſex prouincias ita diuidit. Proconſularem in qua, inquit, eſt Carthago. Numidiam, Byzatium, Tripolitanam conſulares, ac duas Mauritanias, Cæſarienſem, & Sitifenſem Præſidales. Aliter Ptolomæus diuidit, ſed nos Notitiam ſequimur. Numidia ab Ampſaca ad Ortum tendens, uſque ad Siſſaram fluuium peruenit, cuius caput eſt Cirtha, Antonino Pio imperante, Legatum ſeu Præſidem habuit Tuſcium Fuſcianum, [r] ſub Diocletiano Concordium Proconſulem. [ſ] Poſtea ſub Conſtantino Valentinum conſularem, [t] ſub Arcadio Ianuarium. [u] In hac prouincia Rationalis ſummarum Numidiæ appellatus, ſub Comite Largitionum reſidebat.

f apud Surium, 30.octobr.
g l.2. C. de lucris aduocator.
h l. 24. 26.C.T. de decurionib.
i l.28.C. T.eod. de decurionib.
k l.pen.C. de dilationib.
l l. 44.C. T.eod. tit.
m l.7. C.de ædific. priuat.
n l.10. 11. 13.& 16.C.T.de anno. & tribut.l. 6.C. eod.tit.l.8.C. de iure fiſci. l.9.C. T. de ſuſceptoribus.
o l.17. C. T. de anno. & tribut.
p l. 84.C.T. de decurionib.
q l.35. C. T. de hæret.
Africæ ſtatuit.
Numidia.
r nam ſecundū, 7.C.de lega. præſtan. contra tab.
ſ l.28.C.The.de adult.l.ita nobis 28.C. eo. tit.
t l.7.C.Theo.de epiſto.
u l.17.C. Th.de luſtra. collat.

In mediterraneis inter Bragadam, & Tritonem fluuios, eſt Byzatij regio conſularis omnium fertiliſsima. Plinius. [x] E medio, inquit, in Byzatio Africæ campo centeni quinquageni modij redduntur. Miſit ex eo loco D. Auguſto Procurator eius ex uno grano, (vix credibile dictu) quadringenta paucis minus germina, extantque de ea re epiſtolę. Miſit & Neroni ſimiliter CCCLX. ſtipulas ex vno grano. Hæc ille.

Byzatium.
x lib.18.c.10.

In Byzatio eſt vrbs Adrametum, quam olim magnam & metropolim Iuſtinianus muro muniuit, & à ſe Iuſtinianam appellauit, [y] nunc Macomedia dicitur. Adrimetinam coloniam D. Cyprianus appellat; [z] de qua in actis Apoſtolorum. [a] Iuliano Apoſtata imperante, Aginarius Byzacenæ conſularis fuit, [b] ſub Valentiniano Honoratus. [c] Ad Byzacenos eſt Valentiniani reſcriptum, [d] Byzancenos legit Stephanus.

y Procop. lib.6. de ædific. Iuſtinia.
z epiſt.45.
a cap. 25.
b l.1. C.The. de colla.don.vel relat.
c l. 1. C. de off. com.rer. priuat.
d l.curialis. 25. C.de decur.

A Mauritania, quæ vltima pars Africæ ad Oceanum vergit, & ab Hiſpanijs freto Herculeo, ſeu Gaditano diuiditur, ab ortu Ampſaco fluuio à Numidia ſecernitur. Eam C. Iulius Cæſar, Iuba Rege victo in prouinciam redegit, vbi Criſpum Saluſtium Proconſulem reliquit, [e] Appianus, [f] Cæſar, inquit, Iubæ regnum Romanis ſub tributo conſtituit, cui Criſpus Saluſtius Proconſul præfuit. Ac Romanis uſque ad annum humanæ ſalutis CCCCXLI. paruit, quo Genſericus Vandalorum Rex, à Bonifacio magiſtro militum accitus, eam cum tota Africa occupauit: [g] & cum per triennium vario præliorum euentu pugnatum eſſet, tandem inter eum, & Valentinianum III. pax firmata eſt, & certis ſpacijs Africa inter vtrunque diuiſa, vt auctor eſt D. Proſper, [h] ſed quæ partes utrique obuenerint, non aperit. Verum ex eiuſdem Valentiniani conſtitutione ad Albinum [i] P. P. apparet, Numidiam, & vtranque Mauritaniam, & Tripolitanam ipſum habuiſſe, & cum eos populos à Barbaris attritos inueniſſet, octaua ſoluti tributi parte contentus, reliquum remiſit, vt ſcilicet Numidæ, ſi mendoſa non eſt conſtitutio, ex XXXIII. millibus aureorum & DC. pendi conſuetis, IIII. millia tantum & CC. ſoluerent, & mille ducentos militares annonas, quæ antea erant IX. millia & DC. & CC. capita, ideſt equorum pabula, quæ prius MDC. fuerant, ſingulaſque annonas ſolidis quatuor, per annum iuſſit eſtimari. Iuſtinianus tanti & ipſe capitationem, ſed ſolidis quinis ſingulas annonas adærari ſeu compenſari [k] mandat. Alia præterea Numidæ tribuebant, vt ſalem, alumen, linum maceratum, filiquas, pro quibus duo millia ſolidorum pendebant, [l] herbam Rubiam, & alia, quæ ob corruptum Codicem legi nequeunt, & hæc pro numero hominum, & cuiuſque facultate largitionibus inferri præcepit. Rubia à Græcis Erythrodanum dicta, ad tingendas lanas maximum vendentibus quæſtum præſtabat, vt Dioſcorides ſcribit. Plinius, [m] in primis, inquit, Rubia tingendis lanis, & corijs neceſſaria. Cum verò diminuto in hac diœceſi imperio, nullus amplius ibi Vicarius iudicaret, ſanxit Valentinianus, vt ab illius Præſidibus, qui ſub Romanis Principibus remanſerant, ad Præf. vrb. prouocaretur. [n] In hoc ſtatu Africa vſque ad annum CCCLVII. manſit,quo occiſo Valentiniano, Genſericus non modo Numidiam cum Mauritania recepit, ſed Roma etiam

e Cæſar lib.5.de bello ciuil.
f lib.2.belli ciuilis.
g Marcellinus, Comes l. 1. in princ. C. de off. præf. præto. Africæ.
h in chronicis.
i Nouell.1.The. de tributis fiſcalib.tit.22.& Nouel.Valentini.de prædijs piſtorijs. tit.38.
k in l. 1.& 2.C. de off. præf.præto. Afr. in Notitia.
l Nouell. Theodoſij tit. 38. de prædijs piſto.
m lib.19. c.3.
n d. Nouell.2.

V omnibus

omnibus ornamentis ſpoliata, Eudoxiam Valentiniani vxorem cum duabus filiabus abduxit. Occidentaleque occidit imperium. Verum Iuſtinianus poſt annos XCV. quàm à Vandalis occupata fuerat, Africam recepit.

MAVRITANIAE.

Mauritaniam, C. Caligula, inquit Plinius, in duas diuiſit, Mauritaniam Tingitanam, quæ alluitur Oceano, & antea Sitifenſis à loco nominabatur, & Cæſarienſem ita à ſe dictam. Ipſas interfluens Malua diuidit. Dion vero [a] id à Claudio factum ſcribit, & vtranque prouinciam à duobus equitibus adminiſtrari iuſſam. Sub Galba à procuratoribus regebantur. Tacitus, [b] duæ, inquit, Mauritaniæ, & quę aliæ procuratoribus, cohibentur: Tingitana à Tingi ciuitate appellata, nunc regnum Feſſæ & Marochi nuncupatur, vbi limite Rom. Imperij conſtituto Comes VIII. oppida cuſtodiebat.

a lib. 58.

b lib. 17.

Mauri Sitifenſes Valentiniano à Genſerico ex pacto relicti, pro XL. millibus ſolidorum, quos annui tributi nomine pendere ſolebant, octauam & ipſi, ideſt, quinque millia ſoluerunt, præter annonas & capita, quæ ducibus, ac militibus præſtabant. [c] Ad Mauros Sitifenſes eſt Valentiniani epiſtola. [d]

c d. Nouell. 1. tit. 22.

d priuilegio. 27. C. de decurionib.

Cæſarienſis uero Mauritania eſt regnum Tremiſcenæ ſiue Teleſin. Tempore Notitiæ Mauritaniæ Cęſarienſis Pręſes, idem & Dux militibus imperabat. Is Iuſtiniano imperante inſignia à cęteris diuerſa gerebat, nempe ſceptrum argenteum, pileum loris, & calceos auro ornatos. Procopius. [e] Lex, inquit, Mauritanis erat, pręfectum nullum eſſe oportere, qui Romanis ſit aduerſus, quivè non inſignia prius magiſtratus à Romanorum ferat Imperatore. Sunt autem inſignia hęc, baculus argenteus, ſupraque auratus, pileus argenteus non totum obtegens caput, ſed veluti corona loris argenteis circumpendentibus ornatus, veſtis vilis admodum, & alba, varieque diſtincta. Arbyla (genus ideſt ſoleę) aurata. Hęc Procopius.

e lib. 1. de bello vandal.

TRIPOLITANA.

A Tritone vſque ad aras Phyleniorum, inter duas ſyrtes eſt Tripolitana, à tribus vrbibus nominata, quę ſunt Leptis magna, eadem Neapolis vocatur, ortu Seueri Imperatoris nobilis, teſte Procopio, quam deſertam Iuſtinianus reſtaurauit. Taphra, & Abrotana, vt vult Solinus. Tripolitanam Notitia Pręſidialem facit. Hic erat Baphium Girbitanum, à loco appellatum, vbi ſericum Principis, & lanæ purpura tingebantur. Proprius quoque Comes XIIII. limites Africæ cum totidem caſtrorum Præpoſitis tuebatur: cum in Numidia vtraque Mauritania, & Tripolitana Vicarius eſſe deſijſſet ab earum rectoribus ad P. V. appellari Valentinianus conceſſit. [f]

f Nouell. Valentinia. 1. tit. 22.

NOTITIA.



NOTITIA.

# VICARIVS AFRICÆ.



*Byzacium* — *Numidia*



*Tripolitana* — *Mauritania Sitifenſis* — *Mauritania Cæſarienſis*



## NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarij Africæ.

Conſulares.

BYZACII. NVMIDIAE.

Præſides.

TRIPOLITANAE.
MAVRITANIAE *Sitifenſis.*
MAVRITANIAE *Cæſarienſis.*
OFFICIVM *autem habet, idem vir ſpectabilis hoc modo.*

PRINCIPEM *de ſchola Agentum in rebus Ducenarium.*
*Cornicularium.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Ab actis.*
*Curam Epiſtolarum.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuas.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos officiales.*

## COMMENTARIVM.

INSIGNIA habet hic Vicarius, Librum & imagines Principum, vt alij Vicarij: In manuſcriptis codex auro tectus notas habet, quæ in alijs Vicarijs tam Orientis quàm Occidentis repræſentantur: Principum quoque vultus auratæ pilæ præfixos præfert: Infra quinque mulierum effigies vaſa aureis plena geſtant, coronis capita, & colla monilibus circundatæ: Quinque prouincias huic Vicario ſubiectas ſimulant: His ſupra inſcriptum eſt. BYZACIVM, NVMIDIA, TRIPOLITANA, MAVRITANIA SITIFENSIS, MAVRITANIA CAESARIENSIS. Tripolitanæ Honorio imperante Simplicius Præſes fuit (l.59.c.Theo. de appella.) Cæterùm Theodoſio iuniore & Valentiniano III. imperantibus; cùm Africam Aetius & Bonifacius Comites tenerent, contra hunc ab illo proditionis accuſatum, aliquot miſſi Duces ſunt profligati: Demum Bonifacius Africam ſe tueri poſſe diffiſus, an. ſalutis CCCCXXXIX. Vandales uocauit, qui eam per annos 95. occuparunt, [a] donec Iuſtinianus per Beliſarium illis profligatis Africam recepit, [b] cui, Vicario abolito, proprium Præfectum conſtituit. Hic Vicarius officium, vt alij Vicarij habuit, & duobus Præfectis annonæ & fundorum patrimonialium imperauit, qui nullam in prouincijs ditionem exercebant: Sed quia in Indice ſub Præfecto Italiæ inſtar duorum præſidum ponuntur, de ipſis aliquid eſt dicendum.

a l.1.in princ.C. de offi.P.P.Afri.
b d.l.1.in princ. Nicephor. li.14. c.16.& lib.17.c. 22.& Procopius.

### DE PRAEFECTIS ANNONAE *Africæ, & patrimonialium fundorum.* *Cap. LXVI.*

C. Iulius Cæſar XX. myriades, id eſt, CC. millia medimnorum Atticorũ frumenti, & olei librarum myriades CCC. id eſt, ter decies trecentena millia ad alendum populum Romanum aduehi iuſſit, [c] duosque Prætores, & totidem ædiles inſtituit, qui eius rei curam haberent. [d] Sed & ex Alexandria Romam frumenta vehebantur, quæ cùm maris tempeſtate quandoque retardarentur, Commodus Imperator, inquit Lampridius, Claſſem Africanam inſtituit, quæ ſubſidio eſſet, ſi forte Alexandriæ frumenta ceſſarent, & hanc claſſem Commodianam Herculeam appellauit, vt ex Africa annonam in Vrbem transferret: cuius rei gratia, præter eum, qui Romæ erat, alius in Africa annonæ Præfectus creabatur, qui frumenti illic colligendi, & Romam tranſmittendi curam haberet. Huius miniſter vel adiutor fuit, quem Symmachus [e] Notarium appellat: Oro, inquit, perennitatis veſtræ ſalubre præſidium, vt iudices Africanos, & notarium, cui æternitas ueſtra mandauit frumentarios commeatus, ſeueriora ſcripta ſtimulent; Idem curam habebat olei ex Africa Romam mittendi: Symmachus ad eundem: [f] Olei, inquit, ſpecies victum plebis tenuiter inuecta ſollicitat; quare oramus, vt quamprimum iudices Africanos ſuper hac ſpecie Romanis horreis inferenda diuinus ſermo ſtimulet.

c Plutarchus in C.Iulio Cæſare.
d l.2.§. deinde Cornelius Sylla. ff.de orig.iur.
e epiſto.17.li.1. ad Theodeſium.
f epiſto.34.li.1.

Alius ſub eo Præfectus fundos patrimoniales Principis, quos plurimos habebat, in Africa curabat, olim, Africæ Procurator uocatus, ita enim Conſtantinus Proculum appellat. [g] qui res Africæ procurans, Præfectus patrimonialium eſt dictus; Gildonis enim amplum patrimonium, aliaque Principis latifundia adminiſtrabat, & Comitis titulo honeſtatus, officium inſtar Comitis rerum priuatarum habebat, vt in eo eſt declaratum: & de hoc in Indice ſub P. P. Italiæ intelligi arbitror, Hic etiam prædia, quæ alendis militibus non erant addicta, uendebat, vel locabat, aut in emphyteuſim dabat, [h] & precium Comiti rerum priuatarum repræſentabat. Tanti verò erant hi Præfecti, vt in Indice Præfecti Italiæ pars diœceſeos Africæ habeantur Præſidibus æquati: In hac diœceſi reſidebat & Rationalis ſummarum Africæ, qui Comiti Largitionum parebat. Hæc Notitiæ noſtræ tempore ſic ſe habebant. Poſtea verò recepta à Vandalis Africa, eius proprius præfectus prætorio eſt creatus, Hic longe antea à Conſtantino aliquibus inſtitutus fuiſſe videtur, cum ad Catulinum P.P. Africæ ſcribat: [i] ſed ſuſpecta eſt ea lectio: In Codice enim Thedoſiano [k] habetur ad Catulinum P. V. Africæ, quas notas interpretor, prouinciæ Vicarium Africæ, quam ipſe Eubulide Vicario illi dato, [l] diœceſim P P. Italiæ fecit: antea enim nullus Africæ P.P. fuiſſe apparet; ſed ea a Barbaris cum Italia occupata, cum eius Præfectus eſſe deſijſſet, demum Iuſtinianus circiter annum ſalutis DXXXIII. Africæ receptæ proprium Præfectum conſtituit, qui abolitis Vicario, & Proconſule, Carthagini ſedem habuit, [m] primoque Archelao ad eũ honorem prouecto, priſtinos magiſtratus renouauit: duabus tantum ex Præſidalibus in Conſulares mutatis, & una ex conſulari Præſidali facta. Mauritania enim Tingitana, & Africa, vbi degebat Proconſul, Byzacium, & Tripolitana, Conſulares dictæ, Numidia & Mauritania Cæſarienſis præſidales; quibus Sardinia [n] & ipſa Præſidalis eſt addita, quæ prius iuris Italici fuerat. Horum ſinguli apparitores quinquaginta habuere: Pro codicilliſque magiſtratus Laterculenſibus ſolidos ſex, ſcrinio P. P. XII. ſoluebant; [o] ſalarium quoque illis præſtitutum in Notitia quadam ſeu breuibus Iuſtinianus explicat; [p] ſed ob mendas vix aliquis ſenſus inde percipi poteſt: Ego tamen eam conſtitutionem pro uirium tenuitate reſtituere conatus, alibi ſum interpretatus, quam hic tanquàm Notitiæ minus neceſſariam omiſi.

g in l.1.C.de col lat.fund.patrim. & emphyteut.
h l.1.4.& ſeqq. C. de fund. rei priuatæ.
i l.2.C.de coll. fundo.patrimo.
k lib.11.tit.16. l.1.
l l.2.C.de lucris aduocat. l.26.C. T.de decurio.
m l.1. §.Deo itaque. C.de offi. P.P.Africæ.
n d.§.Deo itaque
o d.l.§.penul.
p d.l.1.in fi.

Officiũ eiuſdẽ Præfecti erat uirorũ CCCXCVI. [q] ſed forte legendum CCCLXXXVIII. Ipſe laterculenſibus pro expediendis codicillis magiſtratus XII. ſolidos ſeu aureos pendebat: [r] Illi verò libræ centum auri, id eſt, vltra decẽ millia & DCCC. noſtri aurei ſunt præſtituti: Cancellario auri libræ ſeptem quæ fermè 750. noſtros aureos efficiunt. Nunc ad Præfecti Prætorio Galliarum Vicarios eſt veniendum, quibus ante ſummarium eorum magiſtratuum præfixi.

q d §.Deo itaque
r l.2.§.fi.C.col.

Præfect.



**Præfect. P. Galliarum puinciæ XXIX. parent. Vicarij III.**

- *Vicarius Hiſpaniarum cuius prouinciæ VII.*
  - *Conſulares III.*
    - *Betica.*
    - *Luſitania.*
    - *Gallecia.*
  - *Præſidum IIII.*
    - *Tarraconenſis.*
    - *Carthaginenſis.*
    - *Tingitania.*
    - *Inſulæ Balleares.*
- *Vicarius XVII. prouinciarum, cuius ſunt.*
  - *Conſulares VI.*
    - *Viennenſis.*
    - *Lugdunenſis.*
    - *Germania prima.*
    - *Germania ſecunda.*
    - *Belgica prima.*
    - *Belgica ſecunda.*
  - *Præſidum XI.*
    - *Alpes maritimæ.*
    - *Alpes Pannoniæ & Graiæ.*
    - *Maxima Sequanorum.*
    - *Aquitanica prima.*
    - *Aquitanica ſecunda.*
    - *Nouem populi.*
    - *Narbonenſis prima.*
    - *Narbonenſis ſecunda.*
    - *Lugdunenſis ſecunda.*
    - *Lugdunenſis tertia.*
    - *Lugdunenſis Sinonia.*
- *Vicarius Britanniarũ V.*
  - *Conſulares II.*
    - *Maxima Cæſarienſis.*
    - *Valentia.*
  - *Præſidum III.*
    - *Britannia prima.*
    - *Britannia ſecunda.*
    - *Flauia Cæſarienſis.*

### DE VICARIO HISPANIARVM *& earum magiſtratibus.* *Cap. LXVII.*

TRES Prefecti Galliarum erant diœceſes, Hiſpaniarum, Galliarum, & Britannię, quibus ſingulis ſinguli prçerant Vicarij, prę mittitur autem qui Hiſpaniam regebat, vt puto, quia hęc prima coutinentis populi Roma. facta eſt prouincia, vt ait Sext. Ruffus. Nam antea duæ ſolæ inſulæ Sicilia, & Sardinia prouinciæ factæ fuerant. [a] Verum Q. Aelio, & M. Iunio Coſſ. quemadmodum [b] Liuius recitat, Hiſpania in duas prouincias eſt diuiſa, citeriorem cis Iberum, & vlteriorem, & ſi quandoque ultra id flumen multæ vrbes citerioris fuiſſe videntur. Citerior prætorem habuit, Liuius. [c] Prætorum ſortes fuere Gn.Fuluij Hiſpania citerior, vlterior autem à Proconſule regebatur, Liuius, [d] L. Manlius, inquit, proconſul ex Hiſpania redierat, Cæſar, [e] litteras, ait, ad Marcellum lepidum proconſulem in Hiniam vlteriorem mittit. Auguſtus verò totam Hiſpaniam à ſe ſub iugum miſſam, in tres prouincias diuiſit, Beticam Luſitaniam, & Tarraconenſem. Beticam populo Romano reliquit, in quam Prætor mittebatur, in alias legati. Strabo Betica, inquit, populo Romano attribuitur, ad quam Prætor mittitur, qui legatum habet, & Quęſtorem. Reliqua Hiſpania eſt Cęſaris, qui duos mittit legatos, Prætorium, & Conſularem, Prętorius legatum habet, qui Luſitanis, vicinis ius dicit. Hæc ille. Sed Tiberius Cæſar Beticam cum alijs prouincijs in ſe tranſtulit, [f] & illi Proconſulem Vibium Serenum præfecit, quem poſtmodum damnauit. Tacitus, [g] Vibius, inquit, Serenus proconſul vlterioris Hiſpanię de vi publica damnatus in inſulam Amorgum deportatur. Is magiſtratus vſque ad M. Antoninum continuauit, [h] poſtea Hiſpaniam Pręſides rexerunt, & [i] Seuero imperante, à ſolo Męcio Probo pręſide eſt adminiſtrata. [k] Ceterum Conſtantinus ſeptem prouincias, Hiſpanię fecit; Luſitaniam, Beticam, Galleciam, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Tingitanam, & Balearem. Sextus Ruffus in ſex prouincias diuidit, Tarraconenſem, Carthaginenſem, Luſitaniam, Galleciam, Beticam, Tranſfretanam Inſulam terræ Africæ, ſeu Tingitaniam. Notitia addit inſulas Baleares, à Sexto Ruffo omiſſas.

a l.2.§.capta.ff. de orig.iur.
b lib.55.
c lib.5. deca.5.
d lib.9.deca.4.
e lib. 4. ciuilis belli.
f Tacitus in 2.
g lib.4.
h l.4. §. 1. ff de ſicar. l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien.iur.
i l. fin. C.ſi propter public. penſitat.
k l.relegatorum 7. §. interdicere. ff.de interdic. & relegat.

om iſſas. Itaque factæ ſunt ſeptem prouinciæ, quarũ Betica, Luſitania, & Gallecia erant conſulares, reliquæ præſidales, inter quas Ruffus etiam Galleciam ponit. Sulpitius verò Seuerus vult eam à Proconſule rectam fuiſſe, qui inquit, ſub Gratiano eſſe deſijt, vltimuſque fuit Voluentius, qui donis corruptus, Gnoſticis hæreticis fauit, poſtmodum ſolum Vicarium, & Præſides habuit. Hæc ille. Id ſub Gallieno eueniſſe puto, quo imperante Franci Hiſpaniã ſunt ingreſſi [a] poſtea uero à Diocletiano Viator [b] Hiſpanijs Vicarius eſt datus. Conſtantinus titulo Comitis illi cõceſſo, modo Vicarium, modò Comitem vocat, Octauianum enim Comitem Hiſpaniarum anno ſalutis 318. creauit, [c] mox Tiberianum, quem Comitem, [d] eũdemque Vicarium Hiſpaniarum appellat. [e] Huic ab eodem, non Diocletiano, vt malè ſcriptum eſt, ſuffectus eſt Seuerus. [f] Sub Valẽtiniano Valerianus, [g] mox Arthemius, [h] deinde Arcadio & Honorio imperantibus Petronius Vicarij Hiſpaniam rexerunt. [i] Demum irruentibus in eam prouinciam Barbaris, ijdem principes, circa annum humanæ ſalutis CCCXCIX. Macrobium præfectum Prętorio Hiſpaniarum, & Proclianum Vicarium quinque prouinciarum conſtituerunt. [k]

a Aurelius Victor & Eutropius.
b Martyrolo. 23. octobr.
c l. 1. C. vbi Senato. vel clariſſ. l. 4. C. Theo. de decurio.
d l. cum ſeruum. C. de ſer. fugit.
e l. 16. ſi à ſpõſo. C. de donat. ante nupt.
f l. 14. ſcripturæ. C. de fid. inſt. ita emendanda hæc l. ex C. T. l. 2. eo. l. 27. data. C. de donat.
g l. 3. C. T. de offi. recto. prouin.
h l. 1. C. de diſcuſ. l. 2. C. T. de tabu.
i l. vlt. C. quor. bonor.
k l. 3. C. de pagan.

Erant hi loco Magiſtri militum, ibi ad hoſtiũ uim arcendam collocati.

BETICA.

Betica mari Ibero ad Meridiem cingitur, à Septentrione Aſſa fluuio à Luſitania ſeparatur, illi Betus fluuius interfluens nomen dedit. Nunc à Cocco, quod ibi plurimum naſcitur, Granata nominatur, Domitiano imperante Bebium Maſſam, [l] mox Cæcilium claſſicum vtrunque repetundarum damnatos, proconſules habuit. Deinde Calleſtrium Tironenem, [m] ſub Hadriano Ignatium Taurinum, [n] ſub Pio Aelium Marcianum Iureconſultum, [o] ſub Conſtantino vero Præſidem Egnatium Fauſtinum, [p] & ſub Conſtãtio Cęleſtinum. [q] Hæc poſtea conſularis eſt facta.

l Plini. epiſt. 23. lib. 9. epiſto. vlt. lib. 4.
m Plini. epiſto. 16. lib. 7.
n l. 4. in princ. ff. de ſicar.
o l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.
p l. vlt. C. ſi propr. publ. penſit. l. 2. C. Theo. de diſtrac. pignor.
q l. 3. C. Theo. de bon. proſcripto.

LVSITANIA.

Luſitania Ana & Buria fluuijs, Oceanoque clauditur, nunc Portugaliam nominant, cuius caput eſt Vliſsipone, vulgo Lisbona dicta. Hæc quoque conſularis fuit. Vltra Buriam vſque ad Neriam promontorium, quod nunc eſt caput S. Mariæ finisterræ, tertia eſt prouincia Gallecia, nunc Gallicia vocata, cuius metropolis eſt Flauium Brigantinum, hodie Cõpoſtella nuncupatum. Quidam volũt hanc olim vocatam Brachariam Auguſtam. Hæ tres prouinciæ erant conſulares.

GALLECIA.

TARRACONENSIS.

Tarraconenſis verò eſt vlterior, & quarta Hiſpania, cui quinta Carthaginenſis additur, quæ duos Præſides etiam Conſtantino imperãte habuere, ſub quo Iulianus præſes Tarraconenſem rexit. [r]

CARTHAGINENSIS.

r l. 1. C. Theo. de curſu temp.

TINCITANA.

Sexta Hiſpaniæ prouincia à Ruffo Transfretana inſula recenſetur, à Notitia Tingitana dicta. Hæc eſt inſula Gadira, ſub qua Tingus Mauritaniæ pars continebatur.

BALEARES.

Septima Hiſpaniæ prouincia ſunt inſulæ Baleares nunc Maiorica & Minorica appellatæ, ad quas Præfectum miſſum fuiſſe [s] Liuius ſcribit. Hæ quatuor vltimæ prouinciæ pręſidales cum alijs tribus conſularibus Vicario Hiſpaniarum parebant. Sed cum Vandali & Alani Hiſpanias inuaſiſſent, Arcadio Honorioque imperantibus, proprius, vt dixi Hiſpaniarum Præfectus Macrobius, cũ Procliano Vicario eſt creatus, [t] cui cum quinque tantum prouinciæ eſſent relictę, quinquę prouinciarum Vicarius dicebatur. [u] Oroſius & Marcellinus Comes, Barbari, inquiunt, ad aratra conuerſi, diuiſis ſedibus, reſiduos Romanos, ut ſocios, & amicos fouent. Sed miſſus eo Conſtantius citeriorem Hiſpaniam recepit, vlteriorem inter ſe Barbari diuiſerunt. Vandalis, & Sueuis Gallecia, Alanis Luſitania, Turcilingis Betica ſub diuerſis Regibus euenit, quod fuit circiter an. ſalutis CCCCXIII. Mox Honorius conſenſit, ut Vandali, & Gothi in Hiſpania habitarent. Caſsitarides inſulas, quarum nulla hic ſit mentio, ab ijſdem occupatas fuiſſe puto. Eas P. Craſſus auiditate metallorum ſubegerat. [x] Viceſimas frumenti pop. Rom. Hiſpanos tributi nomine ſoluiſſe Liuius ſcribit, M. Marcellus tributum ex Celtiberia exegit C. talentorum. [y]

ſ de bello Philippico.
t l. 3. C. de paga. l. 15. C. Th. eo.
u d. l. 3. & 15.
x ſtrabo lib. 3.
y ſtrabo lib. 3.

NOTITIA.



NOTITIA.

# VICARIVS HISPANIÆ.




NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarij Hiſpaniarum.

Conſulares.

BETICAE. LVSITANIAE. GALLECIAE.

Præſides.

TARRACONENSIS.
*Carthaginenſis.*
*Tingitaniæ.*
*Inſularum Balearium.*

OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis hoc modo.*

PRINCIPEM *de ſchola Agentum in rebus ex Ducenarijs.*
*Cornicularium.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Ab actis.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuas.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquum officium.*

COMMENTARIVM.

INSIGNIA Vicarij Hiſpaniarum ſunt duo Principes inuicem complexi. Abacus alba mappa inſtratus, qui librum viridi corio tectum ſuſtinet, ut in alijs Vicarijs eſt dictum. Continebat hic codex ad huius Vicarij officium ſpectantia. Trium mulierum imagines infra viſuntur, reticulo & coronis aureis caput ornatæ, quod quamlibet earum regnum contine re inſinuat, vaſaque aureis plena geſtant. Referunt tres prouincias conſulares Hiſpaniarum tributum Imperatori pendentium. Inſcriptum eſt, BETICA, LVSITANIA, GALLECIA. Reliquarum quatuor præſidalium nulla apparet imago, fortè quod tum Imperatori non parerent. In manuſcriptis codicilli magiſtratus libro mãdatorum auro tecto inhærent, cui inſcriptæ ſunt notę, quę in alijs Vicariorum codicibus cernuntur. F.L. IN TALL. COM. ORD. PR. Mulieres ſupra tunicas pallijs indutę, capillos poſt terga ſpargunt, ut tum moris fortè fuit.

Officium habebat Principem de ſchola agentium in rebus ex Ducenarijs, Cornicularium, & reliquos, vt ceteri Vicarij.

# NOTITIA. VICARII SEPTEM PROVINCIARVM.



*Viennenſes. Lugdunenſis Germania prima Germania ſecunda Belgica prima*



*Belgica ſecunda Alpiū Maritimarū Alpiū Pœninarū Maxima ſequanorū Aquitanica prima*



*Aquitanica ſecūda Nouē populorum Narbonenſis prima Narbon. ſecunda Lugdunenſ. ſecūda*



*Lugdunenſis tertia*



*Lugdunenſis Senonia*







## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Vicarij Septem Prouinciarum.

### Conſulares.

VIENNENSIS.
LVGDVNENSIS.
GERMANIÆ *primæ.*
GERMANIÆ *ſecundæ*
BELGICÆ *primæ.*
BELGICÆ *ſecundæ.*

### Præſides.

*ALPIVM Maritimarum.*
*ALPIVM Penninarum & Graiarum.*
*MAXIMÆ Sequanorum.*
*AQVITANICÆ primæ.*
*AQVITANICÆ ſecundæ.*
*NOVEM Populorum.*
*NARBONENSIS primæ.*
*NARBONENSIS ſecundæ.*
*LVGDVNENSIS ſecundæ.*
*LVGDVNENSIS tertiæ.*
*LVGDVNENSIS Senoniæ.*
*OFFICIVM autem habet idem vir ſpectabilis Vicarius hoc modo.*
*PRINCIPEM de ſchola Agentum in rebus ex Ducenarijs.*
*Cornicularium.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Ab actis.*
*Curam Epiſtolarum.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuas.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquum officium.*

### *DE VICARIO GALLIARVM ſeu XVII. Prouinciarum, earumque Magiſtratibus. Cap. LXVIII.*

### COMMENTARIVM.

SECVNDVS Præfecti Galliarum Vicarius XVII. prouincias, in quot Gallia ſcindebatur, regebat. Gallia à Pyreneis montibus uſque ad Rhenum fluuiū extenditur, & noſtris alpibus Oceanoque clauditur. Galliam Cæſar in tres partes diuiſit, Aquitaniam, Lugdunenſem, & Belgicam. Auguſtus in quatuor his addita Narbonenſi, quæ diu Proconſulem habuit, ut auctor eſt Tacitus, [a] qui T. Iunium pro conſulatu Galliam Narbonenſem ſeuerè, integrè rexiſſe ſcribit, & Capitolinus de Maximo Auguſto loquens, ita ſcribit. Inde Proconſulatum Bitiniç egit, ac deinceps Græciæ, ac tertio Narbonæ: Conſtantinus verè Galliam in XVII. regiones partitus eſt. Hæc diuiſio noſtræ Notitiæ tempore obſeruabatur, quæ tamen tam hic quàm in indice ſemper VII. prouincias pro Gallijs nominat, vt tunc uocari videbantur, & ſi re eſſent XVII. Nam Lugdunenſibus, Germanijs, Belgicis, Alpibus, Aquitanijs, tum Nouempopulana, & Narbonenſibus, quibus Viennenſis adſcribebatur, pro unis poſitis, ad numerum VII. prouinciarum rediguntur. Quædam etiam ad Agricolaum PP. Galliarum FL. Conſtantini conſtitutio, qui Honorio imperante, ibi tyrannidem exercebat, Arelate, vbi ipſe reſidebat, VII. Galliarum Præfectos quotannis conuenire iuſsit. Verùm Sextus Ruffus XVIII. prouincias fecit. Alpes maritimas, Aquitaniam, Ambianenſem, Viennenſem, Narbonenſem, Nouem populanam, Aquitanias duas primam & ſecūdam, Alpes Graias. Maximam Sequanorum, Germanias duas primam & ſecūdam, Lugdunenſes duas, & Belgicas duas, & his addidit Britanias duas primam & ſecundam. Notitia in XII. diuidit, ſcilicet Viennenſem, Lugdunenſem primā, Germaniam primam, & ſecundam, Belgicas duas: Alpes maritimas, Penninas, Maximam Sequanorum, Aquitanias duas, Nouem populos, Narbonenſem primam & ſecundam, alias Lugdunenſes duas, & quartā Senoniam. Ex hi s Viennenſis, & Lugdunenſis prima, duæque Germaniæ, & duæ Belgicæ ſunt Conſulares, aliæ præſidiales. Viennenſis in Prouincia apud Allobro- **VIENNENSIS.**
ges inter fluuios Hiſaram & Rdodanum ſita eſt, cuius caput eſt vienna, nunc Delphinatus vocatur. Eius vrbes XIIII. Itinerarium recenſet: Metropolim Viennenſium, Gennauenſium, Gratianopolitanorum, Albenſium ciuitas ſeu viuario. Orcenſium, Valentinorum, Auenicorum, Arelatenſium, Carpentoracenſis, Maſsilienſium, Ricartinorum, Vaſionenſium, Arauſinorum, Cabellicorum,

Vniuerſa Lugdunenſis à Lugduno metropoli eſt **LVGDVNENSIS**
appellata; ad Occaſum Ligeri fluuio, vel ut alij uolunt, Garumna diuiditur, ab Ortu Sequana à Germania ſuperiore ſeparatur: ad Meridiem Tiſara fluuio à Narbonenſi; ad Septentrionem Oceanum Britannicum habet. Hadriano imperante, huic Vitraſius Pollio præfuit, [b] qui M. Antoninum grammaticam do- b l. Spadonem 15. in fi. aliàs incipit ſi quis. ff. de excuſa. tuto.
cuit, & Coſ. iterum vrbem Præfectus rexit. Cum uerò Conſtantinus plures Lugdunenſes feciſſet, prima Præſidem habuit, inter alios Antoninum Marcelli- **LVGDVNENSIS I.** anno ſalu. 310.
num: [c] Sed poſtea conſularis eſt facta. Ab Ortu Iu- c l. 1. C. T. ſine cenſu vel reliq.
ra monte, ab alijs partibus Gebeno & Arari fluuio cingitur, ubi Præfectus Araricæ claſsis degebat. Ciuitates V. habebat, inquit Itinerarium Lugdunum metropolim, ciuitatem Eduorum, Lingonum, Caſtrum Gaballionenſe, & Matiſconenſe,

Germania antiquitus duplex fuit, Aemilius Macer, [d] ſi eadem inquit, prouincia poſtéa diuiſa ſub duobus Præſidibus conſtituta eſt, uelut Germania d in l. 3. ff. de off. adſeſſo. **GERMANIA.**
Myſia, ex altera ortus, in altera adſidebit: Hæc ille. Domitiano imperante Antoninus ſuperiorem Germaniam adminiſtrabat, Tranquillus, [e] bellum ciuile, inquit, motum à L. Antonio ſuperioris Germa- e in Domitiano. c. 6.
niç Præſide confecit abſens felicitate mira. Demum conſularis fuit. Altera Germania ſuperior ſeu pri- **GERMANIA I.**
ma ſuper Rhenum ſita, vbi eſt Maguntia, à Meridie habet Burgundos, & montem Iuram, ab Ortu Rhenum; ab Occaſu Lugdunenſes Senones. Ciuitates quatuor continet, vt refert Itinerarium. Metropolim ciuitatem Maguntiacenſium, quos Dux cum valido præſidio tuebatur.

Argentoratenſium, in quorum tractu comes rei militaris caſtrametabatur, Nemetum, id eſt, Spiram, Vangionenſium; id eſt, VVormenſium.

Inferior ſeu ſecunda Germania, vbi eſt Agrippi- **GERMANIA II.**
na, inter Moſam & Rhenum, ad Germanicum Oceanum porrigitur. Duas tantùm eius urbes Itinerarium ponit, Metropolim Agrippinenſem, id eſt, Coloniam, & Tungrorium ciuitatem. Inter Moſam verò & Sequanam eſt Belgica, & ipſa Conſularis, quæ à flumine Frhudo diuiditur, & Belgica prima **BELGICA II.**
dicitur: Ciuitates quatuor continet, inquit Itinerarium: Metropolim Treuerorum ciuitatem, Mediomatricorum.

a lib. 19.

matricorum,ideſt Metis,Leucorum, ideſt Tullo, & Veredonenſium.

BELGICA II. Belgica ſecunda ſiue inferior, ubi nunc eſt Flandriæ pars ad Oceanum pertinens,& tranſitus ad Britanniã & Remus XII. ciuitates continet,ſecundum Itinerarium.Metropolim ciuitatem Remorum. Sueſſianum,Catalaunorum,Veromannorum,Atrauatum Camaracenſium,Turnacenſium,Siluanectum,Bellõuacorum,Ambiauenſium, Morinum, ideſt Ponticũ Bononienſium. Hic Dux cum tribus præſidijs caſtrametabatur.Hæ ſunt ſex Galliarum prouinciæ Cõſulares, reliquæ uero Prçſidales ſunt XI. inter quas eſt Lugdunenſis ſecunda,tertia,& quarta, à quibus auſpicabimur,ne contiguę & eiuſdem nominis prouinciæ longius quærantur.

LVGDVNENSIS II. Secunda Lugdunenſis Præſidalis vergit ad Oceanum Britannicum,vbi eſt Rotomagus metropolis in Hormandia,habet ciuitates VII. inquit Itinerarium, Rotomagum Metropolim,Boiocaſſium, Abricantũ, unde Abricanti milites,Ebroicorum, Salarum,ideſt Saiorum, Loxouiorum,Conſtantiam, unde Conſtantiaci milites.

LVGDVNENSIS III. Tertia Lugdunenſis uerſus Occidentem, ubi eſt Turonus in Britannia,inter Argenam & Ligerim fluuios, Præſidalis. IX. continebat ciuitates ſecundum Itinerarium:Metropolim ciuitatem Turonum,Cenomanorum,Redonum,Andiuacorum,Namnetum, Coriſopitum,Cianctium,ideſt Venetum, Oſiſmiorum,unde Oſiſmij milites,Diablintum.

LVGDVNENSIS IIII. Vltra Gemenum eſt Lugdunenſis IIII. ſeu Senonia,inter Sequanã & Ligerim, ubi nũc eſt Lutetia & morabatur Præfectus claſsis Anderetianorum,quæ ſtationẽ habebat Pariſijs. Huius prouinciæ caput erat Senis, & ſeptẽhabebat ciuitates ſecundũ Itinerariũ: Metropolim Ciuitatẽ Senonũ,Carnorũ, Altiſiodorũ,Tricaſsiũ,Aurelianorũ,Pariſiorũ, Melduorũ.

ALPES MARITIMAE. ALPES LIGVSTICAE. Alpes Maritimæ, ubi eſt mons Adula, inter Genuenſes & Prouinciam,& ipſæ Prçſidem habebant. Alpes uero Liguſticę dicuntur propè Niciam, & Villam francam. Harum apud Itinerarium VIII. ſunt vrbes. Metropolis ciuitas Ebreduno,Dinienſium, ideſt Dina, Rigomagenſium, Sollinienſium. Sanicienſium, ideſt Saniciſio, Glannatenna. Cemelenenſium,Venſicienſium,ideſt Ventio.

ALPES PENNINAE,& GRAIAE. Poſt has ſunt Alpes Penninæ & Graiæ ultrà montes Cotios ſeu montem Ciniſium,ubi ſunt Allobroges,ſiue Sabaudi,& Tarantaſia, ac pars Heluetiorũ. Itinerarium duas harum ciuitates ponit. Metropolim Centronium: ideſt Tarantaſiam, & Valenſium, ideſt Octodorum,quibus Præſes ius dicebat.

MAXIMA SEQVANORVM. Sexta Præſidalis eſt Maxima Sequanorum, in qua eſt Veſontienſis.Hæc & Maxima Cæſarienſis in Britãnia à Clemente Maximo tyranno ſunt denominatæ quemadmodum Arcadia in Aegypto ab Arcadio & Valeria à filia Diocletiani. Fuit Maximus genere Hiſpanus,& Theodoſij Magni commilito,qui copiarũ Comes in Britannia an.ſalut. 383. Auguſtus eſt appellatus,in Galliaſque irrupens per Andragathium Gratianum A. interfecit,ac conſors imperij cum Valentiniano,II. & Theodoſio factus, per quinquennium imperauit. Sed cum rupto fœdere Hiſpanias, & Africam inuaſiſſet,in Italiam quoque irruit, inde in Pannoniam traijciens à Theodoſio profligatus, & occiſus eſt. [a] Cum diu igitur in Britannia, & Gallijs, Maximus imperaſſet, duas utrobique prouincias à ſe Maximas appellauit. Maximæ Sequanorum Sext. Ruffus meminit, qui à C. Iulio Cæſare latius extẽduntur.Hi ſunt Burgundi, quorum caput eſt Viſontium vulgo Biſanzonum dictum. Habent à Meridie Ararim: ab ortu Heluetios, ab occaſu Lugdunenſes, à Septentrione Germaniam ſuperiorem,& montem Iuram. IX. oppida ſecundum Itinerarium continet. Metropolim Viſontienſem, ciuitatem Equeſtrium, ideſt Neuiduno, Eluntiorum, ideſt Auenticum, Noidenolex Auenticnm, Baſilienſium,ideſt Baſileam, Caſtrum Vindoniſe, Ebrodunenſe, Argentarienſe, Rauracinſe, ideſt portum

a ...tor D. Proſper, Paulus Diaconus,Sulpitius, Seuerus,& alij.

Abucinæ. Hic limite Romani Imperij poſito Dux cum militibus excubabat.

ARMORICVM. Aquitania & ipſa præſidalis,olim auctore Plinio, Aremorica nuncupabatur, ab Occidente cingitur Oceano, à ſeptentrione & Oriente Ligeri fluuio, vbi à Lugdunenſibus ſeparatur;à Meridie Pyrenæo, & Gallia Narbonenſi.Sed ipſa quoque in duas regiones diuiditur,in primam, & ſecundam Aquitaniam; Quæ inter Garumnam & Pyrenæos montes clauditur,Aquitania prima uocatur, in qua eſt Bituricum. AQVITANIA I. VIII. ciuitates apud Itinerarium habet.Metropolim Bituricum alias Beturicum, Aruernorum,Rotenorũ, Abigenſium,Cadorcorum,Lemauicum, Gabalum, Vellauorum. Imperante Anthemio in Aquitania prima,ſolum Aruernum, ſub imperio Romano retinebatur. Sidonius, [b] De urbibus,inquit,Aquitaniæ I. ſolum oppidum Aruernum Romanis rel quum partibus bellum fecit.Eius Epiſcopus erat Sidonius Apollinaris,qui [c] deplorat Euaricem Regem Gothorum plurimas occupaſſe ciuitates, quæ deſolatis eccleſijs paſtore carebant.

b epiſt. 5. lib. 7.
c in ſeq. epiſtol.

AQVITANIA 2. Inter Ligerim uerò & Gerumnam eſt ſecunda Aquitania,nunc Guaſconia dicta,& ipſa Præſidalis, in qua eſt Burdegala, & VI. ciuitates continet,Burdegalenſium,Agennenſium, Ecoliſnenſium, Santonum,Pictauorum,Petrogoriorũ.Tota Aquitania ẽt antequã diuideretur à Præſidibus regebatur. [d] Hic Armoricano,& Neruicano limitibus Dux præerat.

d l. milites. 12. ff. de cuſto. reor.

NOVEM POPVLI. Nouem populi ſunt prope Aquitaniam, aut in Aquitania,vbi degunt Auſcij,Marcellinus: [e] Nouẽ, ait populos Auſci commendant, & Oſatæ. D. Hieronymus, [f] Aquitaniæ,inquit,Nouemque populorũ Lugdunenſis,& Narbonenſis prouinciæ præter paucas urbes populata ſunt cuncta. Regio eſt, ubi ſunt Vibiſci,Vaſates,Meduli,Boij,Auſcij,Conueni, Conſuarani,Bigerrioues, Terbelli, qui nouem ſunt populi in tertia Aquitania. AQVITANIA III. Itinerarium XII. eius vrbes recenſet. Metropolim Auſciorum, Aquenſium, Laſtoracium, Conuenarum, Conſeranorum, Boatũ quod eſt Bot, Beranenſium,ideſt Benainas,Aturenſium,Vaſaticam,Turlaubicam, Tralugorram, Elloronenſium,Elloraticum. ſed quędam ex his oppida poſtea ſunt adiecta. IX. enim tantum populi erant.

e lib. 15. ad fin. vbi Galliæ prouincias deſcribit.
f in 11. epiſtola ad Acheruchiam.

NARBONENSIS I. Duę quoque Narbonenſes fuere prçſidales:prior quæ à Varo flumine incipiens vſque ad Rhodanum ab ortu in occaſũ, Meridiẽ uerſus ab mare Gallicũ extenditur: Huic Itinerariũ VIII. ciuitates attribuit. Metrop. Narbonenſium, Toloſatium,ideſt Toloſam Beterrenſium,Agatenſium, Nemauſenſium,Magalonenſium, Lutuenſium,ideſt Lutauam Caſtrum,Vcetienſe.Narbonenſis Gallia prius Braccata, [g] à Braccis dicta,in prouinciæ vero formam a Q. Fabio redacta,& deducta Narbonẽ colonia Narbonenſis eſt uocata [h], cetera Gallia trãs alpes comata eſt appellata. [i]

g Plin. lib. 3. c. 4.
h Patercul. & Eutrop.
i Plin. li. 4. c. 17.

NARBONENSIS II. Secunda uſque ad Pyrenæos montes, & Gemenũ montem extenditur,à quo ad Septentrionem cingitur,& Toloſam complectitur,mare Gallicum ad Meridiem habet. Hæc Alexandro imperante a Iuliano Proconſule adminiſtrabatur, [k] poſteà præſidalis eſt facta. Hãc ultimam Galliarum prouinciã Roma. Imperiũ amiſit,quã primã Q. Fabius prouinciã fecerat. Geruãdus à Valentiniano illi præfectus vſq; ad Anthemij Auguſti tẽpora defendit donec tyrãnus effectus,& plio fuſus in exiliũ actus eſt. Fuit is annus ſalutis 468. [l] Bilimir Viſigotus ei ſuffectus dũ Anthemio opẽ laturus uenit,à Ricimero eſt occiſus. Itinerariũ huic VII. ciuitates adſcribit. Metrop. Aquẽſiũ, ciuitatẽ Abreſiũ,Reteſiũ,i.Reias Foroiulieſiũ,Appẽceſiũ,Segeſterorũ,Antipolitanã. Oẽs uero Galliarũ ciuitates ab Itinerario numerantur CXXVI. quibus forte plures eo tempore non reperiebantur.

k l. Gracchus. 4. C. ad l. Iul. de adult.
l Blon. lib. 2. decad. primæ.

Hæ prouinciæ numero XVII. Vicario Galliarum parebant; & ſi in Notitia mendoſe ſcriptum eſt, VII. prouinciarum pro XVII. Hæc erant ante Notitiam, anno enim ſalutis CCCCVIII. Vãdali & Alani Rheno traiecto intrarũt Gallias, & ſexennio poſt exacto Gothi ſub Rege Ataulpho, quibus Honorius,

Aquitaniam



Aquitaniam conceſsit: [a] Hos ſecuti ſunt Burgundiones; demum Franci, quorum Dux Feramundus primus ſe Francię Regem appellauit,anno CCCCXX. Tãdem Clodoueus Syagrio Egidij filio P. P. occiſo, imperij Romani milites,& magiſtratus,è Gallijs penitus expulit, quibus ſubactis quadringentes ſexertium C. Iulius Cæſar impoſuerat, inquit Eutropius: Tantum ab Auguſto Pop. Rom. legatum fuiſſe Trãquillus ſcribit, Diõ interpretatur fuiſſe CCCC. millia aureorum. Sed hæc ſumma poſtmodum eſt aucta. Cum uerò tractaretur de imponendo ſuperindicto Gallis, Florentius P. P. Iuliano imponendi oneris auctori reſtitit, factumq; eſt, inquit Marcellinus, [b] ut præter ſolita nemo Gallis exprimere conaretur.

a auctore D. Proſpero.
b lib. 17.

Inſignia Vicarij Galliarum erant, ut aliorum, aureæ Principum effigies: Abacus albo tapeto inſtratus, qui rubro corio tectum librum ſuſtinet. Infrà ſunt XVII. mulierum effigies, reticula, coronaſque in capite, & uaſa aureis referta geſtantes, quæ memoratas Prouincias referunt. Ex his Germania ſecunda, & Lugdunenſis tertia ſunt uelatæ, ſola Aquitania ſecunda togam gerit. In manuſcriptis liber auro tectus notis inſcriptus eſt, quemadmodum in Vicario Hiſpaniarum, & alijs eſt dictum, codicillique magiſtratus libro adhærent. Mulieres omnes pallijs ſuprà tunicas, aut praſinis, aut coeruleis ſunt indutæ. Hic Vicarius, & ipſe ſpectabilis, officiumque habebat, quemadmodum, & alij Vicarij.

# NOTITIA VICARII BRITANNIARVM, EORVMQVE INSIGNIA.



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Vicarij BRITANNIARVM.

#### Conſulares.

*MAXIMÆ Cæſarienſis.*
*VALENTIÆ.*

#### Præſides.

*BRITANNIÆ primæ.*
*BRITANNIÆ ſecundæ.*
*FLAVIÆ Cæſarienſis.*

OFFICIVM *autem habet idem uir ſpectabilis Vicarius hoc modo.*

PRINCIPEM *de ſchola Agentum in rebus ex Ducenarijs.*
*Cornicularium.*
*Numerarios duos.*
*Commentarienſem.*
*Ab actis.*
*Curam Epiſtolarum.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuas.*
*Exceptores.*
*Singulares & reliquos Officiales.*

### *DE VICARIO BRITANNIAE, & eius Magiſtratibus. Cap. LXIX.*

#### COMMENTARIVM.

SVPEREST Vicarius Britanniæ inſulæ, quæ à Notitia repræſentatur oblonga, & forma uelut triangulari, lateribus inæqualibus, ac tribus erecta promontorijs, Cantio Heleno, & Orcha, & ob id in tria regna ſecundum tres angulos olim fuit diuiſa. Primus eam C. Iulius Cæſar ingreſſus; poſteris oſtēdiſſe potius, quam tradidiſſe dicitur. Claudius Cæſar proximam continenti partem imperio ſubiecit, quam conſularium primus A. Plancius adminiſtrauit. [a] Tacitus [b] eandem ſub Vitellio conſularem habuiſſe ſcribit, loquens enim de Britannia, quies, inquit, prouinciæ, quanquam remoto conſulari manſit, & in Agricola, Breui deinde, Britannia conſularem Petilium cerealem accepit; poſtea Præſides eam rexerunt ut ſub Alexandro, Virius Lupus, [c] Hadrianus illius inſulæ partem, quæ nunc Scotia dicitur, muro excluſit, auctor poſt Dionem & Euſebiū Spartianus, Murum, inquit, per octoginta millia paſſuum primus duxit, qui Romanos Barbaroſque diuideret, neque enim Caledonia ſeu Scotia Romanis parebat. Hunc murum vetuſtate collapſum Seuerus reſtituit. Idem Spartianus, Britanniam, inquit, maximum eius imperij decus, muro per tranſuersā inſulam deducto, ad finem Oceani muniuit: unde ēt Britannici nomen accepet: Hæc ille. Hoc fuit uallū ex ceſpitibus extructum non muris: Beda, [d] Seuerus, ait, genere Afer Tripolitanus receptam partem inſulæ, à ceteris indomitis gentibus, non muro, ut quidam exiſtimant, ſed uallo diſtinguendam putauit Murus enim de lapidibus: Vallum uerò, quo ad repellendam uim hoſtium caſtra muniuntur; fit de ceſpitibus quibus circumciſis, è terra uelut murus extruitur altus ſuper terrā, ita ut ante fiat foſſa, de qua leuati ſunt ceſpites, ſupra quam ſudes de lignis fortiſsimis præfiguntur. Itaque Seuerus magnam foſsā firmiſsimumque uallum, crebris inſuper turribus cō munitum; à mari ad mare duxit; Hæc ille. Conſtantinus uero Magnus, quinque eius prouincias feciſſe dicitur; Eam, quæ poſtea Maxima Cæſarienſis eſt dicta, Valentiam, Britanniam primam, Britanniam ſecūdam quæ antea fuerant, & Flauiam Cæſarienſem, à ſe qui Flauius Conſtantinus uocabatur, appellatā prima uero dicitur, uel quod prius ſubiecta, aut prima uenientibus ex Gallijs occurrat, Sext. Ruffus, In Britannia, inquit, eſt Maxima Cæſarienſis, Britannia prima, Britannia ſecunda: ea olim Caledonia, nunc Scotia dicitur, & à reliqua Britannia ſeu Anglia, arduis montibus; & duobus Eurippis maris eſt diuiſa. Alij [e] Britanniam minorem appellant quam Sext. Ruffus Britanniam II. uocat. ſed uerius eſt Britanniā minorem Hiberniam eſſe, ut Ptolomeus in ſecundo operis magni nominat, Præter I. & II. Britanniā Tertia pars uerſus Hyberniam Vicalia uocatur, ubi eſt Helenum promontorium, ab Heſena Conſtantini matre nuncupatum, ibi olim Brigantes populi fuere. Sabrina fluuio à reliquis Anglis ab Ortu diuiditur, & quaſi peninſula Oceano circundatur: Hanc eſſe arbitror quam Notitia Valētiam appellat. Theodoſius dum Britannias corrigeret in honore Valētis Principis ita hanc prouinciam nominaſſe uidetur Marcellinus lib. 28. recuperatam, inquit, prouinciam quæ in ditiones conceſſerat hoſtium, Theodoſius ita reddiderat ſtatui priſtino, ut rectorem haberet legitimum, ut Valentia deinde vocaretur arbitrio Principis.

Quarta pars Cornubia dicitur, & eſt uelut Cherſoneſſus, brachium in mare extēdens, cornuque formam habet, quæ in undas protenſa latius excurrit. Hanc eſſe arbitror, quæ Flauia Cæſarienſis a Notitia nuncupatur.

Quinta circa Humbrum fluuium Gallias ſpectat, ubi eſt Condiuum, quam Maximam Cæſarienſem vocari puto. Hęc à Clemente Maximo, qui in Britānia Comes Auguſtus eſt appellatus, nomen habuit ſicut & Maxima Sequanorum in Gallijs, ut ſupra eſt dictum. His quinq; prouincijs ſub Vicario Britanniarum, totidem pręerant Rectores, duo Conſulares, & tres Præſides. Conſulares prouinciæ erant, Maxima Cæſarienſis, & Valentia ſeu VVeſtphalia. Præſidales Britannia I. Britannia II. quæ eſt pars Scotiæ, & Flauia Cęſariēſis, quam puto eſſe Cornubiam. Sub Cōſtantino Paratianus, fortè primus, Vicarius Britanniarum fuit. [f] ſub Conſtantio Martinus, qui caſu ſe ipſe interfecit. [g] Imperante Valentiniano, Ciuilem Britanniæ Vicarium, & Dulcitium ſcientia rei militaris inſignem, Ducem fuiſſe Marcellinus ſcribit. [h] Officium habebat Principem de ſchola agentium in rebus ex Ducenarijs, Corniculariun, Numerarios duos, Commentarienſem, Ab actis. Curam epiſtolarum, adiutorem, Subadiuuas, Exceptores, ſingulares & reliquos officiales. Inſignia uerò præfert librum clauſum, & uiridi corio tectum: Manuſcripti aureū codicillis eius tegumentum oſtendunt, notas dorſo inſcriptas habet, ut Comites & Duces, quibus in exēplari impreſſo alij carent Vicarij. Nullos Principum vultus, nec mulierum imagines, ut alij vicarij præſert, ſed quinque oppidorū typis prouincias ſibi cōmiſſas indicat, his inſcriptum eſt, MAXIMA CAESARIENSIS. VALENTIA, BRITANNIA PRIMA, BRITANNIA SECVNDA, FLAVIA CAESARIENSIS. Inſulam duo Comites, & unus Dux à Barbaris tuebantur. Hi ſunt ſpectabiles ciuiles Magiſtratus in Roma. Occidentalis Imperij prouincias miſsi: Nunc reliquos ſpectabiles, qui in imperij limitibus excubabant, ordine referemus.

a Tacit. li. 13. & in Agricola.
b lib. 17.
c l. 2. C. prius. ff. de uulg.
d li. eccleſiaſtic. hiſtor. gent. Anglo. 1. cap.
e Volateranus, ex Ptolomæo, & ſex. Rufo.
f l. 7. C. T. de exactorib.
g Marcell. li. 14.
h lib. 17.





## NOTITIA.

# COMES AFRICAE AC EIVS INSIGNIA.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis comitis Africæ Limitanei.

PRÆPOSITVS *Limitis Thamallenſis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Mōtenſis in caſtris Leptitanis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Bazenſis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Gemellenſis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Tubunienſis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Zabenſis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Tubuſubditani.*
PRÆPOSITVS *Limitis Thamallomenſis.*
PRÆPOSITVS *Limitis Balaretani.*
PRÆPOSITVS *Limitis Columnatenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Tablatenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis caput Cellenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis ſecundanorum in Caſtris Tillibarenſibus.*
PRAEPOSITVS *Limitis Taugenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Bidenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Badenſis.*

OFFICIVM *autem habet idem uir ſpectabilis Comes hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officio Magiſtri militum præ-*

*ſentalium*

*ſentalium uno anno a parte peditum, alio anno à parte equitum.*
*Cornicularium.*
*Adiutorem.*
*Commẽtarienſem ex officio Magiſtri militum præſentalium alternis annis.*
*Numerarios duos ex utriſque officijs Magiſtri militum præent alium, ſingulos.*
*Subadiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos officiales.*

## *DE COMITE AFRICAE. Cap. LXX.*

### COMMENTARIVM.

QVEMADMODVM in Oriente, ita hic quoque Ducibus Comites pręponũtur, qui octo fuere, Italiæ, Africę, Tingitanę, Tractus Argentoratenſis, Britãniarũ, Littoris Saxonici per Britanniam, Illyrici & Hiſpaniarũ. Sed his duabus prouincijs à Barbaris occupatis, ſex tantum Comites permanſere. Aliorum nomina duntaxat, non inſignia, nec officium à Notitia repræſentantur: nec illorum quicquam aliud, apparet, præter quorundam militum numeros, qui apud eos eſſe conſueuerant. Vandali enim, & Alani, ſub Honorio Hiſpanias, circa annum ſalutis 409. inuaſerant. [a] de inde Theodoſio iuniore, Valentinianoque III. imperantibus, Attila Illyricum occupauerat, ut Paulus Diaconus, [b] & D. Proſper tradunt. Itaque duabus his prouincijs Imperio Romano ablatis, ſex tantum aliarum regionum relicti ſunt Comites, inter quos primum Italiæ Comitem Notitia in indice nominat. poſtmodum in ipſis explicandis, omiſſo eius officio ſolo, inſignia inter ultimos Comites oſtendit. Primuſque inter limitaneos Comes Africæ recenſetur cum XVI. Præpoſitis, ita uocabãtur, qui ſingulis munitionibus aut caſtris præerant, ut Diocletianus ad Pompeianum Francum P.P. ſignificat. [c] Non putauimus, inquit, Viatorẽ Præpoſitum ab excubijs limitis reuocandum. Caſtri Præfectum Præpoſitum nominat, ut & Theodoſius ad Saluſtium Quæſtorem. [d] Valentinianus ad Seuerum Magiſtrum militum. [e] ſcribens, & Leo, A. ad Ioannem Magiſtrorum, [f] quod latius in Oriente eſt demonſtratum.

a Poſſidonius in uita D. Auguſtin.
b li. 7. cap. 40.
c in l. quamuis. 19. C. de adulter.
d in l. 1. C. de off. Quæſtor.
e l. 1. C. de diuer. offi.
f in l. uiros. 8. C. eo. tit.

### *IN OCCIDENTE ERANT PRAEſidia CCLXIX. cum totidem Præpoſitis ſeu Præfectis hoc modo.*

| | |
|---|---|
| *In Africa* | *XVI.* |
| *Tingitana* | *VIII.* |
| *Litore Saxonico per Britanniam* | *IX.* |
| *Italia* | *XVI.* |
| *Argentorato* | *I.* |
| *Mauritania* | *VIII.* |
| *Tripolitana* | *XIIII.* |
| *Pannonijs* | *XXVI.* |
| *Valeria* | *XXXV.* |
| *Pannonia I.* | *XXVII.* |
| *Retia* | *XIX.* |
| *Sequanico* | *I.* |
| *Armorica* | *X.* |
| *Belgica II.* | *III.* |
| *Britannia* | *XXXVII.* |
| *Maguntiarenſis* | *XI.* |
| *Gallijs, & Belgica I.* | *XXI.* |
| *Hiſpanijs.* | *VI.* |

INSIGNIA geſtabat Comes Africæ, librum, quemadmodũ alij Comites, cum ijſdem notis libri dorſo inſcriptis, ac Magiſtratus codicillis. Pręterea XVI. munitiones, quæ exceptis quatuor rotundis, formam exagonam oſtendunt. Portæ duabus turribus hic inde muniuntur: in manuſcriptis alia forma repræſentantur. Spectabilis appellabatur hic comes.

Ita uero officium habebat, Principem ex officio Magiſtri militum præſentalium, uno anno à parte peditum, altero a parte equitum. In manuſcriptis legitur, ex officijs Magiſtrorum, & rectius. Item Cornicularium, Adiutorem, qui loco Cornicularij pleriſque Ducibus erat, Commentarienſem ex officio Magiſtrorum militum præſentalium, ita legendum ex manuſcriptis, alternis annis, ideſt uno ab eo qui eſt peditum, altero ab eo qui eſt equitum. Numerarios duos, ex utriſque officijs Magiſtri militum præſentalium ſingulos, ideſt unum illorum à ſingulo officio extrahebat. In manuſcriptis pro Magiſtri legitur Magiſtrorum, Item Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, ſingulares & ceteros officiales, qui ſupra ſunt declarati. Sexdecim præſidiorum Præpoſitis imperabat, qui quot numeris præeſſent, ſciri non poteſt: ſed dando CC. pedites cuique limiti, fuiſſent 4800. ijſdem 50. equites tribuendo efficerent 800. A. Magiſtro uero peditum præſentali accipiebant auxilium unum, Legiones Palatinas tres, Comitatẽſes VII. Pſeudocomitatenſem unam. Item à Magiſtro equitum præſentali vexillationes Comitatenſes 19. ſed ipſum ut ceteros comites alias copias habuiſſe credendum eſt. Nunc XVI. eius Præpoſitos explicabimus, quorum primus erat.

Prꝯſidia. 19.
Pedites. 4800.
Equites. 800.

1 PRALPOSITVS limitis Thamallẽſis à Thamalla oppido, forte legendum, Thamiſſenſis, qui non lõge abeſt a ſequenti limite. In itinerario legitur. Turre Tamalleni, ubi erat manſio. Infra alius limes Thamallomenſis, ſimile nomen habet.

2 MONTENSIS in caſtri Leptitanis, erant in propria Africæ regione, ubi erat Carthago, & Leptis montana, ſeu parua: ſed credo ſignificari limitem, à monte, quem occupabat, Montenſem appellatum, quem ſcheda Volſeri Montem vocat. Præter hęc alia erant caſtra Leptitana, quæ ſub Duce Tripolitanæ à Fortenſibus defendebantur prope Leptim magnam in Tripolitana eundo ad aras Phileniorum, de quibus infra. Forte hæc ſunt, quę in ſcheda poſteriore Volſeri caſtra alio non adiecto uocantur.

3 BAZENSIS limitis in Marmarica ubi eſt Baziũ promontorium, & Bazenum oppidum.

4 GEMELLENSIS limitis Præpoſitus Gemellis degebat, quod oppidum nomẽ dedit limiti, ubi quoque manſio erat curſus publici. Itinerarium Lemelẽſe caſtellum appellat. Martyrolog. [g] In Africa, inquit, in caſtello Lemelẽſe S. Martyrum Primi, & Donati diaconorũ, qui cum altare in eccleſia tutarentur a Donatiſtis occiſi ſunt, ſed credo legẽdum Gemellẽſe. Erat Gemelle urbs Africæ propriæ, inquit D. Auguſtinus.

g S. Id. Februar.

5 TVBVNENSIS ab oppido Tubanis Africæ proprię, de quo etiam D. Auguſtinus.

6 ZABENSIS Herodotus in Melpomene ad finẽ, Zabeces in Africa inter Mexyes & Zigunces ponit. unde legendum eſſet Zabecenſis.

7 TVBVSVBDITANI limitis, Tubuſuptũ, appellat Sitifenſis Mauritaniæ oppidum Marcellinus, [h] loquens de Theodoſio, ad Tubuſuptum, inquit, progreſſus oppidum. Ferrato contiguum mõti. In Mauritania Cæſarienſi collocat Ptolomęus. Eius meminit & Plinius. inde limes nomen habuit.

h lib. 29.



8 THAMALLOMENSIS, à Thamallomo oppido in Africa propria. Itinerarium Themellamum appellat, quod eſt diuerſum à Thamalla, de qua ſupra. vetus codex habet, Thamallonenſis.

9 BALARETANI, ab oppido Balareto in Africa propria.

10 COLVMNATENSIS, à colũnato oppido. Hic limes & ſequens, longius ſe extendentes, duos habebant Prępoſitos. Hunc ſcilicet, & alium ſub Duce Mauritaniæ Cęſarienſis, qui forte ad eundem locum caſtra iungebant.

11 TABLATENSIS, à Tablata oppido. Tablata legit itinerarium, ubi mãſio curſus publici fuit. Thaſbalum D. Cyprianus, & Auguſtinus appellant. Africæ propriæ urbs fuit.

12 CAPVT CELLENSIS, alias Celamenſis. Cęlama Ptolomęo eſt oppidum Africæ. Itinerarium Celaſuicum nominat, & caput Cillanum Mauritaniæ Cęſarienſis oppidum, unde limes nomen habet.

13 SECVNDANORVM in caſtris Tillibarenſibus à loco ita uocatis. Tillaburum oppidum Africæ proprię itinerarium ponit, unde caſtra nomẽ habent Sub Duce Tripolitanæ, alius præpoſitus limitẽ Tillibarẽſẽ tuebatur. Equites Secundani Italiciani ſupra inter numeros Africæ à notitia recẽſẽtur: Secundanos populos in Gallia Plinius locat. Italiciani equites in ſecundis oppido Pannoniæ II. infra ſub eius Duce ponuntur, unde hi deriuati uidentur. Vetus codex legit, ſecundum ſorum.

14 TAVCENSIS, à Tauga urbe hic limes deducit.

15 BIDENSIS, Bidil municipiũ Itinerariũ in Mauritania Cæſariẽſi ponit, unde Bidilẽſis limes eſſet uocãdus: ꝙ eſſet lõgior hic limes aliũ ſub Duce Mauritaniæ Præpoſitũ habuit Vidẽſẽ uocatũ, pro Bidẽſẽ.

16 BADENSIS, à Bada Mauritaniæ Cæſariẽſis oppido de quo apud D. Cyprianũ, [a] caput Bada Procopius uocat. Multa ex p̃fatis nominibus, uel noua sũt, vel poſtea mutata. Hic limites, nõ oppida nominant ubi hi numeri degebãt, ꝙ ſecus ĩ aliis Comitibus & Ducibꝰ ẽ actũ, forte q̃a in caſtris hi ſtatiua habebãt.

a in Concilio Carthaginenſ.

# NOTITIA.

## COMES TINGITANIAE EIVS QVAE INSIGNIA.



## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis, Comitis Tingitanæ limitanei.

PRAEFECTVS *Alæ Herculeæ Tamuco.*

TRIBVNVS *cohortis ſecundæ Hiſpanorum Duga.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Herculeæ Aululuco.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Ityreorum Caſtrobarienſi.*

TRIBVNVS *cohortis Pacatianenſis. Pacatiana.*

TRIBVNVS *cohortis tertiæ Haſtatorum, aliàs Haſtorum Tabernis.*

TRIBVNVS *cohortis Friglenſis Friglis.*

OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis Comes hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officio Magiſtri militum præſentalium vno anno à parte peditum, alio anno à parte equitum.*

*Commentarienſem ut ſupra.*

*Numerarios duos, ſingulos ex officio ſupradicto.*

*Cornicularium.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos officiales.*

### *DE COMITE TINGITANAE. Cap. LXXI.*

### COMMENTARIVM.

TINGITANA vltima eſt Africæ pars, vltra Numidiam, Oceanum verſus, vt ſupra in eius Præſide eſt declaratum: vbi Limitaneus Comês cum VIII Præpoſitis excubabat. Idẽ officium, eademque inſignia, quæ ſuperior gerebat, ſcilicet librum, codicillos, & VIII. caſtra. Sed VII. tantum Præfecti, aut Tribuni recenſentur, vnde aliquid deſit, neceſſe eſt. Erãt autem locis præſidio ala equitum vna, cohortes VI. quæ efficiebant circiter 3000. peditum, & Equites. 100. Præter hos hic Comes duo auxilia Magiſtri peditum præſentalis regebat, ſcilicet Mauritonantes Seniores, & Mauritonãtes Iuniores; item duas legiones ex XXXII. Comitatenſibus, nempe Conſtantinianos, & Septimanos Iuniores; item Magiſtri equitum præſentalis vexillationes III. ex XXXII. Comitatenſibus, videlicet equites Scutarios Seniores, ſagittarios Seniores, & Corduenos, quemadmodũ Notiti infrà explicat. Hic verò non recenſentur, quia proprij huius Comitis milites non erant, ſed velut commodati. Præfecti ſunt ſequentes.

Præſidia, 8.

Pedites 300. Equites 100.

1 PRAEFECTVS Ala Herculeæ Tamuco preſidebat, quod erat nomen vici. Thamudat appellat Itinerarium. Ala verò Herculea ab Herculeo Maximiano eſt dicta. Videntur autem qui alæ, ideſt maiori turmæ equorum præerant, Præfecti dicti. Qui verò cohorti Tribuni. Sed & legionis præfecti quandoque Tribuni vocabantur.[a]

a l. 2. in prin. ff. de his, qui not. infa. l. Titius 25. ff. de teſta. milit.

2 TRIBVNVS cohortis ſecundę Hiſpanorum Dugæ degebat. Dugam in Africa Ptolomæus ponit.

3 TRIBVNVS cohortis primæ Herculeæ in Aululuco morabatur, Mauritaniæ Tingitanæ oppido.

4 TRIBVNVS cohortis primæ Ityreorum in caſtro Barienſi excubabat. Barin oppidum Tingitanã fuiſſe Stephanus ſcribit, vnde caſtrum Barienſe. Ityreos in Syria Plinius, & Ioſephus collocant, quibus & Strabo[b] adſtipulari videtur. Probus Scythas eſſe dicit, Seruius Parthos in illud carmen poetę.

b lib. 17.

*Ityreos taxi curuantur in arcus.*

Verius eſt regionem Iudeæ conterminam fuiſſe.[c] Hi milites ex illis populis conſtabant.

c ex Ioſepho Lucæ. 13. Tacit. 12.

5 TRIBVNVS cohortis Pacatianenſis, Pacatianę reſidebat, à quo loco nomẽ habuit, aut forte à Phrygia Pacatiana eſt dicta. Procopius[d] ſcribit Maurusios Pacatos vocari, quia cum Romanis fœdera inuiolata ſemper tenuerunt.

d lib. 6. de ædific. Iuſtin.

6 TRIBVNVS ſecundæ ſcilicet cohortis Haſtatorum, Tabernis manebat. Hic erat manſio curſus publici apud Itinerarium. Haſtati hi milites ſunt dicti, qđ haſtis pugnarent. In manuſcriptis legitur Haſtorum ex Haſta ciuitate, quod magis placet.

7 TRIBVNVS cohortis Fringlenſis reſidebat Friglis, à quo loco nomen hęc cohors habuit. Frigilos Itinerarium in Mauritania Tingitana, inter Baccatã & Lixum ponit. Hę ſunt copię Comitis Tingitanæ, qui non diu permanſit, anno enim ſalutis 447. Bonifacius Africæ Comes apud Placidiam Valentiniani III. matrem proditionis inſimulatus, Genſericum Vandalorum Regem ex Hiſpania in Mauritaniã Tingitanam uocauit, qui cum 80. millibus hominum totam eam prouinciam, mox Cæſarienſem, ac deinde Numidiam, reliquaſque Africę prouincias tenuit. Reliqua Africæ in eius regionis Ducib. infra exponẽtur. Nunc alios Comites percurremus.





## NOTITIA.

# COMES LITORIS SAXONICI PER BRITANNIAM eiuſque inſignia.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis litoris Saxonici per Britanniam.

PRAEPOSITVS *numeri Fortenſium Othonæ.*

PREPOSITVS *militũ Tangricanorum Dubris.*

PRAEPOSITVS *numeri Turnacenſium Lemannis.*

PRAEPOSITVS *equitum Dalmatarum Branodunenſis Branoduno.*

PRAEPOSITVS *equitum Stableſiani Gariannonenſis Gariannono.*

*Tribunus cohortis primæ Vetaſiorum Regulbio.*

PRAEPOSITVS *Legionis 2. Aug. Rutupis.*

PRAEPOSITVS *numeri Abulcorum Anderidæ.*

PRAEPOSITVS *numeri Exploratorum portu Adurni.*

OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis Comes hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officio Magiſtri Præſentalium à parte peditum.*

*Numerarios duos ut ſupra ex officio ſupradicto.*

*Commentarienſem ex officio ſupradicto.*

*Cornicularium.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares & reliquos Officiales.*

## DE COMITE LIMITIS Saxonici per Britanniam. Cap. LXXII.

### COMMENTARIVM.

PICTI aſſumptis ex Hybernia Scotis, cum ſæpe Britanniam uexaſſent, tãdem auxilio Romanorum deſtitutam inueniẽtes, ſubactam extremam inſulæ partem inhabitarunt, nec vltra exinde, inquit, Paulus Diaconus, [a] valuerunt expelli. Idem Beda [b] tradit. Quare Britanni Anglos Saxones Germaniæ populos cum Rege Vertergeno, ad defendendam inſulam vocauerunt, qui cum hoſtes abegiſſent, in Britannos arma conuerterunt, ſtipendia ſibi promiſſa non ſolui cauſati: Itaq; aliam inſulæ partem & ipſi occuparũt, vnde limes contra eos a Comite creato erectus Saxonicus eſt dictus. Hinc apparet non ita primum ab Anglis Saxonibus totam inſulam, vt multi credunt, occupatam, quam poſteà cum Scotis diuiſam tenuerunt. Hi Aquilonari parte potiti, Scotiam: Illi, reliquam tenentes Anglicam appellarunt. Verum Saxones ab Anglis Beda diuidit. Polyd. Virgilius [c] Orientalem Britanniæ partem circiter annum ſalutis CCCCL. vbi eſt Londinum, eos occupaſſe autumat: quod ſi ſequimur. Valentiniano III. & Martiano imperantibus, hanc Notitiam ſcriptam fuiſſe oportet, quo tempore Barbari inſulæ parte capta, limiti Saxonico iam nomen dederant. Sed Beda aliud ſentit, & Marcellinus [d] qui hunc Comitem maritimi tractus appellat. ſcribit Nectaridum Comitem & Bulchobaudem ducem Valentiniano I. imperante a Britannis occiſos. Itaque longè ante Comes maritimi tractus fuiſſe videtur. Præter hũc Comitem, erat & alius Comes Britanniæ dictus, cuius nullæ propriæ apparent copiæ. Item Dux Britanniarum qui pluribus præſidijs, ac Tribunis, Præfectiſque præerat.

a lib. 14. ad fin.
b de eccleſiaſt. hiſtor. lib. j. c. 12.
c lib. 4. Anglic. hiſtor.
d lib. 27.

Hic Comes eadem, quæ & alij Comites, geſtabat inſignia, ſcilicet, librum purpureum, vel luteum, vt habent manuſcripti, cum notis ſæpe relatis aliorum Comitum inſcriptum, & codicillos, inſulamq; cum nouem oppidis, quæ infra referentur.

Præſidia. 9.

Officium habet hoc modo Principem ex officio Magiſtri pręſentalium ex parte peditum, ex Officijs Magiſtrorum legunt manuſcripti. Item Numerarios duos ex officio ſupradicto, Commentarienſem ex officio ſupradicto, Cornicularium, Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos Officiales. Sub eius diſpoſitione erant VIII. Præpoſiti, & Tribunus vnus, infraſcripti.

1 PRAEPOSITVS Numeri Fortenſium Othonæ degebat. Hæc legio inter Comitatenſes Magiſtri peditum recenſetur, ex qua Numerũ Præpoſitus Othonæ tenebat. Cohortem à Latinis Numerum vocari auctor eſt D. Chryſoſtomus, [e] Cohors, inquit, erat quæ vocatur Numerus; quod & Oecumenius [f] recitat, & Tripartit: [g] innuere videtur. Sed quandoque pro quibuſcunque militum copijs numeri accipiuntur.

e homilia. 22. in act. apoſt.
f in cap. 10. act. apoſt.
g lib. 1. capit. 9. ſentit l. vlt. C. de teſtam. milit.

2 PRAEPOSITVS militum Tungricanorum Dubris excubabat. Hic portus erat: nam Itinerariam ad portum Dubris hunc locum appellat. Tungri ſunt Germaniæ ſecundæ apud Itinerarium populi, nunc Brabanti vocati, ex quibus conſtabant cohortes, prius Tungræ, poſtea Tungricanæ dictæ. Tacitus, [h] Duas, inquit, Tungrorum cohortes, quatuor equitum Turmas; Vniuerſam Treuirorum alam cum Iulio Claſsico Præfecto miſit. Idem [i] Tres Batauorum cohortes, ac Tungrorum duas cohortatus eſt. Tungricanorum & Marcellinus [k] meminit.

h de Fabio Valente Vitellij legato loquens, libro 18.
i in vita Agricolæ.
k lib. 26. & 27.

3 PRAEPOSITVS Numeri Turnacenſium Lemanis manebat. Ad portum Lemanis, hunc locum vocat Itinerarium. lemauio legitur, in quibuſdam ſchedis Auguſtæ inuentis, & à clariſs. viro Marco Volſero in lucem emiſsis. Eſt Tornacum vrbs eiuſdem Galliæ Belgicæ ſecundæ, nunc Tornay dictum, vnde hi milites ſunt deſumpti.

4 PRAEPOSITVS equitum Dalmatarum Branodunenſis, Branoduno præſidebat; ita ipſe à loco vbi degebat, voçabatur. Branogenium in Britannia oppidum Ptolomæus ponit, & Dunum ſinum, quod forte huic loco nomen dedit.

5 PRAEPOSITVS equitum Stableſianorum Gariannonenſis, in Gariannono reſidebat: De his equitibus ſupra in copijs Orientis dixi. Præcedentes puto auxilijs & equitibus præfectos fuiſſe: Sequens cohortis Tribunus inter equites legionarios poſtponitur.

TRIBVNVS cohortis primæ Vetaſiorum Regulbio inſidebat; forte legendum Vetaraſiorum, a Vetaraſia Galliæ Belgicæ urbe, aut Veruſiorum, qui ſunt Plinio Italiæ Alpini populi. [l] Sequentes ſunt legiones, aut pars earum.

l lib. 3. cap. 20.

6 PRAEPOSITVS legionis ſecundæ Auguſtæ, Rutupis excubabat. Rutupiæ eſt oppidum Britanniæ, & Rutipe portus, vulgo Sandouisz dictus, de quo Ptolomæus. Marcellinus. [m] Lupicinus, inquit, Bononiam venit, quæſitiſque nauigijs, & omni impoſito milite ad Rutupias ſitas ex aduerſo defertur, Londinium verſus. Idem lib. 27. Rutupias ſtationem Britanniæ tranquillam vocat. Hunc portum nominat etiam Tacitus, [n] & ſimul, inquit, claſsis ſecunda tempeſtate ac fama Rutupẽſem portum tenuit. Ad portum Rutupis vocat Itinerarium eius meminit Lucanus, [o] Rutupinaue littera feruent, Auſonius, [p] Iuuenalis [q] & alij. Locus eſt ſuperioris Britanniæ: Nam Dion [r] recenſens legiones Imperij, ait; Secundam Auguſtalem vocatam in ſuperiore Britannia hyemaſſe, & partem ſecundæ Victricis in inferiore. Hæc legio ſecunda Britannica eſt vocata, & erat vna Comitatenſium. Vetuſtus codex legit, Præfectus legionis, & rectius.

m lib. 20. paulo poſt principium.
n in uita Agricolæ.
o in 6.
p Iurent. 8. 18. de urbib. 6.
q Satir. 4.
r lib. 55.

7 PRAEPOSITVS numeri Abulcorum, Anderidæ. Anderido aliud oppidum eiuſdem nominis in Celto gallica Ptolomæus nominat. Abulcorum Zoſimus [s] meminit. Arcadius, inquit, Dux ordinis Abulcorum cecidit.

ſ in fin. lib. 2.

8 PRAEPOSITVS Numeri Exploratorum portu Adurni; Madurnum habet codex manuſcriptus, ita etiam ſe legiſſe in membranis ſcripſit Ortellius. Exploratores hi ſunt appellati, quod explorãdi res hoſtium officium haberent, ut Conſtantinus Porphyrogenneta tradit [t] Sub hoc Comite erat una legio fortè 1000. peditum, & ſeni Numeri, forte 1200. & duo ordines equitum ferme 200. Summa eſt peditum ferme 2200. & equitum 200. præfecturã enim mille peditum hoc tempore fuiſſe Conſtantinus Porphyrogenneta ſcribit. [u]

t de thematibus.
Peditum 2200.
Equitum 200.
u de thematib.





NOTITIA.

# COMES BRITANNIÆ EIVSQVE INSIGNIA.




## NOTITIA. Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Britanniæ.

PROVINCIA BRITANNIAE.

OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis Comes hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officio Magiſtri militum præſentalium alternis annis.*

*Commentarienſem vt ſupra.*

*Numerarios duos ſingulos ex vtroque officio ſupradicto.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos Officiales.*

## DE COMITE BRITANNIAE. Cap. LXXXIII.

### COMMENTARIVM.

VAlentiniano primo imperante, duo ſcilicet Comes Britanniæ, & Dux, ille maritima tuebatur, hic mediterranea, Marcellinus, [a] Britãnias, inquit, indicabat Barbarica cõſpiratione ad ultimam uexatas inopiam. Nectaridumque Comitem maritimi tractus occiſum, & Bulchonaudem Ducem hoſtilibus, inſidijs circumuentum. & alibi ſcribit [b] Theodoſiũ, qui poſtea imperauit, ibidẽ Ducẽ fuiſſe; ſed tota fere inſula in Barbarorum poteſtatem redacta, ſine præſidijs, & copijs hic Comes cum ſola inſulæ imagine repræſentatur. Tranirhenanis enim populis inſulam inuadentibus circa annum ſalutis 411. Britanni eiectis Romanis præſidibus & Comite, in

a lib. 27.
b lib. 28.

libertatem ſe vendicarunt, Zoſimus. [a] Tranſrhenani, inquit, Barbari cuncta pro libito inuadentes, eò tum incolas inſulæ Britanniæ, tum quaſdam Celticas nationes redegerũt, vt ab imperio Romano deficerent, & Romanorum legibus non amplius obedientes, arbitratu ſuo viuerent. Itaq; Britanni ſumptis armis, & pro ſalute ſua periclitati, ciuitates ſuas a Barbaris imminẽtibus liberarunt, eiectis Romanis præſidibus, & propria quadam Republica ex arbitratu ſuo conſtituta. Hæc Britanniæ rebellio, quo tempore Conſtantinus regnum vſurpabat, accidit. Hæc ille. Non tamen omnes tum ſimul defecerunt, ſed aliqui in fide Romani imperij remanſerunt, vt ex Beda liquet. Demum cum prius Aquilonaris inſulæ pars à Scotis, & magna Orientalis occupata eſſet, poſtmodum Auſtralis ab Anglis & Saxonibus ſubacta, tota inſula eſt amiſſa. Interea alius Comes limitis Saxonici in ſuis munitionibus ſe tuebatur, & Dux Britanniæ reliquam Roman. imperio parentem inſulæ partem cum ſuis militum copijs retinebat. Comes Britanniæ in inferiori, & ſecunda Britannia olim degebat cum ſexta legione, quam ab Auguſto in Syria locatam, deinde in duas diuiſam, & alteram in Britanniã miſſam fuiſſe Dion ſcribit, [b] Altera, inquit, Victrix appellata in inferiore Britannia excubabat. Hi ſunt qui a Notitia Victores iuniores Britannicani inter LXV. auxilia palatina Magiſtri peditum in præſenti uocantur, & ſupra poſt Catalogum vexillationum ſub hoc Comite militaſſe dicuntur. Merebant ſub eodem Comite aliæ duæ legiones, prima Iunior, ſiue primani iuniores, qui nullibi in Catalogo militum Magiſtri peditum reperiuntur, niſi ſint prima Flauia, aut prima Maxima à Maximo Clemente ibi Auguſto creato appellata. Altera legio erat ſecunda Britannica, ſiue Secundani, una ex legionibus Comitatenſibus XXXII. ſub Magiſtro peditum. Aliam Pictis Britannos infeſtantibus legionem militum ab Honorio miſſam hoſtes repuliſſe Paulus Diaconus ſcribit, quæ ibi non manſit. Equitum quoque VI. Vexillationes hic Comes regebat, uidelicet equites Cataphractarios iuniores, qui non reperiuntur in albo Vexillationum Magiſtri æquitum in præſenti. Equites ſcutarios Aureliacos, qui erant una ex XXXII. Vexillationibus Comitatenſibus eiuſdem Magiſtri, ſicut & ſequentes, videlicet Honoriani ſeniores Stableſiani & Syri, qui in Catalogo Vexillationũ Magiſtri equitum nõ leguntur, & ſuprà ſub hoc comite meruiſſe ſcribuntur. poterant eſſe equites 600. peditum 3000. Peditum 3000. Equites 600.

a lib. 6.

b lib. 55.

Eadem plane inſignia habebat, quæ & alij Comites, ſcilicet librum cum codicillis magiſtratus inſcriptum, & inſulam vnius tantum vrbis effigiem tenentem. Præſidia enim, quæ amiſerat, omittuntur: ſupra ſcriptum eſt BRITANNIA.

Hic Officium, ut Africæ & Tingitanæ Comes habebat. cornicularius tamen & regerendarius, qui apud alios Comites erant, incuria forte librarij, hic deſunt. in Oriente nullus Comes aut Dux eum habebat.





# NOTITIA.

# COMES ITALIAE.




## Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Comitis Italiæ tractus Italiæ circa Alpes.

*De Comite limitum Italiæ. Cap. LXXIIII.*

### COMMENTARIVM

HIC Comes in Notitiæ indice ceteris præmiſsis in inſignibus repręſentãdis poſt Comitẽ Britanniæ, & ferme omnes alios collocatur, quia, vt puto, nullæ ipſius militum copię, aut præfectura, officiumve oſtẽditur, quòd cũ vires imperij vniuerſæ cõtra hoſtes in Gallijs eſſent conuerſæ, Italia vndiq; mari & alpibus cincta, alios limites quàm ipſas alpes nõ habebat, quibus cũ militibus hic ſpectabilis [a] comes pręerat. Pro inſigni librũ erectũ in tergo notis inſcriptũ habebat, vt alij Comites. His Madrucianus errore ſcriptoris caret. Sub libro depictæ ſunt alpes cũ tribus oppidis, inſcriptũq; eſt ITALIA, & infra ſubſcriptũ, SVB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS COMITIS ITALIAE. TRACTVS ITALIAE CIRCA ALPES. Eius officium non ſcribitur, quod fortè ſuis limitibus ab incurſantibus Barbaris, Valentiniano III. imperante eſſet expulſus. Quot copias haberet, nõ exprimitur; ſed legiones XIIII. intra Italiam merebãt. Peditum auxilia XXII. erant ferme peditum 16200. Equitum Vexillationes VII. poterant conſtare 700. equitibus. Imperante Galba, Mennius Rufinus cum ala equitum Hadriæ præſidebat, ut Tacitus [b] recitat, Baſſus, inquit, Liburnicis nauibus Hadriã profectus a Præfecto alæ Mennio Rufino præſidiũ illic agitante uincitur. Ex prædictis XIIII. Legionibus, VIII. erant ex numero XII. Legionum palatinarum, nempe Iouiani Seniores, Herculiani Seniores, Diuitenſes Seniores, Tungricani Seniores, Pãnoniaci Seniores, Mœſiaci Seniores ex Mœſia, ſed in Catalogo Magiſtri peditũ uocantur Mœſiciani, corruptè, vt puto, Octauiani ex Legione VIII. Auguſta in Pannonia ab Auguſto olim cõſtituta, & Thebæi. Nona Legio erat Pontinẽſium vna ex XVIII. Pſeudo Comitatẽſibus. Reliquæ ſequẽtes quinq; erãt ex 32. Legionibus Comitatenſibus, videlicet Mattiaci iuniores, qui in Catal. Magiſtri peditũ vocantur Mattiarij iuniores, ſed mẽdoſe, quia infra ſunt Mattiaci ſeniores, Septimiani iuniores a Septima Gemina Pia fœlici, in Dalmatia ab Auguſto locata, Regij Germaniciani, Prima Iulia. Secunda Iulia, ab Auguſto ita vocatæ, à quo illa ĩ Germania inferiore, hęc in Numidia eſt collocata. Prima Iulia non legitur in Catal. Magiſtri peditum.

a l. vlt. C. de ſilentiar. l. 1. C. de caſtrenſian. l. 1. C. de priuileg. ſchola.

b lib. 19.

*Quæ uerò ſequuntur auxilia* XXII. *erant ex* LXV. *auxilijs palatinis ſub eodem Magiſtro in Italia militantia, ſcilicet.*

CORNVTI *Seniores.*
BRACCHATI *Seniores.*
PETVLANTES *Seniores.*
CELTAE *Seniores.*
HERVLI *Seniores.*
BATAVI *Seniores.*
MATTIACI *Seniores.*
IOVII *Seniores.*
VICTORES *Seniores.*
CORNVTI *Iuniores.*
LEONES *Iuniores.*
EXCVLCATORES *Seniores.*
GRATI.
SABINI.
FOELICES *Iuniores.*
ATECOTI, HONORIANI *Iuniores.*
BRISIGAVI *Iuniores.*
MAVRI HONORIANI *Iuniores.*
GALLI VICTORES.
PLACIDI VALENTINIANICI *Fœlices, à Placida matre Valentiniani* III. *dicti.*
GRATIANENSES *Iuniores.*
MARCOMANI. *Notitia legiones, & auxilia commiſcet.*

*Ex* VII. *verò Vexillationibus Italiæ, ſex erant ex palatinis, ſcilicet.*

*Comites* CORNVTI *Seniores.*
EQVITES PROMOTI *Seniores.*
EQVITES BRACCHATI *Seniores.*
EQVITES CORNVTI *Seniores.*
COMITES ALANI CONSTANTES
VALENTINIANENSES *Seniores.*

Item Vexillatio una comitatenſis, ideſt, MAVRI FEROCES Itaque erant fermè omnes ſimul peditum ſexdecim millia CC. & equites circiter 700. Peditum. 16200. Equitum. 700. Præter hos erant in Italia XVI. præſidia aliquot Legionum preter Claſſes; Prefectus enim iuniorum Italicorum Rauennam cuſtodiebat. Præfectus Sarmatarum Gentilium Apuliæ & Calabriæ oram tuebatur. Alius eorundem Sarmatarum Gentiliũ aliam regionem per Brutios, & Lucaniam Præfectus Sarmatarum Gentilium Forofuluienſi, ſeu Valentiæ propè Padum præerat. Alij Præfecti Sarmatarum Gentilium Opitergio, Patauio, Veronæ, Cremonæ, Taurinis, Aquis, ſiue Tertonæ, Nouariæ, Vercellis, regioni Samniti, Bononiæ in Aemilia, Quadratis ſeu Eporizio, Polentiæ in Liguria. Hæ legiones Sarmatarum per tot loca diſperſæ, continebant fortè 12. millia peditum. In Flaminia quoq; Rauennam tuebatur Præfectus militum iuniorum Italicorum fortè 1000. Erant, & quatuor claſſes in Italia, Venetum Aquileię, Comenſis, Miſenatium, & Rauennatium, de quibus infra tractabitur.

NOTITIA.



# NOTITIA.
# COMES ARGENTORATENSIS.




## NOTITIA.
### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis comitis Argentoratenſis tractus Argentoratenſis.

*DE COMITE ARGENTORATENSIS. Cap. LXXV.*

COMMENTARIVM.

ARGENTORATVM ciuitas eſt in Germania prima, inquit Itinerarium, ſecuudum Chenum, nunc Argentina dicta Marcellinus, Aurelius victor, cum Paulo Diacono, Argentariam uocant. Habet Germania prima Magũtium metropolim, & Argentoratum, quibus præter Ducem prouinciæ, datus eſt huic comes, illi Dux, ut plures irruentibus in agrum Rom. hoſtibus cũ ſuis copijs occurrerent. Huic igitur urbi, & eius tractui proprius Comes cum manu militum præerat, Argẽtoratenſis nuncupatus. Nulli ſub eo Numeri recenſentur: ſed legionem VIII. Sebaſtam, ideſt Auguſtã Ptolomęus hic collocat, quæ minimũ cõtinet 1000. pedites. Eius inſignia ſunt liber eodem modo dorſo inſcript⁹, & codicilli, ut in alijs Comitibus eſt dictũ. Munitionem magnificè extructã habet, ſupra ſcriptum eſt ARGENTORATENSIS. & infra, SVB DISPOSITIONE VIRI SPECTABILIS COMITIS ARGENTORATENSIS TRACTVS ARGENTORATENSIS: In quo erant Vagiones & Triueri ſecundum Rhenum ſiti. In indice hic Comes quartum locum tenet hic poſtremum. officij etiam illius aut militum nulla fit mentio, quod ea loca tum ab hoſtibus tenerentur. Gothi enim antea Gallias ingreſsi, rurſus ab Ataulpho Rege circiter annũ ſalutis 413. eas repetierunt; Ac biennio poſt Burgundiones partem Galliæ Rheno coniunctam tenuerunt, quæ ab illis nomen accepit; circiter annum uero 430. Aetius Comes Belgicæ partem Rheno proximam, quam Franci occupauerant, recepit: ſed illi rurſus irruẽtes poſt multa & varia prælia, tandem eam obtinuerũt.[a]

[a] auctores Caſſiodorus, D. Proſper, & Paulus Diaconus.

X 4 DE

*DE COMITE ILLYRICI. Cap. LXXVI.*

DEFVNCTO Theodoſio Magno, relictis Arcadio & Honorio adoleſcētibus, Barbari à Stilicone noua moliente acciti Illyricum inuaſſerunt, D. Hieronymus. [a] Vigiuti inquit, & eo amplius anni ſunt, cum Scythiā Thraciam, Macedoniam, Dardaniā, Daciam, Theſſaliam, Achaiam, Epirum, Dalmatiam, cunctaſque Pannonias, Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vandali, Marcomani inſtant, rapiunt. Hæc D. Hieronymus. Alaricus enim circa annum 400. multa in Illyrico occupauit. Demum Valentiniano III. in Occidente, & Marciano in Oriente imperantibus, circa annum ſalutis 452. Attila Hunnorum Rex illyricum deueſtauit, Daciaq;, Macedonia, Achaia, Myſia, ac Pannonijs occupatis, utraſque etiam Thracias fœde deformauit. [b] Itaque tempore huius notitię amiſsis Illyrico & Hiſpanijs, eorum Comites eſſe deſijſſe arbitror. Nam etſi in numerorum catalogo eorum pluribus præfuiſſe dicantur, in indice tamen aut inſignibus Comitum repręſentandis, nulla illorum fit mentio, quod & in ciuilibus Illyrici magiſtratibus actum fuit. Iornandes verò auctor eſt, Valētinianum Placidię, vt Eudoxiam Theodoſij filiam vxorem haberet, Illyricum ſocero ceſſiſſe. Ego tamen quantum licuit, eius Comitem reſtituere ſum conatus.

a epiſtola. 3.

b vt Paulus Diaconus & alij ſcribunt.

Inſignia & officium, vt alij Comites habuiſſe cenſendus eſt. Equitum, quos ſecum aliquot habuiſſe veriſimile eſt, hic nulla habetur mentio. Peditum verò aliquot millia ſub eo meruiſſe, inueniuntur. Nam ex auxilijs palatinis LXV. ſub Comite Illyrici auxilia XV. ſequentia, Notitia poſt Magiſtri equitum copias recenſet. Et ſunt.

*Sagittarij Tungri, & Iouij Iuniores.*
*Sequani, & Rhetij.*
*Sagittarij Venatores, & Latini.*
*Honoriani Mauri.*

Seniores.

*Mattiaci.*
*Honoriani Gallicani.*
*Valentinianenſes fœlices.*
*Honoriani victores Iuniores.*
*Tungri.*
*Seguntienſes.*
*Valentinianenſes Iuniores.*
*Caterianenſes, hi non reperiuntur ſub Magiſtro peditum forte legendum.*
*Gratianenſes, aut.*
*Catarienſes, vt in Codice Vrſini.*

Ex legionibus Comitatenſibus XXXII. ſub eodem Comite ſunt legiones V.

*Tertiani, ſiue tertia, & Italica.*
*Tertia Herculea, Pacatianenſes.*
*Mauri Cetrati, & Propugnatores Iuniores.*

Ex Pſeudo Comitatenſibus XVIII. Legiones III.

*Lancearij Lauriacenſes.*
*Lancearij Comaginenſes.*
*Secunda Iulia Alpina. De quibus ſupra in Magiſtris peditum eſt dictum. Poterant efficere circiter decem millia peditum, de quibus ſupra dictum fuit.*

*DE COMITE HISPANIARVM. Cap. LXXVII.*

HONORIO & Theodoſio iuniore imperantibus, circa annū ſalutis CCCCXI. ut dixi. Vandali Hiſpanias occuparunt, ab Honoriacis militibus acciti, & prodita Pyrenęi cuſtodia intromisſi, eas, multis commiſsis prælijs, tandem obtinuerunt. [c] Hanc itaque ob cauſam, vt puto, Notitia in catalogo Comitum Hiſpanias prætermittit, nec aliqua earum Comitis inſignia, aut officium ponit, quem tamen certū eſt extitiſſe. Conſtantinus enim circiter annum CCCXVIII. ad Octauianum, [d] Seuerum, [e] & Tyberianum [f] Comites Hiſpaniarum ſcribit, in catalogo quoque copiarum Magiſtri equitum Præſentalis Notitia Comitis Hiſpaniarum & Tingitanæ omiſsis inſignibus, & officijs numeros recenſet, ſcilicet XI. auxilia, ex LXV. palatinorum Magiſtri peditum Præſentalis. Legionum Præfectos V. itē [g] V. cohortium. Tribunos, & præſidia VI. quæ infra poſt Duces ponentur. Efficere poterant circiter ſeptem millia peditum. Numeri equitum non apparent. Auxilia vero erant ſequentia.

c vt Caſſiodorus, D. Proſper Paulus Diaconus, & Oroſius memorant.

d l. 4. C. T. de decurionib.

e l. 14. C. de fid. inſtru. l. 27. C. de donatio.

f l. 6. C. de ſeru. fugitiuis.

g infra poſt Duces limitaneos.

*A*SCARII *Seniores.*
*A*SCARII *Iuniores.*
SAGITTARII.
NERVII.
EXCVLCATORES *Iuniores.*
TVBANTES.
FELICES *Seniores.*
INVICTI *Seniores.*
VICTORES *Iuniores.*
INVICTI *Iuniores Britones.*
BRISIGAVI *Seniores.*
SALII *Iuniores Gallicani.*
*Legiones vero V. erant ex XXXII. Comitatenſibus ſcilicet.*
FORTENSES.
PROPVGNATORES *Seniores.*
SEPTIMANI *Seniores.*
VESONTES, &.
VNDECIMANI *Septimani Seniores.*

Hi ſunt legio ſeptima, Gemina, Pia, Fęlix ab Auguſto in Dalmatia locata. [h] Hæc legio infra in Notitia in catalogo copiarum poſt Duces locatur in Hiſpania Gallecia.

h Dion lib. 55.

Veſontes à Viſuntio oppido ſunt nuncupati. Vndecimani, legio XI. poſtea Claudiana, Pia, Fęlix nuncupata ab Auguſto in Mœſia conſtituta fuerat. Ex Mœſia in Dalmatiam a Claudio, inde in Italiam pro Othone trāſducta, & ſuis ſedibus reſtituta. Demum in Hiſpanias venit.

Præter has in Gallecia erat præfectus legionis ſeptimæ geminæ: legione TRIBVNVS cohortis ſecundæ Flauię Pacatianę Pætaonio præfectus. TRIBVNVS cohortis ſecundæ Gallicæ ad cohortem Gallicam, degens, ita caſtra uocabantur, TRIBVNVS cohortis Lucenſis Luco præſidens, TRIBVNVS cohortis celtiberæ, Brigantiæ, nunc Iuliobrigę excubans. In prouincia Tarraconēſi TRIBVNVS cohortis primæ Gallicę Veleię, manebat, quę loca cum tribunis recitantur infra poſt Ducum explicationem, de his ibi tractabitur.

Hæc de VIII. Comitibus Occidentis; nunc de XII. Ducibus ſub Magiſtro peditum præſentali dicturi, à Duce Mauritaniæ exordium ſumemus.

NOTITIA.



# NOTITIA. DVCIS ET PRÆSIDIS PROVINCIAE MAVRITANIAE INSIGNIA.




NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis, & Præſidis prouinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis.

PRAEPOSITVS *limitis Columnatenſis.*
PRAEPOSITVS *limitis Videnſis.*
PRÆPOSITVS *limitis inferioris.*
PRÆPOSITVS *limitis fortenſis.*
PRAEPOSITVS *limitis Muticitani.*
PRÆPOSITVS *limitis Audienſis.*
PRAEPOSITVS *limitis caput Cellenſis.*
PRAEPOSITVS *limitis Auguſtenſis.*
OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis Dux, & Præſes hoc modo.*
PRINCIPEM *ex officio magiſtri militum præſentalium alternis annis.*
*Numerarios duos, ſingulos ex officijs ſupra ſingulis.*
*Commentarienſem ex officijs ſupra ſingulis alternis annis.*
*Cornicularium.*

Adiutorem.

*Adiutorem.*
*Subadiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos officiales.*

## *DE DVCE ET PRAESIDE MAVritaniæ Cæſarienſis. Cap. LXXVIII.*

### COMMENTARIVM.

DVAE erant Mauritaniæ, inquit Ptolomæus, Tingitana, quæ Comitem, & Cęſarienſis, quæ Ducē habebat, & à Malua fluuio diuidebatur. Itinerarium, flumen Malua, inquit, dirimit Mauritaniæ Duces. Sed Tingitanæ poſtea Comes factus eſt. Spectabiles, vtrique erant. [a] Primus autem inter Duces, qui præerat Mauritaniæ, recenſetur, quia idem Præſes, populis ius dicebat, & ideo ab hoc ad præfecturam prouocabatur, [b] non ad magiſtrum officiorum, & Quæſtorem palatij, vt in ſimplici Duce iuſſum eſt obſeruari. [c] Eadem quæ & Comites inſignia habebat, ſcilicet librū ijſdem notis purpureo tegumento inſcriptum, cum codicillis magiſtratus, & VIII. caſtra, quæ totidem præſidiorum præfecturas referunt. Et quoniam non tantum pedites, ſed & equites hic Dux regebat, officium hoc modo habebat, vno anno Principem ex officio Magiſtri peditum, alio ex Magiſtri equitum accipiebat, quemadmodum & ſequentes Duces. Vnde Principem non niſi vno anno in officio fuiſſe patet. Habebat & Numerarios duos, ſingulos ex officijs Magiſtrorum alternatim vt ſupra acceptos, ſicut & Commentarienſem. Cornicularium uero, Adiutorē, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & ceteros officiales ipſe ſtatuebat. Præpoſiti itaque limitibus VIII. quibus imperabat, ſunt hi.

a l. pen. C. de appella. l. viros. 8. C. de diu. offic.
b l. præcipimus. §. quod ſi, C. de appellat.
c l. pen. C. de appellatio.

1 PRAEPOSITVS Limitis Columnatenſis, forte ab aliquibus columnis, vel à loco ita appellatus. Hic limes cum latius ſe extenderet, alium ſub Comite Africæ Præpoſitum habuit, ſicut & caput Cellenſis, & Bidenſis, de quibus infra.

2 PRAEPOSITVS Limitis Videnſis. Hic limes, in longum protenſus, alium & ipſe ſub Comite Africæ præpoſitum habuit, vbi Bidenſis pro Videnſis appellatur, forte ab aliquo eius nominis oppido ita vocatus. Vetuſtus Codex habet, indenſis.

3 PRAEPOSITVS Limitis inferioris Oceanum verſus.

4 PRAEPOSITVS Limitis Fortenſis, quem milites Fortenſes cognominati, tuebantur.

5 PRAEPOSITVS Limitis Muticitani, quod nomen non inuenio, Codex membraneus Ortellij, & alter uetuſtus habent Mauricitani, ut puto, rectius.

6 PRAEPOSITVS Limitis Audienſis, eſt in Mauritaniæ Cæſarienſi. Audum promontorium, & Audus fluuius, nunc Balaſſa dictus, vnde Audienſe caſtellū, & Audienſis limes nomen habuere. Marcellinus, [d] Duces, inquit, ſuos incolumes reducit ad Audienſe caſtellū, ſed idem lib. eod. lib. Addenſe municipium appellat. Eiuſdem etiam nominis eſt mons in Africa, qui ad hunc locum non pertinet. d lib. 29.

7 PRAEPOSITVS Limitis caput Cellenſis, fortè vbi Celaniam ponit Ptolomæus, vt pro Celanienſi dictū ſit Cellenſis. Alius Præfectus ſub Comite Africæ hunc limitem longius ſe extendentem tuebatur, vt in Columnatenſi & centum cellenſi limitibus fiebat.

8 PRAEPOSITVS Limitis Auguſtenſis, forte hic limes à tertia legione Auguſta denominatus eſt, quā Dion [e] in tres diuiſam fuiſſe memorat, Gallicā, quæ in Phœnicia: Cyrenaicam, quæ in Arabia; & Auguſtalem, quę in Numidia degebat; inde in Mauritaniā eſt tranſlata. Eſt & Auguſtum oppidum in Africa, ſed ab hoc limite diſtans. Hæc ſunt VIII. præſidia Ducis Mauritaniæ, quot numeros haberet, non conſtat, ſed ponendo 200. pedites pro pręſidio, & equites 50. eſſent pedites 1600. Equites uero 400.

e lib. 55.
Præſidia 8.
Pedit. 1600.
Equit. 400.





# NOTITIA.
# DVX PROVINCIÆ TRIPOLITANAE EIVSQVE INSIGNIA.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Prouinciæ Tripolitanæ.

PRÆPOSITVS *Limitis Talalatenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Teuchitani.*
PRAEPOSITVS *Limitis Bizerentani.*
PRAEPOSITVS *Limitis Tillibarenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Madenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Maccomadenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Tintiberitani.*
PRAEPOSITVS *Limitis Bubenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Mamucenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Balenſis.*
PRAEPOSITVS *Limitis Varenſis.*
MILITES *Fortenſes in caſtris Leptitanis.*
MILITES *Munifices in caſtris Madenſibus.*
PRAEPOSITVS *Limitis Sarcitani.*
OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis Dux hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis.*
*Numerarios vtroſque.*
*Commentarienſem vtrunque.*
*Cornicularium.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares,& reliquos officiales.*

## *DE DVCE TRIPOLITANÆ Prouinciæ. Cap. LXXIX.*

### COMMENTARIVM.

TRIPOLITANA regio, vt ſupra dictum eſt, ab Africa minore Tritone fluuio diuiſa, vſq; ad aras Phileniorum extenditur à tribuſque vrbibus, Lepti magna ſeu Neapoli, Taphna,& Abrotana, Tripolis ideſt triplex ciuitas vocatur, cui cũ XIIII. præſidijs Dux præerat,& eadem inſignia, quæ Dux Britanniæ, geſtabat; nempè librum ijſdem notis tergo inſcriptum, & XIIII. munitiones, totidem præſidia repræſentantes. Officium etiam fermè eodem modo, quo Duces alij habebat. Principem ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis. Numerarios vtroſq;, ex vtriuſque Magiſtri officijs, nempè ſingulos ex ſingulis,& vtrunque Commentarienſem. Lego vtrinque ideſt ex utroque Magiſtrorum militum officio alternis annis, vt apud alios Duces, neque enim vnquam duos Commentarienſes inueni. Cornicularium vero, Adiutorem, Subadiuuã, Regerendarium, Exceptores, & ſingulares, ac reliquos officiales ipſe conſtituebat. Præter hunc & præcedentem Ducem & alium Belgicæ ſecundæ nullus in occidente nec Oriente Dux Cornicularium habuit, ſed alius officialis eius vice fungebatur. Huius limitis Siluanus Dux & corrector fuiſſe inuenitur. (l. 6. C. Theo. de dome. & protector.) Vnde idem Ducis,& Præſidis officio functus eſſe uidetur. XIIII. eius limitum præpoſiti ſunt ſequentes.

1 PRAEPOSITVS Limitis Talalatenſis, quod nomen à Tala fluuio, quem in Marmaria proxima regione Ptolomæus ponit, poteſt deriuari. Hic limes latius, ſe extendens, alium ſub Comite Africæ præpoſitum habuit.

2 PRAEPOSITVS Limitis Teuchitani, vel Teuchirani à Teuchura oppido, quod etiam Arſinoe dicebatur, vulgò Trochera. A Ptolomæo in Cyrenaica ponitur.

3 PRAEPOSITVS Limitis Bizerentani, forte Bizacenani à Bizacena prouincia: Bizacia Procopio & Valentiniano dicta,[a] vel à Bezereo Africæ loco, vt apud Itinerarium.

a l. 1. C. de offic. com. rer. priuat.

4 PRAEPOSITVS Limitis Tillibarenſis. Etiã ſub Comitæ Africæ in caſtris Tillibarenſibus Secundanorum alius præpoſitus reſidebat, latius enim hic limes ſe extendebat.

5 PRAEPOSITVS Limitis Madenſis, vel Madienſis à Madia huius regionis oppido. Madiam Libyæ inſulam fuiſſe Stephanus ſcribit. Milites Munifices extra oppidum in Madenſibus caſtris, infra fuiſſe dicuntur.

6 PRAEPOSITVS Limitis Maccomadenſis, à Maccomada Africæ oppido, nunc Macres nominato: ad Syrtim maiorem Itinerarium ponit, Maccodamam ad Syrtim minorem Ptolomæus in propria Africa, cuius D. Auguſtinus meminit, ſed in caſtris Madenſibus hic præpoſitus degebat.

7 PRAEPOSITVS Limitis Tintiberitani, quod nomen inuentum fuiſſe nouiter exiſtimo.

8 PRAEPOSITVS Limitis Bubenſis, fortè legendum Buttenſis à Butta oppido, quod in hac regione Ptolomæus collocat; aut dicti ſunt à Bubeijs Africæ interioris populis, à Corn. Balbo ſuperatis.

9 PRAEPOSITVS Limitis Mamucenſis, quod nomen non inuenio.

10 PRAEPOSITVS Limitis Balenſis. Balim Libyę ciuitatem prope Cyrenem eſſe Stephanus ſcribit, à Baleo nominatam, cuius etiam ibi erat templum, de quo ſæpe in ſacris litteris.

11 PRAEPOSITVS Limitis Varenſis, à Vari oppido vel Bari, cuius Stephanus meminit.

12 MILITES Fortenſes in caſtris Leptitanis. Tripolitanam regionem Leptim magnam habuiſſe dixi, vbi militum caſtra à Fortenſis legionis militibus cuſtodiebantur: alijs caſtris Leptitanis in montibus, alius ſub Comite Africæ præpoſitus præerat.

13 MILITES Munifices in caſtris Madenſibus, prope Madam oppidum, non enim in ipſo oppido manebant. Munifices autem vocabantur, qui nullo fulti priuilegio, omnia neceſſaria munera exequebãtur, nec tantum vigilias agebant, ſed ligna, aquam, & alia huiuſmodi in caſtra portabant. Vegetius,[b] Faſcicularia tamen, inquit, id eſt, ligna, fœnum, aquam, ſtramen, & legitimi milites in caſtra portabant. Munifices enim ex eo appellantur, quod hæc omnia munera faciunt. Hæc ille. Alij verò ab his immunes principales milites candidati uocabantur. Idem Veget.[c] Candidati, ait, hi ſunt milites principales, qui priuilegijs muniuntur, reliqui Munifices appellantur, qui propter munera militiam facere coguntur. Hactenus ille. Hi milites fortè quòd nunquam immunes eſſent Munifices ſunt uocati.

b lib. 2. c. 19.

c eod. lib. 2. c. 7. in fin.

14 Vltimus eſt PRAEPOSITVS Limitis Sarcitani. Erant hæc omnia XIIII. Limitanea præſidia ſub hoc Duce. Quot uerò ea equites aut pedites tuerentur non apparet, ſtatuendo tamen CC. milites in ſingulis præſidijs, eſſent peditum. 2800.

Præſidia 14

Pedit. 2800.

Verum Imperante in Occidente Valentiniano, anno ſalut. CCCCXLI.[d] Vandali à Bonifacio ex Hiſpania in Africam acciti, eam plus centum annis tenuerunt. Tandẽ Valentinianus III. diu à Genſerico uocatus an. ſalu. CCCCXLIIII. ut auctor eſt D. Proſper, pace mira barbaro Africæ partem reliquit. Sed eo extincto rupto fœdere illi omnia occuparunt, donec Beliſarius Barbaris attritis eandem recepit; cuius antiquis limitibus renouatis, Iuſtinianus quatuor Duces conſtituit.[e] Vnum in Tripolitana prouincia, & in Lepti magna, Lepti Magnenſi uocata; alium in Bizacena. Tertium in Numidia in urbe Conſtantinatenſi. Quartum in Cæſarienſi Mauritania.[f] In tractu quoque freti Gaditani prope Abilam, in loco, qui ſepta dicitur, Tribunum cum cohorte, ac dromones, ideſt leuia nauigia, fregatas uulgò dictas collocauit, qui exploraret, quid Barbari in Hiſpanijs, quiduè in Galliis agitarent. Quintum præterea Ducem in Sardinia creauit. qui eam ab hoſtibus tueretur.[g] In his limitibus clauſuras, ſeu burgos muniri præcepit. Duces uerò eos appellat, qui limites cuſtodiunt, Comitatenſes, qui longiùs à limitibus in caſtris degunt non multum tamen ab ipſis diſtant.[h] His eorumque officiis ſtipendia pro annonis,& capitibus Calendis Septembris ex tributis Africanis perſolui iuſsit: hac in ita ratione ut pro ſingulis annonis ſolidi quinque,& pro ſingulis capitibus 4. ſoluerentur, etſi codex ubique mendis ſcateat. Singulis igitur Ducibus pro ipſis, & officii hominibus loco annonarum CXC. ſoluebantur ſolidi 950. Item pro capitationibus ſeu pabulis equorum 158. ſolid. 632. qui alijs iuncti efficiunt ſolidos eius temporis 1582. Ex his annonæ 107. erant Ducis, pro quibus percipiebat ſolidos DXXXV. & CVI. capitationes, ſeu ſolid. 440. quæ tota ſumma efficiebat ſolidos. 959. 8. annonæ ſeu ſolidi 40. & capitationes, quatuor ſeu ſolidi ſexdecim dabantur aſſeſſori, ſi codex eſt integer, qui ad ſolidos quinquaginta ſex aſcendunt.

d Marcellinus, C[illegible] C. de offi. [illegible] Af.

e l. 2. §. 1. & ſeq. C. de offic. P. P. Afric.

f d. l. 2. §. 1.

g d. l. 2. §. iubemus.

h d. l. 2. §. pro limitaneis.

Reliquum



Reliquum erat officii apparitorum. Singuli uerò Duces habebant Aſſeſſorem iuriſperitum, qui erat extra officium. In ſingulis officiis erant uiri XL. Hoc modo, Primicerius ſeu Princeps dictus, Numerarius unus, Ducenarii quatuor, qui antea Commentarienſi parebant. Centenarij ſex, qui ſub adiutore eſſe ſolebant. Biarchi VIII. pro Regerendariis. Circitores IX. ſeu exceptores, & reliqui homines XI. Singulares, qui efficiunt homines XL.

# NOTITIA.
# DVX PANNONIAE,
## ET EIVS INSIGNIA.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Prouinciæ Pannoniæ ſecundæ Ripärienſis ſiue Sauiæ.

CVNEVS *equitum Scutariorum Cornaco.*
CVNEVS *equitum Dalmatarum Teutiborgio.*
CVNEVS *equitum Conſtantianorum Burgenæ.*
CVNEVS *equitum promotorum Cuccis.*
CVNEVS *equitum Conſtantium Aciminci.*
CVNEVS *equitum Italicianorum Secundis.*
EQVITES *Dalmatæ Nouis.*
EQVITES *Dalmatæ Albano.*
EQVITES *promoti Teutiburgio.*
EQVITES *Dalmatæ Cornaco.*
EQVITES *Sagittarij Cuccis.*
EQVITES *Dalmatæ Bononiæ.*

EQVITES

EQVITES *Dalmatæ Cuſi.*
EQVITES *Sagittarij Aciminci.*
EQVITES *Dalmatæ Ricti.*
EQVITES *Dalmatæ Burgenæ.*
EQVITES *promoti Tauruno.*
AVXILIA *Herculia ad Herculem.*
AVXILIA *Nouenſia Arſaciana ſiue Nouis.*
AVXILIA *Auguſtenſia contra Bononiam in Barbarico in Caſtello Onagrino.*
AVXILIA *præſidentia in caſtris Herculis.*
AVXILIA *Aſcarij Tauruno ſiue Marſonia.*
PRAEFECTVS *Legionis quintæ Iouiæ cohortis quintæ partis ſuperioris Bononiæ.*
PRAEFECTVS *Legionis Sextæ Herculeæ cohortis quintæ partis ſuperioris Aureo monte.*
PRAEFECTVS *Legionis quintæ Iouiæ Burgenis.*
PRAEFECTVS *Legionis ſextæ Herculeæ Teutiborgio.*
PRAEFECTVS *Legionis, quintæ Iouiæ ſextæ Herculeæ in caſtello Onagrino.*
PRAEFECTVS *milit. Calcarienſium Sirmij.*
PRAEFECTVS *Claſſis primæ Flauiæ Auguſtæ Sirmij.*
PRAEFECTVS *Claſſis ſecundæ Flauiæ Graio.*
PRAEFECTVS *Claſſis Iſtricæ Murſæ.*
TRIBVNVS *cohortis tertiæ Alpinorum Dardanorum Ala Sirmienſis, Sirmij.*
PRAEFECTVS *Claſſis primę Pannoniæ ſeruitij Claſſis Aegetenſium ſiue ſecundæ Pannonię nunc Siſciæ.*
TRIBVNVS *cohortis tertiæ Alpinorum, Siſciæ.*
TRIBVNVS *cohortis primæ Iouiæ Leonatæ.*
TRIBVNVS *cohortis primæ Thracum ciuium Romanorum caput Baſenſis.*
OFFICIVM *autem habet idem uir ſpectabilis hoc modo.*
PRINCIPEM *de eodem officio.*
*Numerarium.*
*Adiutorem.*
*Commentarienſem.*
*Subadiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos officiales.*

## *DE DVCE PANNONIAE SEcundæ Riparenſis ſiue Sauiæ. Cap. LXXXI.*

### COMMENTARIVM.

PANNONIA ſecunda ſeu inferior ultrà Aemonem fluuium, ab Oriente Draua & Danubio clauditur, ubi Drauæ Iſter miſcetur, nunc Boſsina & Semia uocatur. Inter Sauum uero & Drauam flumina Sauia eſt, nunc Croatia, eademque olim Riparenſis dicta; quia ad ripam Danubii & inter ipſa flumina eſt ſita. Hadrianus Aelium verum, quem adoptauit, Pannoniis Ducem & Rectorem impoſuit, ut in eo auctor eſt Spartianus. Huic Dux, cũ cuneis VI. & alis equitum XI. auxiliis V. Præfectis legionum V. alijs Claſſium IIII. Tribunis cohortium item IIII. præerat, præſidijs 26. quorum 18. tantum repręſentantur. Eadem inſignia ferebat, quæ alij Duces, ſcilicet, librum vt ſupra inſcriptum, & XVIII. munitiones, cum tamen XXVI. tueretur, quarum VIII. non apparent. Officium habebat, Principem ex eodem officio. Numerarium, Adiutorem, Commentarienſem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos officiales, qui gradu carent Corniculario, quemadmodum & alij Duces paucis exceptis, carebant. Hi numeri ab illo regebantur.

1 Cuneus equitum Scutariorum Cornaco præſidebat, quod Ptolomæo eſt oppidum propè Teutiborgium, nunc quinque eccleſias vocant, cuius meminit & Itinerarium & ſequentium. Hic etiam equites Dalmatæ ſub hoc Duce degebant.

2 CVNEVS equitum Dalmatarum Teutoborgium incolebat, quod eſt ad ripam Danubij; olim hic erat ſaltus, Tacitus, [a] Ductum, inquit, agmen ad vltimos Bructerorum, quantumque Amiſiam, & Luppiam amnes, inter vaſtatum haud procul Teutoburgienſi ſaltu, in quo reliquiæ Vari legionumque inſepultæ dicebantur. Hæc ille. Eodem in loco alij ſub hoc Duce, promoti nuncupati excubabant, & legio ſexta Herculea. a In 2.

3 CVNEVS equitum Conſtantianorum Burgenæ manebat, à Conſtantio uel Conſtantia oppido ſunt denominati. Burginatium in Germania ponit Itinerarium, ubi legio VI. Hic etiam erant equites Dalmatæ ſub hoc Duce.

4 CVNEVS equitum promotorum, Cuccis ſtatiua habebat: apud Itinerarium Cucci legitur. Hic alij equites ſagittarij ſub hoc Duce degebant.

5 CVNEVS equitum Conſtantium Aciminci morabatur: ita & Itinerarium. Acumincium uocat Ptolomæus, infra Cornacum, ad Danubij ripam, vbi legionem olim fuiſſe dicit. Acamincium eſt apud Marcellinum. [b] Hic & alij equites Sagittarij ſub hoc Duce reſidebant, de quibus infra. b Lib. 19.

6 CVNEVS equitum Italicianorum Secundis: vnde fortè Secundani milites, ſupra ſub Comite Africæ.

1 EQVITES Dalmatæ Nouis ſtatiua habebant, Nouæ ſunt etiam non longè hinc in Mœſia prima & ſecunda ſub eius Ducibus in Oriente.

2 EQVITES Dalmatæ Albano inſidebant, qui eſt mons diuidens Pannoniam ab Illyrico.

3 EQVITES promoti manebant apud Teutoborgium vltra Danubium in eius ripa. Hunc locum etiã Cuneum equitum Dalmatarum, ſub hoc Duce tuebatum. Fuiſſe ſuprà vidimus. Eſt ſecundum Danubium apud Ptolomæum.

4 EQVITES Dalmatæ Cornaco præerant, in ripa Saui non longè à Teutiborgio. Hic & Cuneus Scutariorum manebat ſub hoc Duce.

5 EQVITES Sagittarij, Cuccis præſidebant, ubì alius Cuneus equitum Promotorum ſub hoc Duce morabatur.

6 EQVITES Dalmatæ Bononiæ manebant, quam Ptolomæus in Pannonia inferiore collocat. Notitia Orientis in Dacia, vltra Danubium eam Marcellinus [c] ponit, loquens enim de Valente, permeato, inquit, Danubio delatus Bononiam, & Sirmium introijt. Hæc ille. Fortè duo utriuſque imperij duces, hic propè caſtrametabantur. Conſtantinus Bononiæ ad Italicum ſcripſit. [d] Hic etiam cohors VI. Legionis VII. Iouiæ ſub eodem Duce reſidebat. c Lib. 31. d l. 1. C. de priuileg. dom. Aug.

7 EQVITES Dalmatæ Cuſi reſidebant.

8 EQVITES Sagittarij Aciminci manebant. In huius oppidi medio manſionem Itinerarium collocat. Hoc oppidum bis Notitia repræſentat. Quare id diuerſum eſt à ſuperiore Acuminco, ubi Cuneus equitum Conſtantium ſub hoc Duce morabatur, niſi idem bis dicamus per errorem repetitum.

9 EQVITES Dalmatæ Ricti degebant, Ptolemęus legit Rictij, qui eſt locus propè Acimincum, uulgo dicitur Orſaus.

10 EQVITES Dalmatæ Burgenæ præerant. Hic etiam erat, Legio V. Iouia, de qua infra, & Cuneus equitum Conſtantianorum ſub hoc Duce.

11 EQVITES Promoti Taurono præſidebant, eſt propè Ritium, vbi Drinus in Sauum confluit. Ptolomæus Taururum appellat, Plinius Albam Græcam, vulgò Belgradum dicunt.

Hi ſunt VI. Cunei & XI. turmæ equitum, quæ in XII. munitionibus excubabant. Nunc ſequuntur quinque eiuſdem Ducis Auxilia.

*Item Auxilia.*

1 AVXILIA Herculis, ad Herculem excubabant, vnde nomen habuerunt. Hæc & ſequẽtia plura eiuſdem nominis auxilia fuiſſe videntur. Erat & tertia legio, vel cohors cum Comite Illyrici, ad caſtrum Herculis. Equites Dalmatæ ſub Duce Valeriæ, & ipſi ad Herculem reſidebant. Fortè limites ad illum locũ coniungebantur, vel erant diuerſa eiuſdem nominis oppida. Iornandes caſtrum Herculis prope villam Vlpianam in Pannonia locat. Huc vſque ſub hoc Duce in Notitia depictæ præſidiorum munitiones repeeriuntur, quæ ſunt XVIII. Sequentium nulla oppida repræſentantur.

2 AVXILIA Nouenſia Arſaciana ſiue Nouis, quod in hoc oppido reſiderent Nouenſia ſunt dicta, quia verò ex oppido Arſacia ſunt contracta, Arſaciana vocantur. Arſacia Ptolomæo, & Ammiano, eſt vrbs Mediæ vnde Arſacidæ.

3 AVXILIA Auguſtenſia habitabant contra Bononiam in Barbarico, in caſtello Onagrino. Hæc ab Auguſto nomen habent, in agroque Barbarorum id eſt hoſtibili excubabant, quod Barbaricum uocabatur. Gratianus A. [a] Si aurum, inquit, ad Barbaricum fuerit tranſlatum à mercatoribus ſupplicijs ſubiugantur. Lamprid. [b] Expeditio Barbarica eſt nunciata. Valens A. [c] Ad Barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis nullam quiſquam habeat facultatem. Caſtellum verò Onagrinum ſitum erat è regione Bononiæ, ab aſinis agreſtibus quibus abundabat, vocatum. Ibidem degebat legio V. Iouia, & VI. Herculea, de qua infra. a in l. 2. C. de cõmerc. & mercat. b in Alexandro. c in l. 1. C. quæ res, expor. non deb.

4 AVXILIA Præſidentia in caſtris Herculis; à prę ſidio oppido unde extracta, nomen habent: ſunt autem plura oppida Præſidia nuncupata, in Sardinia, Hiſpania, & alibi. Caſtra Herculis ciuitatem à Iuliano apoſtata in Germania occupatam. Marcellinus ſcribit. [d] d lib. 18. poſt princip.

5 AVXILIA Aſcarij præfecta Tauruno ſiue Marſonia, fortè legendum Aſcanij, qui ſunt populi Ponti, propè Aſcanium flumen, & Aſcaniam paludem. Nomẽ hoc erat auxiliariorum. Marſouiam pro Marſonia Ptolomęus in Pannonia inferiore locat. Idem Dux præter equites memoratos, & auxilia, etiam X. legionum Præfectos, & III. cohortium Tribunos regebat, qui ſequuntur.

*Item Præfecti.*

1 PRAEFECTVS Legionis quintæ Iouiæ cohortis quintæ partis ſuperioris Bononiæ; ita à Diocletiano, qui ſe Iouem nominabat, eſt uocata; vel à Iouia ciuitate Valeriæ, quæ & ipſa ab illo nomen habuit. Hic Præfectus legionis vocabatur, etſi non amplius quam vni cohorti ideſt quintæ imperaret. Prę erat uerò ſuperiori parti Bononiæ, vbi etiam equites Dalmatæ, ſtatiua habuiſſe diximus.

2 PRAEFECTVS cohortis quintæ legionis ſextæ Herculeæ, à Maximiano, qui Herculem ſe faciebat, denominatæ. Hæc ſuperiorem partem Aurei montis tuebatur, quod erat oppidum Mœſiæ primæ, vbi vtriuſque imperij Duces ad fines propè caſtra habuiſſe uidentur. Diuiſa hæc legio Nouioduni, & Teutoburgi caſtrametabatur.



3 PRAEFECTVS Legionis quintæ Iouiæ Burgenis degebat, ſupra Burgenam: ibi etiam equites Dalmatæ, & Cuneus equitum Conſtantianorum morabantur. Huius legionis quinta cohors, in ſuperiori parte Bononię excubabat: partem huius legionis hic præfectus regebat, aliam alius.

4 PRAEFECTVS Legionis ſextæ. Herculeæ, Teutoborgio præerat, vbi Cuneum equitum Dalmatarũ fuiſſe vidimus, & equites Promotos ſub hoc Duce. Huius legionis quinta cohors degebat in Aureo monte.

5 PRAEFECTVS Legionis, quintæ Iouiæ ſextæ Herculeæ in caſtello Onagrino, vbi etiam erant auxilia Auguſtenſia. Hic duæ legiones congeruntur, Iouia & Herculea, quos diuerſos præfectos habuiſſet vidimus, vnde corruptum codicem eſſe puto, & pro Herculeæ ſubſtituendum cohortis. Aut duos legionum præfectos cum earum partibus, eidem loco præfuiſſe oportet, quod raro legitur.

6 PRAEFECTVS Militum Calcarienſium Sirmij ſtatiua habebat. Calcaria Itinerario eſt locus inter Maſsimiliam, & Foſſam Marconam: eſt etiam oppidum in Britannia.

Sirmium eſt ciuitas Probi Imp. natalibus nobilis, vulgò Simadi dicitur, eſt prope Tarſium inter Rimũ & Cornacum apud Danubium. Pœonum ciuitatem eſſe Stephanus ſcribit, aliquot iura ibi ſcripta extant. [e] Sequentibus etiam IIII. Claſsibus hic Dux imperabat, quibus infraſcripti præerant. e l. 15. cum 5. ll. ſeqq. & l. 27. C. de iure dot. l. 7. C. de iur. fiſci.

7 PRAEFECTVS Claſsis primæ Flauiæ Auguſtæ Sirmij ſtationem habebat. Strabo [f] ſcribit, Auguſtũ, Cæſarem in bello contra Dacos ſuſcepto, duas in Sauo Claſſes inſtruxiſſe, alteram ad Segeſtam, ad Sirmium alteram. Poſteriores vero Principes Claſſes quatuor in Danubio tenuerunt, quæ fuere Flauia Auguſta fortè a Flauio Veſpaſiano, aut Conſtantino cognominata, quæ apud Sirmium manebat, ubi etiam ala Iormienſis degebat. Aliæ tres in Danubio Claſſes cum ſuis Præfectis ſequuntur. f lib. 7.

8 PRAEFECTVS Claſsis ſecundæ Flauiæ ad Graium reſidebat. Graiam alij appellant.

9 PRAEFECTVS Claſsis Iſtricæ Murſæ applicabat, vrbs eſt ſecundum Danubium, ubi Conſtantius quandoque iura condidit, [g] ita etiam Itinerarium appellat, Coloniam Ptolomæus facit, aliàs Muſia Colonia, nunc Mutrouiza dicitur. Eſt ſecundum ripam Drauæ Iſtrum influentis. Iſtrica uerò Claſsis uocatur, quia per Iſtrum nauigabat. Tribunum cohortis, & alam equitum claſsibus Notitia hic interſerit, ego infra aptius locandos cenſui. g l. 46. C. T. de decurionib.

10 PRAEFECTVS Claſsis primæ Pannoniæ ſeruitij Claſsis Aegetenſium, ſiue ſecundæ Pannoniæ, nunc Siſciæ ſtationem habet. Supra ſub Comite largitionum à Procuratore monetas Siſciæ percuſſas fuiſſe vidimus. Vrbs eſt non longè à Sauo, in quo hæc Claſsis nauigabat, in ſuperiore Pannonia, ut tamen deſeruiret Aegetenſium Claſsi, ſiue ſecundæ Pannoniæ. Aegetenſes credo accolas Saui fuiſſe, de quibus Itinerarium. Fortè eſt, quã Ptolomæus mendosè Etetam, pro Aegeta uocat.

ALA SIRMIENSIS quæ Sirmij morabatur infra poſt ſequentem Tribunum ponitur, ſed ne Tribunis intermiſceretur hic aptius locandam cenſuimus. Tribunis etiam IIII. ſequentibus idem Dux præerat, qui ſunt.

1 TRIBVNVS cohortis tertiæ Alpinorum Dardanorum: hi ſunt populi Mœſiæ ſuperiori contigui ſecundum Oroſium & Volaterranum, nunc Seruiam & Ruſciam appellant, ex quorum alpibus extracta eſt hæc cohors. Eidem Duci ſuberat ALA Sirmienſis Sirmij, à loco ubi reſidebat, appellata, hic ponitur, quę ſupra ante hunc Tribunum magis congruè uiſa eſt locari. XII. Cohortis Alpinorum Antoninus A. meminit. [h] h in l. 1. C. de reſtit. milit.

2 TRIBVNVS cohortis tertiæ Alpinorum degebat Siſciæ, quę eſt propè Albanum montem, & ideo cohors Alpina uocatur.

3 TRI-

3 TRIBVNVS cohortis primę Iouię Leonatę mo rabatur, quę Sauię urbs eſt Itinerario, ubi hęc cohors degebat.

4 TRIBVNVS cohortis primę Thracum ciuium Romanorum caput Baſenſis; fortè legendum Baiſinenſis, ſiquidem Baiſina eſt oppidum Pannonię inferioris, Ptolomęo apud Tarſium, uulgo Bachia dictũ. Vocabatur autem locus, ubi reſidebat hic Tribunus, caput Baiſinenſis, ſicut caput Cellenſis, fortè quòd ea loca in limitibus Sauiæ eſſent prȩcipua. Hęc cohors erat ex colonia ciuium Romanorum, quemadmodum Apulenſes in Dacia, quorum cohors Apuleia ciuium Romanorum ſub Duce Armenię merebat. Plinius in Thracia quatuor nominat Colonias, Philippos, Fluuiopolim, ubi antea zeta fuit, Apros, & Parium, ex quarum aliqua hęc cohors Thracum forte eſt extracta. Huius Ducis erãt prȩſidia XXVI. Equitum Cunei VI. Ala I. Turmę XI. Peditum Auxilia V. Legiones III. in VI. prȩfecturas diuiſę. Tribunatus IIII. Erant equites fermè 18 o. Peditum 5000. & Claſſes 4. Nunc ad Ducem Valerię ueniemus. Præſidia 26. Equites 1800. Peditum 500. Claſſes 4.

# N O T I T I A.

# DVX PROVINCIÆ VALERIAE, ET EIVS INSIGNIA.








## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Prouinciæ Valerię Ripenſis.

CVNEVS *equitum Scutariorum Soluæ.*
CVNEVS *equitum Dalmatarum Interciſæ.*
CVNEVS *equitum Conſtantianorum Luſſonio, nunc Interciſa.*
CVNEVS *equitum Stableſianorum Ripa alta nunc Conradeuza.*
CVNEVS *equitum Fortenſium Altino.*
EQVITES *Dalmatæ Odiabo.*
EQVITES *Promoti Crumero.*
EQVITES *Mauri Solua.*
EQVIT. *Dalmatæ ad Herculem.*
EQVITES *Dalmatæ Cirpi.*
EQVITES *Dalmatæ Conſtantiæ.*
EQVITES *Dalmatæ Camponæ.*
EQVITES *Promoti Matricæ.*
EQVIT. *Dalmatæ Vetuſſalinæ.*
EQVIT. *Sagittarij Interciſæ.*
EQVIT. *Dalmatæ ad Nammantia.*
EQVITES *Dalmatæ Luſſonio.*
EQVITES *Dalmatæ Ripa alta.*
EQVITES *Dalmatæ ad Statuas.*
EQVITES *Dalmatæ Florentiæ.*
EQVITES *Sagittarij Altino nunc in Borgo contra Florentiam.*
EQVITES *Flauianenſes ad Militare.*
AVXILIA *Herculenſia ad Herculem.*
AVXILIA *Vrſarenſia pone Nauata nunc ad ſtatuas.*
AVXILIA *Vigilum contra Acinco trans in Barbarico.*
AVXILIA *Fortenſia Cirpi.*
AVXILIA *Inſidiatorum Cardabianca.*
PRAEFECTVS *Legionis primæ adiutricis cohortis, quintæ partis ſuperioris Bregetione.*
PRÆFECTVS *Legionis ſecundæ adiutricis cohortis partis ſuperioris Aliſcæ.*
PRÆFECTVS *Legionis ſecundæ adiutricis partis inferioris Florentiæ.*
PRÆFECTVS *Legionis ſecundæ adiutricis tertiæ partis ſuperioris Acinco.*
PRÆFECTVS *Legionis ſecundæ adiutricis in caſtello contra Tautantum.*
PRÆFECTVS *mil. ſecundæ adiutricis Cirpi.*
PRÆFECTVS *Legionis ſecundæ adiutricis Luſſonio.*
PRAEFECTVS *Claſſis Hiſtricæ Florentiæ.*
TRIBVNVS *cohortis Vincentiæ.*
TRIBVNVS *cohortis Quadriborgio.*
TRIBVNVS *cohortis Iouiæ.*
TRIBVNVS *cohortis ad Borgum Centenariũ.*
TRIBVNVS *cohortis Aleſcæ.*
TRIBVNVS *cohortis Marinanæ.*
PRÆFECTVS *Legionis Tranſacinco.*
OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis Dux hoc modo.*

PRINCIPEM *de eodem corpore.*
*Numerarium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos officiales.*

### DE DVCE VALERIAE RIPENSIS. Cap. LXXXII.

### COMMENTARIVM.

DVPLEX eſt Valeria, altera in Italia apud Abrutios, altera Panoniæ, de qua Ruffus ita ſcribit, Marcomanni & Quadi de locis Valeriæ, quæ ſunt inter Danubium, & Drauum, pulſi à Tiberio ſunt, & limes ab Auguſto inter Romanos, & Barbaros, per Vindeliciam, Noricum, Pannoniam, & Mœſiam eſt conſtitutus. Idem Iornandes. Hanc partem hodie Croatiam aliqui eſſe uolunt. Aeneas Syluius[a] Stiriã eſſe autumat. Valeriam à Valeria Diocletiani filia Calerio Cęſari nupta dictam fuiſſe Marcellinus[b] tradit. Huic limitaneus Dux præerat, vir ſpectabilis, qui ſub Valentiniano primo fuit Marcellianus Maximini P. P. filius.[c] Eadem quæ & alij Duces geſtabat inſignia, cum typo XX. caſtrorum. XV. etiam alia tuebatur, quorum nulla extat imago.

a in Europam c. 1. in princ.
b lib. 19.
c Ammianus, li. 29.

Officium habebat, vt alij, nempè Principem de eodem corpore, Numerarium, & alios. Quinque equitum Cuneos regebat, XVII. alas aut turmas, quina auxilia, nouem Præfectos, & ſex Tribunos, & erãt ſequentes.

1 CVNEVS equitum Scutariorum Soluæ habitãtium, aliàs Solæ. Soluene oppidum in Norico collocat Plinius,[d] propè Claudiam fluuium; Itinerarium habet Salua manſio, ibi enim erant animalia curſus publici cum hoſpitio. Hic etiam erant Mauri equites, de quibus infra.

d lib. 5. c. 24.

2 CVNEVS equitum Dalmatarum Interciſæ ſtatiua habebat. Huius, & ſequentium meminit Itinerarium, quod Interciſam in Pannonia inferiore locat.

3 CVNEVS equitum Conſtantianorum, olim Luſſonio, nunc interciſæ præeſt. Hic Cuneus equitum Luſſonio Interciſam tranſlatus fuit. Eſt autem Luſſonium Ptolomæo in Pannonia inferiore. Hic etiam erant Dalmatæ proximè nominat equites, & alij.

4 CVNEVS equitum Stableſianorum, in Ripa alta degebat, nunc Conradeuzam eſt tranſlatus. Equites etiam Dalmatæ ſub hoc Duce Ripam altam tenuerunt, ut infra dicetur.

5 CVNEVS equitum Fortenſium Altino inſidebat; oppidum eſt in foro Iulij huius nominis. Sed hic aliud intelligit, quod erat in Valeria. Hoc fortè eſt Altinum vbi Valentinianus, & valens, defuncto Iouiano degentes, plura iura menſe Octobri condiderunt.[e]

e l. 1. C. vt armor. vſus inſci. Princ. l. 1. & 2. C. T. quib. equor. vſus conceſ. l. 7. C. T. de pœnis.

1 EQVITES Dalmatæ Odiabo loco Valeriæ præerant.

2 EQVITES Promoti Crumero præſidebant. Crumerum ad Sauum in Pannonia inferiori Itinerarium locat, vbi etiam legio prima adiutrix manebat, cuius iura meminerunt.[f]

f l. vlt. C. de caſtr. pecul. l. ult. C. de appar. pręf. prætor.

3 EQVITES Mauri Soluæ, ubi etiam Cuneus equitum Scutariorum degebat, de quibus ſupra.

4 EQVITES Dalmatæ ad Herculem. Viginti noĩe

Herculis urbes, Stephanus recenſet, quarum una erat, in Theſſalia, aliam in Pannonia inferiore, ſupra poſuit Notitia, vbi ſub eius Duce degebant auxilia, ab eo loco Herculis appellata.

5 EQVITES Dalmatæ Cirpi ſtatiua habebant. Cirpi caſtra in Pannonia locat Itinerarium, fortè Carpi, quod oppidum apud Iſtrum Ammianus, & Ptolomæus ponunt; à Diocletiano ſubactum Eutropius ſcribit: eius etiam Capitolinus, [a] & Vopiſcus, [b] meminerunt. Hic erant, & Auxilia Fortenſia ſub hoc Duce.

a in Balbino.
b in Aureliano.

6 EQVITES Dalmatæ Conſtantiæ manebant; à Conſtantio id oppidum eſt nominatum.

7 EQVITES Dalmatæ Camponæ ſtatiua habebant, Camponiam vocat Itinerarium; Camponia, inquit, in medio à Quinquo leg. 2. Legionem ſecũdam adiutricem hunc locum tutatam, & Camponiam in medio itinere, à Quinquo diſcedentibus fuiſſe ſignificat.

8 EQVITES Promoti Matricæ morabantur: ita & Itinerarium.

9 EQVITES Dalmatæ Vetuſſalinæ excubabant. Aliter Itinerarium Vetuſſalinus. In medio, inquit à Matrica, ſcilicet itinere. Diſiungenda ergo eſt hæc dictio, & legendum Vetus Salinæ.

10 EQVITES Sagittarij Intercisæ reſidebant, de qua ſupra, ibi erat alius Cuneus equitum Dalmatarum ſub hoc Duce.

11 EQVITES Dalmatæ ad Nammantia, ſcilicet caſtra habitabant.

12 EQVITES Dalmatæ Luſſonio: hinc Cuneus equitum Conſtantianorum ſub hoc Duce Interciſam eſt tranſlatus, & fortè eorum loco hi ſunt ſubſtituti. Legionis ſecundæ adiutricis pars ſub eodem Duce hic excubabat.

13 EQVITES Dalmatæ Ripam altam loco Cunei Stableſianorum tenuerunt, quos inde Conradeuzam tranſmiſſos fuiſſe ſupra ſub hoc Duce vidimus. De Ripa alta, loco ad ſtatuas, & Aliſca, ita apud Itinerarium ſcriptum reperitur, ad ſtatuas, in medio Aliſca, ad latus Ripa alta. Deinde, ad muros & ad ſtatuas, in medio ad Robona.

14 EQVITES Dalmatæ ad ſtatuas degebant, locus ita vocabatur, quòd forte ibi aliquæ ſtatuæ eſſent, de quibus ſupra.

15 EQVITES Dalmatæ Florentiæ morabantur. Diuerſa eſt à Florentia Italiæ; vnde Valentinianus, ad Maximinum Tuſciæ correctorem ſcribit. [c] Hic etiam pars legionis adiutricis ſub hoc Duce excubabat. Hucuſque Notitia huius Ducis munitiones alijs omiſsis depingit quòd fortè charta omnibus deſcribendis non ſufficeret, vel quòd hæc ad inſignia huius Ducis ſatis eſſe crediderit.

c l. 8. C. T. de accuſat.

16 EQVITES Sagittarij Altino præſidebant; nunc ſunt in Borgo contra Florentiam, id eſt, ex aduerſo ſeu è regione Florentiæ, ſed antea Altini eſſe conſueuerant.

17 EQVITES Flauianenſes ad Militare, ita locus uocabatur. Hæ ſunt turmæ equitum: Auxilia ſequuntur, quæ non ſingula, ſed plura eiuſdem nominis ſimul iuncta erant.

1 AVXILIA Herculenſia ad Herculem, ubi etiam equites Dalmatæ ſub hoc Duce excubabant, & alia Auxilia ſub Duce Pannoniæ ſecundæ. In Itinerario legitur, ad Herculem caſtra. credo illa eſſe quæ caſtra Herculis ſub Duce Pannoniæ ſecundæ appellantur.

2 AVXILIA Vrſarenſia pone Nauata, nunc ad Statuas. Vrſo eſt oppidum Hiſpaniæ Plinio, & Vrſentini populi Luſitaniæ, unde hæc auxilia deſumpta erant, quæ antea degebant ad locum Nauata dictum, nunc ad Statuas ſunt translata, de quibus ſupra ſub hoc Duce. Vetuſtus codex legit, pone Vata.

3 AVXILIA Vigilum contra Acinco, vel è regione Acinci degebant trans, in Barbarico ſcilicet trans Iſtrum fluuium in ſolo Barbarorum & hoſtili. Eſt autem Acincum oppidum Illyrici ad Danubium, Marcellinus, [d] Valentinianus, inquit, Acincum propè caſtra commouit, nauigijſque ad repentinum caſum coniunctis, & contabulato celeri ſtudio ponte, per partem aliam tranſijt in Quados, & ſubditum eum ibi moratum per Autumnum. Hinc Acincenſes milites, qui ſub magiſtro equitum per Gallias merebant. Acinci erat fabrica Scutaria, ut in Magiſtro officiorum eſt viſum. Sub hoc Duce erat, & cohors tertia legionis ſecundæ adiutricis in ſuperiori Acinci parte. Vetus codex habet, Acincotras, infra reperitur, Tranſacinco.

d lib. 30.

4 AVXILIA Fortenſia Cirpi manebant, vbi etiam equites Dalmatæ ſub hoc Duce, & pars legionis ſecundę adiutricis, de qua infra. Itinerarium, Cirpi, inquit, manſio ſeu locus publici curſus.

5 AVXILIA Inſidiatorum Cardabiancam incolebant. forte legendum Cannabiaco, qui eſt locus Pannoniæ primę, vbi etiam cohors excubabat. Inſidiatores verò, quòd inſidias clam hoſtibus tenderent, ſunt dicti. ἐνέδρους Cõſtantinus Porphyrogenneta appellat, (in thematibus.) Hæc erant ſub Duce Valerię auxilia.

Sequuntur Præfecti X. Legionum, aut earum cohortium.

1 PRAEFECTVS Legionis primę adiutricis, cohortis quintę partis ſuperioris Bregetione. ita etiam Itinerariam, & Aurelius Victor. Bregetium vocat Ptolomæus, Bregetionem Ammianus; Paulus Diaconus Brigionem, Valentinianus, inquit, anno imperij ſui. XI. dum apud Brigionem oppidum Quadorum legationi reſpondet, anno eius LV. ſubita effuſione ſanguinis, quę Gręcè ἀποπληξις vocatur, voce amiſſa, ſenſu integer expirauit. Id Ptolomęus in Pannonia ſuperiore cum legione prima adiutrice collocat, quam interpres auxiliariam vertit, ſed Notitię tempore tantum cohors quinta ipſius legionis hic manebat.

PRAEFECTI appellabantur, qui toti, aut parti legionis pręerant, qui cohortem regebant TRIBVNI. Hic verò Pręfectus vocatur tanquam legionis partem regeret, etſi verè non niſi quintæ legionis cohorti imperabat. Hanc legionem ab Othone Cęſare inſtitutam fuiſſe Tacitus [e] memorat; fortè adiutrix eſt dicta quod alteri, vt illi opem ferret, ſit adiuncta, huius legionis meminit, & Theodoſius, [f] in iure ciuili.

e lib 17.
f in l. fin. C. de caſtr. pecul. & l. ult. C. de appari tor. P. P.

2 PRAEFECTVS Legionis ſecundę adiutricis cohortis partis ſuperioris. In codice impreſſo deeſt nomen oppidi, ſed ex manuſcripto reponendum eſt, Aliſcę. In cuius ſuperiore parte vna cohors huius legionis excubabat, cuius etiam numerus deeſt, ſicut & ſequentis. Hic locus infra repetitur. Eius meminit & Itinerarium. Huius legionis tribunus fuit Hadrianus, qui poſtea imperauit, vt auctor eſt Spartianus, eiuſque mentionem Antoninus Caracalla facit. [g]

g l. 1. C. de profeſſor. & medic.

3 PRAEFECTVS Legionis ſecundæ adiutricis partis inferioris Florentię: hic pars legionis degebat, quam ex pręcedentibus, ſequentibuſque per uaria loca diſperſam fuiſſe apparet. forte cohortis, hic locandę nomen, & numerus deſideratur. Eodem in loco degebant, & equites Dalmatę ſub hoc Duce.

4 PRAEFECTVS Legionis ſecundę adiutricis tertię partis ſuperioris Acinco pręerat, & hic fortè deeſt dictio, cohortis, quia hic erat Pręfectus tertiæ cohortis, ſecundę legionis adiutricis, ſicut alius ſupra quintæ cohortis, primæ adiutricis, hic in ſuperiori parte Acinci morabatur, vbi erant, & Auxilia vigilum, & equites Dalmatæ ſub hoc Duce. Itinerarium quater Acinci meminit. Marcellinus [h] hoc opidum ad ripam Hiſtri locat, Valentinianus, inquit, Acincum prope caſtra commouit, nauigijſque ad repentinum caſum coniunctis, & contabulato celeri ſtudio ponte, per partem aliam tranſijt in Quados: & ſubdit, eũdem apud Acincum autumno mortuum fuiſſe.

h lib. 30.

PRAE-



5 PRAEFECTVS Legionis ſecundæ adiutricis in Caſtello contra Tautantum. & hic arbitror vocem cohortis deeſſe, in ſex enim præſidia hæc legio diuiſa reperitur. Pro Tautanto, fortè legendum Taururum, quod eſt Ptolomæo ſecundum Sauum.

6 PRAEFECTVS militum ſecundæ adiutricis Cirpi excubabat. & hic aliquid deſideratur, quia non exprimitur, quot hic eſſent milites, nec cuius cohortis. Hunc locum etiam auxilia Fortenſia, & equites Dalmatæ ſub hoc Duce tuebantur.

7 PRAEFECTVS Legionis ſecundæ adiutricis Luſſonio præerat, vbi etiam equites Dalmatæ reſidebant. Hic quoque cohortis nomen omiſſum fuiſſe cenſeo.

8 PRAEFECTVS Claſsis Hiſtricæ Florentiæ nauigabat per Iſtrum, & Florentiæ degebat. In Notitia hic Tribuni commiſcentur Præfectis; ſed ad euitandam confuſionem eos ſeparatim expediam.

9 PRAEFECTVS Legionis trans Acinco, ideſt ultra Acincum caſtrametabatur, quod trans Iſtrum in Barbarico eſſe vidimus. hic & legionis nomen deſideratur, & fortè cohortis. Hunc præfectum Notitia poſt Tribunos ab alijs Præfectis diſiunctum locat, nos alijs Præfectis commodius adiungendum, cenſuimus. Hi legionum Præfectorum titulum ferebãt, etſi ſolam legionis cohortem regerent.

*Sequuntur cohortium Tribuni.*

1 TRIBVNVS cohortis Vincentiæ reſidebat. cohortis nomen deſideratur. Vincentiæ aliquot iura condita fuere, [a] neſcio an Vincentiæ Valeriæ vel Venetiæ in Italia.

a l. 12. C. de iuris, & fact. ignor.

2 TRIBVNVS cohortis Quadriborgio præerat: ità vocatur oppidum, quod quatuor burgis conſtabat. Quadriburgum in Germania inferiore Ammianus ponit, [b] neque hic cohortis nomen exprimitur.

b libro 18. poſt princip.

3 TRIBVNVS cohortis, Iouiæ ſtatiua habebat, quæ erat ciuitas Valeriæ, à Diocletiano, qui ſe Iouẽ nuncupabat, appellata, quæ cohors hæc fuerit non ſcribitur.

4 TRIBVNVS cohortis ad Borgum Centenariũ, fortè legendum Burgum centenarium. Eſt enim burgum, vicus, aut caſtrum. [c] Centenarius autem fortè vocatus eſt, à centum militibus ibi morãtibus. Nam Centenarij vocabantur centum militibus præfecti, ait Vegetius. [d] Neque huius cohortis nomen apparet.

c l. 2. §. 1. C. de offic. P. P. Afric.
d lib. 2. c. 13. & Modeſtus in lib. de vocabul. rei militar.

5 TRIBVNVS cohortis Aleſcæ excubabat, vbi etiam Præfectus legionis ſecundę adiutricis ſub eodem Duce morabatur. Huius quoque cohortis nomen deſideratur.

6 TRIBVNVS cohortis Marinanæ excubabat, locus erat Valeriæ, de quo Itinerarium; cohortis nomen deeſt, vt & ſuperiorum. Hi ſunt Præfecti pręſidiorum Ducis Valeriæ, in qua erant præſidia 35. equitum cunei VI. Turmæ XVII. Auxilia peditum V. Legiones III. quarum una in VI. præfecturas ſcindebatur, & omnes erant VIII. præfecturæ, ſingulæ fortè millenos pedites continentes. Cohortes VI. Claſsis I. credo fuiſſe minimum equitum, 2000. peditum 6000. Sequitur Dux Pannoniæ primæ.

Præſidia 35.
Equites 2000.
Pedites 6000.
Claſſis. 1.

# NOTITIA,
# DVX PANNONIAE
## PRIMAE ET EIVS
## INSIGNIA.




## NOTITIA.

Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Pannoniæ primæ & Norici Ripenſis.

CVNEVS *equitum Dalmatarum Flexo.*
CVNEVS *equitum Stableſianorum Arrabonæ.*
EQVIT. *promoti Arrabonæ.*
EQVIT. *Sagittarij Quadriburgio.*
EQVITES *Dalmatæ ala Noua.*
EQVITES *Dalmatæ æquinoctiæ.*
EQVITES *Dalmatæ ad Herculem.*
EQVITES *Sagittarij Gerolatæ.*
EQVITES *promoti Flexo.*
EQVITES *Mauri Quadrato.*
TRIBVNVS *gentis Marcomannorum.*
PRÆFECTVS *Legionis decimæ Vindomanæ.*
PRAEFECTVS *Legionis quartæ decimæ Geminæ militum Liburnariorum cohortis partis ſuperioris Carnunto.*
PRAEFECTVS *Legionis decimæ, & quartæ decimæ Geminatæ militum Liburnariorum Arrabonæ.*
PRAEFECTVS *Claſſis Hiſtricæ Carnunto, ſiue Vindomanæ à Carnunto tranſlata.*
TRIB. *Cohortis Arrianis.*
TRIBVNVS *Cohortis Caratenſis.*
EQVITES *promoti ad Mauros.*
EQVITES *Sagittarij Lentiæ.*
EQVITES *Sagittarij Lacuſelicis.*
EQVITES *Dalmatæ Ariape.*
EQVITES *Dalmatæ Auguſtianis.*
EQVITES *promoti Comagenis.*
PRÆFECTVS *ſecundæ Italicæ militum Liburnariorum Iouiaco.*
PRÆFECTVS *Legionis Italicæ partis inferioris Lentiæ.*
PRÆFECTVS *Legionis ſecundæ Lauriaco.*
PRÆFECTVS *Legionis primæ Noricorum militum Liburnariorum Cohortis quintæ partis ad Iuuenſe.*
PRÆFECTVS *Legionis Liburnariorum primorum Noricorum Faſianæ.*
PRÆFECTVS *Claßis Arlapenſis & Maginenſis.*
PRÆFECTVS *Claſſis Lauriacenſis.*
TRIBVNVS *Cohortis Boiodoro.*
TRIBVNVS *Cohortis Auſturis.*
TRIBVNVS *Cohortis Cannabiaca.*
OFFICIVM *autem habet idem uir ſpectabilis Dux hoc modo.*
PRINCIPEM *de eodem corpore.*
*Numerarium.*
*Commentarienſem.*
*Adiutorem.*
*Subaudiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos Officiales.*



### DE DVCE PANNONIAE PRIMAE & Norici ripenſis. Cap. LXXXIII.

### COMMENTARIVM.

DVAS Pannonias Ptolomæus ponit, ſuperiorem ſeu primam, & inferiorem ſiue ſecũdam, de qua ſupra dictum fuit. Prima terminatur ab Occaſu monte Cetio; a Meridie parte Iſtriæ & Illyridis, a Septentrione Danubio, ab Ortu Pannonia inferiore, Nunc Auſtria dicitur. Noricum autem eſt ſecundum Danubium; ab Occaſu Oenum fluuium, a Meridie Aemũ montem habet, ab Ortu Cetium, a Septentrione Danubium, vulgò Baueriam uocant. aliqui addunt Stiriam Carinthiamque. His regionibus præerat Dux, qui aliorum Ducum habebat inſignia, ſcilicet librum purpureo tegumento notis inſcriptum, cum codicillis magiſtratus, & typo caſtrorum decem; Idemque quod alij Duces officium tenebat, videlicet Principem officij de eodem corpore, Numerarium, & alios officiales. Præſidia habebat XXVII. quorum decẽ tantum repræſentantur. Equitum cuneos duos. Turmas XIIII. cohortes VI. Legiones IIII. claſſes IIII. efficere poterant equites 1500. peditum 7000. quos Hunnis opponere oportuit. Equites erant ſequentes.

Præſidia 27. Claſſes 4. Equites 1500. Pedites 7000.

1 CVNEVS equitum Dalmatarum Flexo præſidebat; Ptolomæi Interpres ſcribit Phlexum, vbi ponit legionem Germanicam XIII. Itinerarium Flexum vocat. eſt ſecundum ripam Danubij citra.

2 CVNEVS equitum Stableſianorũ Arrabonæ manebat. Huius loci meminit & Itinerarium; ab Arrabone fluuio eſt dictus. Narabo eſt apud Ptolomæũ.

1 EQVITES Promoti in eodem Arrabonæ loco excubabant.

2 EQVITES Sagittarij Quadriburgio præerãt, vbi etiam Dux Valeriæ cohortem habebat.

3 EQVITES Dalmatæ Alam Nouam incolebãt, nomen Oppidi in Notitia & Itinerario: non autem intelligẽdum eſt, hos equites Alam nouam fuiſſe, quia huius nominis oppidum hic repræſentatur.

4 EQVITES Dalmatæ Aequinoctiæ præerant: in Itinerario legitur Aequinoctio, ala noua, inquit, dein de duobus attritis aſteriſcis in medio Vindebona, Legio X. Gen. Hactenus Itinerarium. Hanc legionem Notitia Arrabonæ locat.

5 EQVITES Dalmatæ ad Herculem: Herculeam vocat. Itinerarium. Hoc in loco & Dux Pannoniæ ſecundæ auxilia habebat, & Dux Valeriæ alios equites: Vterque enim ad ſui limitis fines caſtra iuncta habebat, non longè ab hoc oppido, & ideo ſemper ſcriptũ eſt ad Herculem ideſt prope Herculem eos caſtrametatos fuiſſe.

6 EQVITES Sagittarij Gerolatæ degebant: Gerulatam uocãt Itinerarium; vbi, inquit, legio XIIII. GG. id eſt Gemina, quam Notitia Carnunti locat.

7 EQVITES Promoti Flexo præerant, vbi idẽ Dux cuneum equitum habebat: In Itinerario legitur, Quadratis in medio Flexo.

8 EQVITES Mauri Quadrato præſidebant. Quadrata legit Itinerarium, ubi hi equites ex Mauritania contracti morabantur.

1 TRIBVNVS gentis Marcomannorum, quos nũc Morauios uocant, ſub eodẽ Duce merebat: ſed deeſt nomen loci vbi reſidebat; vnde aliquid deſiderari oportet. Hic Tribunus etiam ab alijs eſt ſeiunctus. Sequuntur enim Præfecti legionum & claſsium, quibus alij Tribuni & equites intermiſcentur, prout in limitibus, ut puto, reperiebantur, diſpoſiti.

PRAEFECTVS legionis decimæ Vindomanæ prçerat Vindomanam uetus codex: Vindomonam Itinerarium appellat. Aurelius Victor Vendobonam, & oppidi inſcriptio uocat. Vulgo Viennam eſſe putant. Dion [a] auctor eſt legionem decimam Geminam eſſe cognominatam, quod ex duobus connexis, & confuſis exercitibus conflata eſſet, & in ſuperiore Pannonia, quam Poeoniam uocat locatam. Ptolomæus uero legionem decimam Germanicam nuncupat, apud quem forte legendum Geminam.

2 PRAEFECTVS legionis quartædecimæ Geminæ militum Liburnariorum cohortis in parte ſuperiori Carnunti ſtatiua habebat; ità etiam appellat Itinerarium, Ptolomæus Carnus. Carnuti meminit Paterculus, Ammianus, Plinius, [b] Paulus Diaconus; Carnuntum, inquit, corruptè Carantanum uocant, vnde numus Carantanus. Ptolomæus legionẽ quartamdecimam Germanicam in Pannonia ſuperiore ſtatuit, & Dion qui [c] eam duplicem ideſt geminam nominat. Pars huius legionis, & aliquot ſequentis X. cohortes ex liburnarijs militibus conſtabant, unam titulo Præfecti legionis XIIII. hic Præfectus regebat: Ipſa uerò quod eſſet ex Liburnia contracta, Liburnaria eſt nominata, aut a Liburna, ciuitate Italiæ vbi primum liburnas inuentas & a loco nominatas fuiſſe Zoſimus [d] ſcribit; uel fortè quod in liburnis triremibus pugnare conſueuiſſent. Cum enim Auguſtus liburnarum præcipue auxilio M. Antonium ſuperaſſet, ad earum ſimilitudinem plures triremes fabricauit. Liburnas D. Hieronymus [e] & Vegetius, [f] naues longas uocant: quarum forma, in libro de rebus bellicis huic Notitiæ adiecto, oſtenditur; quam tamen ab antiquis diuerſam eſſe puto.

a lib. 55.
b lib. 37. cap. 3.
c lib. 55.
d in quinto.
e in 11. Daniel.
f lib. 4. cap. 35.

3 PRAEFECTVS Liburnariorum militum legio-
nis X.& XIIII. Geminatæ,ſeu Geminæ,manebat Ar-
rabonæ, ubi etiam equites Promoti ſub hoc Duce
degebant. Superior Præfectus cohortem tantum Li-
burnariorum legionis XIIII. regebat. Hic reliquos
eiuſdem legionis Liburnarios,& alios legionis X.itē
Liburnarios dictos qui circa Arrabonam caſtrameta
bantur.Hic ergo militibus ex duabus legionibus ex-
tractis velut uni cohorti imperabat: legiones enim
hoc tempore in præfecturas, quæ ex mille aut 500.
militibus conſtabant,diuiſas fuiſſe Conſtantinus por
phyrogenneta ſcribit (de thematibus.) Ego præfe-
cturas mille peditum,Tribunatus 500.fuiſſe puto.Iti
nerarium Geminas oppidum ponit in Hiſpania, ſed
inde hanc legionem non deriuo.

4 PRAEFECTVS Claſsis Hiſtricæ Carnunto ſiue
Vindomanæ Carnunto tranſlatæ præſidebat. Cum
enim prius Carnunti ſtationem haberet,poſtea Vin-
domanæ reſedit, Carnuntum Illyriorum erat oppi-
dum.Marcellinus. [a] Exinde,inquit,cum Carnuntum (a lib. 30.)
Illyriorum oppidum Valentinianus introiſſet, deſer
tum quidem nunc,& ſqualens,ſed ductori exercitus
per quam opportunum,è ſtatione proxima reprime
bat Barbaricos appetitus. Hæc ille.Ibi Diocletianus
depoſito imperio manſit. Zoſimus, [b] Maximianus, (b lib. 2.)
ait,ad Diocletianum,id temporis Carnunti (oppidū
id Celticum eſt) degentem venit, eique perſuadere
nititur imperium reſumat,Hactenus Zoſimus. Ibi ēt
tribus menſibns æſtiuis Valentinianus moratus,pri-
die id. Auguſti legem ad Laodicium Sardiniæ Præſi-
dem [c] ſcripſit. Nunc ad alios Tribunos, & equites (c l. 32. C.Th.de accuſat.)
tranſeamus.

2 TRIBVNVS cohortis Arrianis ſtatiuā habebat,
locus eſt Pannoniæ ſuperioris ab Arrianis hæreticis
deriuans,nomen cohortis non legitur.

3 TRIBVNVS cohortis, Caratenſis:à loco vnde
ſumpta, nomen eſt ſortita, Catarianenſes leguntur
ſub Comite Illyrici Occidentalis. Locus vbi reſide-
ret hæc cohors deſideratur.

9 EQVITES Promoti ad Mauros ſcilicet moraban
tur,Norici oppidum eſt:ad Muros apud Itinerarium
legitur.

10 EQVITES Sagittarij Lentiæ degebant.Lentu-
dum appellat Ptolomæus. Loncium Itinerarium,
uulgò Leniz:uetus codex legit, lantiæ. In parte infe-
riori huius loci erat legio Italica ſub hoc Duce.

11 EQVITES Sagittarij Lacu felicis manebant.
Lacofelice uocat Itinerarium; alio in loco Lacofeli-
cis.

12 EQVITES. Dalmatæ excubabant Arlapæ, ita
& Itinerarium. Hic etiam degebat Claſsis ſub hoc
Duce Arlapenſis nuncupata.

13 EQVITES Dalmatæ Auguſtianis ſcilicet ca-
ſtris præſidebant, Itinerarium habet Auguſtis Nori-
ci, ubi hodie Aurifodinæ.Auguſtam Vindeliciorum
intelligit in Retia, ubi etiam equites Stableſiani ca-
ſtra metabantur: Auguſtanis uidetur legendum pro
Auguſtianis.

14 EQVITES Promoti ſtatiua habebant Comage
ni; Comagenum habet Itinerarium, Norici oppidū
ubi legio, inquit, decima Gemina. Hic Notitia ab
equitibus ad præfectos legionum reuertitur.

5 PRAEFECTVS legionis ſecundę Italicæ militū
Liburnariorum Iouiaco prçerat.In Itinerario Ioua-
uicum cum aſteriſco uocatur. Inter huius legionis
milites Liburnarij reperiebantur,& ideo appellat le
gionem Italicam Liburnariorum.

6 PRAEFECTVS legionis Italicę partis inferioris
Lentię excubabat, ubi ſub hoc Duce degebant, &
equites Sagittarij.Hęc legio inter hunc,& prçcedē-
tem Prçfectum uidetur fuiſſe diuiſa,ut & alię in plu
res prçfecturas erant diſpertitę.

7 PRAEFECTVS legionis ſecundę Lauriaci ma-
nebat,cuius Itinerarium meminit, Oppidum eſt ad
oſtia Anaſi fluminis.Hęc legio nomen nō habet, ſed
puto Italicam ſecundam fuiſſe, quę in tria prçſidia
ſub totidem prçfectis diuidebatur, & legio ſecunda
Italica militum Liburnariorum nuncupabatur.Claſ-
ſis quoque Lauriacenſis ſub hoc Duce hoc in loco
reſidebat: & Lauriacenſis legio Pſeudo Comitaten-
ſis. In Illyrico Lauriaci erat fabrica ſcutaria, in quo
oppido Conſtantius quandoque iura condidit, [d] (d vel l. 1.C.de ta bul. ſcriloggrap.)

8 PRAEFECTVS legionis primę Noricorum mi
litum Liburnariorum cohortis quintę partis ſupe-
rioris ad Iuuenſe ſtatiua habuit. Hęc legio inter hūc
& ſequentem Prçfectum erat diuiſa,iſte titulo Prç-
fecti tantum cohorti quintę prçerat, & in parte ſu-
periori propè Iuuenſe excubabat, forte legendum
Iouenſe,ubi erat Gynęcium in Dalmatia.Vetus co-
dex legit,ad Iuuenſe.

9 PRAEFECTVS legionis Liburnariorum primo-
rum Noricorum Faſianę manebat:uel Liburnis trire
mibus prçerant hi milites;uel ex his conſtabant,qui
ex Liburnia & Noricis populis erant delecti: ſunt
pars legionis prçcedentis. Vnus codex pro Faſianę
habet Faſienę.

10 PRAEFECTVS Claſsis Arlapenſis & Maginen
ſis:Arlapę etiam equites Dalmatę ſub hoc Duce de-
gebant, ubi & hęc Claſsis ſtationem habebat, alia
Maginis. Stephanus Magiam Illyrici ciuitatem eſſe
tradit,& fortè legendum Magienſis,aut Comaginē-
ſis,Comagena enim erat urbs Pannoniæ, ubi ſub
hoc Duce equites Promoti merebant.

11 PRAEFECTVS Claſsis Lauriacenſis,quæ Lau
riaci,de quo ſupra ſtationem habebat: ſunt hęc loca
ſecundum Danubium. Nunc ad Tribunos Notitia
reuertitur.

4 TRIBVNVS cohortis Boiodoro prçerat: nomē
huius cohortis deſideratur. Bolodero in Itinerario,
Boiodurum eſt Ptolomæo, urbs Vindelicię ad oſtiū
Oeni fluuij,ubi Danubio miſcetur.

5 TRIBVNVS cohortis Auſturis reſidebat,Myſię
eſt oppidum: Aſutas Stephanus uocat; & hic cohor-
tis nomen reticetur.

6 TRIBVNVS cohortis Cannabiacę manebat,for
te Cardabianca, ubi erant auxilia inſidiatorum ſub
Duce Valerię. Neque huius cohortis nomen appa-
ret;fortè prçcedenti legioni eſt adſcribenda. Vnde
multa deſiderantur in Notitia. Sequitur Dux Re-
tię.





NOTITIA.

# DVX RETIÆ PRIMÆ ET SECVNDAE EIVSQVE INSIGNIA.




NOTITIA.

Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis prouinciæ Retiæ primæ & ſecundæ.

EQVITES *Stableſiani Seniores Auguſtanis.*

EQVITES *Stableſiani Iuniores Ponteœni nūc Febianis.*

EQVITES *Stableſiani Iuniores Submontorio.*

PRAEFECTVS *Legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris caſtra regina nunc Vallato.*

PRAEFECTVS *Legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris deputatæ Ripæ primæ Submontorio.*

PRAEFECTVS *Legionis tertiæ Italicæ pro parte media prætendentis à Vimania Caſſiliacum vſque Cambiduno.*

PRAEFECTVS *militum Vrſarienſium Guntiæ.*

PRAEFECTVS *legionis tertiæ Italicæ tranſuectioni ſpecierum deputatæ Fœtibus.*

PRAEFECTVS *legionis tertiæ Italicæ tranſuectioni ſpecierum deputatæ Teriolis.*

PRAEFECTVS *Alæ primæ Flauiæ Retorum Quintanis.*

TRIBVNVS *cohortis Nouæ Batauorum Batauis.*

*TRIB. cohortis tertiæ Brittorum Abuſina.*

*PRAEFECTVS Alæ ſecundæ Valeriæ ſingularis Vallato.*

*TRIBVNVS cohortis ſextæ Valeriæ Rhetorum Venaxamodoro.*

*TRIBVNVS cohortis primæ Herculeæ Rhetorum Parroduno.*

*TRIBVNVS cohortis quintæ Valeriæ Frigum Pinianis.*

*TRIBVNVS cohortis tertiæ Herculeæ Pannoniorum Cælio.*

*TRIBVNVS Gentis per Retias deputatæ Teriolis.*

*PRAEFECTVS Numeri Barbaricariorum confluentibus ſiue Brecantiæ.*

*PRAEFECTVS Alæ ſecundæ Valeriæ Sequanorum Vimania.*

*TRIBVNVS cohortis Herculeæ Pannoniorum Arbore.*

*OFFICIVM autem habet idem uir ſpectabilis Dux hoc modo.*

*PRINCIPEM ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis.*

*Numerarios duos ex vtriſque officijs præſentalibus ſingulos.*

*Commentarienſem ex vtriſque officijs alternis annis.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos officiales.*

## DE DVCE RETIAE PRIMAE ET Secundæ. Cap. LXXXIIII.

### COMMENTARIVM.

RETIAE ſitæ in Alpibus Italiam à Germania diuidunt, quibus Dux præfuit, inter quos Fuluius Boius ſub Valeriano,[a] & Bonoſus vnus ex XXX. tyrannis Aureliano imperante[b] recenſentur. Annonam, quæ e[q]uis huius limitis militibus deportabatur, Reticam vocatam fuiſſe, quia ad Retios ferebatur, D. Auguſtinus tradit.[c] Hic Dux præſidia XIX. tuebatur quorum X. tantum delineãtur, cum alis III. equitum, Turmis item III. præfecturis peditum VII. cohortibus VIII. Qui minimum efficiebant equites circiter 500. peditum circiter octo millia.

a Vopiſcus in Aureliano.
b Spartianus in eo. De eo Caſſiodorus in 7.
c de ciuit. Dei lib. 18. c. 18.
Præſidia 19.
Equites 500.
Peditum 8000.

Eadem inſignia, quæ alij Duces, gerebat, librum eodem modo inſcriptum cum X. caſtris, alia IX. non ſunt deſcripta. Ita verò habet officium, Principem ex officio Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis, vno anno ex officio Magiſtri equitũ; alio ex officio Magiſtri peditum; Numerarios duos ex vtriſque officijs præſentalibus ſingulos, vnum ex vno, alterum ex alio. Commentarienſem ex vtriſque officijs alternis annis, Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & ceteros officiales; vt habent Comites Occidentis, & Duces Mauritaniæ, & Tripolitanæ. Eius milites ità erant diſpoſiti.

1 EQVITES Stableſiani Seniores, qui degebant in caſtris Auguſtanis. De his ſupra in præcedenti Duce. Itinerarium habet, Auguſtis, Auguſtam Vindeliciorum intelligit, quæ eſt in Retia; Auguſtana verò appellat caſtra; ſicut & Febiana infra.

2 EQVITES Stableſiani Iuniores olim Ponteoeni, nunc Febianis degunt. Hi in Oeni fluminis, quod Salſam uocant, Ponte habitabant, ubi nunc eſt Oenopos, uulgò Iſpruch dictus, poſtea ad Febiana caſtra ſunt tranſlati. Ptolomæus Pheniana, nunc Laubianum appellant. Sunt inter Danubium, & Lycum fluuium. Oenus, ait Tacitus, Rhetos Noricoſque interfluit.

3 EQVITES Stableſiani Iuniores Submontorio præſunt, itinerarium legit Sumuntorio. Nunc ad præfectos legionum Notitia tranſit.

1 PRAEFECTVS Legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris olim caſtra Regina, nunc Vallato inhabitat, cuius meminit & Itinerarium, & pro Regina habet Regia. Hæc legio in quinque præfecturas erat diuiſa, tres tuebantur caſtra, duæ ad tranſuehendas ſpecies erant deſtinatæ, vt ſubijcietur.

2 PRAEFECTVS Legionis tertiæ Italicæ partis ſuperioris deputatę. Ripæ prima Submuntorio pręerat. Hæc tuebatur primam ripam Danubij, apud Submuntorium in parte ſuperiori, & erat pars præcedentis legionis.

3 PRAEFECTVS Legionis tertiæ Italicæ pro parte media prætendentis à Vimania Caſſiliacum uſq; Cambiduno inſidebat, nunc Munchen uocant. Campodunum legũt Strabo, Itinerarium, & Ptolomæus. A Duno Mœſiæ ſecundæ oppido nomen eſt compoſitum, ſicut Nouiodunum, Parrodunum infrà ſub hoc Duce. Sunt hæc loca inter Lycum & Oenum flumina, non longè à Pęonijs Alpibus. Excubabat hæc legio in caſtris a media parte itineris a Vimania Caſſiliacum uſque.

4 PRAEFECTVS militum Vrſarienſium Guntiæ degebat. De qua Itinerarium. Hęc erat pars legionis, non tota legio quæ hoc tempore in plures præfecturas diuidebatur, & ideo hic dicit Prefectus militum. Vrſa uero Picenorum eſt ciuitas; & urbs in Hiſpania, unde hi milites ſunt extracti.

5 PRAEFECTVS Legionis tertiæ Italicę tranſuectioni ſpecierum deputatę Fœtibus degebat. Hęc legio comitabatur annonarias ſpecies, ideſt frumentum, uinum, ueſtem, laridum, acetumque, & ſimilia quę pro alendis militibus tranſuehebantur in caſtra, hæ enim ſpecies uocabantur.[d] Continebantur in his & ſericum, purpura, gemmæ, & alia Principum ornamenta. Idonus publicum appellatur,[e] & Baſtaga.[f] Qui uerò Baſtagas tranſuehi curabant, Præpoſiti Baſtagarum, ſub Comite largitionum, dicebantur.

d l. 1. C. de nauicular. ſeu naucle. publi. ſpec. tranſper.
e in l. vnic. C. ne quid oneri publico.
f in l. 3. C. de cohort. princib.

6 PRAEFECTVS Legionis tertiæ Italicæ & ipſius tranſuectioni ſpecierum deputatę Teriolis manebat. legionem in præfecturas, quæ ex mille aut 500 militibus conſtabat, diuiſam fuiſſe ſepe diximus. Hic & Tribunus Gentis diſpoſitę per Retias ſub hoc Duce morabatur.

7 PRAEFECTVS Alę primę Flauiæ Retorum Quintanis ſcilicet caſtris prεerat. Quintana uia erat Feſto & Vegetio[g] in caſtris ubi forum rerum uenalium, & in qua milites exercebantur ad palũ. Hinc ludus Quintanę prodijt, quo haſta equites exercentur:[h] & hodie frequens eſt in Gallijs, & Italia. Inde fortè hic locus eſt denominatus. Quintianis legit Itinerarium. A Retijs, ubi excubabat hęc ala eſt denominata. Sequentes non habent depicta caſtra.

g lib. 2. c. 23.
h l. vlt. Græca. & l. 1. C. de aleatorib.

1 TRIBVNVS cohortis Nouę Batauorum Batauis pręſidebat. Conſtat Bataujam eſſe inſulam, quam in Oceanum fluens Rhenus efficit, nunc Hollandia uocatur, unde erat hęc cohors delecta, quę loco ubi reſidebat nomen dedit. Batauos enim tanquam Batauorum ſtationem appellarunt; uel fortè ipſa ab hoc loco eſt denominata.

2 TRI-



2 TRIBVNVS cohortis tertiæ Brittorũ Abuſina: Huius etiam Itinerarium meminit. Pro Brittorum lego Britonum, qui ſunt populi Galliæ, aut inſulæ Britanniæ ſeu Angliæ.

8 PRAEFECTVS Alæ ſecundæ Valeriæ ſingularis Vallato præerat, quod ex Valeria regione eſſet contracta. Valeria ala eſt dicta & ſingularis, forte quia erat inſignis, vel quia ſola, & nulli permixta, per ſe militabat. Hic etiam reſidebat pars legionis tertiæ Italicæ ſub hoc Duce.

3 TRIBVNVS cohortis ſextæ Valeriæ Retorum Venaxamodoro præſidebat.

4 TRIBVNVS cohortis primę Herculeę Retorum Parroduno præerat.

5 TRIBVNVS cohortis quintæ Valeriæ Frigum Pinianis degebat. Ex Frigibus Valeriam incolentibus erat hæc cohors contracta. Hos credo eſſe vnde Friſij deſcendunt.

6 TRIBVNVS cohortis tertiæ Herculeæ Pannoniorum Cœlio immorabatur. Cęliam vocat Ptolomæus, vulgo Ciliam dicunt quæ eſt in Norico.

7 TRIBVNVS Gẽtis per Retias deputatæ Teriolis præſidebat. Hi erant gentiles ſeu pagani, & idolatræ, id. n. ſignificat vox gentis, &[a] prout opus erat locis per Retios ſuccurrebant: ſed Teriolis Tribunus commorabatur. Præfectus legionis III. Italicæ ad tranſuehendas ſpecies deputatæ, & ipſe hic degebat, vt ſupra vidimus.

a l. vlt. C. de offic. milit. iudic. l. vlt, C. de offi. Magiſt. milit. l. 8. C. de veſt. & commiſ. l. cum anterioribus. fin. C. de temp. appel.

9 PRAEFECTVS numeri Barbaricariorum, Confluentibus, ſiue Brecantiæ excubabat. In Rheni ripa inter lacum Acronium & Baſileam Bricantium Strabo, & Ptolomæus locant. Brigantiam vocat Marcellinus,[b] Rhenus, inquit, lacum inuadit rotundum & uaſtum, quem Brigãtiam accola Rheni appellat, perque quadringenta, & ſexaginta ſtadia longum, parique penè ſpacio latè diffuſum horrore ſyluarum ſqualentium inacceſſum Barbaris, & natura locorum, & cœti inclementia refragante: Hæc ille Barbaricarij vero ſunt[c] qui ex auro coloratis filis hominum, aut brutorum, aliarumve rerũ imaginem, veritatem imitati exprimunt: ita hos appellauit Conſtantinus.[d] Alias ſunt milites qui caſſides, vel buculas eodem modo auro, uel argento exornãt. Valentinianus ad Taurum Comitem ſacrarum largitionum.[e] Octonæ, inquit, ſingulis menſibus caſſides, totidem buculæ, à Barbaricarijs argento tectæ deaurantur, & auro argentoq; condecorantur. Ab armis quæ hoc modo ornata geſtabant hi milites Barbaricarij potuerunt vocari, vel forte quod ex Barbarico loco Romanis minimè ſubiecto eſſent collecti; cum vero inſtar legionis eſſent, eis imperans Præfectus eſt appellatus, qui etiam legionis partem regentis eſt titulus.

b lib. 15.
c Donatus in II. Aeneid.
d in l. 1. C. de excuſat. artific.
e l. 1. C. T. de fabricenſib.

10 PRAEFECTVS Alæ ſecundæ Valeriæ Sequanorum, Vimaniæ caſtra tuebatur. Hæc ala erat equitum Sequanorum, qui nunc ſunt pars Burgundiæ, & ala ipſa Valeria vocabatur, forte quod diu in Valeria eſſet morata. De Vimania ſub hoc Duce in Præfecto legionis tertiæ Italicæ eſt dictum.

8 TRIBVNVS cohortis Herculeę Pannoniorum, in Arbore oppido manebat. Vna ex Pannonum legione erat hæc cohors, à Maximiano Herculea vocata, ut ſæpe dictum fuit. Arborem Felicem Ammianus & Itinerarium vocant Heluetiæ oppidũ ad Bricantium. Arborem Illyrici oppidum eſſe Stephanus ſcribit. Sequitur Dux Sequanici.

NOTITIA.

NOTITIA.

# DVX PROVINCIÆ SEQVANICI.




NOTITIA.

**Sub diſpoſitione uiri ſpectabilis Ducis Prouinciæ Sequanici.**

*MILITES LATAVIENSES,*
*OLINONE.*

OFFICIVM *autem habet item vir ſpectabilis Dux hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium à parte peditum.*

*Numerarium vtrunque.*

*Commenntarienſem vt ſupra.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos Officiales.*

*DE DVCE PROVINCIÆ Sequanici. Cap. LXXXV.*

COMMENTARIVM.

SEQVANI a Meridie Arari fluuio, a Septentrione Iuraſſo monte, ab Occaſu Lugdunenſi; ab Ortu Rheno clauduntur. Hic Dux limitaneis præerat militibus, qui LATAVIENSES, a Latauia Bithyniæ ciuitate apud Stephanum. Hi, ut puto, trecenti Olinoni degebant: Olinam fluuium Ptolomęus in alia parte Gallię ſtatuit. Hic Olino eſt nomen vici prope Baſileam cum nemuſculo. Inſignia



Inſignia habet librum eodem modo inſcriptum, vt alij Duces, & caſtrum magnificè extructum; ſupra ſcriptum eſt Olino. In manuſcriptis Olinone.

Officium habebat, Principem ex officijs Magiſtrorum militum pręſentalium à parte peditum. Si a Magiſtro peditum Principem accipiebat, legendum eſt ex officio Magiſtri militum: & cum pedites tantum haberet, veriſimile eſt a Magiſtro equitum neminem accepiſſe; ſed ſi legimus ex officijs Magiſtrorum, ſubaudiendum eſt, & alternis annis, & delenda eſſent uerba, à parte peditũ; anno enim vno ex officio Magiſtri peditum, altero ex officio Magiſtri equitum, Principem, Numerarios, & Commentarienſem accipiebat, quemadmodum & Dux ſequens, qui eodem modo peditibus tantum imperabat. Adiutorem uerò, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos officiales ipſe conſtituebat. Dux Tractus Armoricani ſequitur.

NOTITIA.

# DVX TRACTVS ARMORICANI EIVSQVE INSIGNIA.




NOTITIA.

## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Tractus Armoricani, & Neruicani.

*TRIBVNVS cohortis primæ nouæ Armonicæ Grannona in Littore Saxonico.*

*PREFECTVS militum Caronenſium Blabia.*

*PRAEFECTVS militum Maurorum Venetorum Venetis.*

*PRAEFECTVS militum Maurorum Oſiſmiacorum Oſiſmijs.*

*PRAEFECTVS militum ſuperuentorum Mannatias.*

*PRAEFECTVS militum Martenſium Aleto.*

*PRAEFECTVS militum primæ Flauiæ Conſtantia.*

*PRAEFECTVS militum Vrſarienſium Rotomago.*

*PRAEFECTVS militum Dalmatarum Abrincatis.*

*PRAEFECTVS militum Grannonenſium Grannono.*

*Extenditur tamen tractus ARMORICANI, ET NERVICANI LIMITIS PER PROVINCIAS QVINQVE.*

*Per Aquitanicam primam & ſecundam, Senoniam, ſecundam Lugdunenſem, & tertiam.*

*OFFICIVM autem habet idem vir ſpectabilis Dux hoc modo.*

*PRINCIPEM ex officijs Magiſtrorum militum Præſentalium alternis annis.*

*Numerarium à parte peditum vno anno.*

*Commentarienſem de officijs alternis annis.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos officiales.*

### *DE DVCE TRACTVS Armoricani, & Neruicani. Cap. LXXXVI.*

## COMMENTARIVM.

ARMORICVS tractus in Gallijs, nunc Normandia, ac Britannia dicitur. Cęſar Baro in Codice Vaticanæ Bibliothecæ de rebus Britannis ſe legiſſe ſcribit, Maximum tyrannum, cum Gallias inuaſiſſet, ac vicinos Britanniæ Armoricos expuliſſet, vacuã prouinciam inter Britannos milites nouos colonos factos diuiſiſſe. Vnde illa prouincia minor Britannia eſt dicta (a Baro in martyro. 21. Octobr.) ea eſt inter Sequanam & Ligerim. Hic eſt Maximus Clemens, qui Maximam Sequanorum, & Maximam Cæſarienſem à ſe denominauit. Sed tempore huius Notitiæ iam Maximo extincto, hæc regio Britannia minor erat appellanda. Forte cum latius extenderetur, antiquo nomine Armorici eſt nuncupata. Apud Ptolomæum legitur etiam Aquitaniam olim Aremaricam vocatam, continet Lexouicos, & Turones ad mare Britannicum; extenditurque, inquit Notitia, in alias quinque prouincias, Aquitaniam primam & ſecundam, quæ ab Occaſu clauduntur Oceano: à Septentrione, & Ortu Ligeri fluuio; à Meridie Pyrenæo, & Gallia Narbonenſi. Eam Garumna interfluit. Quæ ab ea, & Ligeri clauditur, eſt prima Aquitania. Vltra Ligerim vero eſt Senonia, quæ & Lugdunenſis quarta vocatur, cuius metropolitæ ſunt Senones, inter eos ſunt Pariſij, apud Itinerarium: Hæc citra Sequanam fluuium, & ad ſecundam tertiamque Lugdunenſem porrigitur. Secunda Lugdunenſis eſt ad Oceanum Britannicum vltra Sequanam, vbi eſt Picardia, cuius caput eſt Rotomagum. Tertia verſus Occidentem, vbi eſt Britannia, ſeu Britones & Normandi, inter Argenam & Ligerim fluuios extenditur, quorum metropolitæ ſunt Turones. Neruij autem ſunt populi inter Belgas Atrebatibus vicini, nunc Tornacenſes vocant, quorum tractus Neruicanus appellatur.

Habet Dux harum regionum inſignia, quæ alij Duces, ſcilicet decem oppida, cum earum præfectis. Officium vero hoc modo; Principem ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis, Numerarium a parte equitum uno anno intelligo, & alio à parte peditum: Commentarienſem de officijs alternis, ſequentes ex ſuo officio ipſe eligit, ſcilicet Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & ceteros officiales. Imperat præſidijs decem, ſcilicet Tribuno vnius cohortis, & IX. Præfectis legionum, quæ non erant integræ: poterant omnes eſſe ad 9000. peditum. Equitibus vero carebat. Tribunus, & Præfecti ſequuntur. Præſidia 10. Peditum circiter 9000.

1 TRIBVNVS cohortis primæ Nouæ Armoricæ nuncupatæ, & ea in prouincia contractæ, Grannonæ in littore Saxonico degebat, quod eſt contra Britanniam, quia id littus Saxones occuparant, quemadmodum & Britannicum. Sub eodem Duce erant, & hi Præfecti.

1 PRAEFECTVS militum Carronenſium Blabiæ excubabat: Hi ex Carronio Hiſpaniæ vrbe[a] erant contracti. Blauiam locum Aquitaniæ Auſonius[b] ponit in Garumnæ ripa, non longe ab eius oſtio, vulgo Blau dicitur: Blauutum eſt Itinerario. Blauia in ſcheda poſteriore Volſeri.

a apud Plinium.
b in epiſtolis.
c lib. 3. cap. 19
d lib. 19.

2 PRAEFECTVS militum Maurorum Venetorum in Venetis ſtatiua habebat, prope Aenum flumen ad Oceanum Aquitanicum. Sunt Veneti apud Cæſarem in Gallia Lugdunenſi, de quibus ita Ptolomæus: Occidentalem autem littorale latus ab Oſiſmijs tenent Veneti. Hi ergo milites genere Mauri, Veneti ſunt appellati, quia in Venetis morabantur, ſicut & ſequentes Mauri Oſiſmiaci ſunt nuncupati, quia apud Oſiſmios habitabant. Hos & Venetos in tertia Lugdunenſi Itinerarium locat, quam regionem ſub Neruicanis Notitia complecti videtur.

3 PRAEFECTVS militum Maurorum Oſiſmiacorum degebat Oſiſmijs. Id erat Galliæ oppidum ad mare Britannicum, ita vocat Strabo; Oſiſinos Cæſar. Oſiſmios Plinius & Mela.

4 PRAEFECTVS militum Superuentorum Mannatias incolebat. Is erat globus militum hoſtibus cœpto iam prælio repente ſuperueniens. Superuentum incurſiones appellat Vegetius.[c] Horum meminit Marcellinus,[d] & Præuentorum.

5 PRAEFECTVS militum Martenſium, Aleto in Neruicano littore manebat. alij Aletham ſcribunt.

6 PRAE-



6 PRAEFECTVS militum Flauiæ primæ ſcilicet legionis à Flauio Veſpaſiano, vel Conſtantino vocatę, Conſtantiæ excubabat. Cõſtantia itinerario vrbs erat Lugdunenſis ſecundæ apud Lixouios in littore e regione Britanniæ. Conſtantia caſtra in Normandia Ammianus vocat.

7 PRAEFECTVS militum Vrſarienſium, de quibus ſupra Rotomago inſidebat, quod eſt oppidũ celebre in Belgica, nunc Roan dictum. Aliud eſt in Normandia eodem nomine appellatum, non longè à Sequana fluuio prope Lexubios, de quo hic intelligit. Ritumagum vocat Itinerarium in Lugdunenſi inter Juliobonam, & Luteriam. Multa in magus, oppidorũ nomina deſinunt, vt Nouio magus infra, quę cognationis peritum ſignificat.[a]

a Coropius lib. 1. Gallicanorum.

8 PRAEFECTVS militum Dalmatarum, Abrincatis præſidebat, fortè locus eſt Abrigiatus apud Ptolomæum dictus, in Nantibus. Abrincatui Plinio ſunt Lugdunenſis populi. Itinerarium in ſecunda Lugdunenſi ponit. Hinc Abrincateni pſeudo Comitatenſes milites.

9 PRAEFECTVS militum Grannonenſium, Grannono præerat. Milites ab hoc loco nomen habuerũt, de quo ſupra dictum fuit.

NOTITIA.

EXTENDITVR, inquit Notitia, TRACTVS ARMORICANI, ET NERVICANI LIMITIS PER PROVINCIAS QVINQVE ſupra memoratas, ſcilicet, Aquitanicam primam & ſecundam, Senoniam, ſecundam Lugdunenſem & tertiam.

COMMENTARIVM.

Horum præſidia Notitia non recenſet, quia totus hic tractus Britanniam reſpiciens à Tranſrhenanis, Barbaris vexatus, Romanorum iugo excuſſo, in libertatem ſe receperat. Zoſimus,[b] Tranſrhenani, inquit, Barbari cuncta pro libito inuadentes, eo tum incolas inſulę Britannię, tum quaſdam Celticas nationes redegerunt, vt ab imperio Romano deficerent, & Romanis legibus non amplius obedientes arbitratu ſuo uiuerent. Itaque Britanni ſumptis armis, & pro ſalute ſua periclitati, ciuitates ſuas à Barbaris imminentibus liberarunt. Itidem totus ille tractus Armoricus, ceteræque Gallorum prouinciæ Britannos imitatæ, conſimili ſe modo liberarunt, eiectis Romanis præſidibus, & propria quadam Republica ex arbitratu ſuo conſtituta. Hæc ille. Id fuit circa annum, ſalutis CCCCXI. Vnde cum in hoc tractu non amplius eſſent Duces Romani, nec Prępoſiti, his omiſſis ſatis fuit quinque prouincias in Armorico tractu & Neruicano nominaſſe. Ioſephus Scaliger[c] monet pro Neruicano legendum Eburicano. In duabus, inquit, Belgicis erat unus Dux Saxonici littoris ad Sequanę oſtia. Ab illis ad Garumnam Dux erat tractus Eburicani & Armorici, per Eburicanos intellige Aulercos, nam in Notitia Imperij perperam legitur Neruicanos. Hæc ille: cui volſerus in prioris ſchedæ interpretatione c. 5. non aſſentitur: & forte rectè. Nam & ſi Neruij ab Armoricis diſtent, vtriſque tamen aliqui Duces præfuerunt, vt Diocletiano imperante, Charauſius, quemadmodum Eutropius libro 9. memorat.

b in 6.
c in Auſonium.

Hic etſi nullus indicetur Pręfectus, in fine tamen operis, fortè nè eorũ intercideret memoria, aliquot Galliarum Pręfectos, Notitia recenſet. In Aquitania prima Pręfectum Lętorum Gentilium Sueuorum Auernis collocat, vel Auerni, vulgo Auergne dicti. In Aquitania ſecunda ſtatuit Pręfectum Sarmatarum & Taifalorum Pictauis. In Senonia uerò Lugdunenſi ſeu quarta Pręfectum Lętorum Teutonicianorum, Carnunti locat, & Pręfectum Claſſis Andericianorum Pariſijs, Pręfectum Sarmatarum. Gentilium in caſtris à Chora Pariſios uſque. In prima Lugdunẽſi Præfectum Claſſis Araricæ Caballaduni, vel Cabilumni, vt in Itinerario. Præfectum Sarmatarum Gentilium Lingonis, inter Eduos. Præfectum Sarmatarũ Gentilium Auguſtoduni. Præfectum Sarmatarum Gentilium per tractum Segolaunorum, Segouellanos appellat Plinius,[d] in Narbonenſi: & Præfectum Muſculariorum Maſsiliæ. Præfectum Lætorum Batauorum & Gentilium Sueuorum Baiocis, & Conſtantiæ Lugdunenſis ſecundæ, pręfectum Lætorum Gentilium Cenomannis Lugdunenſis tertiæ, præfectum Lætorum Francorum Rhedonis Lugdunenſis tertię. Hæ erant Legiones XI. in Gallijs eo tempore à Barbaris deuaſtatis. ſub totidem præfectis ibidem præerãt & Tribuni duo alter cohortis primæ Flauiæ Sapaudiæ Calaronæ degens; alter cohortis Nouem populanæ Lapurdi morans. Eodem in tractu excubabant, & XII. præſidia videlicet peditum circiter 6000. præter Claſſes 4. primam in Rodano, quam 24. nauium fuiſſe Tacitus[e] ſcribit, ſecundam in Sapaudia, tertiã in Ararica Caballoduno, quartam Pariſijs. Hæ cum ſupraſcriptis non ſunt connumerandæ, ſed infra poſt Duces ſeparatim ſtatuentur.

d lib. 3. c. 4.
Præſidia 12. Peditum 6000. Claſſes 4.
e lib. 20.

NOTITIA.

# NOTITIA.

# DVX BELGICAE SECVNDAE.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Belgicæ ſecundæ.

EQVITES *Dalmatæ Marcis in littore Saxonico.*

PRAEFECTVS *Claſsis Sambricæ in loco Quartenſi ſiue Hornenſi.*

TRIBVNVS *militum Neruiorum Portu æpatiaci.*

OFFICIVM *autem habet idem vir ſpectabilis hoc modo.*

PRINCIPEM *ex eodem corpore.*

*Cornicularium.*

*Numerarium.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos officiales.*

### *DE DVCE BELGICAE SEcundæ. Cap. LXXXVII.*

### COMMENTARIVM.

BELGICAE regio inter Moſam & Sequanam flumina clauditur, quam Phrudis interfluit. A Moſa vſque ad eum fluuium eſt Belgica prima ſeu ſuperior, nunc Brabantia dicta, cuius metropolis eſt Triueris: inde ad Sequanã eſt Belgica ſecunda nunc Flandria vocata, cuius metropolitę erant Remi, quibus ſub Galba Valentinus Dux pręfuit. [a] Alius Dux Belgicę primę forte tùm à Barbaris detentę non nominatur. Hic Dux librum vt ſupra inſcriptum cum tribus oppidis pro inſignibus pręferebat, quorum vni inſcriptum eſt LITVS SAXONICVM. Alij QVARTENSIS. Tertio. PORTVAE PATIACI. Officiumque hoc modo habebat, Principem ex eodem corpore, Cornicularium, Commentarienſem, Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos officiales. Loco Numerarij, qui hic deſideratur, habebat Cornicularium, quo ferè omnes alij Duces carebant. Sequentes milites ei parebant.

a Tacitus lib.

Præſidia 3.

1 EQVITES Dalmatæ Marcis ſtatiua habebant. Hi litus Saxonicum & Marcis quod erat oppidum, è

regione



regione Britannorum tuebantur. Erat hoc aliud littus Saxonicum ab illo diuerſo, quod ſupra in comite littoris Saxonici in Britannia fuiſſe vidimus, hoc in Belgica è regione illius iacebat. Sequitur in impreſſa Noticia, SAMBRICAE in loco Quartènſi, ſiue Hornenſi, vbi Lacuna interiecta, quæ ex manuſcriptis ita eſt implenda, & reſtituendum.

PRAEFECTVS Claſsis Sambricæ in loco Quartenſi ſiue Hornenſi. Quartenſis etiam in ſcriptum eſt munitioni. Pro Sambrica Samarobrigam Ptolomæus legit, quod eſt oppidum apud Phrudim fluuium. Cæſar in Commentarijs, Cicero ad Trebatium [a] & itinerarium Samarobrinã, Scheda Volſerij Sammarobrinam appellant, vulgo, vt aliqui volunt dicitur Cambray, ſeu Cameracenſis. Tertium oppidum Portuæ Patiaci, quid eſſet, non apparet. Tres legiones Tricesimã Vlpiam, & primam ſiue Traianam, & Octauam Auguſtam in Belgica fuiſſe Ptolomæus ſcribit: Sed hic Dux ſolam alam equitum Dalmatarũ in oppido litoris Saxonici Mercis vocato, & ſub Tribuno Neruios pedites, atque vnam claſſem regebat, præter V. Præfectos, qui infra [b] recitantur: Eſſe poterant circiter centum equites, & 500. pedites. Primi ergo ſub eo erant.

a lib. 7. epiſt. 11. & 12.

b poſt Ducec limitâtes Claſsis. Equites 100. Peditum 5000.

EQVITES DALMATAE Marcis in Littore Saxonico, de quo ſupra.

PRAEFECTVS Claſsis Sambricæ in loco Quartenſi, ſiue Hornenſi.

TRIBVNVS militum Neruiorum, qui ſunt populi Galliæ Belgicæ, prope Atrebates, vbi nunc ſunt Picardi, Portum Aepatiacum tuebatur. Forte locus eſt, quem Petrumuiaco Scheda Volſerij appellat. Hic deſunt V. Præfecti cum totidem præſidijs, qui infra poſt Ducem Moguntiacenſem, cum alijs recenſentur, videlicet, PRAEFECTVS Lætorum Neruiorum Fanomantis Belgicæ ſecundæ Scheda Volſerij Fanomartem vocat non longe à littore contra Britanniam. PRAEFECTVS Lætorum Batauorum Nemetacenſium Atrabatis. PRAEFECTVS Batauorum Contraginenſium Nouiomago ad Rhenum in Scheda Volſeri. Reginea vero caſtrum eſt prope Fannorum in præfata Scheda, inde hi milites poſſent deriuari. PRAEFECTVS Lætorum Gentilium Remos & Siluanectas. PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium, inter Remos & Ambianos; qui infra explicabuntur. Belgicam ſecundam primo Clodius Francorum Rex inuaſit, mox eo ab Aetio repulſo, Meroueus eius filius vniuerſam eam regionem, & Galliam interiorem, permittente Valentiniano III. circiter annum ſalut. 448. tenuit. Sequente anno Attila Hunnorum Rex in Belgica prima pridie Paſchatis Metis, & in Belgica ſecunda Atrabatum ſuccendit, quod poſtea Vedaſtus Epiſcopus reſtituit. Germaniæ quoq; ſecundæ oppida Tuugros, Coloniamque metropolim, & alia deleuit. Vnde nulla eius Ducis, ſicut nec Germaniæ primę apparent ueſtigia.

Belgicæ item primæ, cuius metropolitæ ſunt Trieri, nullus in tota Notitia Dux apparet, quod illa prouincia ab hoſtibus eſſet detenta. Tantum poſt Ducũ oſtenſa inſignia duæ Legiones, ſeu præfecturæ in ea fuiſſe dicuntur, ſcilicet PRAEFECTVRA Lætorum Lingonenſium per diuerſa diſperſorum, & PRAEFECTVRA Lætorum Actorum Epuſo, de quibus illo in loco agetur. Hi erant ferme 2000. peditum.

### *DE DVCE GERMANIAE primæ. Cap. LXXXVIII.*

QVATVOR Germaniæ primę ciuitates Itinerariũ recitat, Maguntium, cuius tractui Comes præerat, Argentoratum, quod Dux tuebatur, Nemetum nunc Spiram, & Vangiones, nunc VVormenſienſes, quibus præfectus erat hic Dux quem in indice Notitiæ prænominatis annectit; Sed eius inſignia, officium, militeſque prætermitiit. Prius enim Franci eam regionem vaſtauerant: itaque ceſſante hoc Duce, vix Dux tractus Maguntiacenſis, & Comes Argentoratenſis in ea prouincia hoſtibus reſiſtebant. Demum circa annum ſalutis 450. ſuccenſo ab Attila Hunnorum Rege Maguntio Germaniæ primæ metropoli, atque Argentorato, etiam eorum Comes & Dux eſſe deſierunt. Quare huius quoq; prouinciæ Ducis cum inſignibus, officia, & numeri omittuntur.

Germaniam ſuperiorem, ſeu primam Ptolomæus a fontibus Rheni ad Vangiones, ſeu VVormatienſes vſque extendit, inde ad Oceanum inferiorem Germaniam vltra Rhenum ſtatuit.

Auguſtus in Germania ſuperiore ad Danubium quatuor legiones locauerat XI. Auguſtam, XIIII. Geminam, Piam, Fidelem, XIIII. Geminam Martiam Victricem, & XVI. Claudius XI. Auguſtam in Britanniam a ſe ſubactam tranſtulit, quæ cum bello ciuili Vitellio adhæſiſſet, à Veſpaſiano per Illyricũ eſt diſperſa, XIII. Gemina in Pannoniam traducta, primò & ipſa pro Vitellio pugnauit, deinde pro Veſpaſiano contra Vitellium, demum in ſua caſtra remiſſa, poſtremò a Traiano in Daciam tranſmiſſa fuit. XIIII. Gemina Martia, & ipſa à Claudio in Britanniam ducta fœliciter pugnauit: Exinde a Nerone in Dalmatiam deducta, pro Othone in Italiam venit; quo occiſo in Britanniam reuerſa, demum in ſuperiorem Germaniam redijt. XVI. cum pro Vitellio pugnaſſet, tandem in ſua caſtra eſt remiſſa: [c] Harũ forte pars vſque ad Notitiæ tempora in Germania prima permanſit; ſed ea à Barbaris tota pene occupata, eius Dux cum militibus eſſe deſijt. Quatuor Legiones ſub Auguſto [d] minimum XXIIII. millia peditum, & fere 3000. equitum continebant, ſed poſtea exhauſtæ Legiones fuerunt. [e] Germaniæ ſecundæ nullus Dux in vniuerſa Notitia nominatur: vel quod vnus Dux vtranque Germaniã tueri olim conſueuiſſet, vel quod tota ea prouincia a Barbaris detineretur. Tantum in fine poſt explicatos Duces Notitia PRAEFECTVRAM Lætorum Langentium prope Tungros in Germania ſecunda locat, de qua ibi tractabitur. Huius metropolis fuit Agrippinenſis Colonia, & Tungri apud Itinerarium quos Attila deleuit.

c Dion. lib. 55.

d Veget. lib. 2. c. 26.

e Veget. lib. 2. cap. 3.

Præſidium 1. Pedites. 500.

NOTITIA.

# N O T I T I A.

# DVX BRITANNIARVM.




## N O T I T I A.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Britanniarum.

PRAEFECTVS *Legionis ſextæ.*

PRAEFECTVS *equitum Dalmatarum Præſidio.*

PRAEFECTVS *equitum Criſpianorum Dano.*

PRAEFECTVS *equitum Catafractariorum Morbio.*

PRAEFECTVS *Numeri Barcariorum Tigriſienſium Arbeia.*

PRAEFECTVS *Numeri Neruiorum Dictenſium Dicti.*

PRAEFECTVS *Numeri vigilum Concãgios.*

PRAEFEC. *Numeri exploratorum Lauatres.*

PRÆFECTVS *Numeri Directorum veterum alias Veneris.*

PRAEFECTVS *Numeri Defenſorum Braboniaco.*

PRAEFECTVS *Numeri Solẽſium Maglouæ.*

PRAEFECTVS *Numeri Pacenſium Magis.*

PRAEFECTVS *Numeri Longouicariorum Longouico.*

PRAEFECTVS *Numeri Deruentionſis Deruentione.*

### Item per lineam Valli.

TRIBVNES *cohortis quartæ Lergorum Segeduno.*

TRIBVNVS *cohortis Cornouiorũ põte Aelij.*

PRAEFECTVS *Alæ primæ Aſtorũ Cõderco.*





TRIB. *cohortis primæ Frixagorum Vindobala.*

PRAEFECTVS *Alæ Sauinianæ Hunno.*

PRAEFECT. *Alæ ſecundæ Aſtorum Cilurno.*

TRIB. *cohortis primæ Batauorum Procolitia.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Tungrorum Borcouico.*

TRIBVNVS *cohortis quartæ Gallorum Vindolana.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Aſtorum Aeſica.*

TRIBVN. *cohortis ſecũdæ Dalmatarũ Magnis.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Aeliæ Dacorum Amboglanna.*

PRAEFECTVS *Alæ Petrianæ Petrianis.*

PRAEFECT. *Numeri Maurorum Aurelianorum Aballaba.*

TRIBVNVS *cohortis ſecundæ Lergorum Congauata.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Hiſpanorum Axeloduno.*

TRIBVNVS *cohortis ſecundæ Thracum Gabroſenti.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Aelię Claſſicę Tunnocelo.*

TRIBVNVS *cohortis primę Morinorum Glannibanta.*

TRIB. *cohortis tertię Neruiorum Alione.*

CVNEVS *Armaturarum Bremetenraco.*

PRAEFECTVS *Alę primę Herculeę Olenaco.*

TRIB. *cohortis ſextę Neruiorum Viroſido.*

OFFICIVM *autem habet idem uir ſpectabilis Dux hoc modo.*

PRINCIPEM *ex officijs Magiſtrorum militum pręſentalium alternis annis.*

*Commentarienſem vtrunque.*

*Numerarios ex vtriſque officijs omni anno.*

*Adiutorem.*

*Subadiuuam.*

*Regerendarium.*

*Exceptores.*

*Singulares, & reliquos officiales.*

## *DE DVCE BRITANNIARVM. Cap. LXXXIX.*

### COMMENTARIVM.

PRAETER duos Comites rei militaris, quos in Britãnia fuiſſe diximus erat & Dux, qui pluribus, quàm illi, equitibus ac peditibus imperabat, pluresque munitiones, & latiorem regionem tenebat. Eadem, quæ alij Duces, inſignia gerebat, videlicet librum purpureo tegumento inſcriptum, cum XIIII. munitionibus.

Hoc modo habebat officium, Principẽ ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis, Commentarienſem vtrunq;. Numerarium ex vtriſq; officijs omni anno. Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos officiales. Item præfectos XIIII. per Britanniæ limites diſpoſitos, qui ſequuntur.

1 PRAEFECTVS Legionis ſextę: locus deeſt, vbi hęc legio excubabat. Ptolomæus eã apud Eboracos collocat. Eboracum, inquit, legio ſexta Victrix. Alij codices habent ſexta Nicephori, quod grece eſt idẽ. Dion.[a] ſcribit ſextã legionẽ poſtea in duas diuiſam, quarum altera Victrix appellata, erat in inferiore Britãnia: altera Ferrea in Iudęa, vnde hęc legio Victrix dimidia permanſit. Ptolomęus alias duas legiones in Britannia ponit, Viceſimam Victricem, & II. Auguſtam, quarum Notitia non meminit, fortè alio tranſlatę, aut in cohortes erant transfuſæ.

a lib. 55.

2 PRAEFECTVS equitum Dalmatarum, pręerat pręſidio, oppido Britannię ita dicto. Alia erãt huius nominis in Hiſpania, Palæſtina, & Corſica, à præſidijs, quæ ibi tenebantur ita appellata.

3 PRAEFECTVS equitum Criſpianorum Dano præſidebat. Criſpiana, eſt Pannoniæ oppidum apud Itinerarium, à quo hi potuerant denominari. Sed forte legendum, crepſtinorum, qui in ſcheda volſeri populi ſunt è regione Dorilaniæ in Belgica ſecundum Rhenum, ex quibus hi facile contrahi potuerant. Dano penes Vallum itinerarinm collocat, vulgo Daneaſter dictum.

4 PRAEFECTVS equitum Catafractariorum, Morbio imperabat.

5 PRAEFECTVS Numeri Barcariorũ Tigriſiẽſiũ Arbeiæ reſidebat, fortè legẽdũ Barcaniorũ, qui ſunt populi Hircanis contermini Stephano & Q. Curtio: vel Bracariorũ, q̧ ſunt gẽtes Hiſpanię, Tigriſusã verò oppidũ apud Tigrim Plinius[b] cõmemorat, vñ fortè hi milites Tigriſiẽſes, vel Tigriſiſsiẽſes sũt vocati. b lib. 6. c. 23.

6 PRAEFECTVS Numeri Neruiorum Dictenſiũ, Dicti ſtatiua habebat. vndè Dictenſes vocati. Neruios Belgicæ ſecundæ populos fuiſſe diximus, ex quibus hi milites ſunt contracti.

7 PRAEFECTVS Numeri vigilũ, incolebat Cõcãgios, quod vigilias obire conſueuiſſent ſunt denominati. Congos interiorem Vualliæ partem ad Occidentem incoluiſſe Tacitus refert, & Polydorus,[c] a quibus concangios oppidum deriuatur. c lib. Angli. hiſtor. 2.

8 PRAEFECTVS Numeri exploratorũ incolebat laua tres, ita Itinerarium, ꝙ hoſtium conſilia, & itinera explorarent hoc nomẽ habuere. Zoſimus.[d] Mille quingentos, inquit, præmittẽdos ſtatuit, Lucilliano Duce, qui explorent an hoſtile aliquod agmen, vel palã, vel ꝑ inſidias irrueret: & paulò poſt, Miſſo Lucilliano cum exploratoribus mille, quibus præerat, caſtellum obſedit: & infrà. Statuit mille quingentis, qui ſub Lucilliano militabant, & explorabant itinera, ſignificandũ eſſe; hoſtes à tergo adorirentur. Hęc ille. Hanc ob cauſam ceteros anteibant. Nam idem Zoſimus ſubijcit, Surenas, Romani exercitus exploratores, qui ceteros anteibant, imprudenter aggreſſus, vnum de Tribunis tribus interemit: & infra, exploratores, inquit, exercitum præcedebant. De ijs idem Conſtantinus Porphyrogenneta,[e] tradit. Speculatores Marcellinus appellat.[f] d in 3. e de thematibus ad fin. f lib. 14. & 16.

9 PRAEFECTVS Numeri Directorum Veterum, legendum Verteris, quemadmodum inſcriptum eſt oppido, & habent manuſcripti, & Itinerarium. Durorum legionem in Mœſia inferiore ponit Ptolomæus, cuius partem eſſe puto huc tranſlatam. Ab oppido ſunt denominati, quod Durocortum vocat Cęſar, vnde ſumpta eſt hæc legio.

10 PRAEFECTVS Numeri defenſorum Braboniaco præſidebat, Brouonacis, & Brocouonacis, Britanniæ oppida Itinerarium ponit.

11 PRAEFECTVS Numeri Solenſium, à Sole Ciliciæ oppido. Maglouæ degebat.

12 PRAEFECTVS Numeri Pacenſiũ, à Pace Iulia vrbe Luſitaniæ dicti, nunc Badaior vocatur, vel à Foro Iulio Octauianorum Colonia Pacenſi dicta, quã Plinius[g] in Gallia Narbonenſi collocat. Hi Magis morabantur. Itinerarium Magium Vinium Britannię vrbem eſſe dicit. g lib. 3. c. 4.

13 PRAEFECTVS Numeri Longouicariorum, Longouico præſidebat, rectius Lõgouicio, vt habẽt emendati codices, vnde hi appellati ſunt milites.

14 PRAEFECTVS Numeri Deruentienſis Deruẽtioni degebat. Inter Vallum, & Pretoriũ, Deruẽtionẽ Itinerarium ponit. In manuſcripto Vrſini legitur, Numeri Bonenſiũ, Peturienſe Deuerſione, ſed legẽdum Deruentio, quæ Itinerario, & Bedę, eſt ciuitas Britannię, ubi milites caſtrametabantur, & inde nomen habuerunt.

habuerunt: Forte hi numeri Bonenſes a Bonio Britanniæ oppido apud Itinerarium, ſunt appellati. Petuaria vero eſt vrbs Albionis Ptolomæo. Hos ergo numeros Bonenſes in oppido Deuerſione Peturienſi degiſſe ſignificatur. Hæ ſunt munitiones XIIII. quibus præerant Præfecti ſub Duce Britanniæ. Omnes ſunt legio I. numeri X. equitum ordines III. efficiebant circiter 52. millia peditum, Equites 300. prout computat Conſtantinus porphyrogenneta. [a]

a de thematib.

*Item per lineam valli excubabant ſequentes.*

Subacta a Claudio Cæſare Britannia, plures Legati, procuratoreſque in eam inſulam ab Imperatoribus miſsi fuere, qui illam in officio continerent, vt Tacitus [b] late explicat; Cumque ſæpe Britanni defeciſſent, Agricola penitus eos pacauit, poſtea imperante Hadriano cum rurſus rebellaſſent, ipſe eo profectus multa correxit, & neglecta Tranſmedana regione, quæ eſt Scotia, vallum per 8000. paſſuum primus duxit, qui Barbaros a Romanis diuideret: Eundem collapſum a Seuero Imperatore reſtitutum fuiſſe Spartianus memorat; Britanniã, inquit, quod maximum eius imperij decus eſt, muro per tranſuerſam inſulam ducto, vtrinque ad finem Oceani muniuit, vnde etiam Britannici nomen cœpit: Hactenus ille. Hic autem murus a Tinæ fluminis oſtio ad alterum amnem, qui Eſca appellatur, vſque ad Hibernicum Oceanum eſt perductus, vt ait Polydorus Virgil. [c] & ex Goldæ annalibus ſubdit; Id vallum primo non tam ex lapidibus, quam ceſpitibus factũ, & propterea parum aduerſus incurſus Barbarorum profuiſſe, quare hortatu legionis eo miſſæ poſtea lapidibus extructum, & turribus æquis ſpacijs interpoſitis munitum fuit: nam prius maceries potius fuit, quam murus. Quod factum eſt Scotis & Pictis Angliam inuadentibus; ſed quia totam hanc hiſtoriã Beda [d] exacte recitat, eius verba hic appoſui. Ob harum ergo infeſtationem gentium, Britones legatos Romã cum epiſtolis mittentes, lachrymoſis precibus auxilia flagitabant, ſubiectionemque continuam, dummodo hoſtis imminens longius arceretur, promittebant. Quibus mox legio deſtinatur armata, quæ vbi in inſulam aduecta, & congreſſa eſt cum hoſtibus, magnam eorum multitudinem ſternens, ceteros ſociorum finibus expulit, eoſque interim a diriſsima depreſsione liberatos, hortata eſt inſtruere inter duo maria trans inſulam murum, qui arcendis hoſtibus poſſet eſſe præſidio: ſicque demum cum triumpho magno reuerſa eſt. At inſulani, murum, quem iuſsi fuerant, non tã lapidibus, quam ceſpitibus conſtruentes, vtpote nullum tanti operis artificem habẽtes, ad nihil utilem ſtatuunt. Fecerunt autem eum inter duo freta, vel ſinus (de quibus diximus) maris per millia paſſuum plurima, vt vbi aquarum munitio deerat, ibi præſidio valli fines ſuos ab hoſtiũ irruptione defenderent. Cuius operis ibidem facti, ideſt valli latiſſimi & altiſsimi vſque hodie certiſsima ueſtigia cernere licet. Incipit autem duorum ferme milliũ ſpacio a monaſterio Aebercurnig ad Occidentem, in loco qui ſermone Pictorum Peanuahel, lingua autem Anglorum Penueltum appellatur, & tendens cõtra Occidentem terminatur iuxta vrbem Alcluith. Verum priores inimici, vt Romanorum militem abijſſe conſpexerant, mox aduecti nauibus irrumpunt terminos, cæduntque omnia, & quaſi maturam ſegetẽ obuia quæque metunt, calcant, tranſeunt. Vnde rurſum mittuntur Romam legati, flebili uoce auxilium implorantes, ne penitus miſera patria deleretur, ne nomen Romanæ prouinciæ, quod apud eos tamdiu claruerat, exterarum gentium improbitate obrutum vileſceret. Rurſum mittitur legio, quæ inopinata tempore autumni aduenĩẽs magnas hoſtium ſtrages dedit, eoſque qui euadere poterant, omnes trans maria fugauit, qui prius anniuerſarias prædas trans maria milite nullo obſiſtente cogere ſolebant. Tum Romani denunciauere Britonibus, non ſe vltra ob eorum defenſionem tam laborioſis expeditionibus poſſe fatigare, ipſos potius monent arma corripere, & certandi cum hoſtibus ſtudium ſubire, qui non ob aliã cauſam, quam ſi ipſi inertia ſoluerentur, eis poſſent eſſe fortiores: quinetiam quia & hoc ſocijs, quos derelinquere cogebantur, aliquid commodi allaturum putabant, murum a mari ad mare recto tramite inter vrbes quæ ibidem ob metum hoſtium factæ fuerant, (vbi & Seuerus quondam vallum fecerat) firmo de lapide locarent. Quem videlicet murum hactenus famoſum atque conſpicuum, ſumptu publico priuatoq; adiuncta ſecum Britannorum manu conſtruebant, octo pedes latum, & duodecim altum, recta ab Oriente in Occaſum linea, vt vſque hodie intuentibus clarum eſt. Quo mox condito, dant fortia ſegni populo monita, præbent inſtruendorum exemplaria armorum, ſed & in litore Oceani ad Meridiem, quo naues eorum habebantur, quia & inde Barbarorum irruptio timebatur, turres per interualla ad proſpectum maris collocant, & vale dicunt ſocijs tanquam vltra non reuerſuri. Quibus ad ſua remeantibus, cognita Scoti Pictique reditus denegatione, redeunt confeſtim ipſi, & ſolito confidentiores facti, omnem Aquilonarem, extremamque inſulæ partem pro indigenis ad murum uſque capeſſunt. Hæc Beda.

b lib. 14. & in uita Iulij Agricolę.

c lib. hiſtoriæ Anglicæ II.

d lib. 1. eccleſiaſtic. hiſtor. gent. Anglic.

Denique circiter annum ſalut. 455. Martiano imperante, cum amplius hoſtium impetum Britanni ſuſtinere nequirent, Anglos & Saxones ad ſui tutelam vocauerunt, qui Vitos ſecum adducentes, cum tribus longis nauibus uecti Orientalem inſulæ partẽ tenuerunt, cumq; fęliciter contra Pictos Scotoſq; pugnaſſent, in ſocios Britãnos [e] arma ſumpſerunt, & inſulã tenuerunt. Itaque eiectis pręſidibus & militibus Romanis tota inſula eſt amiſſa poſt quingentos annos, quam eam C. Cęſar adijt. Valli autem per cuius lineam infraſcripti milites excubabant, etiam nũc veſtigia extare memorantur. Itinerarium Vallum imperij limitẽ appellat, in cuius linea excubabant XXIII. tum cohortium Tribuni, tum legionum Pręfecti, cum equitum Cuneo, videlicet.

e Beda lib. 1. eccleſ. hiſtor. gent. Anglic. cap. 15. & Zoſimus.

1 TRIBVNVS cohortis quartę Lergorũ pręerat Segeduno: Pręter hoc aliud duplex eſt Segedunũ, alterum in Celtogallia, alterum in Germania. Goropius lib. 1. Gallicorum ſcribit, Dunum lingua imbrica collem ſignificare. Lergones vero qui ſint non conſtat. Infra nominatur cohors Lergorum; forte legendum, aut Lerſorum, a Lerſo oppido Hiſpanię Appiano [f] aut Lernorum a Lerna Laconicę urbe Ptolomęo. Eſt & ſecunda Lergorum cohors ſub hoc Duce infra.

f in Ibericis.

2 TRIBVNVS cohortis Cornouiorum, pontem Aelij tuebatur: legendum Cornubiorum. Eſt enim Cornubia una ex quatuor partibus Britannię, quę Hiſpaniam verſus extenditur, ac uelut peninſula mari circumdatur, inſtar cornu, primo anguſte, poſtea latius ſe extendit, iccirco Cornubia eſt vocata, vulgo Cornouallia, a quo loco nomen milites acceperunt. Excubabant autem ad partem pontis Aelij, quem ſuper Tinam, aut Eſcam amnes fuiſſe veriſimile eſt, & ab Aelio Hadriano, qui multa in Britannia correxit eſt ędificatus. Pontem, Itinerarium inter Londinum, & Lindum, collocat, & vocat ad Põtem. Tribunis Pręfectos Notitia intermiſcet, prout per valli longitudinem diſpoſiti reperiebantur.

1 PRAEFECTVS Alę primę Aſtorum Conderco pręerat. ab Aſta colonia ligurum ciuitate deriuãtur.

3 TRIBVNVS cohortis primę Frixagorum Vindobalę degebat. Vindoladiam vocat Itinerarium, Anglię oppidum: aliqui legunt Vindolana, vt infra.

2 PRAEFECTVS Alę Sauinianę Hunno pręſidebat. A Sauienſi regione in Pannonia inferiore forte hęc ala eſt denominata: aut legendum Sabinianę a Sabinis. Hunnum uero ab Hunnis inſulam ingreſſis dici potuit.

3 PRAEFECTVS Alę ſecundę Aſtorum Cilurno inſidebat.

4 TRIBVNVS cohortis primę Batauorum Procolitiam tuebatur.





5 TRIBVNVS cohortis primę Tungrorum, præſidebat Borcouico, qui eſt quaſi vicus Borci, vulgo Baruuyck, Tungri in Belgica ſecunda erant.

6 TRIBVNVS cohortis quartæ Gallorum, Vindolanam cuſtodiebat.

7 TRIBVNVS cohortis primæ Aſtorum Aeſica, forte legendum Aeſea, qui eſt fluuius tendens Hiberniam verſus in Oceanum.

8 TRIBVNVS cohortis ſecundę Dalmatarum, Magnis excubabat: Locum eſſe arbitror, qui a Ptolomeo Magnus portus dicitur; Inter Muridonum, & Viroconiorum hunc locum Itinerarium locat. Multi vero ordines peditum Dalmatarum eſſe conſueuerant, qui robur erant exercitus Romani, fere omnes ab Alarico Hunnorum Rege ſunt occiſi, vt vix centum euaſerint. Zoſimus [a] Viſum eſt, inquit, Honorio quinque Dalmaticos militum ordines de ſuis excitos ſedibus, ad vrbis cuſtodiam arceſſere. In his ordinibus erant hominũm ſex millia, qui tum audacia tum robore corporum exercitus Romani, quaſi caput erant: & paulo poſt. Eorum Dux, Valens cunctos in hoſtium manus ſua culpa coniecit, vix centũ fuga dilapſi ſunt, quorũ in numero & ipſe Dux erat: Hæc ille. Alijs ergo extinctis hęc ſola peditum cohors poſtea aucta permanſit, cum tamen plurimi equites Dalmatę ſuperfuerint.

a in 17.

9 TRIBVNVS cohortis primę Aelię Dacorum Amboglannę reſidebat. Ab Aelio Hadriano ex Dacis extracta fuit.

4 PRAEFECTVS Alę Petrianę, Petrianis morabatur: a loco ubi manebat hęc ala eſt denominata, nunc Penul vocatur.

5 PRAEFECTVS Numeri Maurorum Aurelianorum, Aballabę pręerat. Hi ab Aureliano Imperatore cognominantur.

10 TRIBVNVS cohortis ſecundę Lergorũ, Congauatę ſtatiua habebat: Erat & quarta cohors Lergorum ſub hoc Duce ſupra.

11 TRIBVNVS cohortis primę Hiſpanorum, Axeloduno inſidebat.

12 TRIBVNVS cohortis ſecundę Thracum Gabroſenti degebat, Gabrantanicum in hac inſula Ptolomęus collocat.

13 TRIBVNVS cohortis primę Aelię Claſsicę Tunnocelo: Ab Aelio Hadriano forte hęc cohors reſtituta Aelia eſt nuncupata. Nero ex claſſe legionem conſcripſit, claſsicam dictam. Tacitus [b] Inducta, inquit, legione Hiſpanica, remanente ea, quam è claſſe Nero conſcripſerat. Hęc tum erat Romę, quam idem Tacitus deinde claſsicam his uerbis nominat. Legio claſsica, nihil cũctata pretorianis adiungitur. Vel claſsica hęc cohors eſt dicta, quia claſſem Britannicam comitabatur, cuius meminit Iauolenus, [c] Seius ait, Saturninus Archicubernus ex claſſe Britannica filio Seio Oceano reſtitui iuſsit hęreditatẽ: Hęc ille. Reperitur & legio prima claſsicorum, de qua ita Tacitus. [d] Prima, inquit, Claſsicorum legio in Hiſpaniam miſſa, vt pace & ocio miteſceret, cuius pars forte hęc cohors fuit. Idem [e] Legioni, ait, Claſsicę diffidebat, & alibi, [f] acie ita inſtructa, vt pars Claſsicorum permixtis paganis in colles mari propinquos exurgeret. rurſus Intercepti centum equites, ac mille claſsici. Claſsiarios milites vocat Lampridius, [g] qui vela comitabantur. cum illi, inquit, ſępe pugnanti, ut Deo populus fauiſſet, irriſum ſe credens Populum Romanum a militibus claſsiarijs, qui vela ducebant, in amphiteatro interfici iuſſit. A Claſsica etiam Galliæ Narbonenſis colonia hæc cohors poſſet deriuari.

b eodem libro.

c in l. Seius Saturninus. 46. ad S. C. Trebell.

d lib. 18.

e lib. 16.

f lib. 18.

g in commodo.

14 TRIBVNVS cohortis primæ Morinorum, qui Ptolomæo, Cæſari, & Straboni ſunt populi Belgarum, Glannibantę excubabat.

15 TRIBVNVS cohortis tertiæ Neruiorũ, Alionę manebat: Lancaſter nunc dicitur.

CVNEVS Armaturarum Bremetenraco pręerat. Bremetonaci eſt in Itinerario. Bremenium oppidum Britãniæ nominat Ptolomæus, vnde hoc nomen deriuatur: Armaturarum equites ſunt toti armis tecti etiam Armigeri uocati, de quibus ſupra.

6 PRAEFECTVS Alæ primæ Herculeę, Olenaco inſidebat.

16 TRIBVNVS cohortis ſextæ Neruiorum in Viroſido oppido excubabat. Hæc ſunt præſidia 37. cohortes 16. quę cum unis Numeris Maurorum continent ferme peditum 8000. Alæ vero quinque & Cuneus clibanariorum minimum ſunt equites 600. Extra lineam Valli per Britanniam erat Legio 6. continens milites circiter 1000. Numeri 10. quos interpretor fuiſſe partes Legionum ſub præfecturis, omnes poterant eſſe 6000. peditum. Tres equitum ordines ferme 300. Pedites omnes ſunt ferme 14000. Equites 900. qui merebant ſub Duce in Britannia, præter eos, qui in eadem inſula regebatur a Comitibus, & erant circiter peditum 9000. & mille equites, qui ſimul iuncti efficiunt ferme 23000. peditum, & equitum 2900. qui uniuerſam Britanniam tuebantur. Hic nulla claſsis Britannica nominatur, cuius Iureconſ. [h] & Tacitus [i] meminerunt.

præſidia 37.

ped. 14000. equit. 900.

peditum 23000.

equitum. 1300.

h in d. l. Seius. 46. ad Trebell.

i in ſecundo.

NOTITIA.

# DVX MOGONTIACENSIS.




## NOTITIA.

### Sub diſpoſitione viri ſpectabilis Ducis Mogontiacenſis.

PRAEFECTVS *militum Pacenſium Saletione.*
PRAEFECTVS *militum Menapiorum Tabernis.*
PRAEFECTVS *militum Anderecianorum Vico Iulio.*
PRAEFECTVS *militum Vindicum Nemetes.*
PRAEFECTVS *militum Martenſium alta Ripa.*
PRAEFECTVS *militum ſecundæ Flauiæ; Vangiones.*
PRAEFECTVS *militum Armigerorum Mogontiaco.*
PRAEFECTVS *militum Bingenſium Bing*
PRAEFECTVS *militum Baliſtariorum Boubrica.*
PRAEFECTVS *militum Defenſorum Confluentibus.*
PRAEFECTVS *militũ Acincenſiũ Antonaco.*
OFFICIVM *autem habet idem ſpectabilis Dux hoc modo.*
PRINCIPEM *ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis.*
*Numerarium à parte peditum ſemper.*
*Commentarienſem à parte peditum ſemper.*
*Adiutorem.*
*Subadiuuam.*
*Regerendarium.*
*Exceptores.*
*Singulares, & reliquos Officiales.*





## DE DVCE MOGONTIACENSI. Cap. XC.

### COMMENTARIVM.

MOGONTIACVM nũc Magũtia nuncupata, Itinerario metropolis eſt Germaniæ primæ ſecundum Rhenum, cui & eius tractui præerat Dux Mogontiacenſis. Reliquæ Germaniæ primæ alius Dux præfuit, & alius Argentorato, quæ & ipſa eiuſdẽ prouinciæ erat vrbs clariſsima. Ob incurſum Hunnorum tot in eadem prouincia copiarum Duces eſſe oportuit, vt hoſtium furori facilius occurrerẽt, cum vnus tam multis in locis ſufficere non poſſet. Marcellinus.[a] Sub Conſtantio principe Gerantium, quem in exilium egit, ſub Valentiniano Florentium Magontiaci Ducẽ fuiſſe ſcribit.[b] Huius tractus poſtea Duces ſunt nominati.

a lib. 14.
b lib. 29.
præſidia 11.

Inſignia habet eadem, quæ & alij Duces, cum XI. oppidis, quot erant & Præfecti. Officium verò hoc modo Principem ex officijs Magiſtrorum militum præſentalium alternis annis. Numerarium à parte peditum ſemper, Adiutorem, Subadiuuam, Regerendarium, Exceptores, Singulares, & reliquos officiales.

Itinerarium in hoc tractu VII. alas, & III. legiones locat. Sed Notitia XI. legionum Præfectos, ſine equitibus recenſet, & ſunt ſequentes.

1 PRAEFECTVS militum Pacenſium Saletione reſidebat. Salliſſonæ in Itinerario. Eſt propè Argentoratum; Saliſonem Marcellinus vocat, de quo & ſequentibus ita ſcribit.[c] Audiens Argentoratum, Britomagum, Tabernas; Saliſonem, Nemetas, & Maguntiacum ciuitates Barbaros poſsidere, primum omnium Britomagum occupauit. Hæc vna eſt ex legionibus XXXII. Comitatenſibus.

c lib. 16.

2 PRAEFECTVS militum Menapiorum Tabernis habitabat. Huius loci Itinerarium meminit, vulgo Tabem: in agro Argentoratenſi Tabernas, & tres tabernas Marcellinus[d] nominat, quas dirutas à Iuliano Apoſtata reſtauratas fuiſſe ſcribit, Iulianus, inquit, ad reparandas tres tabernas munimentum ità cognominatum haud ita dudum obſtinatione ſubuerſum hoſtili, quo ædificato conſtabat ad intima Galliarum, vt conſueuerant adire, Germanos arceri, & opus ſpe celerius conſummauit. Hæc ille. Menapij ſunt populi Galliæ Belgicæ, vulgò Geldrenſes dicti. Hæc una eſt ex XXXII. legionibus Comitatenſibus.

d lib. 16.

3 PRAEFECTVS militum Anderecianorum, Vico Iulio præſidebat. Andes Celtarum populi, à Cæſare Andegauenſes appellantur, ex quibus & Retijs hos milites conſtare arbitror. Vico Iulium verò eſt Vicus Iulij oppidi in Belgis vulgò Iulach dicti, propè Maguntiam. Itinerarium legit Iuliaceum.

4 PRAEFECTVS militũ Vindicum Nemetes incolebat. Nemetes non longè ſunt à Maguntia ad Rhenum ſiti, vbi eſt Spira. Nemetacum corruptè eſt in Itinerario. Vindices à Caio Iulio Vindice Gallo dicti, qui Galbam Imperatorem creauit cũ Gallijs præeſſet,[e] à Virginio verò Rufo profligatus ſe ipſe interfecit.[f]

e Dion. in Nerone.
f Tranquill. in Nerone. & Calba. Plutarch. Plinius epiſt. 24. li. 8. Tacit. lib. 15. & 17.

5 PRAEFECTVS militum Martenſium altam Ripam incolebat. Erat etiam Ripa alta in Valeria, vbi equites Dalmatæ excubabant. Martenſes verò ex Martia oppido Belgicæ, videntur deducti. & ſunt vna ex XVIII. Pſeudo Comitatenſibus Occidentis.

6 PRAEFECTVS militum ſecundæ Flauiæ Vangiones tuebatur: nunc Vormatium dictum, & ipſi ſunt ad Rhenum propè Treuiros. Hi milites ſunt pars legionis Flauiæ ſecundæ virtutis, quæ eſt una ex XXXII. Comitatenſibus: hę omnes erant ſub prȩfectis legionumque partes.

7 PRAEFECTVS militum Armigerorum, Mogontiaco præerat. Tacitus & Ammianus Magontiacum, Ptolomæus Mocontiacum, Magontiam Eutropius, & Itinerarium appellant, quo nomine nũc vocatur. Ea eſt ſedes Archiepiſcopi ad Rhenum, vbi oſtia oeni fluminis. Armigeri, vna erat ex XII. legionibus palatinis.

8 PRAEFECTVS militum Bingenſium, Bingio præſidebat, à quo milites nomen tulerunt. Itinerariũ legit Vingio. Eius Tacitus, & Marcellinus[g] meminerunt, vulgo Bing dicitur. hanc Iulianus apoſtata acqſiuit, Marcell. ciuitates, inquit, occupatȩ ſunt ſeptẽ. Caſtra Herculis, Quadriburgum, ſtricenſiũ, Nemeſium, Bonna, Antennatum, Borgio.

g lib. 18.

9 PRAEFECTVS militum Baliſtariorum Bodobricam incolebat, Baudobrico legit Itinerarium, Germaniæ oppidum eſt ad Rhenum.

10 PRAEFECTVS militum defenſorum confluẽtibus, vbi, inquit Ammianus, Moſella Rhenũ influit, vnde confluentes nomen habuerunt. Huius loci meminit Itinerarium. Legionem primam ſeu Traianam ibi olim collocatam Ptolomæus ſcribit. Defenſorum Armigerorum legio una ex XXXII. Comitatenſibus.

11 PRAEFECTVS militum Acincenſium, Antonaco prȩerat. Antunaco in Itinerario. Antonaco apud Ammianum.[h] Antenocẽſe caſtellum nominat Fortunatus,[i] oppidum eſt ad Rhennm, vulgo Andernach dictum. Ab Acinco verò, quod oppidum Valeriæ Notitia ſupra aſcribit, Acinenſes hi milites ſunt appellati. Sicut & Acincenſis fabrica ibi ſita.

h lib. 10. de nauigio ſuo.
i lib. 18.

Horum militum numerus non ponitur, ſed legionibus in prȩfecturas diuiſis, ſingulȩ millenos, & quandoque quingenos, ſecundum Conſtantinũ Porphyrogenneram capiebant, neque enim hoc tempore legiones, vt olim, erant ſex & ſeptem milliũ, quas etiam ſuo ſeculo exhauſtas fuiſſe Vegetius[k] conqueritur. Poterant omnes milites eſſe ſex millia.

k lib. 2. cap. 3. Peditum 600.

Hęc ſunt quȩ ad Comites, & Duces limitaneos Occidentis pertinent. Sequuntur aliȩ peditum prȩpoſiturȩ, quas nulli Duci aut Comiti, ſed ſoli Magiſtro militum in prȩſenti, ut docet inſeriptio, paruiſſe puto. De his igitur tractabimus, ab Italia auſpicati quemadmodum in Notitia recenſentur.

## NOTITIA.

### Item præpoſituræ Magiſtri militum præſentalium à parte peditum In Italia.

### In prouincia Venetia inferiore.

PRAEFECTVS *Claſſis Venetum Aquileiæ.*

### In prouincia Flaminia.

PRAEFECTVS *militum Iuniorum Italicorum Rauennæ.*
PRAEFECTVS *Claſſis Rauennatium cum curis eius de ciuitate Rauennæ.*

### In prouincia Liguria.

PRAEFECTVS *Claſſis Comenſis cũ curis eiuſdem ciuitatis Comi.*

### In prouincia Campania.

PRAEFECTVS *Claſſis Miſenatium Miſeno.*

## In Prouincia Gallia Riparenſi.

PRAEFECTVS *Claſſis fluminis Rodani Viennæ, ſiue Arelati.*

PRAEFECTVS *Claſſis Barcariorum Ebruduni Sapaudiæ.*

PRÆFECTVS *militum Muſculariorum Maſſiliæ Græcorum.*

TRIBVNVS *cohortis primæ Flauiæ Sapaudiæ Calaronæ.*

## In Prouincia Nouempopulana.

TRIBVNVS *cohortis Nouempopulanæ Lapurdo.*

## In Prouincia Lugdunenſi prima.

PRÆFECTVS *Claſſis Araricæ Caballoduno.*

## In Prouincia Lugdunenſi Senonia.

PRÆFECTVS *Claſſis Anderetianorum Pariſiis.*

## In Prouincia Hiſpaniæ Gallecia.

PRÆFECTVS *Legionis ſeptimæ geminæ Legione.*

TRIBVNVS *cohortis ſecundæ Flauiæ Pacatianæ Pætaonio.*

TRIBVNVS *cohortis ſecundæ Gallicæ ad cohortem Gallicam.*

TRIBVNVS *cohortis Lucenſis Luco.*

TRIBVNVS *Cohortis Celtiberæ Brigantiæ, nunc Iuliobriga.*

## In Prouincia Tarraconenſi.

TRIBVNVS *cohortis primæ Gallicæ Veleia.*

PRÆFECTVS *Lætorum Teutonicianorum Carnunto Senoniæ Lugdunenſis.*

PRAEFECTVS *Lætorum Batauorum & Gentilium Sueuorum Baiocas, & Conſtantiæ Lugdunenſis ſecundæ.*

PRÆFECTVS *Lætorum Gentilium Sueuorum Cenomannos Lugdunenſis tertiæ.*

PRÆFECTVS *Lætorum Francorum Redonas Lugdunenſis tertiæ.*

PRAEFECTVS *Lætorum Lingonenſium per diuerſa diſperſorum Belgicæ primæ.*

PRÆFECTVS *Lætorum Actorum Epuſo Belgicæ primæ.*

PRAEFECTVS *Lætorum Neruiorum Fanomantis Belgicæ ſecundæ.*

PRAEFECTVS *Lætorum Batauorum Nemetacenſium Atrabatis Belgicæ ſecundæ.*

PRÆFECTVS *Lætorum Batauorum Contraginenſium Nouiomago Belgicæ ſecundæ.*

PRAEFECTVS *Lætorum gentilium Remos, & Siluanectas Belgicæ ſecundæ.*

PRAEFECTVS *Lætorum Lagenſium prope Tungros Germaniæ ſecundæ.*

PRAEFECTVS *Lætorum Gentilium Sueuorum Aruernos Aquitaniæ primæ.*

## Item in Prouincia Italia.

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium Apuliæ & Calabriæ.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium per Brutios, & Lucaniam.*

## Item in Prouincia Italia Mediterranea.

PRÆFECTVS *Sarmatarum gentilium Foroſuluienſi.*

PRÆFECTVS *Sarmatarũ gentiliũ Opitergio.*

PRÆFECTVS *Sarmatarũ gẽtilium Patauio.*

PRÆFECTVS *Sarmatarũ gentilium Veronæ.*

PRÆFECTVS *Sarmatarũ gentiliũ Cremonæ.*

PRÆFECTVS *Sarmatarũ gentiliũ Taurinis.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium aquis ſiue Tertonæ.*

PRÆFECTVS *Sarmatarũ gẽtiliũ Nouariæ.*

PRAEFEC. *Sarmatarium gentiliũ Vercellis.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium regionis Samnitis.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium Bononiæ in Aemilia.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium Quadratis & Eporizio.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium in Liguria Pollentiæ.*

PRÆFECTVS *Sarmatarum, & Tuifalorum gentilium Pictauis in Gallia.*

PRÆFECTVS *Sarmatarum gentilium a Chora Pariſios uſque.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium inter Remos, & Ambianos Prouinciæ Belgicæ ſecundæ.*

PRAEFECTVS *Sarmatarum gentilium per tractum Segolaunorum.*

PRAEFECTVS *Sarmatarũ gentiliũ Lingonas.*

PRAEFEC. *Sarmatarũ gentiliũ Auguſtodunũ.*

## COMMENTARIVM.

POST Comitum & Ducum Limitaneorũ copias, Notitia quaſdam Italiæ, Galliarum, & Hiſpaniæ præpoſituras, hic ſummatim colligit; quibus nec Comites Italiæ, aut Hiſpaniarum, ſed ſolus, vt videtur, Magiſter peditum imperabat, & ideo vltimo loco hic explicandæ ſunt reſeruatæ. Sunt autem Præfecturæ Claſsium VIII. militum XXXVI. Tribunatus VII. Præfecturæ, inquit, Conſtantinus Porphyrogenneta, [a] erant mille, & aliquando 500. milites, vnde cum tribunatibus forte efficiebant circiter millia peditum 30. His aliæ Lætorum & Sarmatarum præfecturæ ſubnectuntur. Videntur autem prima fronte confuſe & ſine ordine diſponi, cũ primo Italiæ, deinde Galliarum, mox Hiſpaniarum rurſus Galliarum, Belgicæque atque Italiæ, ac denuo Galliarum præfecturæ recitentur. Verum nihil temere, ſed cuncta ſuo ordine narrantur. Italiæ enim vt dignioris quatuor claſsiũ præfecturæ præcedũt, & vna militũ Italicorũ Rauennæ, vbi Imperator reſidebat, degentiũ. His ſubnectuntur q̃ in Gallijs, & Hiſpanijs merebãt, demum

a de themat.



demum Lætorum & 21. Sarmatarum legiones latè per præfatas prouincias diſpoſitæ, nè ſeparentur, vnico recenſentur contextu. Prius igitur Lætorum, prout in Gallijs. Belgicaque prima & ſecunda & Germania prima diſpoſitæ erant; deinde Sarmatarum prout per Italiam, & Gallias, Belgaſque & ipſæ diuiſæ reperiebantur, præfecturæ explicantur. Non ergo per ſaltus, ſed hoc ordine cuncta traduntur. Læti ex Lætis Galliæ populis contracta in ſua prouincia merebant. Zoſimus, [a] Magnentius, inquit uix erat apud Lætos, quæ Gallica natio eſt: Hæc ille. Sarmatas notum eſt Polonos, & his proximas gentes eſſe: Hæ copiæ nullibi ſuprà ſunt nominatæ, ibi enim ſub magiſtris legiones, auxiliareſque, atque equitum turmæ in Occidentis prouincijs extra præſidia militantes recitantur. Hic præſidiorum aut legionum præfecturæ ſub ſolo Magiſtro peditum, non cum Comitibus, aut Ducibus merentes numerantur, quæ omnes erant numero XLIIII. & Tribunatus VII. Hoc modo. Præfecturæ Italiæ XX. Galliarum XXIII. & Tribuni cohortium II. Hiſpaniarum præfectura I. & Tribuni cohortium V. qui omnes ſunt, Præfecti XLIIII. & Tribuni VII. Ac ſimul LI. præpoſituras conſtituebant. Ex XX. uerò Italiæ Præfectis, quatuor totidem Claſsibus præerant; itaque XVI. ibi præſidiorum Præfecti remanebant. Ex XXIII. quoque Galliæ Præfectis iridem quatuor totidem Claſſes regebant; vnde XIX Præfecti præſidiarijs legionibus, ſeu earum partibus imperabant: Quare præter octo Claſſes quatuor Italiæ, & Galliarum quatuor, in Italia erant XVI. præſidiorum Præfecturæ; in Gallijs & Hiſpania XX. quæ iunctis tribunis VII. faciunt præſidia XLIII. & circiter XXX. millia peditum effeciſſe diximus. Ita uerò hæ copiæ erant diſpoſitæ.

a lib. 2. ad finem.

Claſſes 8. peditum 3000.

Præſidia 43.

### In Prouincia Venetia inferiore.

1 PRAEFECTVS Claſsis Venetum Aquileiæ ſtationem habebat. Venetiæ regio ab Atheſi vſque ad Timauum extenditur, & hæc in ſuperiorem & inferiorem diuiditur, à Natiſone, uel, ut alij volunt, Tilia uento citrà ſuperior uocatur, ultrà inferior Venetia, ubi claſsis cum Præfecto Aquileiæ morabatur, quam Auguſtus victo apud Actium promontorium M. Antonio inſtituit. Eius enim triremes captas, cum valido remige ad forum Iulienſe miſit, ut Tacitus [b] ſcribit. Præter has, centum & amplius nauium erat Claſsis in Danubio ſeu Limite Myſiaco & Scythico, [c] & alia in Britannia: Aquileia verò ciuitas, vbi Venetum claſsis morabatur, eſt in foro Iulij, olim poſt Romam prima in Italia, nunc diruta, de qua Plinius, Ptolomæus, Strabo, & alij. Aculeiam uocat Stephanus, colonia eſt in Veſpaſiani numo.

b lib. 4.

c l. 1. C. Theo. de luc. Danub.

### In Prouincia Flaminia.

2 PRAEFECTVS Militum iuniorum Italicorum Rauennæ degebat. erant pars legionis Italicæ.

3 PRAEFECTVS Claſsis Rauennatium cum curis eius de ciuitate Rauennę. Auguſtus præter Venetam alias duas claſſes, alteram apud Miſenum, alteram apud Rauennam inſtituit, ut ea maria tuerentur, præter roſtratas naues, quæ Galliæ litus defendebant. Tranquillus, [d] claſſem, ait, Miſeni & alteram Rauennæ ad tutelam ſuperi & inferi maris collocauit: idem Tacitus latius ijs uerbis explicat. [e] Italiam, utroque mari duæ claſſes Miſenum apud & Rauennam, proximumque Gallijs litus roſtratæ naues præſidebant, quas Actiaca victoria captas Auguſtus in opidum Foroiulienſe miſerat valido cum remige. Hæc ille. Hanc illuſtrem Foroiulenſium coloniam idem alibi appellat; [f] unde ortum ſcribit Iulium Agricolam, & Valerium Paulinum [g] Flaminiæ conſularem, [h] ſed in pios ſæuum. Eam coloniam à C. Iulio Cæſare deductam tam eius nomen, quàm numi indicant.

d in Auguſt. c. 49.

e in 4. [illegible]

f in uita Iulij Agricolæ.

g Tacit. lib. 19.

h Martyrolog. 22. April. 19 Iulij.

Quod uerò Notitia ſubijcit, Cum curis de ciuitate Rauennę, intelligit veredarios, quibus ad claſſem neceſſaria ex ciuitate Rauennę celeriter extrahebantur. curas enim curſum publicum uocat Conſtantinus. [i] Ad curas, inquit, agendas, & curſum illi exeant, quos ordo militię uocat. Idem A. ad Taurum P. P. [k] Agentes, ait, in rebus in curis agendis, & euectionibus publici curſus inſpiciendis, noſtrorum memores pręceptorum eſſe credimus. Hic igitur curæ pro curſu publico accipiuntur. Huius enim claſsis Pręfectus equis & rhedis curſus publici ciuitatis Rauennę ad expedienda claſsis neceſsaria utebatur. unde curioſi uocantur qui pręſunt curſui publico. [l] poſſet etiam curas appellare curatores, qui commeatum, & neceſsaria ad claſſem procurabant, uel ipſas claſsis neceſsitates prout accipiuntur in actis martyrum ſub Diocletiano Imperatore [m] uincite inquiũt ferro manus ac pedes illius, nec dimittatis aliquem curam ei apponere, id eſt, ad uictum neceſſaria. De hac claſſe & altera in portu Miſſeno ita vegetius. [n] Apud Miſſenum, inquit, & Rauennam ſingulæ legiones Romani nominis cũ claſsibus ſtabant, nè longè à tutela urbis abſcederent, & cum ratio poſtulaſſet, ſine mora, ſine circuitu ad omnes mundi partes nauigio peruenirent. Nã Miſſenatium claſsis Galliam, Hiſpanias, Mauritaniam, Africam, Aegyptum, Sardiniam, atque Siciliam habebat in proximo. claſsis autem Rauennatium epirum, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum. Orientem petere directa nauigatione conſueuerat; quia in rebus bellicis celeritas plus ſolet prodeſſe quàm uirtus. idem alibi. [o] liburnis autem, quæ in campania ſtabant, Pręfectus claſsis Miſſentium pręerat. eæ uerò, quę in Ionio mari locatę erant, ad Pręfectum claſsis Rauennatium pertinebant, ſub quibus erant deni Tribuni per cohortes ſingulas conſtituti. Hęc uegetius. Ex quibus uerbis liquet liburnas à claſsibus diuiſas in Campania & Ionio mari nauigaſſe.

i in l. 1. C. de offi. magi. officio.

k in l. 2. C. de curioſis.

l toto ti. C. de curioſis, lib. 12.

m apud cæſarem baronium an. 290

n lib. 4. cap. 33.

o cap. 3.

### In Prouincia Liguria.

4 PRAEFECTVS Claſsis Comenſis cum curis eiuſdem ciuitatis Como pręſidet. Hęc claſsis per lacum larium uulgò Comi uocatum nauigabat. Nouum comum à Tranquillo nominatur: Colonia Romanorum eſt apud Strabonem: Curę ciuitatis Comi ſunt, equi, & rhedę currentes in ea urbe diſpoſitę, uel alia ad claſſem neceſſaria, ut ſupra de curis Rauennę eſt dictum. [p] Huius ergo claſsis Pręfectus pręeſt in Comi ciuitate, quę tum erat in liguria.

p in l. 2. C. de curioſis.

### In prouincia Campania.

5 PREFECTVS Claſsis Miſenatium Miſeno qui eſt mõs circà Neapolim, in cuius magnifico portu tunc claſsis ſtationẽ habebat. Miſſenum oppidum uocat Ioſeph. [q]

q lib. 19. antiqui cap. 1.

### In prouincia Gallia Riparenſi.

6 PRAEFECTVS Claſsis in flumine Rhodani Viẽnę ſiuè Arelati reſidebat, hoc dicit quia utrobique ſtationem habebat: Viẽna eſt in ſuperiori parte Rhodani, non longe Lugduno: à Crotenſibus, inquit Stephanus, ędificata, eſt a uirgine Vienna, quę ibi ſaltãs obijt, appellata. Legitur in Neronis numo VIENNA LEG. VII CLAVDIA. Viennenſem Galiam vocat Ammianus, in qua Maſsilia eſt & Arelate urbs, uulgò Arles uocata, in oſtio fluminis Rhodani, ubi mare ingreditur: [r] iure nominata. Colonia Romanorum eſt Ptolomęo. Arelatena Sextanorum Plinio. Vetus eſt inſcriptio COL. IVLIA PIA ARELATE. A ripis uero horum fluminũ ubi claſſes ſtabant, Gallia Riparienſis eſt appellata, unde Ripenſes milites. [s]

r in l. habebat. ff. de inſtit. l. patronus §. 2. ff de leg. 3. l. 5. & 6. C. Th. de appell.

ſ in l. 4. C. T. de ueteranis.

7 PRAEFECTVS claſsis Barcariorum forte legendum Braccariorum, à Bracca vrbe Luſitaniæ, reſidebat Ebrudum Sapaudiæ: Eborodunum Ptolomæus, Catarigum oppidum in Alpibus Grais appellat. Ebredunum Itinerarium. Hæc claſsis Eburodeni, vel vt hic ſcribitur Ebruduni ſtationem habebat, & per Rhodanum, & lacum Lemannum excurrebat, qui nunc Loſanæ vocatur, & eſt in Sabaudia, ubi olim Allobroges. Si legimus Barcariorum, hanc claſſem ex barcis conſtitiſſe dicemus. Eſt autẽ barca genus minoris nauigij, quod onerarijs nauibus inſeruit. Iſidorus. [a] Barca eſt, inquit, quæ cuncta nauis commercia ad littus portat. Hæc merces in pelago propter nimias vndas ſuo ſuſcipit gremio. Vbi autem appropinquauerit portui, reddit vicem barca naui, quam accepit in pelago. De hac ita Paulinus [b] his verſibus. Vt mox ſalubri barca perfugio foret, Puppi ſuperſtes obrutæ. In actis S. Afræ rogauerunt deſcendentes de barca, vt ſe transferrent, vbi hæc Velſerus annotauit.

a lib. 19. etymo. cap. 1.

b Cyter. Giral. de re nauti.

8 PRAEFECTVS militum Muſculariorum degebat Maſsiliæ Græcorum, Muſcularij dicti ſunt a Muſculo machina, qua tecti, foſſas oppidorũ complanabant, cuius ſæpè Cæſar meminit. Hi pedites Maſsiliæ morabantur, quæ vrbs eſt citra oſtiũ Rhodani in ora maris. Maſsilia Græcorum Phocenſium a Plinio appellatur, quia ab his condita fuit. D. Hieronymus, [c] Maſsiliam & ipſe à Phocenſibus conditam ſcribit, quos trilingues fuiſſe, ideſt Græcè, Latinè, & Gallicè locutos, M. Varro refert. Gymnaſiũ Græcarum litterarum nobile ſecundum Athenas ibi floruiſſe Strabo memorat. Nomen vrbi nauis gubernator, inquit Stephanus, dedit; qui eo appellens, piſcatori iuſsit, vt funem nauis ligaret, μάσσαι enim Aeoles dicunt ligare, & ἁλιεὺς eſt piſcator. Maſſaliam verò pro Maſsilia, Ptolomæus & Euſtachius nominant.

c in epiſtol. ad Galatas.

1 TRIBVNVS cohortis primæ Flauiæ, Sapaudiæ Calarone ſtatiua habebat.

*In prouincia Nouempopularia.*

2 TRIBVNVS cohortis Nouempopulanæ Lapurdo præſidebat. De Nouempopulis Pyrenæi radices incolentibus, ſupra dixi.

*In prouincia Lugdunenſi prima.*

9 PRAEFECTVS claſsis Araricæ, Ararim Sone vulgo dicunt. Is ſupra Allobroges ad Occ dentem fluens Rhodano, vbi eſt Lugdunum, coniungitur, Claſsis Caballoduni ſtationem habebat: Ptolomæus Caballinum ponit in Lugdunenſi oppidum Cæſar [d] Cabilonum, & Cauillonum, vulgo Cublon. Itinerarium hic legionem XIIII. locat.

d in 7. belli ciuil.

*In prouincia Lugdunenſi Senonia.*

10 PRAEFECTVS claſsis Anderetianorum Pariſijs. Hæc prouincia eſt ultra Hemenum, montem inter Sequanam, & Ligerim. Claſſem uerò Pariſijs ſtationem habẽtem, Anderetiani milites tuebantur, de quibus ſupra dixi: ipſa per Sequanam fluuium Seine vulgo nuncupatum nauigabat.

*In prouincia Hiſpaniæ Gallecia.*

11 PRAEFECTVS Legionis ſeptimę Geminę Legione: itinerarium habet ad Gallicias ad Legionẽ VII. Geminam Gallecia eſt vltra Duriam amnem, vſque ad Nerium Promontorium, quod caput finis terræ vulgo vocatur, vbi Septima Gemina legio cũ ſuo Præfecto reſidebat. Ptolomæus Geminicam legionem ſeptimam pro Gemina appellat: Vnde vrbs legio dicitur prope Auguſtam Aſturicã, vulgo Leonem appellãt, quaſi Legionẽ. Legiſa eſt Itinerario.

3 TRIBVNVS cohortis ſecundæ Flauiæ Pacatianæ, à Pacatia vrbe Mauritaniæ appellata, Pætaonij morabatur. Ptolomæus & Itinerarium Petauonium vocant, vrbem in Hiſpania Tarraconenſi.

4 TRIBVNVS cohortis II. Gallicæ, ad cohortem Gallicam, ita locus ab ipſa cohorte eſt dictus.

5 TRIBVNVS cohortis Lucẽſis, Luco pręſidebat, prope Flauiũ Brigantiũ. Lucus Auguſti vrbs eſt opulenta, nunc Lucenſis dicta, vnde hæc cohors denominatur. Eſt etiã Lucus Aſturũ Oceano propinquior.

6 TRIBVNVS cohortis Celtiberæ, ex Celtiberis conflatæ, ſtatiua habebat Brigantiæ nunc Iulio brigæ Coloniam Ptolomæus & Plinius appellant. Celtiberi Hiſpaniæ populi, quaſi ex Celtis, & Iberis commixti, nunc Biſcaini vocantur.

*In prouincia Tarraconenſi.*

7 TRIBVNVS cohortis primæ Callicæ degebat Veleiæ, Veliam nominat Ptolomæus. Itinerariũ Beleiam, Stephanus Belonem, olim Iulia, nunc Belia dicitur Cariſtorum oppidum, Helia Plinio: Situm eſt ad mare Balearicum prope Cordubam. Notitia præſidijs Hiſpaniarũ expoſitis, ad Gallias reuertitur ne duas legiones diſiungat, Lætorũ ſcilicet & Sarmatarum, qui cum plurimi eſſent proprium catalogum meruerunt. Lætos verò prius recenſet.

*In prouincia Lugdunenſi ſecunda, & tertia.*

12 PRAEFECTVS Lætorum Teutonicianorum præerat Carnunto Senoniæ, ſeu IIII. Lugdunenſis. Ex Lætis Galliæ populis Lætos milites extractos fuiſſe diximus. Teutoniciani vero ſunt nuncupati, quia Teutonicis mixti erant, vt & ſequentes Læti Batauí, & alij huiuſmodi, Zoſimus [e] ſcribit Valentinianum maximam iuuenum multitudinem, tum de Barbaris Retiæ accolis, tum de ſubiectarum imperio Romano gentium agricolis collegiſſe, & Numeris militaribus adſcripſiſſe.

e lib. 4.

13 PRAEFECTVS Lætorum Batauorum, & Gentilium Sueuorum Baiocas, & Conſtantiæ Lugdunenſis ſecundæ excubabat. Baiocenſium ciuitas a Ptolomæo ſtatuitur ad Sequanam: Baiocaſſes vocat Auſonius, Baiocas Sidonius, [f] vulgo Baicus, nec longe ab ea eſt Conſtantia:, a Conſtantio cognominata in ſecunda Lugdunenſi. Conſtantia caſtra in Gallijs ponunt Marcellinus & Itinerarium. Duobus his in locis ex diuerſis gentibus collecti hi milites ſub vno Præfecto ſtatiua habebant. Gentiles vero dicebantur Barbari, qui non erãt imperio Romano ſubiecti, & Idolatræ. [g] Theodoſius A. [h] Duces, inquit, militum, & præcipuè quibus gentes, quæ maxime cauendæ ſunt, appropinquant, in ipſis limitibus commorari præcipimus. & Valentinianus. [i] Nulli, inquit, prouincialium cum Barbara ſit uxore coniugium, nec vlli Gentilium prouincialis fœmina copuletur.

f 4. epiſt. ad Luconium.

g ut in l. 2 lemtis. S.C. de uectigal. & commiſſ.

h in l. fin. C. de offi. milit. iudic.

i in l. 1 C.T. de nupt. Gentil.

14 PRAEFECTVS Lætorum Gentilium Sueuorum Cenomannos Lugdunenſis tertiæ incolebat. Cenomannos in Lugdunenſi Gallia Plinius, & Prolomæus ponunt, apud quos hi milites degebant. Vetus codex legit, Sueuorum & cenomannos, forte cenomannorum.

15 PRAEFECTVS Lætorum Francorũ Redonas Lugdunenſis III. tuebatur, a Cæſare & Ptolomæo inter Armoricos iuxta Ligerim fluuium Redonæ ponuntur. Franci erant, Germaniæ populi, qui Retiam incolebant, & demum Gallias occuparunt, ex quibus hi milites ſunt lecti. Auctor eſt Tacitus [k] cohortem Lugduni præſidio fuiſſe, cuius nulla in Notitia mentio habetur. Andegauos, inquit, Acilius Auiola excita cohorte, quæ Lugduni præſidium agitabat, coercuit. & alibi [l] Italicam legionem cũ ala Taurina in Lugdunenſi fuiſſe ſcribit. & cohortes 18. Lugduni hyberna habuiſſe. Legio, ait, Italica, & ala Taurina abductæ cohortes XVIII. Lugduni ſolitis ibi hybernis relinqui placuit.

k in tertia.

l lib. 19.

In



*In prouincia Belgica prima & ſecunda.*

16 PRAEFECTVS Lætorum Lingonenſium per diuerſa diſperſorum Belgicæ primæ Ligonei olim ligones nominabantur, populi Belgicæ primæ quẽadmodum ſcribit Ptolomæus, qui Longones appellat. Cæſar inter Celtas locat. Itinerarium in prima Lugdunenſi.

17 PRAEFECTVS Lætorum Aſtorum Epuſo Belgicæ primæ præerat. Hi ex Gallijs, & Aſtorum Hiſpaniæ oppido, quod nunc Haudix dicitur, erant collecti, & in loco Belgicæ primæ Epuſo dicto, habitabant. Epuſsius vicus eſt Itinerario. Aſtæ Plutarcho. [a] eſt nomen regionis in Peloponneſſo; vnde hi poſſent eſſe contracti.

a in Demetrio.

18 PRAEFECTVS Lætorum Neruiorum Fanomantis Belgicæ ſecundæ degebat. De his militibus ſupra eſt viſum. Fanomartis eſt apud Itinerarium, ſchedam Volſeri, & alios, ad Scaldim fluuium, ita vt hanc lectionem veriorem putem.

19 PRAEFECTVS Lætorum Batauorum Nemetacenſium Atrabatis Belgicæ ſecundæ reſidebat. Batauí ſeu Hollandi erant cum Nemetanis ex Germania prima delectis militibus permixti. Vnde Batauí Nemetacenſes vocabantur, Atrebatum verò regio, nunc Artoijs dicitur.

20 PRAEFECTVS Lętorum Batauorum Contraginenſium, Nouiomago Belgicæ ſecũdæ præſidebat. Aginum Ptolomęo, Itinerario, & Auſonio eſt in Belgis oppidum. Contra Aginum habet Itinerarium, ſed credo legendum contra Aginum; vnde milites Contraginenſes ſunt appellati. A Reginea etiã oppido Belgici in ſcheda Volſeri poſſent deriuari. Nouiomagus verò eſt oppidum Belgicæ inter Sueſſam, & Ambianos Itinerario, quod hic legionem XVIII. locat. Scheda Volſeri ad Rhenum ponit.

21 PRAEFECTVS Lætorum Gentilium Remos, & Siluanectas Belgicæ ſecundæ, ſeu Remos Belgas, iuxta fluuium Sequanam tuebatur.

22 PRAEFECTVS Lætorum Lagenſium propè Tungros Germaniæ ſecundæ degebat. Lagæ ſunt populi Myſiæ inferioris, ex quibus, & lætis hi milites ſunt contracti, apud Tungros excubabant, qui ſunt in Belgica Ptolomæo. Sed Itinerarium locat eos in Germania ſecũda, vt Notitia, quæ ab his ad reliquos lætos in Aquitania degentes digreditur.

23 PRAEFECTVS Lætorum Gentilium Sueuorũ Aruernos Aquitaniæ primæ tuebatur. Aruernos inter Aquitaniæ populos Plinius recenſet. Cæſar, & alij inter Garumnam, & Pyreneos mõtes. Ptolomęus legit Auernos. Stephanus Aroernos, vulgo Auergne. Sueui maximam Germaniæ partem obtinent, auctore Tacito & Strabone, Suibos Ptolomæus vocat, & Sueuiam eorum regionem Eutropius. Tacitus, [b] Gens, inquit, magna in plures populos diuiſa.

b de moribus Germanorum.

Explicatis Lætorum copijs, & præſidijs, Notitia Sarmatas Gentiles recenſet, ab Italiæque tanquam dignioris præſidijs auſpicatur, & primo à maritimis.

*In prouincia Italia.*

24 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium Apuliæ & Calabriæ. Hic Præfectus certum non habens locum, per totam Apuliam, & Calabriam verſabatur.

25 PRAEFECTVS aliorum Sarmatarum Gentilium & ipſe per Brutios, & Lucaniam agebat, nullo certo loco ei deſtinato.

*In prouincia Italia Mediterranea.*

26 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium præerat Foro fuluienſi. Forum fuluij eſt vicus ad Padũ, quem Plinius Valentinum nominat, hodie eſt Valentia, vbi hi milites degebant.

27 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium præſidebat Opitergio, vulgus Oderzum vocat; eſt in Taruiſinis ſeu Venetia, de quo Ptolomæus. Ab Attila dirutum poſtea eſt inſtauratum.

28 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium Patauio præerat. Notiſsima eſt vrbs prope Venetias & omnium diſciplinarum gymnaſio nobiliſsima.

29 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium Veronæ ſtatiua habebat: eſt vrbs opulentiſsima, quam Atheſis interfluit, & Venetiam è Longobardia diuidit; ibi ſcutorum & armorum erat fabrica. Audio eſſe antiquam de ea inſcriptionem, COLONIA AVGVSTA VERONA NOVA GALLIENIANA. eo à Gallieno deducta.

30 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentiſium Cremonę excubabat: eſt vrbs ſplendidiſsima ad Padum, & notiſsima, vbi ſcuta fabricata fuiſſe Notitia tradit. Cenomanum vrbem appellat Ptolomæus.

31 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium Taurinis pręſidebat: eſt Auguſta Taurinorum Ptolomęo propè Padum, nunc Sereniſs. Sabaudiæ Ducis ſedes. Tauraſium Appianus, [c] appellat. Alam Tauriniam in Lugdunenſi fuiſſe Tacitus [d] refert, quam ex Taurinis contractam puto.

c in Punicis.

d in 9.

32 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium Aquis, ſeu Tertonæ reſidebat. Ptolomæus Dertonam Taurinorum appellat. Legitur ibi, COLONIA IVLIA TERTONA. Hic Aquas Statyellas, non procul à Tanaro flumine intelligit, vulgo Aiqui dictas. Præfectus vtrique oppido præerat.

33 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium Nouariæ morabatur, quæ eſt vrbs notiſsima in ditione Mediolani, nunc Sereniſs. Ducibus Farneſijs ſubiecta.

34 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium Vercellis reſidebat, quę & ipſa Sereniſs. Sabaudiæ Duci paret, & eſt prope Nouariam. Opulentiſsimam olim Liguriæ ciuitatem fuiſſe D. Hieronym. [e] teſtatur.

e de muliere ſepties icta.

35 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium regionis Samnitis, vbi nunc ſunt Abrutij.

36 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium Bononiæ; Aemiliæ vrbs eſt opulentiſsima, vbi vetuſtum diſciplinarum omnium Gymnaſium.

37 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium præſidebat Quadratis & Eporizio, credo Eporediam intelligi, nunc Iuream dictam, quam à Romanis iuſſu carminum Sybillinorum conditam fuiſſe Plinius memorat; & ita appellatum, quod optimi eſſent equorum domitores, quos illi ſua lingua Eporedios vocabant. Colonia Romanorum eſt apud Paterculum. Quadratis millibus paſſuum XVI. Taurino diſtat apud Itinerarium.

Itinerarium.

38 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium in Liguria Pollentiæ præerat, vbi Gn. Plancus à M. Antonio eſt occiſus. XVI. millibus hodie XL. paſſuum Nouaria diſtabat, nunc eſt paruum caſtrum.

*In Gallia.*

39 PRAEFECTVS Sarmatarum & Taifalorum gẽtilium Pictauis in Gallia ſeu apud Pictauenſes degebat, qui ſunt Aquitaniæ ſecundæ populi prope Canentellum fluuium ad Oceanum, olim Pictones dicti Plinio, Straboni, & Ptolomæo, Pictaui ſunt Marcellino, hodie Poictours. Sarmatæ verò ſeu Poloni Taifalis erant commixti, vt de alijs eſt dictum.

40 PRAEFECTVS Sarmatarum Gentilium à chora Pariſios vſque choram paruum flumen in Belgis propè Rhenum Plinius [f] ponit. Hic ergo præfectus ab hoc flumine Pariſios vſque per longa caſtra milites diſpoſitos habebat.

f lib. 4. c. 15.

41 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium inter Remos & Ambianos prouinciæ Belgicæ ſecundę ſtatiua habebat. Hi ſunt in Belgis propè Morinos inter Tamudam & Phrudim flumina, hodie ſunt Flandri & Piccardi.

42 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium per tractum Segolaunorum caſtrametabatur. Segouela-

nos

nos Plinius, [a] in Narbonenſi Gallia ſtatuit propè Allobroges.

a lib. 3. c. 4.

43 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium Lingonas tuebatur, de quibus ſupra.

44 PRAEFECTVS Sarmatarum gentilium Auguſtodunum cuſtodiebat; eſt oppidum propè Lugdunum in Comenis ſitum montibus, hodie Auſtunt dictum. Itinerarium Auguſtudum vocat. Hoc præſidium erat in Lugdunenſi.

Hi ſunt Comites Duces, Tribuni, præfectique limitanei Occidētalis imperij ſupra in Ducibus pretermiſſi. Erant hec vltimo loco recitata preſidia XLIII. Claſſes VIII. Numerus horum militū circiter 3000. Vt verò omnium ſummam colligamus in toto Occidente, quę in Notitia nominantur, erant præſidia CCLXIX. quæ cuſtodiebantur, à peditum 109700. & equitum 8300. Claſſes quoque XVIII. per diuerſa Occidentis loca nauigabant, quę vix minus ſexaginta millibus hominum capere poterant. Inter prędicta. Sub Magiſtro verò peditum erant legiones LXII. Auxilia LXV. quę circiter 68000. fuiſſe conijcio, Equitū vexillationes XLI. quas octo millia equitum exceſsiſſe puto. Reliquum eſt vt ad Clariſsimorum inſignia vltimo loco reprę ſentata veniamus, quę etſi ſupra iu ſuis magiſtratibus ſunt explicata, cum hic pro omnium exemplo oſtendantur, prętermittenda non eſſę exiſtimaui.

præſidia 43. Claſſis 8. Peditum 3000.

Totius Occidētis præſidia erant. 269. In quibus peditum 109700. Equitum. 8300. Claſſis 18.

# NOTITIA.
# CONSVLARIS CAMPANIAE.








## Sub diſpoſitione viri clariſſimi Conſularis Campaniæ.

### Prouincia Campaniæ.

OFFICIVM *autem habet ita.*

PRINCIPEM *de officio præfecti prætorio Italiæ.*

*Cornicularium.*

*Tabularios duos pro Numerario.*

*Adiutorem.*

*Commentarienſem.*

*Ab actis.*

*Subadiuuam.*

*Exceptores, & reliquos cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis ceteri omnes Conſulares ad ſimilitudinem Conſularium Campaniæ Officium habent.*

## *DE INSIGNIBVS CONSVLARIVM. Cap. XCI.*

### COMMENTARIVM.

EXPLICITIS Spectabilibus, Notitia ad Clariſsimos digreditur, inter quos primum locū Conſulares tenent, quorum inſignia in Campaniæ conſularis exemplari reprę ſentantur, aliorum enim ſymbola cōſularium eodem modo ſe habent. Hęc autem ſunt amplum tribunal, in cuius medio mulier prouinciam referens, ſolio inſidet, Virum habet Madrucianus codex, vt ſnpra in Conſulari Campaniæ explicui. Hic vero vt dignior, pro aliorum exemplari eſt poſitus, quod inter Conſulares emineat: eſt enim Campania omnium Italiæ, & totius ferè Orbis fertiliſsima & opulentiſsima, vt ſupra eſt dictum. Romani Capuam, quod a ſe ad Annibalem Pœnum defeciſſet, iure curię priuarunt, præfectumq; eo loco duum virum ius dicturum mittebant, vt auctor eſt Feſtus, [a] ſed poſtea principes illi decuriones cum magiſtratibus municipalibus reſtituerunt. Vlpianus [b] Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecā ita uendideris, ſi decuriones Campani mihi locum uendidiſſent, in quo eam ponerem, & per te ſtet, quominus id à Campanis impetrem, pręſcriptis verbis, & ex uendito agere potero.

a in uer. præfecturæ.
b in l. Labeo ſcibit, de cont. empt

NOTITIA.

# CORRECTOR APVLIÆ ET CALABRIAE.




NOTITIA.

Sub iuriſdictione viri Clariſſimi Correctoris Apuliæ & Calabriæ.

Prouincia Apuliæ & Calabriæ.

OFFICIVM *autem habet ita.*

PRINCIPEM *ex eodem officio.*

*Cornicularium.*

*Tabularios duos.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*Ab actis.*

*Subadiuuam.*

*Exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis.*

*Ceteri correctores ad ſimilitudinem Correctorum Apuliæ & Calabriæ officium habent.*

DE



*DE INSIGNIBVS CORRECTORVM. Cap. XCII.*

COMMENTARIVM.

POST conſulares inter Clariſsimo ſequũtur Correctores, qui nullum tribunal, aut prouinciæ imaginem habent, ſed oppidũ tantum eam referentis effigiem. Librum quoque mandatorũ, & vultus Principum præferunt, quẽadmodũ ſupra in correctore Apuliæ & Calabriæ expoſui, cuius inſigniũ formã ceteri omnes correctores retinent. Hic enim corrector, qui ſolus eſt in Occidente tanquam dignior pro aliorum Correctorum exemplari ponitur: cum Apulia & Calabria ſoli fertilitate, & populorum frequentia nobilior habeatur. Liber mandatorum notas inſcriptas habet, quibus Conſulares carent.

NOTITIA.

# PRÆSES DALMATIÆ.




NOTITIA.

## NOTITIA.

### Sub iuriſdictione viri Perfectiſſimi præſidis Dalmatiæ.

### Prouincia Dalmatia.

OFFICIVM *autem habet hoc modo.*

PRINCIPEM *ex eodem officio.*

*Cornicularium.*

*Tabularios duos.*

*Commentarienſem.*

*Adiutorem.*

*Ab actis.*

*Subadiuuam.*

*Exceptores, & ceteros cohortalinos, quibus non licet ad aliam tranſire militiam ſine annotatione clementiæ principalis.*

*Ceteri Præſides ad ſimilitudinem Præſidis Dalmatiæ officium habent.*

## *DE INSIGNIBVS PRAESIDVM. Cap. XCIII.*

### COMMENTARIVM.

PRAESIDVM inſignia ſe habent, ut Correctorum. Meum exemplar horum Codicem mandatorum viridi tectum ſine notis oſtendit. Manuſcripti dorſum auratum cum illis habent, quas in Præſide Dalmatiæ ſum interpretatus; nec in alio à Correctoribus, quàm in notis Præſides differre videntur. Credo autem inſignia Prçſidum à Dalmatię præſide deſumi, quia is eſt perfectiſsimus, & clariſsimis inferior. Si ergo Correctorum inſignia gerunt perfectiſſimi, magis alij præſides Clariſsimi geſtabunt.

His Notitiam imperij Romani pro ingenij mei tenuitate interpretari ſum conatus, quod opus cùm ſit omnium obſcuriſsimum, & ignotis antiquitatibus plenum, mihi forte erranti ignoſcendum erit, nec votum ardua audendi damnandum. Nam ſi aliud non effecero, ſaltem alijs probabiliora dicendi occaſionem præbebo.



*Magiſter peditum in præſenti Occidentis imperabat.*
- *Legionibus palatinis XII.*
- *Auxilijs LXV.*
- *Legionibus Comitatẽſibus XXXI.*
- *Pſeudocomitatenſibus XVIII.*

*Quæ omnia ſimul poſſunt efficere numerum.* $\frac{68.}{M.}$ D. I. 68500.

*His accedunt XXXVI. Præfecturæ & VII. Tribunatus, qui efficiunt.* $\frac{39.}{M.}$ D. I. 39500.

*Et omnes ſimul iuncti conſtituerent peditum.* $\frac{108.}{M.}$ 108000.

*Magiſter equitũ per Gallias habet.*
- *Legiones XXI.*
- *Auxilia XVII. ſeu.*
- *Peditum.* $\frac{16}{M}$ *C* I. 16100.
- *Equitum.* $\frac{2}{M}$ *CCCC.* I. 2400.

*Comes Africæ limitan.*
- *Præſidia XVI. ſeu.*
- *Peditum* $\frac{4}{M}$ I. 4000.
- *Equites DCCC.*

*Comes Tingitaniæ, limitan.*
- *Præſidia VIII. ſeu.*
- *Peditum.* $\frac{3}{M}$ I. 3000.
- *Equites. C.*

*Comes Litoris Saxonici.*
- *Præſidia IX. ſeu.*
- *Peditum.* $\frac{4}{M}$ *CC.* I. 2200.
- *Equites. CC.*

*Comes Britanniæ.*
- *Peditum.* $\frac{3}{M}$ I. 3000.
- *Equites DC.* I. 600.
- *Equitum vexillatio, & legio non eſt ſub Magiſtris.*

*Comes limitum Italiæ.*
- *Pedit.* / *Equit.* } *ſupra relati.*

*Comes Argentoratenſis.*
- *Præſidium I. ſeu.*
- *Pedites M.* I. 1000.

*Comes Illyrici.*
- *Pedites.* $\frac{10}{M}$ I. 10000. *de quibus ſuprà.*

*Comes Hiſpaniarũ.*
- *Præſidia* / *Pedites* } *infrà ponentur.*

*Dux, & Præſes Mauritaniæ.*
- *Præſidia VIII. ſeu.*
- *Peditum.* $\frac{1}{M}$ *DI.* I. 1600.
- *Equites CCCC.*

*Dux Prouinciæ Tripolitanæ.*
- *Præſidia XIIII. ſeu.*
- *Peditum.* $\overline{M}$ *DCCC.* I. 2800.

*Dux Pannoniæ II.*
- *Præſidia XXVI. ſeu.*
- *Equit. MDCCC.* I. 1800.
- *Peditum.* $\frac{5}{M}$ I. 5000.
- *Claſſes IIII.*

*Dux Valeriæ Ripenſis.*
- *Præſidia XXXV. ſeu.*
- *Equitum MM.* I. 2000.
- *Peditum.* $\frac{6}{M}$ I. 6000.
- *Claſſis I.*

*Dux Pannoniæ primæ, & Norici Ripenſis.*
- *Præſidia XXVII.*
- *Claſſes IIII.*
- *Equitum. MD.* I. 1500.
- *Peditum.* $\frac{7}{M}$ I. 7000.

*Dux Retiæ primæ, & ſecundæ.*
- *Præſidia XVIIII. ſeu.*
- *Equites D.* I. 500.
- *Peditum.* $\frac{8}{M}$ I. 8000.

*Dux Prouinciæ Sequanici.*
- *Præſidium I. ſeu.*
- *Pedites CCC.*

*Dux Tractus Armoricani.*
- *Præſidia X. ſeu.*
- *Peditum.* $\frac{9}{M}$ I. 9000.

*Dux Belgicæ Secundæ.*
- *Præſidia III. ſeu.*
- *Equites C.*
- *Pedites D.*
- *Claſſis I.*

*Dux Germaniæ primæ.*
- *Præſidium I. ſeu.*
- *Pedites D.*

*Dux Britanniarum.*
- *Præſidia XXXVII. ſeu.*
- *Peditum.* $\overline{M}$ I. 14000.
- *Equites DCCCC.* I. 900.

*Dux Mogontiacenſis.*
- *Præſidia XI. ſeu.*
- *Peditum.* $\frac{6}{M}$ I. 6000.

*Præpoſituræ Magiſtri militum præſentalis à parte peditum in Italia.*
- *Claßes VIII.*
- *Præſidia XLIII. quæ ſunt infraſcripta.*

*In Italia.*
- *Præſidia XVII. ſeu.*
- *Peditum,* $\frac{8}{M}$ I. 8000.

*In Gallia Riparienſi.*
- *Præſidia II. ſeu.*
- *Pedites C.*

*In Prouincia Nouempopulana.*
- *Præſidium I. ſeu.*
- *Pedites CCCC.*

*In prouincia Lugdunẽſi.*
- *Præſidia XVII. ſeu.*
- *Peditum* $\frac{9}{M}$ I. 9000.

*In Hiſpania.*
- *Præſidia VI.* { *Præfectura I.* / *Tribunatus. V.*
- *Peditum.* $\frac{7}{M}$ I. 7000.

*De*

## *De rebus bellicis præfatio.*

POST Notitiam incerti auctoris libellus fortè ad Valentinianum & Theodoſium Principes dirigitur, in quo in primis augendi ærarij, & conſeruandæ à furto monetæ ratio exponitur: illud in primis fore promittitur ſi ab immoderatis largitatibus Princeps abſtinuerit, à qua etiam Tacitus cauendum monet. Poſtquam enim Othonem vt liberalem commendauit, hæc virtus, inquit, in Principe laudanda eſt, ſed ſi modum non habeat, affert exitium. Milites, quoque vbi ad quinque vel plures annonas peruenerint, ideſt quintuplex ſtipendium obtinuerint, honeſta miſsione dimitti ſuadet, vt Principis, ait, ærariũ immoderatis ſumptibus ſubleuatum, alijs impenſis faciendis ſufficiat. Ad prohibendam verò pecuniæ ſubtractionem, monetas in inſulis procul à continenti verat percuti; ita enim vẽdendi æri opificibus adimetur occaſio. Exemplumque cudendæ pecuniæ tribus numiſmatis expreſſum Principis vultum habentibus repræſentat. Horum vnum in aduerſa parte hominem flagro aſinum cædentem habet. Is eſt Imperator, qui ſe Barbaros verberibus ad deditionem, & ſeruiendum compulſurum ſignificat. Aliud ſimili argumento virum thorace indutum oſtendit: qui ſiniſtra hominis nudi ſupplices manus tendentis mentum apprehendere, & dextra alapis cędere videtur. Alio Princeps ſolio inſidens, dextra ſceptrum gerit, læuamque velut oppreſſos ſubleuaturus porrigit. Hæc monetarum argumenta pro aliarum exemplo ponuntur. Monet denique, vt viri integri prouinciarum adminiſtrationi præficiantur, qui ſubiectos populos non diripiant, quemadmodum de hoc extat Theodoſij & Valentiniani AA. reſcriptum. [a] Quaſdam deinde bellicas machinas, & tormenta oſtẽdit, quibus acies hoſtium facilius profligentur; inter quę eſt Baliſta quadrirotis, latè à Marcellino [b] deſcripta, de qua ſupra diſſerui. [c] Demonſtrat & Currodrepani exemplar. His nouum addit pontem, ex inflatis vtribus conſuendum, & ad flumina paludeſque traijciendas commodum, quem iumenta quinquaginta quocunque facile ferrent. Seogefron appellat, ſed legendum, aſcogephyra ideſt pons vtrum. Poſtremò adijcit velociſsimum Liburnarum genus, quas nauibus decem præualere affirmat Zoſimus, [d] Liburnas, inquit, vocant ab oppido quodam in Italia ſito nominatas, vbi primum ad eam formam factæ fuerunt. Videntur autem non minus ueloces eſſe, quàm quæ quinquaginta remis aguntur, ſed multùm à triremibus ſuperari, quæ longo iam tempore confici deſierunt. Hæc ille. Hæ prælijs aptiores viſæ, quòd bello Actiaco Victoriam Auguſto dederint. Vegetius, [e] Auguſto, inquit, dimicante, Actiaco bello, cũ Liburnarum auxilio precipuè victus eſſet Antonius, experimento tanti certaminis patuit Liburnarum naues ceteris aptiores. Ergo ſimilitudine, & nomine vſurpato earũdem inſtar claſſem Romani Principes texuerunt. Liburnia namque Dalmatiæ pars eſt Andecrinæ ſubiacens ciuitati, cuius exemplo nunc naues bellicæ fabricantur, & appellantur Liburnę. Earum verò magnitudinem infra [f] deſcribit, minimę, inquit, Liburnę remorum habent ſingulos ordines, Maiores, binos; idoneę menſurę ternos: vel quaternos, interdum quinos ſortiuntur remigum gradus. Nec hoc cuiquam enorme videatur, cum in Actiaco bello longe maiora referantur concurriſſe nauigia, vt ſenorum etiam & vltra ordinum fuerint. Ex quibus patet has Liburnas bobus verſatiles rotas agentibus impulſas ab illis remis actas longè diuerſas fuiſſe. Poſt hęc baliſta fulminalis oſtenditur. Deniq; bellico apparatu demõnſtrato, erigendi limitis formam tradit, in Notitia explicatam. Poſtremo cum contraria eſſent iura & confuſa, ad ea expurganda, in decentemque conſonantiam redigenda Principẽ excitat, quod Iuſtinianus poſtea pręſtitit, & antè Theodoſius in reſcriptis Principum in codice Theodoſiano ordine compoſitis egerat. Hęc omnia in ſcrinium memorię relata, & diu conſeruata fuiſſe puto, vt cum opus fuiſſet, in promptu ad manum haberentur, nec facilè amitti poſſent. Quare huic libro Notitię ſunt adiecta, cuius pars ex eodem ſcrinio prodibat. Sed alijs nunc tormentis bellicis inuentis, cum hęc minus vtilia videantur, in his interpretandis immorandum non eſſe cenſui.

a in l. 6. C ad L. Iuliam repetundar.

b lib. 23. & Vegetio lib. 4. c. 24.

c in Baliſtarijs, ſub Magiſtro militum per Orientem.

d lib. 5.

e lib. 4. c. 35.

f cap. 37.

*FINIS.*

# DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS,

## Et corporibus artificum LIBELLVS.

EODEM PRAESTANTISSIMO IVRECONSVLTO.

*GVIDO PANCIROLO AVCTORE.*

AD SERENISSIMVM PARMAE, & Placentiæ Principem RAINVCIVM FARNESIVM.




VENETIIS,
Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem. 1593.

# SERENISSIMO PARMÆ, ET PLACENTIAE PRINCIPI

## RAINVCIO FARNESIO

*Domino quàm maximè colendo.*

*CIVITATES humano generi ſemper neceſſarias fuiſſe conſtat, Sereniſſime Princeps; cum enim ſoli ſine Imperio & Lege per ſyluas more ferarum homines vagarentur, à nullo cohibiti per omne ſcelus impunè in obuios craſſabantur, ipſi quoque multarum rerum indigi, plura incommoda, pluresque calamitates ſuſtinebant. Caimus, vt ſacræ narrant litteræ,* [a] *primus eos ad communem vitæ ſocietatem hortatus, certo loco coactos mœnibus cinxit, iiſdemque vti Legibus & Præfecti iuſſibus parere ſuaſit. Hoc modo multi ex propinquitate noti, ac familiares facti, ſibi inuicem opem tulerunt, ac neceſſarijs ſubminiſtratis ab externorum etiam violentia ſe tutos fecerunt. Itaque vrbium cognita vtilitate, Reſpublicæ quaſi res populi ſunt appellatæ, quemadmodum Scipio apud Ciceronem in libro de Republica deſcribit, & D. Auguſtinus de Ciuitate Dei recitat.* [b] *Et ciues definiti ſunt, eſſe cœtus multitudinis iuris conſenſu, & vtilitate communionis ſociatus. Iuris autem conſenſus exigitur, quia ſine iuſtitia, quæ à iure pendet, non poteſt eſſe Reſpublica. Id aliarum regionum ſapientes conſpicati, proximos & ipſi ad eandem ſocietatem ſunt adhortati, inter quos duo celebrantur, Orpheus & Amphion, qui dulci teſtudinis ſono alter feras ad ſe traxiſſe, hoc eſt agreſtes homines demulſiſſe, & ad ciuilem cultum traduxiſſe, alter ſaxa mouiſſe, & Thebas ædificaſſe, ideſt duros, rudeſque mites mores docuiſſe fertur, quod Poeta* [c] *hoc carmine ſignificauit.*

a Geneſ.4.

b lib.19.cap.21.

c Horat. in poetica.

Syluestres homines ſacer interpreſque Deorum
Cædibus & victu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rabidoſque Leones,
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis
Saxa mouere ſono teſtudinis, & prece blanda
Ducere quo vellet.

*Ceterum, quia, vt ait Pomponius,* [d] *fruſtra iura populis dicerentur, niſi eſſent in ciuitatibus, qui ea cuſtodirent, & in officio ciues continerent, magiſtratus creari oportuit, qui præcipuam huius rei curam haberent. Porro hi pro locorum, & populorum conſuetudine varij fuerunt. Alibi enim reges* [e] *alibi à populo, vel curia electi hoc munus obiuere. Romæ expulſis regibus, populus conſules, prætores, alioſque ius dicentes creauit, quod Athenis, aliiſque in vrbibus liberis obſeruabatur. Plurimæ vero ciuitates à Romanis ſubactæ, eorum exemplum ſecutæ, quædam Romæ facta ſunt ſimulachra, quemadmodum enim ibi Senatus vrbem regebat, ſic illæ ſuam curiam habuere, quæ magiſtratus, curatoreſque publica*

d i l.2.§.poſt originem, de orig.iur.

e d.l.2.§.qđ ad magiſtratus.

*munera adminiſtraturos conſtituebat. Nam penes Decuriones, qui patres populi vocantur, totum Reipublicæ pondus manebat; Princeps vero Rom. vniuerſum prouinciarum ſtatum, non ſingularum negocia ciuitatum curabat, cui ſatis fuit iuriſdictionem & imperium in populos exercuiſſe, ac tributa ab illis exegiſſe. Quæ autem ad ciuium politiam pertinent, eorum curialibus reliquit. Itaque creati ad hoc fuere Duumuiri, qui neceſſaria ciuibus procurarent, vt populo annona ſuppeteret, bona Reipub. recte adminiſtrarentur, balnea curarentur, publicæ ædes ſarcirentur, viæ, ac fora niteſcerent, tributa æqualiter perſoluerentur, ſine tumultu ſpectacula fierent, denique cuncta ad bonum publicum pertinentia recte gererentur; ceterum nonnullis ciuitatibus, quæ a Romana Rep. defecerant, in pœnam hæc iura ſunt adempta; Duæ ob Principis præſentiam ab hac cura ſubleuatæ; In regijs enim vrbibus, ideſt Romæ & Conſtantinopoli ipſarum præfectis hæc onera ſunt demandata, qui inferiorum magiſtratuum aut curatorum opera Reipub. neceſſaria expediebant. Et cum ibi Senatus, patricijque Principis reſiderent, nullis opus erat Decurionibus. Illæ autem ciuitates, quæ Annibale Carthaginenſi in Italiam veniente a Rep. Rom. defecerant, vt Capua, Puteoli, Attela, Fundi, Formiæ, & aliæ, curiæ honore multatæ magiſtratibus municipalibus caruerunt; Sed vel a populo Rom. vel prætore quoſdam præfectos acceperunt per multa ſecula,* [a] *Demum & ipſæ a Principibus in priſtinum ius reſtitutæ ſuas curias, & ius dicentes habuerunt; Quorum iura & auctoritatem a nemine (quod ſciam) explicatam breui opuſculo complecti volui; vt quemadmodum vtriuſque Rom. imperij dignitates ſuperiore commentario ſunt expoſitæ, ita hic ciuitatũ magiſtratus pro uirium mearum tenuitate elucidarentur, vt plenior notitia & integra, omnium res publicas gerentium cognitio haberetur. Hoc vero opus Sereniſſime Princeps, ſplendidiſſimo tuo nomini pro mea erga ipſum obſeruantia conſecrare volui, vt duarum Opulentiſſimarum Galliæ Ciſalpinæ ciuitatum Parmæ & Placentiæ, quas non ſine omnium admiratione tua Celſitudo ab adoleſcentia ſingulari auctoritate & gratia rexit, curias & earum magiſtratus, cum antiquis conferre poſſit, & ſi quid illis deerit, ex vetuſtis, quæ hic ſe offerunt, tuo prudentiſſimo conſilio valeat ſupplere.*

a Feſtus in ver. Præfecturæ.

Celſ. V.

Addictiſs. cliens

Guidus Pancirolus.



INDEX

# CAPITVM EORVM, QVAE CONTINENTVR IN LIBELLO *DE MAGISTRATIBVS Municipalibus.*


*De Decurionibus.* Cap. 1
*Qui creari Decuriones poſſent.* cap. 2
*Quando & quomodo Decuriones eligerentur.* cap. 3
*De officio Decurionum.* c. 4
*De modo tractandi negocia inter Decuriones.* cap. 5
*De priuilegijs decurionum.* cap. 6
*Quomodo deſinant eſſe decuriones.* cap. 7
*De Duumuiris, & Alexandria Iuridico.* cap. 8
*De Defenſoribus ciuitatum.* cap. 9
*De ſuſceptoribus, Vindice, & breuibus quadrimeſtribus.* cap. 10
*De Curatore Reipublicæ.* cap. 11
*De Curatoribus annonæ.* cap. 12
*De Epiſcopis.* cap. 13
*De Curatore Calendarij, & diuerſorum negociorum.* cap. 14
*De Zygoſtrate.* cap. 15
*De procuratoribus metallorum.* cap. 16
*De Syndico.* cap. 17
*De Irenarchis & Limenarchis.* cap. 18
*De Aedilibus.* cap. 19
*De Archeotis, & ædium cuſtodibus.* c. 20
*De Tabularijs, Logographis, & Cenſualibus.* cap. 21
*De Gymnaſiarchis.* cap. 22
*De Xenoparochis & Camelarijs.* cap. 23
*De Nyctoſtrategis.* cap. 24
*De Agonothetis, & maſtigophoris.* cap. 25
*De Legatis.* cap. 26
*De corporibus artificum.* cap. 27.

# DE MAGISTRATIBVS MVNICIPALIBVS.

## DE DECVRIONIBVS. Cap. I.

ff. & Cod. de Decurionib.

IMPERII Romani, ac Palatij Principis Magiſtratibus officijſque explicitis, his Decuriones, & ciuitatum Iuridicos atq; Curatores addere volui, qui & ſi a Principe nó crearentur, neque a Notitia dignitatum referantur; vt tamen non tantum Prouinciarum, ſed & Vrbium adminiſtratio intelligeretur, eos proprio libro ſum complexus. A Decurionibus vero, quibus totius ciuitatis onus & officia incumbebant, exordiemur. Hi ſuæ patriæ velut Romæ Senatores publica negocia tractabant, dictiq; ſunt Decuriones, quod initio cum coloniæ in aliquem locum deducebantur, earum decima pars conſilij publici cauſa deſcribebatur.[a] Hanc ob cauſam ciuitatum patres vocantur;[b] & curiales à curia, in qua conſulunt:[c] vel Poſſeſſores non ob id ſolum, quod inopes creari non poterant,[d] ſed etiam quia Reipublicæ prædia poſſidebant, quo nomine in iure ſæpe appellantur. Vlpianus,[e] Medicorum, inquit, conſtituendorum arbitrium non Præſidi commiſſum eſt, ſed ordini & poſſeſſoribus cuiuſq; ciuitatis. Ita quoque eos Valentinianus[f] interpretatur. Si conductor ait, non inueniatur, ad poſſeſſores antiquos, ideſt decuriones loca reuertantur. Caſſiodorus.[g] Honoratos poſſeſſores curiales Tridentinæ ciuitatis, & Forojulienſes appellat. Quandoq; ſimpliciter honorati nuncupantur, de quibus forte intelligit Arcadius,[h] cum ait, Honorati, qui litem habere noſcuntur, his horis, vel temporibus, quibus cauſarum merita panduntur, reſidẽdi non habeant facultatem: ita etiam appellat D. Ambroſius,[i] Honoratis ait, multa minabantur grauiſſima, niſi baſilicam traderent. Hæc ille. Græci βουλευτὰς nominant, velut conſilium rebus publicis præſtantes, & quia primi ciuitatum, & nobiliores curiales fiebant, ceteri plebeij dicebantur. Paulus.[k] Is, inquit, qui non ſit Decurio, duũuiratu vel alijs honoribus fungi non poteſt, quia decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur. Eorum cætus ordo dicitur,[l] & curia.[m] Vnde Accurſij, & aliorũ error deprehenditur.[n] qui curiam pro aula Principis interpretantur, exiſtimantque ſpuriũ curiæ oblatum legitimum effici, ſi Imperatori tradatur, aut etiam Præſidi, vt illis ſeruiat: ſic & Theodoſius A.[o] curiam, decuriones, & curiales ciuitatis pro ijſdem ponit. Hi in municipijs ad exemplum Senatus Romani erant inſtituti. Iuſtinianus,[p] Veteres, inquit, qui Rempubl. ordinarunt ad exemplum Regiæ vrbis in qualibet ciuitate nobiles congregandos, ſenatumque conſtituendum eſſe cenſuerunt, qui publica negocia tractaret, ac recte cuncta diſponeret. Quæ res ita excreuit, ad eumq; ſplendorem peruenit, vt magna virorum multitudine refertæ decurionum familiæ inuenirentur: Hactenus Nouella. Quare Decuriones municipiorum Senatores vocantur.[q] & Caſſiodorus,[r] eos minorem Senatum, ac neruos vireſque ciuitatum eſſe dicit:[s] In pluribus enim Romanum Senatum imitãtur, cuius exemplo decurionum filij patris originem ſequuntur,[t] ipſorumq; nomina, quemadmodum, & Senatorum in tabula ſcribebantur, quæ album appellabatur:[u] Vnde ſicut illi Romæ, ita hi patres ciuitatum nuncupabantur;[x] Primi, autem, qui dignitate præcellebant, deinde alij, prout prius in decurionum numerum erant relati, ſcribebantur.[y] & qui filios ſuſceperãt, prole carentibus præferebantur.[z] Præterea quemadmodum Romę Senatus Princeps legebatur, qui vt[a] Plutarchus ſcribit, auctoritate, & rerum geſtarum gloria præſtabat: ſic & qui vniuerſa ciuitatis munera expleuiſſet, primus curiæ creabatur. Denique ſicut Romæ prius duplex ſenatorum ordo fuit, Illuſtrium, qui dignitate præſtabant, & Clariſſimorum:[b] ita inter decuriones, qui honoribus functi fuerant, Summates dicti primi ordinis ſtatuebantur.[c] Hi etiam principales,[d] & Græcè protoſtaſiæ vocabantur,[e] quaſi ceteris præſtantes. Pro magnitudine vero ciuitatis, plures, aut pauciores erãt: aliquando ſeptem;[f] quandoque X. vnde decemprimatus,[g] Græcè δεκαπρωτοὶ dicuntur.[h] Nonnunquam viginti fiebant Icoſaproti nuncupati, unde honor icoſaprotiæ.[i] Alexandriæ quinque tantum erãt Summates, quibus nullibi pauciores fuiſſe puto.[k] Sententiam uero ſuam prius quiſq; decurio, prout honore præcedebat, rogatus dicebat.[l] Quemadmodum & in Senatu Romano obſeruabatur.[m]

a l. pupillus. 239. §. decuriones. ff. de verb. ſign.
b l. vnic. C. de ratiocin. oper. pub. & de patrib. ciuit.
c l. curiales. 21. & l. 39. l. fi. C. de decur.
d l. eos 12. in fi. ff. eod.
e in l. 1. ff. de decret. ab ord. faciend.
f in l. vt quiſquis. 6. C. de om. agr. deſer.
g 2. & 4. var.
h in l. 1. C. de offi. ciuil. iud.
i epiſto. 33. ad Marcellinã ſororem.
k in l. honores 5. §. 2. eo. ti.
l l. 1. 3. & pen. ff. de decre. ab ord. faciend. l. generaliter. 3. §. ſpurios. eo. de decurio. l. j. in princ. ff. de magiſt. conu.
m l. nemo 14. l. 17. l. 27. l. 33. cũ multis alijs ll. C. de decur.
n in §. vlt. inſtit. de nupt. & in l. ſi quis 3. C. de natu. lib.
o in d. l. ſi quis 3.
p Nouell. 38. περὶ βουλευτῶν. latine verſa.
q in l. omnes 33. C. de decu.
r lib. 9. var.
s idem & Maiorani Nouella de decurion.
t l. exẽplo 36. C. eo. l. ſenatoris. 5. & l. ſeq. ff. de ſenato.
u toto titu. ff. de albo ſcrib.
x l. unic. C. de ratioc. op. pub. & patrib. ciuit.
y l. 1. & 2. ff. de alb. ſcrib.
z l. in albo. 9. C. de decur.
a in Africano.
b l vlt. ff. de ſenatorib.
c l. quinq; 57. C. de decur. l. ſi quis ĩ archiatri. 10. C. de p feſſor. & med.
d l. militarib. 42. C. de decu.
e l. nec protoſtaſiæ. 8. C. de munerib. patrimo. & C. T. de protoſtaſia.
f d. l. ſi quis in archiatri. 10. C. de prof. & medic. l. 52. C. T. de hæret.
g l. 1. ff. de muner. & hono. l. 54. C. T. de hęret.
h l. 3. §. decaprotos. l. fi. §. mixta. ff. d. tit. d. l. nec protoſiaſię. 8. C. de mun. patrim. l. Septitia. 10. ff. de pollicit.
i d. l. fi. §. mixta. ff. de muneribus & honor.
k d. l. quinque 57. C. de decu.
l d. l. 1. ff. de albo ſcribendo. l. Spurij 6. in fi. ff. e. de decur.
m Aul. Gellius lib. 4. cap. 10.

## QVI CREARI DECVRIONES poſſent. Cap. II.

DECVRIONES aut naſcebantur, aut fiebant. Ex ipſis decurionibus geniti, patris conditionem ſequi, & inuiti curiales eſſe cogebantur.[n] Quod de his intelligendum eſt, qui uel adoptabantur,[o] vel ex legitimo matrimonio naſcebantur: Spurij enim ſicut nec in alijs, ità nec in hoc patris conditioni obligabantur.[a] Non tamen ad Rempub. adminiſtrandam antè XXV. annum accedere poterant, ut auctor eſt Vlpianus,[b] qui annum cœptum pro completo vult computari, & ſi quo ad alia publica munera obeũda vigeſimuſquintus annus completus eſſe debeat. Quod Vlpiani conſilium[c] ſecutus Michael Hoſpitalius nomine, Francię Cancellarius, anno 1563. Rothomagi, probauit Carolum IX. Gallorum regem anno 14. ętatis ſuæ incipiente, puberem eſſe.

n l. in filijs. 35. l. ſeq. & l. decurio. 31. C. eo. ti.
o l. 4. C. eo.



a l. 1. ad fi. ff. ad municipalem l. nati. 29. C. eo. l. ex libera. 6. c. de ſuis, & legit. hæred.
b l. ad rẽpublicam. 8. ff. de muneribus. & hono.
c in d. l. ad rẽm publicam. 8.

Ex decurionibus nati etiamſi religionis prætextu monaſticam vitam elegiſſent, ad publica munera ſubeunda retrahebantur,[d] quod de his Bart. & alij intelligunt, qui ſe monachos fingunt.

Fiebãt uerò decuriones, à curia ſenatoribus orbata in curiales allecti, quod munus ciuibus etiam inuitis probabilem excuſationem non habentibus deferebatur.[e] Si verò extranei, quod raro fiebat, decuriones declarati conſenſiſſent, ſemel ſuſceptum munus deſerere non poterãt,[f] & eius loci ciuitatem conſequebantur. i. ciues fiebant. Diocletianus A.[g] Ciues, inquit, origine, manumiſſione, & allectione, uel adoptione fiunt. Allectionem, ubi quis in curiam legitur, uocat: quod Vlpianus in ordinem allegi dixit.[h] Lex tamen Pompeia ex aliena Ciuitate decurionem legi prohibebat, quãm deſuetudine antiquatam Traianus reſtituit, ut[i] Plinius nepos eſt auctor. Aliqui verò decuriones creari prohibebantur, ut libertini, qui ad decurionatum aſpirare non poterant, & minus ſerui. Diocletianus,[k] Si libertus, inquit, uel ius aureorum anulorum adeptus non eſt, uel natalibus ſuis non reſtitutus; præſes prouincię, non tantùm curię participare non permittat, ſed iuxta legis ſeueritatem congruenti pœna ulciſcatur. Sed nec minor annis 25. niſi ex cauſa decurio creabatur, vel creatus ſuffragium non ferebat.[l] Nec maior annis 55. inuitus curialis eligebatur.[m] Nec infames,[n] neque inopes;[o] meritis enim & facultatibus digniſſimi eligebantur.[p] Artifices verò, & qui negociabantur, modo facultatibus abundarent, etſi expertes literarum decuriones creari poterant.[q]

Cenſus decurionum erat centum millium numum, quę ſumma efficit circiter mille aureos illius temporis. Plinius.[r] Eſſe autẽ, inquit, tibi cẽtum millium cenſum ſatis indicat, quod apud nos decurio es: igitur ut te non decurione ſolum, verùm etiam equite Romano perfruantur, offero tibi ad implendas equitis facultates trecenta milla numum. Cenſus enim equeſtris erat quadringentorum millium.

Decuriones nec militiam, nec pręfecturam, tabellioniſuè officium exercere,[s] non uectigalia, nec prędia etiam ciuitatis conducere, procuratoriſuè officio fungi poterant.[t] Quę & Romę Hadrianus ſenatoribus interdixerat.

d l. quidam. 26. C. de decurionibus.
e l. 2. §. ult. ff. eo.
f l. 3. C. eo. ti.
g in l, ciues. 7. C. de incolis, & ubi quis domicilium hab. vid.
h in l. generaliter. 3. §. ſpurios. ff. eo.
i in ult. lib. epi. 80. & ſeq.
K in l. 1. C. ſi ſeruus, aut libert. ad decurion. aſpirauer.
l l. ſpurij. 6. §. 1. l. non tantũ. 11. ff. eo. d. l. ad rẽm publicam. 8. de muner. & hon.
m l. 2. §. fi. & d. l. non tantum. 11. ff. eo.
n d. l. ſpurii. 6. §. qui iudicij.
o l. ad ſubeunda 45. & l. eos. 12. in fi. ff. e.
p d. l. ad ſubeunda 45. & l. eos. 12. in fi. ff. eo.
q d. l. eos. 12. l. expertes. 6. C. e.
r in primo epiſtol. ad Romanũ
s l. oẽs. 50. l. ſi quis decurio. 55 l. vniuerſos. 15. C. eo.
t l. 2. §. 1. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. l. curiales. 21. l. ſi qs procurationem, 34. C. h. t. d. l. ſpurij. 6. §. de curia. ff. eo.

Multi tamen ad hoc munus uocati ſe excuſabant, ut milites,[u] aut veterani, nauicularij,[x] fabricenſes,[y] & alij, qui à curiæ fortuna, etiam curiales nati liberabantur, de quibus infrà ſuo loco dicetur.

u l. 1. C. de his, qui ſponte pub. mu. ſub l. militares. 16. C. de re milit.
x l. pen. §. fi. ff. de iure immun.
y l. fabricenſes. 32. C. h. t.

## QVANDO ET QVOMODO DECVriones eligerentur. Cap. III.

CALENDIS Martijs noui decuriones nominari cõſueuerant,[z] curia à duum uiris ſolemniter, ideſt, pro ciuitatis more, & per publicum nũcium conuocata.[a] Nec enim placet quod de tuba & campana Accurſius tradit, quæ eo tempore nondum inuenta fuerat: et ſi hodie hunc morem uſu pleriſque in locis receptum obſeruari non inficior. Duas quoq; ſaltem partes curiæ adeſſe oportebat,[b] & Præſes prouinciæ nominationibus ſeu electionibus adhibebatur.[c] Tum Duumuiri, aut cenſores[d] pro more ciuitatis nominabant, quem decurionem creari uolebant, & ob id nominationes huiuſmodi electiones vocantur:[e] Hoc acto, ſuffragijs nominatum comprobari oportebat,[f] qui receptus intelligebatur, ſi maior curialiũ pars in eum conſenſiſſet:[g] Demùm à Præſide cõfirmabatur,[h] qui per nuncium publicum nominato electionem factam ſignificabat,[i] ille verò, ſi nominari ſe non potuiſſe prætẽdebat, ad Præſidem appellabat, & nominator iniuſte nominaſſe conuictus in litis ſumptibus cõdemnabatur.[k] Nominati qui alios ſuffragijs ſuperaſſent, aut plures liberos habuiſſent, ceteris in dicendis ſententijs præferebantur.[l] Papinianus; eorum, inquit, potior cauſa habetur in ſententijs ferendis; qui pluribus eodem tempore ſuffragijs, iure decurionis decorati ſunt: ſed & qui plures liberos habet in ſuo collegio primus ſententiam rogatúr, ceteroſq; honoris ordine præcellit. Poſtremò in albo decurionum nominari ſcribebãtur.[m] Herennius,[n] ſola, ait, albi proſcriptione decurionem minimè factum reſpondi, qui ſecundum legem creatus non ſit: ita enim legendum, non ſalarij perceptione.

Tenebatur creatus decurio pro introitu alijs curialibus honorariũ quoddã ſoluere. Plinius nepos ex Ponto & Bythinia, quibus ipſe cũ Imperio pręerat, ita ad Traianũ ſcribit,[o] Decuriones qui ſupra legitimum numerum, Cæſaris indulgentia adiecti fuerãt, ſingula millia denariorũ, & quãdoq; bina millia curię pro introitu intuliſſe: quæ ſumma ferè ccxx. noſtros aureos efficit, poſteà ſubijcit ab Anicio Maximo procos. eos, qui à cenſoribus legerẽtur aliud aliis iuſſos fuiſſe inferre: Conſulit itaq; Traianũ, an in omnibus ciuitatibus, qui decuriones legũtur, certã quantitatẽ pro introitu dare debeant: ille locorũ ſeruandã eſſe conſuetudinẽ reſcribit. Numi a nouis curialibus pro curiæ ingreſſu ſoluti, & inter decuriones diuiſi, ſportulæ appellabãtur.

z l. 28. C. T. eo.
a l. 2. C. eo.
b l. 3. ff. de decret. ab ord. faciend l. nominationũ. 46. C. h. t.
c l. 1. §. ſed etſi præſes. ff. quãd. appel. ſit.
d Plini. epi. 78. ad Traianũ. & epi. 80.
e l. 2. & d. l. nominationum. 46 C. eo. l. 4. l. hi q 7. l. ciues. 11. l. nominationes. 27. C. de appellationib.
f l. ſpurij. 6. §. fi. ff. eo.
g d. l. nominationum. 46. C. eo. l. quod maior. 9. ff. ad municip. l. 3. & ſeq. ff. qd cuiuſq; uniuerſ. nom.
h l. ſi quos. 59. C. h. t.
i d. l. 2. C. eo.
k d. l. 2.
l d. l. ſpurij. 6. §. vlt. ff. eo.
m l. 1. & 2. ff. de albo ſcribendo.
n l. Herennius. 10. ff. h. t.
o Epiſt. 78.

Vlpianus.[a] Minores, inquit, vigintiquinque annis decuriones facti, ſportulas decurionum accipiunt, ideſt honorarium illud, quod inter curiales diſtribuitur, capiunt: ſed interim ſuffragium inter ceteros ferre nō poſſunt. Idem[b] ſi mulier ait, acceptam a marito pecuniam in ſportulas pro cognato ſuo ordini erogauerit, an donatio valeat, & ait valere. Aliquando etiam pecunia inter decuriones diuidenda, decurionibus legabatur. Marcianus.[c] Decurionibus, inquit, diuiſiones dari voluit, die natalis ſui. Diuiſiones appellat pecuniam inter curiales diuidendam.

a in d.l. Spurij. 6.§.fi.ff.eo.

b in l.5.§.ſi mulier, quæ alias eſt lex.ff.de donat.inter vir. & vxor.

c in l. cum quidam. 23. ff. de annuis legat.

## DE OFFICIO DECVRIONVM. Cap. IIII.

De adminiſtratione rerū ad ciuit.pertin.

TOTIVS ciuitatis cura ſibi commiſſa, decuriones in primis prædia publica ciuitatis adminiſtrabant, quorum redituum tertiā partem in mœnia vrbis, & balnea inſtauranda impendebant:[d] reliquos in alendos profeſſores, & alios vſus publicos erogabant. Medicos quoque, qui ægrotantes curarent, certo ipſis ſalario præſtituto conducebant, neque in hoc Præſes prouinciæ interueniebat, ſed curiales ipſi, quos morum probitate, & artis peritia ſpectatos cognouiſſent, eligebant, quibus ſuam ipſi, & liberorum vitam committebāt:[e] Hi ſunt qui archiatri, ideſt principes medicorum vocantur.[f] Grammaticos etiam & Rhetores, ac Sophiſtas, ſeu Philoſophos, qui iuuentutē erudirent publico ſalario alebant,[g] quos etiam quandoque immunitate promiſſa inuitabant.[h] Quælibet enim ciuitas deſtinatam profeſſoribus liberalium artium pecuniam habebat, quam Iuſtinianus Imperator, cum ei ad plurium templorum ædificia pecunia non ſufficeret omnibus vrbibus ademit: vnde diſciplinis homines deſtituti rudes permanſerunt, vt in eo Zonaras ſcribit. Minores ciuitates non niſi quinque Medicos, & ternos docentes habebant. Maiores ſeptem tantum, qui curarent: & quatuor qui vtranque doctrinam docerent. Maximæ vero decem Medicos, & Rhetores, aut Grammaticos quinque tenebant.[i] His centena ſextertia Veſpaſianus conſtituit, vt in eo auctor eſt Tranquillus, quæ ſumma bis mille, & quingentos noſtros aureos efficit. Ciuitates Rhetoribus annonas 24. Grammaticis 12. & quandoque plus ſoluebant. & fiſcus, vbi ciuitates reditibus carebant, è ſuo docentes conducebat. Valens & Gratianus ad Antoniū P.P. Galliarū[k] Oratoribus, inquiunt, 24. annonarum, è fiſco emolumenta donentur; Grammaticis Latino vel Græco 12. annonarum deductior paulo numerus ex more præſtetur. Triberorū clariſſimæ ciuitati vberius aliquid putauimus deferendum. Rhetori ut 30. item 20. Grammatico Latino & Græco 12. præbeantur annonæ. Erat autem annona impenſa ad victū vnius hominis, quam Iuſtinianus cohortalibus, qui aliunde lucrabantur aureis quinq; taxat.[l] Conſtantius Eunomio, vt Auguſtoduni profiteretur, ſexcenta millia numum præſtiuit; efficit ea ſumma ſex millia aureorum, ſed uereor ne legendum ſit 60. millia, qui faciunt aureos DC. Hoc ſalariū medico aut profeſſori decreto ordinis conſtituebatur.[m] Quicquid enim a curialibus fiebat, in ſcripta redigebatur, & ex tabella recitabatur, atque ob id decretū vocatum fuit. Zeno[n] loquēs de prædiorum curialium alienatione; Non ex tabella, inquit, decretum recitari decernimus. Alijs uero quàm ſupradictis honorarium ex publico conſtitui nō poterat.[o] & ſi decernebatur, decretum tamquam ambitioſum, aut in gratiam alicuius factum reſcindebatur,[p] aut irritum fiebat. Legum uero profeſſores alibi, quam Romæ in Capitolio, aut Conſtantinopoli, & Beryti docere non poterant;[q] Curſus quoque publici, ſeu ueredanorum curā quandoque decuriones habuerunt,[r] ſed præcipue frumenti cauſa annonæ comparandi,[s] aquæductuū, & circenſium ſolicitudinem gerebant, ſpectacula, publicæ uiæ, munitiones, arcæ frumentariæ, calefactiones thermarum, annonæ diuiſio, ſyndici creatio, legationes, patrimoniorum deſcriptio ad decuriones pertinebant.[t] Vniuerſæ denique ciuitatis tranquillitati, ac commodis ſtudebant. Vectigalia decemprimarij exigebant:[u] & quod deerat de ſuo ſarcire compellebātur, ob quæ onera ipſis ruri habitare non licebat.[x] pecuniā quoq; ciuitati, aut ad certamina, opuſue publicum relictam adminiſtrabant,[y] prædia Reipublicæ, aut opera publica per curatores locabant.[z] Ciuitatis tamen prædia ſine decreto alienare non poterant,[a] nec ad Principem Legatum ſine præſidis conſenſu mittere.[b] In eo præterea onerabantur, ut qui ſine prole decederent, quartam bonorum partem curiæ relinquerent:[c] Quare plerique patrimonia effundebant, rebuſq; ſuis abutendo, facultates diſſipare malebant, quam aliquid ordini relinquere: coniugijs etiam aliqui abſtinebant, ne liberos curiæ obnoxios relinquerent, pauciſſimique Reipubl. curam ſuſcipiebant,[d] Propterea multis beneficijs ciues ad curiæ honorem ſunt inuitati, de quibus infra dicetur.

d l. ne ſplendidiſsimæ, 11. C. de oper. publ.

e l.1.ff.de decr. ab ord. faciend.

f l. archiatri. 9. C. de profeſ. & medic. l. archiatros. 8. C. de metatis.

g l. 2. l. magiſtros. 7. C. de profeſ. & medic. l. 4. in fi.ff. de decret. ab ord. faciend.

h l. nec intra. 5. & l. ſeq. C. de prof. & med.

i l. ſi duas. 6. §. 1. & ſeq. ff. de excuſ. tut. d.l.1. de decre. ab ordine faciend.

K l.11.C.T. de med. & profeſ.

l in l. 1. ad fin. C. de offic. P.P. Afric.

m toto ti. ff. de decr. ab or. fac.

n in l. fin. C. de præd. decu. ſine decr. non alien.

o l. unic. C. de præb. ſalar.

p l.4.ff. de dec. ab ord. fac.

q in proœ. Digeſtorū, §. hęc autem tria. l. unica. C. de ſtud. liber. Vrb. Rom.

r l. publici. 14. C. de curſ. pub.

ſ l.2.§.2. et ſeq. l.5. ff. de admin. rei ad ciu. pert.

t l.1.ff. de muner. & hon.

u l.1. l.3. §. decaprotos. l. fi. §. mixta. ff. de muner. & honor. l. nec protoſtaſię. 8. C. de mun. patrimon.

x l. uni. C. ſi curial. relicta ciui. rur. habit. mal.

y l.1. & 2. §. penul. l.4. & ult. §. pen. ff. de admi. rer. ad ciu. pert.

z d.l.2. in prin. & §. antepen.

a l.1. C. de pd dec. ſine decre. non alie.

b l. ſi quis 16. C. eod.

c l. 1. & 2. C. quand. & quib. quarta pars.

d Nouel. 38.

## DE MODO TRACTANDI negotia inter Decuriones. Cap. V.

DEcuriones negocia publica eo fere ordine tractabant, quo Romæ Senatores, In primis enim ſicut Senatus a Coſ. aut Prætore vocabatur, ita & curia a Duumuiris:[e] Romæ per præconem cogebatur Senatus. Appianus,[f] Eos, inquit, alter Opimius nomine ut in trepidatione mos eſt, nōnullos cū armis in Capitolium

e l.2.C. de decurion.

f in 1. de bello ciuili.



liū feſtinare iubet, Senatūq, per preconē cōuocari. Eadē ſolemnitas in decurionibus obſeruabatur, quà intelligere arbitror Diocl.[a] ſcribentem, obſeruare oportebit magiſtratus, vt decurionibus ſolēniter in curiā cōuocatis nominationē ad certa munera faciāt; Hæc ille. Coacta verò curia, quiſq; prout dignior erat, altiore loco ſedebat:[b] Plinius iunior nō deniq; inqt, dignitas cuſtodiebatur. Duas autem partes ex tribus curiæ adeſſe oportebat[c] vt de reliqua re poſſet deliberari: Tum de eo quod agēdum erat, unus ex Duumuiris proponebat, & ubi res difficilior occurrebat, nominatim curialiū ſententias, a digniori ſemper incipiēs inquirebat. Vlpianus,[d] In ſentētijs quoq; dicendis, inquit, idem ordo ſeruandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.[e] In eo autem digniores præmittebantur, inter quos erat qui plures liberos habuiſſet,[f] is enim in collegio primus ſententiam rogabatur, cæteroſque honoris ordine præcellebat, quod tamen Syracuſis nō obſeruabatur Cicero.[g] Mos eſt, ait, Syracuſanis, vt ſi qua de re ad Senatum referatur, dicat ſententiam qui uelit, nominatim nemo rogatur, & tamen ut quiſque honore & ætate antecedit, is primus ſolet ſua ſponte dicere, idque a cæteris ei conceditur, ſi quando taceāt omnes, tunc ſorte coguntur dicere. Hæc ille. Rogatis ſententijs ſuffragia dabantur:[h] non calculis, ut quidam putant, ſed viua voce, aut tabellis, ſicut Romæ Senatores faciebant, uti cēſet Budæus,[i] Zeno.[k] Decernimus, inquit, non ex tabella decretum recitari, ſed curialiū, uel maioris partis curiæ relatione currente, ſine vlla malignitate referentium. Sententiā ſoli ſummates dicebant, ſicut ſoli illuſtres inter Romæ ſenatores,[l] quibus dictis cæteri decuriones diſceſſionem faciebant, & quiſque ad eam partem ſe conferebat, quam ſequebatur, & quod maiori parti placuiſſet, in tabulas referebat:[m] & hoc decretum ordinis uocabatur. Cicero[n] atque adeo, ait, cum iam non ſolum diſceſſio facta eſſet, ſed etiā præſcriptū atq; in tabulas relatū. Hæc ille. Id autē obſeruatū fuit, donec lege Tabellaria introductū eſt, ne amplius diſceſſio fieret, ſed ſcripto tacitè uota ferrētur, quod malo exemplo introductum Plinius[o] queritur. cum uerò ſaltē duas ex tribus partes conuenire oportere dixerimus, quod præſentium pars maior ſtatuiſſet, id obſeruabatur.[p]

a in l.2.C.eo.

b Plini. lib.5. epiſto.2.

c l. nominationum 46. C. eo. l. nulli 3. & l. ſeq. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomine.

d in l.1. in fi. ff. de albo ſcriben.

e l.2.§. reſtitutus ff. de decur.

f vt ſuprà dixi.

g in 6. actio. in Verrem.

h l. ſpurij 6. in fin.ff.eo.

i l. in poſteriori bus annotationi bus in Pandæctas.

K in l. fin. C. de pręd. decur. ſine decret. non alie.

l l.fi. in fin.ff. de ſenato.

m toto tit. de albo ſcriben.

n in 6. actio. in Verrem.

o lib.3. epiſt. ad Meſſiū Maxim. & li.4. ad eund.

p ut ſuprà dictum eſt.

## DE PRIVILEGIIS DECVRIONVM. Cap. VI.

CVM totius ciuitatis curam decuriones ſubirent, ac multis oneribus premerentur, æquum fuit alibus eos priuilegijs frui; quorū præcipuum erat, ne ipſi aut eorū filij à Præſidibus prouinciarum, plebeorū tormentis ſubijcerentur, ueluti eculeo, vngulis & fidiculis.[q] Publicam tamen pecuniam interuertentes, aut aliàs grauiter delinquētes plumbatarum ictibus uerberabātur, id eſt plumbeis pilis in tergo feriebantur,[r] quas plumbatas Vegetius[s] uocat: ob alia uero delicta his non affligebantur, Gratianus[t] omnis inquit, ordo curialis à tormentis his, quæ debita reis ſunt, & ab ictibus plumbatarum habeantur immunes. Hæc illæ. Falſum etiam inſtrumentum fabricātes quæſtioni ſubijciebantur.[u] Alio præterea priuilegio decuriones gaudebant, ut ad inopiā redacti ex publico alerētur; quod potiſſimum fiebat, ſi propter munificentiam in Rempublicam peractā pauperes facti fuiſſent:[x] cū quis magiſtratum inibat, uel togam uirilem accipiebat, uel nuptias celebrabat, decuriones inuitare conſueuerat, & ſingulos uel binos denarios cuique dare.[y] Aliqui etiam omnibus ciuitatis muneribus functi, cum ad ſummum ordinis gradum perueniſſent, primi ordinis comitum dignitate honeſtabantur:[z] Præterea ſpurius a patre curiæ oblatus, legitimus efficiebatur, uel ſi ſpuria decurioni in matrimonio fuiſſet collocata.[a] Proprijs etiam inſignibus a cæteris diſtinguebātur, ut ex marmore, quod eſt Veronæ in ædibus D. Georgij vallis Pollicellæ depræhenditur. P. FALERIVS TROPHIMVS ORNAMENTIS DECVRIONALIBVS RESTITVTOR R. VER. I. Reipublicæ Veronenſis. & in Tranſyluania ad ripam Maruſij Fluminis MINERVAE AVG. VLP. DOMIT. ORNATVS ORNAMEN. DECVR. Sed quænā hæc fuerint, non conſtat. lim bo aut aliquo prætextæ genere ij a ceteris fortè ſecernebantur. certè ueſtium ornatu a plebe ijs diſtinctos fuiſſe hæſitandum non eſt, quemadmodum Romæ ſenatores ab alijs lato clauo diſcernebantur. Bigis in vrbe uſi fuiſſe uidentur, cum in quodam marmore Vrbini apud D. Franciſcum legatur BIGA DECVRIONVM, quo priuilegio omnes honorati potiebantur:[b] Verùm de hoc nihil certi ſtatui poteſt, conſtat ob lætitiam publicam ueluti nunciatam uictoriam, uel natalem Principis, eos coronatos inceſſiſſe. Tertullianus[c] coronāt, inquit, & publicos ordines laureis publicæ cauſæ. Magiſtratus uerò inſuper aureis, ut Athenis & Romæ. Hæc ille. ſine ſpeciali Principis iuſſu decuriones nec Romam, aut Conſtantinopolim vel in aliam prouinciam litis cauſa uocari poterāt.[d] nec eorum prædia ſine decreto alienari.[e] Erāt & penes aliquos populos collegia quædam ſynedria appellata, in quibus cauſæ decidebantur, nec extra illa determinari poterant Scæuola.[f] Municipij, inquit, lege ita cautum erat, ſi quis extra ſynedrium iudicauerit, ordine ſeu ſynedrio moueatur, & luat adhæc drachmas mille. Huiuſmodi collegium in ſingulis ciuitatibus habebant Iudæi ut Theodoſius ſignificat.[g] Iudæorum aūt primates, qui in utriuſq; Paleſtinæ ſynedrijs dominātur, uel in alijs prouincijs degunt, periculo ſuo anniuerſarium canonem de ſynagogis omnibus, Palatinis compellentibus

q l. Diuo 11. l. decuriones 16 C. de quæſtion. l.2.§. in filijs & l.fi.ff. hoc tit.

r l. quilibet. 40. C. eo.

ſ lib. de re mili. 1. cap. 17.

t in l. 80. C. T. de decurio.

u l. ſi quis decurio. 21. C. de falſis, quę uidetur pars l. vniuerſos 15. C. eo.

x l. decurionib. 8. ff. eo.

y Plin. ad Traia. epiſto. 82.

z l. Alexādrinis 56. C. eo.

a l. ſi quis 3. C. de natural. libr. §. fi. inſt. de nup.

b tit. cod. de honorator. uehic.

c l. de corona milit.

d l.1. & vlti. C. de præd. decur. ſine decr. non ali.

e Nouelli. 131.

f in l. fin. ff. de decret. ab ord. facien.

g in l. Iudeorū 17. C. de iudęis.

pellentibus exigant ad eam formam, quam patriarchæ quondam coronarij auri nomine poſtulabant. Hactenus Theodoſius. Vnde hi vidẽtur decuriones fuiſſe, qui ſimul ſine duumuiris iudicabant, & res publicas decernebant. Neque enim ſub tractatu ordinis decurionum, de ſynedrijs actum eſſet, niſi decuriones fuiſſent. Hi autem apud Hebræos a Deo per Moyſem 70. inſtituti eſſe vidẽtur,[a] qui de lege, ac ſummis rebus ſtatuerent, quibus additi ſunt alij duo, & facti ſunt 72. & in utraque Paleſtina, eos decurionum locum tenuiſſe puto, in aliorum populorum ciuitatibus erat ſimplex collegium.

### QVO MODO DESINANT ESſe decuriones. Cap. VII.

DESINEBANT autem eſſe decuriones pena, nimirum ſi deportabantur, uel relegabantur. Vlpianus.[b] Qui ad tẽpus, inquit, relegatus eſt, ſi decurio ſit, deſinet eſſe decurio. contra noua ſuperueniens dignitas a nexu curiæ liberabat, ueluti ſi patritius uel ordinarius conſul, non autem honorarius factus fuiſſet.[c] Honorarius autem dicitur, qui nudam conſulis digniratem non adminiſtrationem conſequitur. Iuſtinianus.[d] Nouimus, ait, olim quandam præfecturæ ſpeciem fuiſſe, quam honorariam uocant: & a codicillis a Principe obtẽtis prouenit, ita autẽ appellabant, quia nihil aliud quàm nudum honorem tribuebat: hæc ergo a curiali fortuna decuriones non liberabat, niſi re vera eam dignitatem adminiſtrarent. Hęc ille. Hæ honorariæ dignitates primũ a C. Cæſare inuentæ, poſteà ab Auguſto & alijs Principibus ſunt ampliatæ. Magiſtri etiã militum, ſeu exercitus, Imperatores, Præfecti prætorio, patroni fiſci, & Principes agentium in rebus facti, a curiæ nexu eximebantur. Item proximi ſcriniorum id eſt qui primum poſt magiſtros in quatuor ſcrinijs locum tenebant;[e] quod a Iuſtiniano eſt introductum.

### DE DVVMVIRIS, ET ALEXANdriæ iuridico. Cap. VIII.

SINGVLAE ciuitates ſuos magiſtratus aliquam iuriſdictionem exercentes habebant, & ex hoc potiſſimum urbes a caſtris & vicis iuridicis carentibus diſcernebantur: præterea baſilicam & forum habebãt, quibus caſtra carebant, ita enim Modeſtinus[f] a minoribus ciuitatibus metropoles diſtinguit. Pauſanias[g] addit theatrum gymnaſium ſeu ſtadium, & balneũ. Procopius[h] porticum ſeu baſilicam. Erant autem hi magiſtratus, alicubi unus, alibi duo Duumuiri dicti: quandoque

a numeri.11.
b in l.2. in princip. ff. eo.
c l. ult. C. eo.
d Nouell. 70. περὶ βουλευτῶν.
e vt in d. Nouell. 70.
C. de magiſtratibus munic. ff. de magiſtratib. conueniendis.
f in l. ſi duas. 6. §. decet autem. ff. de excuſ. tut.
g lib. 10.
h lib. 2. de ędif. Iuſtin.

quinque uiri uocati, varijſque nominibus appellabantur. Athenis ἄρχοντες[i] qui mortuo Codro Rege 9. ſunt creati D. Auguſt. de ciuitate Dei. lib. 18. capit. 20. Neapoli Demarchi id eſt populi principes, in Latio dictatores, aut ædiles uocabãtur.[k] Spartianus: In Hetruria, inquit, præturam egit, per Latina oppida dictator, & ædilis, & duumuir fuit. apud Neapolim Demarchus, in patria ſua quinquenalis. Hæc ille. Erant & quatuor uiri, ſed ut[l] plurimum duumuiri creabãtur. Summus decurionum & ciuitatis hic erat Magiſtratus, niſi alia alicuius loci fuiſſet conſuetudo. Vlpianus,[m] Scribantur ait, decuriones eo ordine, quo quiſque eorum maximo honore in municipio functus eſt, ut puta, qui duumuiratum geſſerunt, ſi hic honor pręcellat: Hæc ille. Nec alij quàm decuriones duũuiri creari poterãt. Paulus.[n] Is, inquit, qui non ſit decurio duũuiratu, uel alijs honoribus fungi non poteſt: quia decurionum honoribus plebeij fungi prohibentur. Vlpianus.[o] ſi filiuſfamilias, ait, duumuir, rem pupilli ſaluam fore caueri non curauit, de peculio pater tenetur, nec quicquam refert uoluntate patris decurio factus ſit. Nec ex omnibus decurionibus, ſed ex potioribus tantum eligebantur. Paulus,[p] Honores, inquit, & munera, non ordinationi, ſed potioribus quibuſcunque iniungẽda ſunt, Ordinationem uocat inferiores, ſicut in ordinem redigi dicuntur, qui deprimuntur. Cum igitur ex decurionibus duumuiri eligerentur, Alexandrini ſub Regibus viuere ſoliti Decurionibus carebant, nec duumuiros creabant: ſed ius dicentem a Cæſare accipiebant, qui Iuridicus Alexandriæ uocabatur,[q] & erat pro aliarum ciuitatum duumuiris; nam ſæpè comparantur: & ideò vtriſque, certis caſibus, tutores dandi facultas pariter tribuitur.[r] In hoc tamen differebant, quod de omnibus cauſis ciuilibus etiam maximis Iuridicus cognoſcebat, Duumuiri minimas tantum iudicabant. Strabo[s] enim ſcribit, qui Alexandriam mittitur, prefectus Auguſtalis Regis ordinem gerit, ſub eo eſt δικαιοδότης id eſt Iuridicus, qui maximã in iudicijs poteſtatem habet. Nam uelut is, qui a Cæſare creabatur de omnibus ciuilibus cognoſcebat quod Duumuiris non tribuebatur, qui ab ordine fiebant: hactenus Strabo. Seuerus uero Imperator Alexandrinis decuriones conſtituit. Spartianus.[t] Deinde, inquit, Alexandrinis ius bulentarum id eſt curialium dedit, qui ſine publico conſilio, ità ut ſub Regibus anteà uiuebant uno iudice contenti, quem Cæſar dediſſet: Iuridicum intelligit, quem unum ad differẽtiam Duumuirorum uocat. Curia itaque Alexandrinis conceſſa, quinq; ſummates haberet cępit. qui cunctis ciuitatis honoribus functi, cęteros dignitate pręcellebãt.[u] Quædam quoq; ciuitates in Italia, quæ ueniente in Italiam Annibale a Romanis defecerant, iure curiæ priuatæ, duumuiros creare non poterant: ſed aliquæ à populo Rom. quotannis

Præfectos

i l. pars literarum. 48. ff. de iudic.
K in Hadriano.
l l. unic. C. de ſolut. & liber. debit. ciuitatis.
m in l. 1. ff. de albo ſcriben.
n in l. honores. 7. §. is qui. ff. de decret.
o l. 3. in fi. ff. de peculio. & in l. 1. §. ul. ff. de magiſtrat. conueniend.
p in d. l. honores. 7. ff. eo.
q tit. C. de offi. Iuridici. Alex.
r l. ſancimus in curationib. 30. C. de epiſcopali audiẽt. §. nos autem. Inſtit. de Atil. tuto.
s libr. 17. Geograph.
t in Seuero.
u l. quinq; ſummates. 57. C. h. t. & l. 56. C. e.



Præfectos ſuffragijs creatos accipiebant, quæ erant X. Capua, Cumæ, Caſilinum, Vulturinũ, Liternum, Puteoli, Axetræ, Sueſſala, Attela, Calena. Aliæ a Prætore vrbano, vt Fundi, Formiæ, Cære, & alia relata à Feſto.[a] Sed vt ad Duumuiros reuertamur, hi ſunt qui in Iure magiſtratus municipales vocantur.[b] In quo grauiter errauit Accurſius, magiſtratus municipales caſtrorum, aut villarum, vt appellat, præfectos eſſe exiſtimans;[c] ita magiſtratuũ municipalium tractatũ interpretatus, ſed hallucinatur. nullus enim olim in pagis magiſtratus reperiebatur: cum ſolę ciuitates forum haberent, vt ex Pauſania, & alijs ſupra retuli. & Conſtantinus in ciuitatibus tantum duumuirilitatem fuiſſe ſcribit.[d] Hi etiam ſimpliciter magiſtratus appellãtur,[e] vt Theophilus tradit,[f] ita etiam D. Lucas[g] magiſtratus Philippenſium nominat, quandoque ἄρχοντες[h] dicuntur. Solum Arpinum pro duumuiris habuit ædilem. Cicero[i] ædilem filium meum fieri volui: Is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſolet. Lanuuium dictatores habebat.[k] Spartianus,[l] per Latina oppida, dictator, ædilis, & duumuir fuit. Capua, & Conſtantinopolis prætorem, quem populi prætorem Iuſtinianus appellat. Pro vſu enim locorum, diuerſa nomina, & officia nanciſcebantur: omnes tamen communi vocabulo magiſtratus appellabantur; quod nomen ijs etiam qui imperium habent tribuebatur.[m]

Eadem forma in eligendis duumuiris, quæ in creandis decurionibus obſeruabatur; hoc excepto, quod duumuiri tribus ante, aut pluribus menſibus, quàm magiſtratum inirent, nominabantur: vt ſi forte iuſtam recuſandi honoris cauſam habuiſſent, alij eorum loco cõgruo tempore ſubſtitui poſſent.[n] Calendis vero Martijs magiſtratum nominabant, inquit Conſtantius,[o] vt ſplendidiorum honorum, munerumq, principia, primo tempore curentur. Tenebanturque electi fide iubere ſe rempub. recte, & ex bona fide adminiſtraturos,[p] & inuiti magiſtratum ſubire cogebantur.[q] Vnde Arcadius Chareſius,[r] iudicandi, inquit, munus perſonale eſt, ad quod vel nolens compellitur. Et ſi ad magiſtratum vocatus fugiſſet, amiſſione bonorum plectebatur, præterea biennio officio fungi compellebatur.[s]

Duumuiri a numero duorũ dicti, exemplo duorum Rom. Coſſ. creabantur, quos olim intra propriæ ciuitatis territorium, lictores, non cũ faſcibus, vt Coſſ. ſed virgis aut bacillis præibant. Cicero,[t] Nam primum ait, cum ceteris in colonijs duumuiri appellentur, hi ſe prætores appellari volebant. & infra, anteibant lictores non cum bacillis: ſed vt hic, prætoribus anteeunt cum faſcibus duobus: Hæc Cicero. D. quoque Lucas,[u] magiſtratus Philippenſium prætores nuncupatos lictores cum faſcibus habuiſſe ſcribit. Poſtea omnes faſcibus uti cæperũt. Theodoſius,[x] Duumuirum, inquit,

a in verb. præfecturæ.
b l. fi. C. de iud. l. in honorarijs; 35. in fi. ff. de oblig. & action. l. magiſtratus. 25. & l. ſeq. ff. ad municip.
c in rubr. C. de magiſt. munic.
d l. 1. C. de natu. lib.
e l. 1. & 2. C. de magiſtr. munic.
l. ſi duas. 6. alias incipit, Athletę. §. remittũtur. l. ſpadonem. is. §. ſi ciuitatis. ff. de excuſ. tut.
f in §. ſed hoc iure. & §. fi. Inſt. de Atiliano tut.
g 16. Act. Apoſtolor.
h d. l. pars literarum. 48. ff. de iudic.
i 13. epiſt.
K Cic. pro Milone.
l in Hadriano.
m l. eũ qui. 13. ff. de iur. om. iu.
n l. 1. C. de magiſt. mun. l. 28. C. T. de decur.
o d. l. 28. C. T. decur.
p l. fi. ff. ad mu.
q l. ſi ad magiſtratũ. 18. C. h. t.
r in l. fin. §. iudicandi. ff. de muner. & hon.
s d. l. ſi ad magiſtratum. 18. C. e.
t in Rullum.
u 16. Act. Ap.
x l. duumuirũ. 53. C. e.

impune nõ licet extollere poteſtatem faſcium extra metas territorij propriæ ciuitatis. Duumuirum autem dicit in ſingulari, non Duumuiros, quia & ſi duo erant, vnum tamẽ magiſtratum adminiſtrabant, ſeu vnius iudicis vicem ſuſtinebant:[y] aut quia ſicut Coſſ. ſinguli alternis diebus 12. faſcibus vtebãtur, ita duumuiri alternatim duos faſces præmittebant. Prætexta quoque, ideſt, limbo purpureo circundata toga induebantur. Liuius,[z] Purpura, ait, viri vtimur prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotijs, liberi noſtri prætextis purpura togis vtuntur. Magiſtratus in colonijs municipijſque togæ prætextæ habendæ ius eſt: nec id vt viui ſecum habebant id inſigne, ſed etiam, vt cum eo crementur mortui. Hæc ille. Creati Duumuiri olim populo munus gladiatorum edebãt, ideſt aliquot paria gladiatorum ad certamen committebant, vt ex infraſcripto Apuleij loco, & marmoribus conſtat. Plinius ad Traianum[a] ſcribens auctor eſt, cum inibant magiſtratus ſolitos fuiſſe ſingulos, aut binos decurionibus denarios elargiri, qui ineunt, inquit, magiſtratum, ſolent totam bulen, atque etiam ex plebe non exiguum numerum vocare, binoſque denarios vel ſingulos dare. Hæc ille. Olim Duumuiri ob dignitatis ſplendorem cum uili abiectaque muliere matrimoniũ contrahere non poterant;[b] quod hodie eſt abrogatum,[c] vſque ad certam vero ſummam iudicabant,[d] nec ea, quæ magis imperij ſunt, quam iuriſdictionis, exercere poterãt,[e] veluti in integrum reſtituere, aut bona rei ſeruandæ cauſa iubere poſſideri, aut dotis ſeruandæ cauſa, vel legatorum ſeruandorum[f] conuenire tamen inter litigantes poterat, vt de re maiori apud magiſtratus municipales agi poſſet.[g] conſtat etiam[h] eos conficiendarum actorum poteſtatem habuiſſe: acta autem nihil aliud ſunt, quam quę apud Iudicem, vel cauſalitium, vel probandi ſcribuntur,[i] quæ olim aſtantibus tribus curialibus fiebant,[k] quod Iuſtinianus ſuo Codici inſeri noluit,[l] Pignora etiam capi ob rei iudicatæ executionẽ Duumuiri iubebant.[m] Hoc autem iudicandi munere quandoq; quinquennio fungebantur, qui quinquennales in marmoribus vocãtur, in quibus ſæpiſſime legitur, II. VIR. I. D. id eſt, Duumuir iuri dicẽdo, vt Tergeſti, L. VARIO PAPIRIO PAPIRIANO VII. IR. I. D. Q.Q. PRAEF. ET TERGESTE FLAM. HADR. PONT. AVGVR. COLLEGIVM FABRVM PATRONO MERENTI. L. Papirius Duumuir quinquennalis, ideſt, integro quinquennio iudicaſſe, & Flamen ſeu ſacerdos Hadriani fuiſſe ſignificatur. Idem Corinthi obſeruatum fuiſſe Apuleius[n] tradit. Thyalis, inquit, oriundus patria Corintho gradatim per menſis honoribus quinquẽnali magiſtratu fuerat deſtinatus, & vt ſplendori capeſcendorum reſponderet faſcium, munus gladiatorum tri-

duanis

y l. magiſtratus 25. ff. ad mun.
z lib. 4. deca. 4.
a epiſt. 82.
b l. 1. C. de natur. lib.
c in auth. quib. mod. natu. effi. ſui, ſeu Nouell. 89. in fin.
d l. 4. §. ſi forte. ff. de dam. infec. l. 28. ad mun.
e l. ea quæ. 26. ff. ad munic.
f d. l. 26.
g l. inter 28. ff. d. t.
h in l. 2. C. de magiſtr. mun. l. curent. ff. de teſtib. l. iubemus. c. de defen. ciu. l. 1. c. de off. iur. Aleſ.
i glo. in l. acta. 45. ff. de re iud.
K l. 151. C. Th. de decur.
l l. 2. C. de magiſtr. mun.
m l. queãdmodum 29. §. pen. ff. ad l. Aquil.
n in 10.

duanis ſpectaculis pollicitus, latius munificẽtiam ſuam protendebat. Hęc ille. alibi legitur. PRAE. I. D. id eſt, Præfectus iuri dicendo. In quibuſdam uerò municipiis IIII. viri iudicabant, ad quos quandoque Alexãder Imp. reſcripſit.[a] Et in vetuſto ſaxo Bergomi legitur. C. CORNELIO C. F. VOT. MVNICIANO PRAEF. COH. PRIM. DAMASC. TRIB. MIL. LEG. III. AVG. PRAEF. FAB. CVRATORI REIP. OTESIMORVM IIII. VIR. I. D. PONTIFICI FLAMINI IN DIVI CLAVDII BERGOMI PATRONO PLEBS VRBANA.

Seruos etiam Duumuiri modicè tamen caſtigabant; liberos uerò puniẽdi nullum ius habebant ut aliquis uolunt ſed Accurſius[b] aliud cenſuit, virgis enim delinquentes cedere, & in vincula duci iubere poterant nam D. Lucas[c] a magiſtratibus Philippenſium D. Paulũ & Silam virgis caſos, & in vincula ductos ſcribit, & mane dimiſſos. Itaque carceribus manci pandi, & innocentes dimittendi facultatem habebant. Vlpianus,[d] ſi fugiuum, inquit, meum quis quaſi ſuum a Duumuiro, uel ab alijs, qui poteſtatem habent de carcere uel cuſtodia dimittendi acceperit, an is furti teneatur,[e] & placet, ſi fideiuſſores dederit, in eos domino actionem dandam. In actis quoque martyrum legitur magiſtratus municipales chriſtianos in vincula conieciſſe;[f] Lyſias, inquiunt, ſedens pro tribunali, dixit. Adducãtur examini meo chriſtiani, qui huius vrbis magiſtratibus traditi ſunt ab officio. Eulalius Commentarienſis dixit, iuxta præceptum tuum domine, quos huius urbis magiſtratus comprehendere potuit, chriſtianos offert tres pueros fratres, & duas fœminas: hactenus acta. Præterea tutores Duũuiri dare poterant, ſi pupilli facultates quingẽtos ſolidos non excedebant.[g] ditioribus uerò pupillis tutoribus a Præſidibus datis, ſatiſdationes ſuo periculo exigebant.[h] ſi enim minus idonei fideiuſſores fuiſſent, de ſuo damnũ pupillis reſarciebant.[i] In quibuſdam etiam ciuitatibus uindicta manumittebant, ut manumiſſos ciues Romanos facerent: Nam alio modo manumiſſi latini liberti fiebant.[k] pro ciuitate præterea Duumuiri contrahebant. Paulus.[l] In duumuiros, inquit, & rempublicam etiam poſt annum actio datur ex cõtractu magiſtratuum municipalium. Iidem pecuniam ciuitati relictam exigebant,[m] quod ſi neglexiſſent, de ſuo reſarcire tenebantur. Cum itaque omnibus ciuitatis negocijs impliciti reperirentur, ſi alicui minori tutores, aut curatores dati fuiſſent excuſabantur.[n] Dum uerò magiſtratu fungebantur, nec contrà alios agere, nec ipſi ab alijs conueniri poterant, ut Græcè Hadrianus reſcripſit,[o] qui non de ſolis Athenienſiũ magiſtratibus loquitur, ut Alciatus[p] credidit, nec de prætoribus, aut præſidibus, ut alij opinantur, ſed de omnibus magiſtratibus municipalibus, qui a Græcis ἄρχοντες uocabantur. Duumuiri & ſi alicubi quinquennales fiebant plurimum tamen uno tantum anno magiſtratum exercebant, ſicut & alij qui munera publica obibant, ut ſuſceptores.[q] Quod etiam ſignificat præfatum Hadriani reſcriptum,[r] ἄρχοντες, inquit, quo anno cum imperio ſunt, neque propriam, neque eorum quorum tutelam uel curam gerunt, cauſam in iudicio, uel agendo, uel defendendo, ſuſtinento. Duumuiris infimos ciuitatum iudices comparare poſſumus, etiamſi non eandem pleriſque in locis auctoritatem habeant.

## DE DEFENSORIBVS CIVITATVM. Cap. IX.

PRIMVS poſt Duumuiros in urbe erat defenſor ciuitatis, a Iuſtiniano[s] & Theophilo[t] Græcè ἔκδικος appellatus. Hermogenianus[u] ſyndicum interpretatur. Defenſio ciuitatis, inquit, id eſt ut ſyndicus fiat, munus eſt perſonale. Ita etiam nominat Arcadius,[x] defenſores, ait quos Græci ſyndicos appellant pro repub. agebant & conueniebantur. Oecumenius[y] in Aſia agoræos dictos fuiſſe ſcribit. Hi quãdam antiquorum Tribunorum plebis imaginem referebant, quemadmodum & Duumuiri, cõſulum. Ex decurionibus enim creari non poterant. Valentinianus.[z] Defenſores, inquit, ciuitatum non ex decurionum ſeu cohortalium corpore, ſed alijs idoneis perſonis huic officio deputentur. Ob idque defenſor plebis quandoque nominatur:[a] Nam in primis plebem ipſam, ac totam etiam ciuitatem ab iniurijs, & oneribus defendere tenebatur, prout eius nomen indicabat,[b] Sed uidendum eſt qui eligerentur defenſores, a quibus, quam auctoritatem haberent, deinum quanto tempore in hoc officio permanerent. Ex nobilioribus & ditioribus urbis ciuibus a decurionibus unus poſt alium defenſores eligebantur ita ut ſinguli in orbem ſua uice officio fungerentur. Quod et ſi olim obſeruatum fuit, cum poſtea infimi creari cœpiſſent, renouauit Iuſtinianus,[c] ut rurſus grauiores ciues crearentur.

Ad eligendos defenſores ciuitatis Antiſtes clerici, curiales, alijque nobiliores conueniebãt, & eorum iudicio orthodoxus nominatus defenſor à Præfecto prætorio cõprobabatur. Theodoſius A.[d] Defenſores, ait, ita præcipimus ordinari, ut ſacris orthodoxæ religionis imbuti myſteriis, reuerendiſſimorum Epiſcoporum, nec non clericorum & honoratorum, ac poſſeſſorum & curialium decreto conſtituantur: de quorum ordinatione referendum eſt ad illuſtriſſimam prętorianam poteſtatem, ut litteris eiuſdem magnificæ ſedis eorum ſolidetur auctoritas. Honoratos autem nominat

uiros,

a in l. unic. C. de ſolu. & lib. debi. ciuit.
b l. magiſtratibus 12. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi priuatus. 17. §. 1. ff. qui & a quib. man. l. itẽ apud labeonem 15. §. adijcitur, & l. ſed ſi unius 17 §. 2. ff. de iniur. Nouella 15. cap 6. l. 17. ff. ad l. Aquil.
c in d. l. magiſtratib. & alijs ſupra citatis.
d in d. cap. 16. actu. apoſto.
e in l. ſi quis uxore 52. §. ſi fugitiuũ ff. de fur.
f apud Surium 23. Augu.
g §. pen. inſti. de Atil. tut. l. 3. ff. de tuto. & cura. da. ab his, l. ſancimus in curationibus 30. C. de epiſ. audien.
h §. ult. de ſatiſdat. tutor.
i ff. & C. de magiſtr. cõuenien.
k l. ult. C. de manumiſ. uind.
l in l. in honorarijs 35. in fi. ff. de obligat. & actionib.
m l. ul. §. 2. ff. ad municipal. l. fin. C. ut in poſſeſ. legatur.
n l. ſi duas. 6. a. his incipit. athletæ. §. remittuntur. ff. de excuſ. tuto.
o in l. pars literarum. 48. ff. de iudic.
p in quarto diſp. punct. l. 1. c. 6.
q l. neminem. 4. C. de ſuſcept. præpoſ. & arca.
r in d. l. 48. ff. de iudic.
C. de defenſoribus ciuitatum.
s in Nouell. 15. d. ſed hoc iure. §. Inſtit. de Atil. tu:
t in l. 1. §. 1. ff. de mun. & honor.
u in l. fin. §. defenſores. ff. d. t.
x in 10. act. apoſtol.
y in l. 2 C. de defenſor. ciuit.
z in l. unic. C. de offic. iurid. Alexan.
a l. 4. C. eod. ti. & in Auth. eod. in princ.
b d. l. 2. & §. ul. Auth. eo.
c Nouella. 15.
d in l. defenſores ita præcipimus. 8. C. e. et in §. inferi. Aut. e.



uiros, qui honorem aliquem conſecuti fuerãt. Poſſeſſores, ditiores ciues. Electus defenſor ciuitatis primum iurabat ſe omnia ſecundum iura acturum:[a] deinde a Præfecto prætorio confirmabatur, cui pro codicillis confirmationis, ciuitas, ſi ex maioribus erat, quatuor ſolidos ſoluebat: ſi ex minoribus tres, Ipſe uerò nihil pendebat: quia nullam mercedem officii accipiebat, niſi aliquid ei ciuitas donare conſueuiſſet.[b]

Pecuniarias cauſas in primis inter ruſticos iudicabat. Valẽtinianus;[c] vtili ratione, inquit, proſpectum eſt ut innocens & quieta ruſticicitas peculiaris patrocinii, id eſt, defenſoris locorum beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniarijs cauſis litigandi habeat facultatem ſed & pauperum aliarumque vilium perſonarum in ciuitate lites dirimebat, vt D. Io. Chryſoſtomus,[d] & Oecumenius teſtantur, εἶδος, inquit, τῶν δικαστῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ εὐτελῶν, οἱ ἀγοραῖοι οἵτινες ἐδίκαζον τοῖς Πένησι, καὶ ἀγοραίοις ἀνθρώποις, διὸ καὶ ἀγοραῖοι ἐκαλοῦντο, ὥσπερ εἰσὶν ἔκδικοι κατὰ πόλεις τινάς, οἱ δὲ Ἀνθύπατοι τῆς τῶν Πλουσίων, ἢ τῶν ἐγκλημάτων δίκης ὑπήκοον, hoc eſt, Agoræi ſunt genus uilium iudicum in Aſia qui pauperes, & uiles iudicabant, quemadmodum ſunt defenſores in quibuſdam ciuitatibus: Proconſules autem diuitum, & criminales cauſas audiunt. Hæc illi. Aliorum etiam ciuium cauſas, olim uſque ad quinquaginta aureos cognoſcebant:[e] Nec pro hac ſumma licebat adire Præſidem prouinciæ, ſed prius apud defenſorem agendum erat, & ab eo ad Præſidem appellandum.[f] Leuiora etiam crimina audire, & punire, ſed grauius delinquentem tãtum in carcerem detrudere poterat, & eum accuſatoris nomine plectendum ad Præſidẽ prouinciæ mittere.[g] Iuſtinianus ad Menam P. P.[h] Neminem volumus, inquit, in cuſtodiam conijci abſque iuſſu illuſtrium vel clariſſimorum magiſtratuum prouinciarum aut defenſorum ciuitatum. Apud eundem teſtamenta, & inſtrumenta, donationeſque inſinuabantur, & iudiciorum acta fiebant, quæ ad eius iuriſdictionẽ ſpectabant.[i] Hæc ab exceptore ſcribebantur, qui ex officio Præſidis prouinciæ in urbẽ mittebatur: peractoque iudicio acta in publicum tabularium deferebantur, archiuum uocatum, cuius Præfectus eorum curam habebat, ne carie exeſa, uel alio modo corrupta perirent.[k] Duo uerò apparitores, defenſoris iuſſa exequebantur.[l] Prætereà ſedandi ciuium tumultus, & defendendæ plebis illi cura incumbebat.[m] Caſſiodorus[n] ait ad eundem ſpectare curam, ne res carius quàm æquum ſit uendantur. Tributorum denique exactoribus aduerſus eos, qui negligentius ſoluebant, opitulabatur, & uelut Præſidis prouinciæ in urbe uices gerebat.[o] Mancipia quoque reipub. atque adeo aliorum perquirere, & reuocare tenebatur.[p] Olim defenſores integro quinquennio magiſtratu fungebantur.[q] ſed poſtea ſtatutũ eſt, ut ſolo biennio in eo officio permanerent, quo finito; alij honeſtiores ciues ſinguli ordine ſuo biennio, hoc munus ſubibant.[r] Hodiè antiquorum magiſtratuum forma ſublata, hi non ſunt in uſu, illis tamen quarundam urbium ſyndicos, aut minores iudices, qui vſque ad certam ſummam cognoſcunt, comparare poſſumus.

## DE SVSCEPTORIBVS VINDICE & *breuibus quadrimeſtribus.* Cap. X.

PRAECIPVA decurionum cura in exigendis tributis uerſabatur: & ideò ciuem eligebant qui tributa exigeret, ſuſceptorẽ vocatum, quòd debita publica ſuſciperet. Is creabatur in curia ciuitatis, eo fere modo, quo & Decuriones: unus enim aut plures ſuo periculo eum nominabant, in quem ſi curiales cõſenſiſſent, acta a tabulario curiæ ſcribebantur, eaque cum nomine ſuſceptoris, & nominantis, qui pro illo tenebatur, ad Præſidem prouinciæ mittebantur. Gratianus A.[s] Exactores, inquit, vel ſuſceptores in celeberrimo cœtu curiæ, cõſenſu & iudicio omnium ſubactorum teſtificatione firmentur: prouinciarumque rectoribus eorum nomina qui ad publicum munus officij editi atque obligati fuerint, innoteſcant: & animaduertant quicunque nominauerint, ad diſcrimen ſuum vniuerſa quæ illi geſſerint redũdare: Hæc ille. Illo igitur ſoluendo non exiſtẽte, curiales qui eum probauerant, pro illo tenebantur.[t] Suſceptor autem aut ex Decurionibus, aut ex plebe eligebatur. Papinianus;[u] Exigendi, ait, tributi munus, inter ſordida munera non habetur: & ideò decurionibus quoque mandatur, quaſi dicat, id non eſt neceſſe, tamẽ & ipſi ſolent creari. Primũ autem ſuſceptoris officium eſt, vt præſente defenſore ciuitatis, cuiuſque iugera & debitum deſcribat.[x] Deinde a quocunque frumenti quinquageſimam, hordei quadrageſimam, uini & laridi uiceſimam exigat;[y] quæ in fiſci horreis condebantur:[z] ac præpoſitis horreorum ſeruanda committebantur. id munus erat perſonale; Arcadius,[a] Qui annonam, inquit, ſuſcipit, uel exigit, uel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus, perſonalis muneris ſolicitudinem ſuſtinent. Exigebat enim & quod pro capitibus a ſingulis ſoluebatur, & alia quæ pro prædijs ſoluebantur.[b] Quotannis etiam a Principe imperata pecunia hoc modo ab eo capiebatur. In primis Tabularij ciuitatum qui ciuium, & poſſidentium nomina in pyctatio deſcripta tenebant, inſpiciebant, quis, & quantum ſoluere teneretur, & contra negligentes apparitores decurionum debitum exacturi mittebantur,[c] qui exacta ſuſceptori dabãt: ſed etſi uariè tributa pro diuerſitate prouinciarum pẽdebantur, omnes tamen in tribus penſionibus hoc à principe indictum præſtabant, nempè Cal. Ianuarij. Maij. & ſub principium menſis Septembris, quo in-

cipiebat

a §. iuſiurandũ. Auct. eod.
b §. quia uerò. in auth. eod.
c in l. 3. C. eod.
d in 20. c. act. apoſt.
e l. 1. C. eod.
f §. & iudicare, in auth. eod.
g l. defenſores. 7. C. eod. §. aud. auth. eod.
h in l. neminem 22. C. de epiſc. audien. quę eſt pars l. ult. C. de cuſto. reor.
i l. penul. 5. e. §. nulla. in auth. e.
k §. præcepta, in auth. eod.
l §. & agi. uerſi. ex prouinciali. d. auth.
m §. deinde. d. auth.
n lib. 3. uariar.
o d. §. deinde.
p l. mancipia. 5. C. de ſeruis fug. l. 1. C. eo.
q l. in defenſoribus. 4. C. eod.
r §. quæ agitur. in d. auth.
s in l. exactores. C. de ſuſceptor. præp. & arcar.
t l. prouidendũ. 23. C. de decurionib. l. 54. C. T. eod.
u in l. libertus. 17. §. exigendi. ff. ad municip.
x ſuſceptores. 10. C. de ſuſceptorib. præp. & arc.
y l. modios. 9. C. d. t.
z l. frumenta. 6. C. eo.
a in l. fin. §. qui annonam. ff. de muner. & hono.
b l. cum poſſeſſ. 5. in fi. ff. de cenſibus.
c l. 1. C. de exacto. tribut. l. miſſi opinatores. 7. C. eo.

cipiebat indictio, vt cauetur conſtitutione Grę ca Codici inſerta, [a] Tripertito, ait, omnia fiſcalia inferantur, ea etiam quæ Armeniaca uocant, uidelicet Kalendis Ianuarijs, & Kalendis Maijs, & ad finem indictionis in tres æquas partes diuiſa. Hæc ille. Suſceptor accepto tributo chirographum ſoluenti faciebat, in quo ſumma datæ pecuniæ, cauſa ſolutionis, nomen ſoluentis, conſul, menſis, & dies præſtiti tributi continebatur. Honorius A. [b] Sed & aurum, inquit, quod ex huiuſmodi contributione redigitur, ita debet ſuſceptori aurario conſignari, ut ſecuritatibus nomen inferentis, dies, conſul, menſis, cauſa, & ſumma comprehendantur. Hæc illæ. Securitas uocatur apocha, & ipſa ſolutio plerunque collatio appellatur. [c] Prædia uero tributa pendere negligentium tanquã iure pignoris principi obligata uendebantur. Papinianus, [d] Pro pecunia tributi, ait, quod ſua die non eſt redditum, quo minus prædium iure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. & licet debitor caueat ſe ſoluturum, non ob id retardatur prædij uenditio. Facta tributorum, aut debitarum functionum ſolutione pecunia arcario committebatur, [e] qui eo modo, quo ſuſceptor eligebatur. D. Paulus [f] Eriſtum Corinthi arcarium fuiſſe ſcribit: Sed in Græco exemplari œconomus, a Iureconſ. adminiſtrator uocatur, quales erant curatores de quibus infrà dicetur. Exacta uerò pecunia non diu apud arcarium manebat, ſed ſtatim ad Præfectum theſaurorum, qui unus in ſingulis prouincijs reſidebat, tranſmittebatur: [g] Indè ad comitem largitionum dirigebatur, Gratianus, [h] Diu, inquit, minimè penes ipſos ſuſceptores maneat facta collatio: ſed ſtatim quodcunque a prouincialibus fuerit exſolutum, ſacris theſauris inferatur. Itẽ Gratianus [i] omnem ait, ſummam auri uel argenti, & reliquarum ſpecierum, quæ ſacris largitionibus ex more penduntur, ſtatim ut exactio fuerit celebrata, ad theſauros vniuſcuiuſque prouincię, uel ad proximos referri ſub obſignatione tabularij, cæterorumque quos ſolicitos eſſe debere præcedentia iuſſa decreuerunt, & theſaurorum prępoſitis cõſignari pręcipimus: vt exindè ad ſacrum comitatum integer omnium titulorum numerus dirigatur: Hæc ille. Nec uerò ſemper aurum in pecunia numerata ad theſauros tranſmittebatur; ſed plerumque in maſſam conflatum, [k] cuius ſingula libra LXXII. aureis reſpondebat. Valentinianus. [l] Quotienſcũque, inquit, certa ſumma ſolidorũ pro tituli qualitate debetur aut auri maſſa trãſmittitur, in ſeptuaginta duos ſolidos libra feratur accepta. Veſtes verò, quas ſingulas, prouinciales pro ſingulis XXX. quandoque pro XX. iugis terræ militibus perſoluebant, [m] ſuſceptor non exigebat, ſed proconſul. [n] In annũ tantum creabantur ſuſceptores, niſi conſuetudo, aut hominum penuria in biennium hoc officium continuare feciſſet. [o] Nec adhoc munus reuerti poterant, niſi prius rationem antè geſtorum reddidiſſent. [p] Noui vero ſuſceptores, non ſolum anni quo creabantur, ſed & reliqua pręcedentis debita tributa exigere tenebãtur. [q] Demũ hoc colligendorũ tributorũ onere Anaſtaſius Imperator decuriones liberauit: In qualibet enim ciuitate exigendis tributis quoſdã præpoſuit quos Vindices vocabãt; [r] quod officium vſque ad Iuſtinianum perſeuerauit. [s] Suſceptor aliquam Quæſtoris Romani imaginẽ habebat, hodie paucis in locis ciuitatum decuriones tributorum exactores creant; ſed ubiq; a Principe quæſtores conſtituuntur, vulgò camerlenghi, aut alio homine appellati.

a l. fin. C. de annon. & trib.
b in l. 1. C. de apoch. public.
c l. diu. 7. C. de ſuſcept. & arca.
d in d. l. cũ poſſeſſor. 5. §. fin. de cenſibus.
e l. vlt. C. de ſuſcept. præpoſ. & arcar.
f in fi. ad Romanos.
g l. 1. C. de canone largit. tit.
h in d. l. dici. 7. C. de ſuſcept.
i in d. l. 1. C. de can. larg. tit.
K l. 12. & 13. C. T. eod.
l in l. quotieſcũque. 5. C. de ſuſcept.
m l. 2. C. de milit. ueſte.
n l. humiliorib. 24. C. de ſuſcep.
o l. neminem. 4. C. d. t.
p d. l. neminẽ. 4.
q l. ſuſceptores. 3. C. eo.
r Euagr. li. ſacr. iſtit. 3. cap. 42. Niceph. libr. 16. cap. 44.
s Edicto. 8. §. παντῶν των.

## DE CVRATORE REIPVB. Cap. XI.

HABEBANT ciuitates fundos, ędes, aut pecuniã, quã in tuto, aut apud negociatores collocabant, [t] quibus aliquem adminiſtratorẽ præfici oportebat: & ideò ob hanc cauſam a decurionibus creabatur reipub. curator, aut procurator uocatus, qui non fiſci, aut Principis pecuniam, vt ſuſceptor, ſed ipſius ciuitatis res adminiſtrabat; quod & ipſum munus publicum erat. Hic alio nomine logiſta dicebatur, Gordianus A. [u] Curator, inquit, reipublicæ (qui Græco vocabulo logiſta nuncupatur) multandi ius non habet. Hoc autem nomen ſortitus eſt, auctore Suida, [x] quia rerum ciuitatis arbiter erat, & æſtimator, ſeu cenſor: vel potius quia cum res ciuitatis adminiſtret, ſupputãdi rationẽ tenere debebat. Plinius epi. 15. lib. 7. actorẽ publicũ appellat: agrũ, inquit, ex meis actori publico publicè mancipaui, eundẽ uectigali impoſito recepi. Is quemadmodũ & alij ex decurionibus eligebatur, cuius præcipua cura erat, pręediorum ciuitatis reditus colligere. Arcadius Iuriſc. [y] Sed & curatores, ait, qui ad colligendos ciuitatum publicos reditus eligi ſolent, perſonali munere ſubiguntur: publicorum enim prædiorum cura inter perſonalia munera connumeratur. [z] Idem prædia ciuitatis locabat, quod in quinquennium fieri conſueuerat. [a] Res quoque reipub. a priuatis occupatas vendicare tenebatur [b] & ædes publicas & balnea quę reſtauratione indigebant redemptoribus ſarciẽda locabat [c] aut ipſe refici iubebat. [d] Damnum enim ſua culpa reipublicæ illatum, de ſuo reſarcire tenebatur. Idem iuſtum pretium rebus uenalibus ſtatuebat, ut Caſſiodorus memorat. [e] curabat & commeatum exercitui ſuppeditari quem copias appellari Duarenus autumat. [f] Proſpiciebat etiam ne urbs ædificijs deformaretur, collapſa enim ciuium ędificia reſtitui iubebat. Paulus [g] ad curatoris, inquit, reipublicæ officium ſpectat, ut dirutæ domus à dominis extruãtur: Domum [h] ſumptu publico extructam, ſi dominus ad tem

pus



pus pecuniam impenſam cum uſuris reſtituere noluerit, iure eam reſpublica diſtrahit. Hæc ille. Prohibebat præterea ne publica loca occuparentur, aut deuaſtarentur, ipſe uerò nemini concedere poterat, [a] niſi lex municipalis id illi permiſiſſet. [b] In omnibus denique locis, ita totam ciuitatem referebat, vt in publico ædificaturus, ſi hoc procuratori denunciaſſet, ipſi reipublicæ denunciaſſe cenſeretur. [c] Nam quod ei interdicitur, reipublicæ interdictum eſſe uidetur. Sed ob hæc procuranda pleriſque in locis proprius magiſtratus creabatur, ædilis a Papiniano uocatus. [d] Reipublicæ quoque creditoribus debitum ſoluebat. Vlpianus, [e] Grani, ait, æſtimationem per iniuriam poſt emptionẽ ablati, quæ rationibus publicis refertur, curator reipublicæ domino reſtitui iubeat. Ex quibus uerbis aliquam iuriſdictionem habuiſſe videtur. pecuniam denique publicam ipſe collocabat, aut exigebat, non etiam fœnerabatur: quia id præfecti Kalendarij munus erat. [f] is & alij curatores quotannis adminiſtrationis ſuæ rationem reddere tenebantur, & factas impenſas oſtendere, actis publicis inſinuare, [g] & eo modo tutus a moleſtia reddendæ rationis fiebat. Plures quandoque curatores creabantur, cum Papirius Iuſtus [h] ſcribat, curatorem reipublicæ collegæ nomine teneri, ſi eum malè agentem prohibere potuit, & non fecit. In expediendis publicis difficultatibus reipub. curator, aſſeſſores & Iureconſ. vocabat, quorum conſilio utebatur, ne aliquid fortè cõtrà ius, uel temerè faceret: & ut aliorum etiam opinionem audiret: & iſtud eſt conſilium curatoris reipub. cuius Papinianus meminit, [i] In conſilium, inquit, curatoris reipublicæ uir eiuſdẽ ciuitatis adſidere non prohibetur. Sed fortè intelligit de cõſilio ciuium adhoc electorum, cũ ſeruus reip. erat manumittendus. Curatoris Reip. in vetuſtis marmoribus frequens eſt mẽtio, legitur enim Brixiæ, P. CLODIO P. F. FAB. SVRAE. Q. FLAMINI. DIVI TRAIANI PONTIFIC. II. VIR. QVINQ. TRIB. LEG. II. ADIVTRIC. PIAE FIDELIS CVRATOR. REIP. BERGOM. DATVS AB IMP. TRAIANO CVRATOR REIPVB. COMENS. DATVS AB IMP. ADRIANO COLLEGIA FABROR. ET CENT. Peruſii quoq; C. VRBIO. C. F. L. N. TROGALLO PROCVLEIANO PATRONO ET CVRATORI, R. P. VERONENSIVM.

Alexandrum Imperatorem XIIII. Romæ vrbis curatores feciſſe Lampridius ſcribit. Fecit, inquit, Romæ curatores vrbis XIIII. Sed ex coſs. viros, quos audire negocia urbana cũ Præfecto vrbis iuſſit, ita vt omnes, aut magna pars adeſſet cum acta fierent. Curatoris reipublicæ munera hodie in plura ſunt diuiſa, ideo nullus facile ei conferri poteſt. Apud nos iudex viarum, & theſanrarius, & ſyndicus, eius officio funguntur.

a l. prohibere. 3. §. plane. ff. quod ui aut clã.
b d. §. plane.
c l. aut qui aliter. 5. §. item ait. ff. quod ui aut clam.
d lib. quem de ædificio Græcè compoſuit, l. 1. ff. de uia publi. l. qui inſulam. 30. §. 10. ff. locati. l. vl. §. Irenarchę. ff. de munerib. & honorib.
e l. 2. §. grani. ff. de adminiſt. rer. ad ciui. pertinẽt.
f l. fin. §. 2. ff. de mun. & honor. l. ul. §. 7. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert.
g in d. l. ult. §. 8. de admin. rer. ad ciuit. pert.
h l. ult. ff. de offic. aſſeſſor.
i l. de his. C. de epiſc. aud.

## DE CVRATORIBVS ANNONæ. Cap. XII.

CVM victus cauſa velut ciuitati per quam neceſſaria; in primis eſſet procurãda, a decurionibus olim annonę curator creabatur qui eius ſolicitudinem haberet, pecuniamque publicam adhunc uſum emendumque frumentum reponebat, quod æquo pretio inter egẽtes diuidebatur. Papirius Iuſtus, [k] Pecuniam, inquit, ad annonam deſtinatam, diſtractis rebus curator exigere debet. Nec modo frumenti, ſed & olei emendi curam habebat Hos Græci σιτῶνας κὶ ἐλαιεμπόρυς vel vt in Pandectis Florentinis legitur ἐλαιῶνας appellant. Papirius [l] Sitonas uocat, quos inquit indemnes eſſe oportet, qui nõ ſegniter officio functi ſunt. De his Alexãder intelligit. [m] cum ait, ex frumenti uel olei publica pecunia nõ fit compenſatio cum his quæ Reſpub. debet. Latinè frumẽtatores dici poſſunt. Hoc munus Modeſtinus [n] ſitoniam & eleoniam id eſt frumenti oleique emendi curam appellat. Ita & Vlpianus [o] cum ſcribit, ſextum decimum ætatis annum agentem ad munus ſitoniæ uocari non oportere. Inter munera quoque perſonalia ſitoniam Arcadius Iuriſconſ. [p] recenſet. Hi curatores officium apparitorũ habebant, cui præerat centurio vehendi, condendique frumenti curam habens, & ſi cullei ad vſum frumenti defuiſſent, eos etiam inuitis ciuibus auferebat. Scæuola [q] culleos, inquit, cum Seius in horreo haberet, miſſus ex officio annonæ centurio, culleos ad annonam ſuſtulit, ac poſtea inſtantia creditoris recuperati ſunt. Hæc ille. Vnde annonæ pręfectos aliquam ditionem & officium habuiſſe conſtat, quod de Præfecto annonæ Romæ intelligo, qui etſi anteà magiſtratus nõ eſſet, [r] poſtea tamen aucta eius auctoritate, in negotiatores annonæ & tritici, hordei uel ſimilium ius dixit. [s] Quod & ad aliarum ciuitatum curatores eſt trahendum. Empto frumento decuriones quoſdam ędiles dictos eligebant, qui illud inter plebem diuiderent. Papinianus, [t] condemnatus, inquit, quod arctiorem annonã ædilitatis tempore præbuit, frumentariæ pecuniæ debitor nõ videtur. Hæc ille. Iſtud munus perſonale erat, in quo nulla propriæ pecuniæ impenſa facta perſonæ tantum laborem curatores ſuſtinebant. Arcadius, [u] qui, inquit, annonam ſuſcipit, uel exigit, uel erogat, & exactores pecuniæ pro capitibus, perſonalis muneris ſolicitudinem ſuſtinent. Sed & Hermogenianus [x] annonæ diuiſionem inter perſonalia munera recenſet. Diſtracto frumento pecunia ſtatim ciuitati reſtituebatur. Vlpianus [y] ad frumenti, inquit, comparationem pecunia data re

ſtitui

k in l. ult. §. item reſcripſerunt. 5. ff. de admin rer. ad ciuit. pertin.
l in d. l. vlt. §. itẽ reſcripſerũt. 6. l. final. §. cura quoque. ff. de mun. & hon.
m in l. 3 C. de compenſatio.
n in l. ſi duas. 6. §. eſt autem. Imperatoris. ff. de excuſatio.
o in l. 2 ff. de uacat. & excuſat. mun. et eſt rubrica & l. ult. gręca C. ut nemin. liceat in emptio. ſpecier. ſe excu. & de munere ſitoniæ.
p in d. l fi. §. cura quoq; de muner. & honor.
q in l. ult. §. Titius. ff. de pign. actio.
r l. 2. §. hęc omnia. ff. de ori. iur.
s l. ult. ff. quod cum eo qui in alię. pot.
t in l. ideo 17. de compenſat.
u in d. l. fi. §. qui annonã, de mune. & honor.
x in l. 1 §. C. de mun. & hon.
y l. 2. §. ad frumenti. ff. de adm. rer. ad ciuita. pertin.

ſtitui ciuitati nõ compenſari in erogata debet. Nec frumentum vilius, quàm tempus annonæ exigebat, vendi poterat. Paulus. [a] Decuriones ait, pretio viliori frumentum, quàm annona tẽporalis exigit, patriæ ſuæ præſtare non ſunt cogendi, & ſi carius, quàm temporis conditio poſtulat, curator vendidiſſet, multabatur. [b] ſi aliqua fortè magna inopia opprimebatur ciuitas, alias vrbes iuſto pretio illi frumentum conferre Princeps cogebat. [c] Minor annis 25. adhoc munus non eſt eligendus. Vlpianus, [d] Sextum decimum, ait, ætatis annum agẽtem ad munus ſitoniæ vocari nõ oportet; Sed ſi nihil propriè in patria ſeruatur, de minoribus quoque annis vigintiquinque ad munera ſiue honores creandis iuſta ętas ſeruanda eſt. Sentit his verbis nulla ratione agẽtem an. XVI. ad id munus vocandum, ſed vbi non eſt contrarium ius, vel cõſuetudo, nec minorem annis XXV. annonæ eſſe præficiendum. Diu a decurionibus hic curator eſt electus, poſteà placuit, vnum ex officio apparitorũ Præſidis, iudicio epiſcopi, & primatum ciuitatis adhoc munus creari. [e] Hoc officium in pluribus ciuitatibus minus frequentatur, niſi vbi magnæ penuriæ tempus ingruit.

a. in l. decuriones 5. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. vlti. ff. de l. Iulia. de annona l. 8. non debere. ad municip.
b l. 2. ff. de annona.
c l. 1. & 2. C. vt nemi. lice. in coempt. ſpecier.
d l. 2. de vaca. & excuſ. mun.
e l. vlt. C. ut nemin. lice. in emptic. ſpecier. ſe excuſ. quæ gręca eſt cõſtitutio.

## *DE EPISCOPIS. Cap. XIII.*

NON minima in vrbe cura erat, vt panis, aliæque res ad victum quotidianum neceſſariæ non adulterarentur, & iuſto pondere aut menſura venirent, & ideò huic muneri ab ordine Decurionum ciuis præficiebatur, quem epiſcopum id eſt inſpectorem appellabant. Arcadius [f] Epiſcopi, inquit, qui præſunt pani, & cęteris venalibus rebus, quę ciuitatum populis ad quotidianũ victum vſui ſunt, perſonalibus muneribus fungũtur. Alij erant epiſcopi quos ſolebãt Athenięſes ad ſubditas ciuitates mittere, ut auctor eſt Suidas, qui quid apud quẽq; populũ ageretur, obſeruarent, ac diligẽter inſpicerent: apud quos ſummum rerum arbitrium erat. Cic. [g] Ego negotio præſum, non turbulento, vult enim Pompeius eſſe, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & negotij ſumma referatur: Hæc ille. Hinc noſtri antiſtites & ipſi epiſcopi tanquàm omnium ſpeculatores ſunt vocati. Romæ venialium rerum cura ad ędiles pertinebat, quorum munus erat etiam alia inſpicere & curare, id eſt ne res mobiles, ſiuè ſoli, vitioſæ diſtraherentur. [h] Nos hodiè hunc præfectum, Iudicem victualium nominamus.

f l. fi. §. item epiſcopi ff. de mun. & honor.
g ad atticum. libr. 1.
h l. 1. in prin. ff. de ædilit. edict.

## *DE CVRATORE CALENDARII, & diuerſorum negociorum. Cap. XIIII.*

PRAETER prædia habebãt & pecuniam publicam ſingulæ ciuitates, quam fœnori locabant. Gaius, [i] Collegijs, inquit, permiſsũ eſt, ad exemplum Reip. habere res communes, arcam communem, & actorem. Eam autem pecuniam cum opus erat, in vſus publicos conuertebant, & ſæpe, ne ocioſa eſſet, fœnori dabant, cui negociationi proprius ciuis præficiebatur, Calendarij curator dictus. Arcadius Iureconſ. [k] Kalendarij, ait, curatio, & quæſtura, in aliqua ciuitate inter honores non habetur: ſed perſonale munus eſt. Quoniam huic negocio præfecti iniunctum munus recuſare non poſſunt. Calendarij autem nomine hic aliud non intelligitur, quàm pecuniæ publicæ ſub fœnore locandi officium. Veteres enim Calendarij exercitationem pro nominibus faciendis accipiebant. Africanus, [l] Cum quis, inquit Calendarium præſtari alicui voluerit, vtrumne nomina duntaxat debitorum præſtari voluiſſe intelligendus eſt, an vero etiam pecuniam ſi qua ab his exacta, eidem tamen Calendario deſtinata fuerit, & magis puto: quemadmodum ſi exactæ pecuniæ, & rurſus collocatæ eſſent, permutatio nominum nõ perimeret, vel minueret fideicõmiſſum: ita ipſæ quoque pecuniæ, ſi adhuc Calendario, id eſt nominibus faciendis, deſtinatæ eſſent; eidem fideicommiſſo cedere debeant. Calendarium ergo pro nominibus faciendis, hoc eſt debitoribus comparandis accipitur. [m] Vnde ſeruus dicitur debitor domini ex ratione Calendarij, [n] id eſt cauſa pecuniæ fœnori datæ, cuius rei frequens in iure eſt mentio; ubi Calendario præponi dicitur, qui huic negociationi præficitur. Idem Africanus, [o] Eius, ait, qui in prouincia Stichũ ſeruum Calendario præpoſuerat, Romæ teſtamentum recitatum eſt, & Scæuola [p] Calendarium exerceri dicit ab eo, qui hanc artem profitetur, alij librum rationum interpretantur. [q]

Dictum eſt autem Calendarium: quia debitores ſingulis Calendis pro retẽta pecunia uſuras ſoluebant. Hinc in rationum, & chirographorum exemplis, mutuo accepta pecunia, ferè ſemper Calendis reſtitui promittitur [r]. Hæ et menſtruæ uſuræ uocabantur. [s] Calendarij curator non ab ordine decurionum, ſed à Preſide prouinciæ, facta eius morum, & facultatum inquiſitione creabatur: & ob id nullam cautionem, ut alij, præſtat. Papirius, [t] A curatore, inquit, Calendarij cautionem exigi non oportet, cum ex inquiſitione à Præſide eligatur. Plinius quoque Bithyniæ Præfect. ſe id ex officio ſuo facturum Traiano indicat, [u] pecuniæ, inquit, publicæ miniſterio noſtro exactę ſunt & exiguntur, quas uereor, ne ocioſæ iaceant: nam & prædiorum comparandorum, aut nulla,

i l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. l. Gaius. 11. ff. de uſuris.
K l. ult. §. 2. de mun. & honor.
l in l. qui filiũ. 64. de legat. 3.
m ut. ī d. l. ul. §. 2
n l. fi. ff. de peculio.
o in l. eius qui in prouincia. 41. ff. ſi certum petat.
p l. uxorem. 41. §. legauerat. de legat. 3.
q ut Alciatus li. 3. diſp. c. 1.
r l. lecta. 40. ſi cert. pet. & ex multis ll. ſub ti. de uerb. obliga. conſtat.
ſ d. l. lecta. 40.
t in l. ult. §. item reſcripſerunt. 7. de adm. rer. ad ciu. pert.
u epiſtol. 14.



la, aut rariſſima occaſio eſt, nec inueniũtur, qui velint debere Reip. præſertim duodenis aſſibus, quanti a priuatis mutuantur, reſcribit Traianus Plinio vt ſub minoribus vſuris pecuniã collocet. [a] Sed hodię cum iure diuino improbatum ſit fœnus, ac pro infamia id quæſtus genus vulgò habeatur, hoc munus omnino in ciuitatibus ceſſat.

Alij præter hos curatores extra ordinẽ pro ut vſus exigebat, a duumuiris creabantur, uelu ti ſi alicuius debitoris bonorum poſſeſſionem reipub. iuſſu præſidis obtinuiſſet, eorum curator fiebat. Paulus, [b] Sempronij, inquit, qui ex pollicitatione debitor patriæ ſuæ extiterat, bona reſpublica iuſſu Præſidis poſſedit, quorum bonorum magiſtratus reipublicæ tres curatores conſtituerunt qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ vocantur: Hæc ille. Siquando opus extruendum, vel reficiendum erat in ciuitate, eius Curator creabatur, quod & hodiè fieri conſueuit. Vlpianus, [c] Cura, ait, extruendi vel reficiendi operis in ciuitate munus publicum eſt. & idem ſi aliud publicè agendum contigiſſet, obſeruabatur. Hi omnes operum curatores uocabãtur. Arcadius Iuriſconſ. [d] Curatores, inquit, ad extruenda vel reficienda ędificia publica, ſiue palatia, ſiue naualia, vel manſiones deſtinantur, ſi tamen pecuniam publicam in operis fabricã erogent, & qui faciẽdis vel reficiẽdis nauibus vbi vſus exigit, præponuntur, muneribus perſonalibus adſtringuntur. Hæc ille. Manſiones autem erant hoſpitia publica in quibus veredi manebant, vt alibi eſt declaratum. Hi quoq; curatores non a decurionibus, ſed a Præſide prouinciæ creabantur. Vlpianus [e] de proconſule loquens, Aedes, inquit, ſacras, & opera publica circumire inſpiciẽdi gratia, an ſarta, tectaque ſint, uel an aliqua refectione indigeant, & ſi qua cœpta ſint, ut conſummentur, prout vires eius reipublicæ permittunt, curare debet: Curatoreſque operum diligentes, ſolemniter præponere. Hi curatores etiam hodie, cum opus eſt, fiunt. Erant & qui balnea publica calefieri curabant, quibus ex publico adhunc uſum pecunia dabatur. Arcadius, [f] Inter perſonalia, inquit, munera in quibuſdam ciuitatibus numeratur & calefactio publica balnei, ſi ex reditibus alicuius ciuitatis curatori pecunia ſubminiſtretur. Hęc ille. Tertia pars redituum ciuitatis, quæ in fundis conſiſtebant, ad mœnium, & thermarum reſtaurationem deſtinata earũ curatori committebatur. Arcadius. [g] Ne ſplendidiſſimæ, inquit, vrbes vel oppida vetuſtate labantur, de reditibus fundorum iuris Reip. tertiam partem reparationi publicorum mœnium & thermarum reſtitutioni deputamus, Hactenus Arcadius. Curator ergo ædificia balneorum hac pecunia reſarciebat, ligna ad ignẽ accendendum, & oleum ad lumen prębendum parabat. Ante Alexandrum Imperatorem poſt auroram tantum, inquit Lampridius, balnea aperiebantur, & ante ſolis occaſum claudebantur, ipſe oleum eorum luminibus aſſignauit, vt nocte etiam paterent, & Syluas ad accendendum in illis ignem deputauit. Hoc curatore opus non erat, quum thermas publicas Reſpub. locabat; conductor enim ipſe hanc operã præſtabat. Labeo. [h] Quidam, inquit, in municipio balneum præſtandum annuis uiginti numis cõduxerat, & ad refectionem fornacis fiſtularũ, ſimiliumque rerum centum numi ut præſtarentur ei conuenerat, conductor centum numos petebat, ita ei deberi dico, ſi in earum rerum refectionem eam pecuniam impendi ſatiſdaret. Hęc Labeo. valde autem neceſſarius olim erat thermarum uſus, quia cum antiquitus caligarum vſus intra ciuitates non eſſet, [i] & ob id nudis pedibus incedentes ex puluere aut luto ſordes contraherent, quotidie balnea frequentabant. Seneca [k] enim ſcribit ueteres quotidie brachia & crura nundinis ſe totos lauiſſe, & ideo in quocũque oppido publicum balneum reperiebatur, quod vrbis inſigne fuiſſe Procopius tradit. [l] & ubi eorum erat penuria, a teſtatoribus populo exhibenda legabãtur, ut Tiburtibus relicta fuiſſe Scæuola ſcribit. [m] codicillis inquit, ita legauit, Tiburtibus municipibus meis, amantiſſimiſque Sciatis balneum Iulianum iunctum domui meæ, ita ut publico ſumptu hæredum meorum & diligentia decem menſibus totius anni præbeatur gratis: Quæſitum eſt, an ſumptibus refectionibus neceſſarios hæredes præſtare debeant. Reſpondi, uideri teſtatorem ſuper calefactionis & prębitionis onus, de his quoq; ſenſiſſe, qui ad cottidianam tutelam pertineant, quibus balneæ aut inſtruantur, aut denique ſolitas ceſſationum uices parari purgarique ut habiles ad lauandum fierent, ſint ſolitæ. Ex quibus verbis apparet quanta impenſa & labores in balnea fierent, & quàm frequens eorum uſus eſſet: Vnde & hodie nonnulla caſtra & uillæ balnea uel balneola appellantur, in quibus publicè populus lauari conſueuerat. Comitibus ac magiſtris militum a curijs ciuitatum lauacra gratuito præbebantur, quod cum etiam rei militaris comites & tribuni poſcerent, id illis ab Arcadio & Honoriò eſt negatum, ne tot ſumptibus ciuitates onerarentur. [n] Piſtrinis quoque publicis curatores dari ſolebant. [o] Et alij ad compellendos pecuniæ publicæ debitores ut ſoluerent, alij vt uias ſternerent aut aquæductus curarent [p] aut alia opera publica facerent, [q] uel reficerent, quibus ædiles aut Reip. curatores ſufficere non poterant.

Erat & quibuſdam in locis quæſtor. nam etſi reipublicæ curator eius publicam pecuniam adminiſtrabat, quibuſdam tamen in locis proprius miniſter creabatur, qui illi ad vſum publicum conſeruandę præficiebatur, & eius qui olim Romę fiebat exẽplo quęſtor dicebatur, quod & ipſum munus publicum fuit. Romani quæſtoris officiũ erat pecuniã publicam inquirere, & exactam conſeruare. [r] Id aliquę ciuitates

a epiſto. 15.
b l. Lucius. 46. §. Sempronij. de admin. tutor.
c in l. 4. in prin. de mun. & hon.
d in l. vlti. §. hi quoq; de mun. & hon. & l. cum quidã. 17. §. eos ff. de uſur.
e l. ſi in aliam. 7. de offi. proconſ. & legat.
f d. l. ult. §. cura quoq; de mune. & hon.
g in l. ne ſplendiſſimę 11. C. de oper. publ.
h in l. inſulam. 58. §. vlt. locati.
i l. 23. & 4. C. Theo. de habit. quo intra vrb. vti. oport.
K in epiſto. 56.
l in lib. 3 de ædific. Iuſtinia.
m in l. patronus 35. §. vlt. de leg. 30.
n l. 1. C. ne rei milita. comitib. vel tribun. lauacra præſtentur.
o d. l. vlt. §. legati.
p d. l. 1. & d. l. vlti. §. cura.
q d. l. ulti. §. hi quoque.
r l. 2. §. deinde cum ærarium de orig. iur.

tes quæ pecunia abundabant, imitatæ ſuum & ipſæ quæſtorem inſtituerunt: Quod inter munera perſonalia Arcadius [a] recenſet, Calendarij quoque, ait curatio, & quæſtura in aliqua ciuitate inter honores non habentur; ſed perſonale munus eſt; itaque non in omnibus ciuitatibus, ſed aliquibus hoc officium exercebatur. Huius loco ſucceſſit, qui hodie Theſaurarius dicitur.

a in d.l.vl.§.2.

## DE ZIGOSTATE. Cap. XV.

CVM de probitate auri atq; etiam argenti, & pondere plerunque contenderetur, in ſingulis ciuitatibus Libripens vir huius artis peritus & fidelis, quem Græci Zygoſtaten appellabant, erat conſtitutus, qui de monetis ortas controuerſias dirimebat. Iulianus ad Mamertinum. [b] Quoties, inquit, de qualitate ſolidorum orta fuerit dubitatio, placet, quem ſermo Græcus appellat, Zygoſtaten per ſingulas ciuitates cõſtitutum, qui pro ſua fide atque induſtria neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere. Hæc ille, qui modum quoque in appendendo auro conſtitutum tradit. [c] Aurum ait, æqua lance, & paribus libramentis ſuſcipiatur, ſcilicet vt duobus digitis ſummitas lini retineatur. Tres reliqui liberi ad ſuſceptorem emineant, nec pondera deprimant, nullo examinis libramento ſeruato, nec æquis aut paribus ſuſpenſo ſtateræ manentes.

b in l. 1. C. de ponderatæ.

c in l.1. C.The. de ponderatio.

## DE PROCVRATORIBVS METALlorum. Cap. XVI.

Cod. de metalla hoc eſt procuratoribus metallorios.

A Aemilio Lepido, & C. Pompilio Lenate coſs. metalla in Macedoni a primum inſtituta fuiſſe Caſſiodorus ſcribit, quod & in alijs proximis regionibus & Aſia poſteà eſt actum; ad quæ effodienda delinquentes damnabantur, quibus alij præficiebantur metallorum procuratores dicti. Hi ex decurionum numero in prouincijs, vbi metalla fodiebãtur, creabantur: [d] quorum munus erat proſpicere, ut effoſſores debitum vectigal fiſco ſoluerent, cui octo ſcrupulos auri pendebant in balluca id eſt in auro rudi prout eximebatur, non purgato, Græci χρυσάμμους appellant. [e] alibi octo ſcrupulos ſoluebant. [f] In Macedonia, Dacia, Myſia, Dardania, Ponto, & Aſia præcipue metalla effodiebantur. [g] Proconneſſus quoque Propontidis inſula, quam Neuron Plin. appellat: & Gypſus in mari Rubro Cytis a Plinio dicta æris feraces erant; [h] in quas adhunc vſum ſontes deportabantur. Procuratoribus verò comes metallorum preerat, ita Valentinianus Creſconium appellat, [i] quem in illyrico fuiſſe in Notitia Romani Imperij demonſtrauimus. Sed omnibus comes ſacrarum Largitionum imperabat, ad quem hi prouentus deferebantur, [k] quemadmodum in eo diſſeruimus.

d l.4.C. de metall.

e l.1.C.de metalla.

f d.l.1.

g l.4.& 5. C.eo.

h C.de hor.lib. 18.§. 28.eſt autem de miſsis in metalla 22.

i l.2.C.eo.

K ut ex toto tit. C.de metall.conſtat.

## DE SYNDICO. Cap. XVII.

CVM pluribus ex cauſis ciuitates conueniri, & eas cõtra alios agere oporteret, vnus eligebatur, qui uel inuitus hoc munus ſubiret, Latinè actor, Græcè ſyndicus dictus. Gaius. [l] Collegijs, inquit, permiſſum eſt ad exemplum reipublicæ, habere res communes, arcam communem, & actorem ſiue ſyndicum: per quem tanquam in republica, quod communiter agi, fierique oporteat, agatur, fiat. Quæ verba licet alia quoque negocia, quã mouendarum, excipiendarumque actionum ſyndico committere videantur, ob id tamen præcipuè creabatur, cum reipublicæ curator, vt ſupra dictum eſt, alia quotidiana negocia expediret, generaliter autem admouendas, defendendaſque reipublicæ cauſas conſtituebatur. Arcadius Iuriſc. [m] Defenſores ait, quos Græci ſyndicos appellant, & qui ad certam cauſam agendam uel defendendam eliguntur laborem perſonalis muneris adgrediuntur. Ijs adſtipulatur Hermogenianus, [n] quum ait, perſonalia ſunt munera, defenſio ciuitatis, id eſt, vt ſyndicus fiat. Eodem autem munere fungebatur, quo in priuatorum cauſis procurator. [o] Dicitur enim ſyndicus, quod ſimul plurium cauſam agat. Ab vniuerſoque ordine decurionum eligebatur: Vlpianus, [p] Nulli, inquit, permittetur nomine ciuitatis, uel curiæ experiri: niſi ei cui lex permittit; aut lege ceſſante ordo dedit, cum duæ partes, aut amplius quàm duæ.

l l.1.quod cuiuſque uniuerſ.nomin.

m in l.ult.§.defenſores.de mune.& honorib.

n in l.1.ff.e.

o l.1.in fin. & l. item eorum.§§. vlt. quod cuiuſque uniuerſ. nomin.

p l.nulli.3.quod cuiuſque.vn.

Quandoque tamen Decuriones ſolebant duumuiris committere, vt ipſi ad particularẽ cauſam actorem eligerent: & is ab vniuerſo ordine electus eſſe cenſebatur: Paulus. [q] Si decuriones, ait, decreuerunt, actionem per eum mouendam, quem duumuiri elegerint: is videtur ab ordine electus, & ideò experiri poteſt, parui enim refert, ipſe ordo elegerit, an is cui ordo negotium dedit. Sed ſi ita decreuerint, vt quæcunque incidiſſet controuerſia, eius petendæ negocium Titius haberet: ipſo iure id decretum nullius momenti eſſe. quia non poſſit videri de ea re, quę adhuc in controuerſia non ſit, decreto datam perſecutionem. & ſubijcit. Sed hæc omnia hodie per ſyndicos ſolent ſecundum locorum conſuetudinem explicari. Sentit creatum ſemel ſyndicum omnium cauſarum quas Reſp. habuerit, mouendarum auctoritatem habere, uti etiam Accurſius & alij exiſtimant.

q in d.l.item.6 §.10.





## DE IRENARCHIS ET LIMENARchis. Cap. XVIII.

Cod. de Irenarchis.

SOLEBANT & ueteres in certis vrbis, aut territorij locis milites collocare, qui ortos tumultus ſedarent, latrocinia prohiberent, & factioſos, criminaque patrata præſidi indicarent, & à ſtatione in qua degebãt ſtationarij dicebãtur. [a] Id primus Romæ & in Italia Auguſtus inuenit. Trãquillus de eo loquens craſſatores inquit, diſpoſitis per loca opportuna ſtationibus inhibuit (c.32.) Vlpian. [b] Quies quoque inquit, popularium & diſciplina ſpectaculorum ad Præfecti vrbi curam pertinere videtur, & ſanè debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendũ ſibi quid vbi agatur. Hos frequentiores in Italia Tiberius locauit. Tranquillus, [c] in primis, inquit, tuẽdæ pacis a graſſatoribus, ac latrociniis, ſeditionũque licentia, curam habuit; ſtationes militum per Italiam ſolitò frequentiores diſpoſuit. Idẽ in prouincijs actitatum fuiſſe tum ex alijs tum ex Tertulliani apologetico conſtat; Latronibus ait, inueſtigandis per uniuerſas prouincias militaris ſtatio ſortitur. Idem aſſerit Conſtantinus [d] his verbis curioſi, & ſtationarij, vel quicunque funguntur hoc munere, crimina iudicibus nuncianda meminerint: & ſibi neceſſitatẽ probationis incumbere, nec citra periculũ ſui, ſi inſontibus eos calumnias nexuiſſe conſtiterit, ceſſet ergo praua conſuetudo, per quam carceri aliquos immittebant. Hęc ille. Tantum enim denunciandi, non etiam cuſtodiæ reos tradendi facultatem habebant. Fugitiuos tamen deprehenſos in carcerem detrudere poterant, quod & Paulus [e] comprobat. Limenarchæ, ait, & ſtationarij fugitiuos deprehenſos recte in cuſtodiam retinent. Horum præfecti Irenarchæ ſunt appellati, qui a decurionibus eligebantur, & a Præſide probabantur, Latinè quaſi pacis auctores dicti. Honorius A. [f] Irenarchæ, inquit, qui ad prouinciarum tutelam quietis ac pacis per ſingula territoria faciunt ſtare concordiam, a decurionibus iudicio præſidum prouinciarum idonei nominentur.

a l.8.ſi quis, C. de accuſat.

b in l.1. §.quies 12. ff. de offic. præf.vrb.

c in Tiberio. c. 36.

d in l. 1. C. de curioſis.

e l.4.ff. de ſeru. fugitiui.

f in l.vni. C. de Irenarchis.

Quandoque curioſi vocantur: quorum præcipuum officium erat delinquentes capere, & captos de ſocijs, & receptatoribus diligenter interrogare, & interrogationes reſponſaque cum indicijs & probationibus ad Præſidẽ mittere, vel ipſi perducere; Sed eorum litteris ſine legitimis probationibus non credebatur: Marcianus, [g] Hadrianus, ait, Iulio ſecundo ita ſcripſit; & alias reſcriptum eſt, non eſſe utique epiſtolis eorum credendum, qui quaſi damnatos ad Præſidem remiſerint. idẽ de Irenarchis præceptum eſt; quia non omnes ex fide bona elogia ſcribere compertum eſt: Sed & caput mandatorum extat, quo Diuus Pius cum prouinciæ Aſiæ præerat, ſub edicto propoſuit, vt Irenarchę cum apprehenderint latrones, interrogẽt eos de ſocijs, & receptatoribus, & interrogationes litteris incluſas, atque obſignatas ad cognitionem magiſtratus mittãt. Igitur qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi ſunt, & ſi per litteras miſſi fuerint, uel etiã per Irenarchas perducti. Et ideo cum quis ἀνάκρισιν, id eſt quæſtionem ſeu inquiſitionem faceret, iuberi oportet uenire Irenarchen, & quod ſcripſerit exequi, & ſi diligenter ac fideliter hoc fecerit collaudandum eum, ſi parum prudenter non exquiſitis argumentis, ſimpliciter denotare, Irenarchen minus retuliſſe; Sed ſi quid malignè interrogaſſe, aut non dicta retuliſſe, pro dictis eum compererit, ut uindicet, in exemplum, nequid & aliud poſtea tale facere moliatur. Hactenus ille. Cum ergo hi graſſatores prohiberent, non abs re dictum eſt [h] Irenarchas diſciplinę publicę, & corrigendis moribus pręfici: quorum munus eſt perſonale. Hi etiam vectigalia ex mercibus aliundè aduectis exigebant: Cõſtantinus, [i] prouinciales inquit, pro rebus, quas ad vſum proprium uel ad fiſcũ inferunt, aut exercendi ruris gratia reuehunt, nullum vectigal a ſtationarijs exigãtur. Ea verò quę extra pręd ictas cauſas, uel negociationis cauſa portantur, ſolitæ præſtationi uel penſitationi ſubiugamus, capitali pœna propoſita ſtationarijs, & vrbanis militibus, & cæteris perſonis, quorum auaritia id tẽtari firmatur. Hęc ille. Quare his ex publico annonę pro ipſis alendis, & capita ſeu pabula pro equis ſecundum locorum conſuetudinem præſtabantur. (l.ſuper.9.C.de iur. fiſci.) Verum poſtea Irenarchę tanquam pacis turbatores, & moribus corrupti ab Honorio & Theodoſio aboliti fuerũt. [k] Sed eorum verbis in contrariam ſententiam detortis, a Iuſtiniano [l] reſtituti ſunt. His hodie ſucceſſerunt pręfecti ſatellitum, qui per ciuitatum territoria ad perquirendos reos obequitant, & qui in ciuitatibus commiſſa crimina denunciant.

g l. Diuus 6.ff. de cuſto.reor.

h in l.vlt.§.Irenarchæ 7. de mun.& hono.

i in l.vniuerſi. 5. C. de vectig. & commiſs.

K l.1. C. Theo. de Irenarch.

l qui mandauit compilatoribus vt ſuam ſententiam in l.vni.C. de Irenarch. ponerent, abrogata d. l. unic. C. T.eod.

Quemadmodum uerò in pleriſque ciuitatibus & earum finibus, qua iter frequẽtius erat, ſtationarij milites conſtituebãtur, ita & in portubus, ad quos frequentius naues commeabãt, cuſtodes locabantur, qui eius loci curam haberent, & ab hoſtium, aut piratarum incurſionibus naues tuerentur, fugientes latrones caperent: oleum, vinum, aut liquamina, uel ferrum ad Barbaros Imperij hoſtes perferri non paterentur, [m] ac tumultus prohiberent. His Limenarcha pręponebatur, quaſi portus pręfectus, quem Gręci λιμένα uocant, & muneribus perſonalibus aſtringi Arcadius ſcribit. [n] Hi ſeruos fugientes retinebant. Paulus, [o] Limenarchę, inquit, & ſtationarij, fugitiuos deprehenſos recte in cuſtodia retinent. Idem ab ordine decurionum quemadmodum Irenarchæ, nec

m l. 1. & 2. C. quæ res export. non deb.

n d.l.vlt. §. hi quoque.de muner.& hon.

o l.4. ff.de ſer. fugit.

niſi liberi creabantur. Diocletianus, [a] Non idcircò minus, ait, quod te limenarcha creato, nemo contradixit reipublicæ nomine, moueri tibi ſtatus quęſtio poteſt. Dubium autē ibi erat, quia limenarcha creatus a republica, illum honorem, qui liberorum hominum proprius eſt, cōſecutus fuerat: liber eſſe uidebatur. Sed quoniam hominis fortè ſtatum ignorans reſpublica eum limenarcham creauerat, nō ob id eum vel ingenuū iudicaſſe, vel ſeruum manumiſiſſe cenſetur. Malè autem Accurſius [b] limenarcham pro eo, qui imper j limitibus pręerat, interpretatur: Hi enim Comites aut Duces cum imperio a Cęſare creabantur. [c] limenarchę verò a decurionibus portus cuſtodes eligebātur. Rarum præterea eſt, ut idem vocabulum ex Græco & Latino cōponatur, inquit Budæus. [d] vnde quaſi limitis archus non rectè diceretur. Deinde a limite, non limenarcha, ſed limitarcha vocaretur. Portus autem in iure nominati, olim inſignes, & frequentati erant Capua, uel Caſſiopa, in Campania, Dyrrachium in Epiro, & Brunduſium in Calabria, quo vltrò citroq; nauigabatur. [e] Item Aquileia, quæ nunc eſt mediterannea, vnde in Cyrenenſem oram trāſmittebatur: [f] & in Syria Berytum, unde Brunduſium nauigabatur. [g] Alexandriæ quoq; portus celebratur [h] vbi erat orbis emporium, & portus Romę, ſeu Hoſtiæ. [i]

a l. non idcirco. 38. C. de libera. cauſ.
b in d. l. 4. & l. non idcirco. 38.
c l. 2. §. pro limitaneis. C. de offic. P.P. Africæ.
d in d. §. hi quoque.
e l. 1. §. igitur. de exercitoria.
f l. pen. §. vlt. lōcati.
g l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. de uerb. obligat.
h l. 1. C. de frumento Alexan.
i l. 1. C. de can. frumen. vrb. Romæ.

## DE AEDILIBVS. Cap. XIX.

PRIMVM Romę ædiles curules creati ſunt, vt plebiſcita in Cereris ædem deferri curarent. [k] Sed Theophilus [l] eos ædium ſacrarum curam habuiſſe ſcribit: & inde ædiles appellatos: poſtmodum rebus venalibus præpoſiti, tam mobilibus, quam ſoli, cū vitio venditis ius dicebant. [m] Ob id edictum ædilitium nuncupatum proponebāt, quo iuſto pretio annonam vendi iubebant. [n] Menſuras quoque vt æquę eſſent, proſpiciebant & quas iniquas deprehēdiſſent frangebāt. Vlpianus. [o] Si quis inquit, menſuras conduxerit, eaſque magiſtratus frangi iuſſerit: ſi ęquę ſunt, ita demum eum teneri, ſi culpa eius id fecit ędilis: Hęc ille. Mox alij ędiles Romę ſternēdis reparandiſque vijs a cenſoribus ſunt pręfecti, qui cum alijs negotijs occupati, huic muneri ſufficere non poſſent, ex S C. Quatuor viri viarum curandarum ſunt creati. [p] Rurſus cum neque hi ſufficerent: duabus tribuſuè vijs ſinguli curatores ſunt pręfecti: qui earum curatores vocabantur: ſed cum is magiſtratus incertus eſſet, & ad tempus prout res exigebat conſtitutus, eum ordinarium Cæſar Auguſtus fecit. Hęc Romę; cuius exemplo etiam in municipijs ędiles ędibus vijſq; reſtaurādis ſunt prępoſiti: q etſi edicendi ius non habuere, res tamen venales curabant, & in vendendis vtenſilibus delinquentes flagellis cædebant. [q] Quorum officiū latè Papinianus in aſtynomici libro ſingulari Græcè ſcripto explicat: [r] ſed ita Latinè verſus eſt. Aediles curam gerāt per vrbem viarum, vt complanentur; neuè flumina damnum dēt ædibus, & vt pontes ſint quocunque loco opus fuerit. curent etiam, vt priuati muri, vel alij, vel ædium, qui in viam publicam ferūtur ſi ruinoſi ſint, ædium domini eos vt oportet, demoliātur, ac reparent: Quòd ſi non demoliantur, neque reparent, eos multent, donec vitium emendauerint. Prouideant quoque ne quis uias publicas effodiat, aut aggeribus obſtruat, neuè quid in via exędificet: Quòd ſi contra factum fuerit, ſeruus a quocunque qui eum deprehenderit, cædatur: liber verò ædilibus indicetur, qui in eum lege animaduertent, & factū opus deſtruent. Præterea vt antè ſuas quiſque ædes, vias publicas reficiat, & aquæductus qui ſub dio ſunt, purget, ne quid euntem currū impediat. Et qui conductas ædes inhabitant, ſi earū dominus non reparet, ipſi reparent, & impenſam in pēſionem imputabunt. Procurent etiā, ne quid ante officinas ponatur, niſi fullo veſtimenta ad auram recreet, vel faber rotas exponat; ita tamen & hi collocēt, ne euntem currū impediant. Neque etiam quenquam in via rixari, aut ſtercora eijcere, vel morticina, pelleſue proijcere permittant. Hæc ille. Ex quibus apparet ædiles ius multandi & viarum, quæ in vrbe erāt, curam habuiſſe. Sed & ea quæ in via repoſita inueniebant, perdere, & cōcidere poterāt. Paulus. [s] Lectos, inquit, emptos ædilis, cum in via publica poſiti eſſent, concidit. ſi traditi eſſent emptori, aut per eum ſtetiſſet, quo minus traderentur, emptoris periculum eſſe placet. Hæc ille. Cum verò maximam curam viarum extra vrbem ſternendarum, veteres haberent, tanta eas magnificētia ſternebant, vt tria in fabricis Roman. ſe admirari Dionyſius diceret, vias nempe, aquęductus & cloacas; Lapides, nā ſiliceos quadratos, ad ſternēdas vias ab Appio cæſos fuiſſe Procopius [t] ſcribit, qui tāta firmitate connexi erant, ut non compoſiti, ſed natura ſic ęditi uiderentur.

Publicorum etiam balneorum in quibuſdā municipijs curam habuiſſe ædiles vidētur, quæ ipſi quandoque municipibus, vt gratuitò lauarentur præſtabāt. Alfenus. [u] Aedilis, inquit, in municipio balneas conduxerat, ut eo anno municipes gratis lauarentur. poſt tres menſes incendio facto, reſpōdit poſſe agi cum balneatore: Hæc ille. Id officium inter perſonalia Arcadius [x] recenſet, quæ illos ſubire dicit, qui ad reficiendas uias eligi ſolēt, cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferāt. Hęc munera pleriſque in ciuitatibus erant curatoris reipublicæ, qui ædilis alijs in locis creabatur. In quibuſdam vterq; magiſtratus cōſtituebatur, cum vnus omnibus his curis ſupereſſe non poſſet.

K l. 2. §. item cū eſſent. ubi Zaſius. de ori. iur.
l in §. proponebant. Inſtitu. de iur. nat. gent. & ciuil.
m l. 1. in princ. de ædil. edit.
n l. ideo. 17. ff. de compenſat.
o l. item quæritur. 13. §. ſi quis menſuras. locat.
p d. l. 2. §. deinde cum eſſet neceſſarium de orig. iur.
q l. eos. 12. ff. de decurionib.
r & in l. 1. de via publica.
s l. lectos. 12. de peric. & com. rei uend.
t li. 1. belli Gotici.
u in l. qui inſulam. 30. §. 1. locati.
x l. vlt. §. Irenarchæ. de mun. & honorib.



ſet. Arpinates ſolum creabant ædilem, qui omnium magiſtratuum munere fungebatur. Cicero [a] ædilem filium meum fieri volui. is enim magiſtratus in noſtro municipio, nec alius vllus creari ſolet. Aufidenates, Gabij, & Aretin. ædilem & ipſi habebant, Iuuenalis [b] & Perſ. [c] Spartianus. [d] per Latina oppida dictator, ædilis, & duūuir fuit. Aediles Græci ἀγαρονομῦς vocant, a quo munere immunes fuiſſe philoſophos, Rhetores, Grāmaticos, & Medicos, Modeſtinus ſcripſit [e] qui a Latino interprete malè vertitur: immunes enim dicuntur, eſſe ab ἀγορονόμιων id eſt ædilitijs curis, pro quibus alia verba ineptè ſcripta reperiuntur. Hunc magiſtratum eſſe opinor, quem D. Paulus in fine epiſtolæ ad Rom. œconomum appellat: ſalutat, inquit, vos eraſtus œconomus ciuitatis ſcilicet Corinthi. D. Hieronymus vertit Arcarius, D. Ambroſius diſpenſator: erat, ait, quaſi curator, qui dictante iuſtitia, gubernabat ciuitatem, maximè in pretijs moderandis.

a epiſt. 13.
b Satyr. 10.
c Prima.
d In Hadriario.
e L. ſi duas. 6. alias incipit. l. Sed & reprobari. §. eſt autem imperatoris, de excuſat. tutor.

## DE ARCHEOTIS ET AEDIVM cuſtodibus. Cap. XX.

TABVLARIVM locus erat, in quo ſcripturas publicas reponebant, Græcè ἀρχεῖον dictum, vt ait Suidas. Id eſt antiquarium in quo vetuſtæ memoriæ res conſeruabantur, aliqui chartophylacium ſeu grammatophilacium, uel archium vocant. [f] Qui vero huic loco, & ſcripturis præficiebatur, archeota ab ipſo archiuo nuncupabatur. [g] Latini antiquarium appellant. Leo A. [h] antiquarios, inquit, qui habentur in ſcrinio memoriæ nunquam minus eſſe, quàm quatuor volumus. Hi codices ciuitatis conſeruabant, & vetuſtate corruptos deſcribebant. Valentinianus [i] Antiquarios, ait, ad bibliothecę codices componendos, & pro vetuſtate reparandos quatuor Græcos, & tres Latinos ſcribendi peritos legi iubemus. Diuus Gregorius. [k] Antiquarios, ait, librarios reperij. His ſucceſſere qui magiſtri archiui, alibi cancellarij ciuitatum appellantur. Aedes vbi magiſtratus iudicabant, & ipſæ archia dicebantur, vt Suidas & Budæus tradunt, quas proprij curabant miniſtri. [l] Latinè prætoria vocantur. [m]

f L. moris 9. de pęnis, §. 1. nouell. 14. ſeu aur. de defenſ. ciu. §. pen. nouell. 50. ſeu aut. de his, qui ingrede ad appell.
g L. vltim. §. hi quoq; de mun. & honor.
h L. hac parte. 10. C. de prox. ſacr. ſcrin.
i l. 2. C. The. de ſtud. libera. vrb. Rom.
K In 1. dialog. cap. 4.
l & l. vlt. §. hi quoque.
m l. omnes, §. 1. C. de epiſ. & cleric. l. lecta. ff. ſi cer. pet.

## DE TABVLARIIS LOGOGRAPHIS & cenſualibus. Cap. XXI.

Cod. de tabularijs, ſcribis logographis, & cenſualibus.

ERANT & plures ſcriptores in ciuitate, quorum aliqui tabularij, quidam ſcribę, nonnulli logographi, alij cenſuales vocabantur: ſed omnes generali vocabulo ſcribæ, & tabularij. illorum uero qui propriè Tabularij dicebantur munus erat, eorum qui tributa ſoluiſſent, nomina in codicem referre. Conſtantinus. [n] Ducenarij, inquit, & centenarij, ſiue ſexagenarij, non prius debent aliquem ex debitoribus conuenire: quàm a tabulario ciuitatis nominatim breues accipiant debitorum. Breues pro ſcriptura debitorum nomina continente accipiuntur. Arcadius A. [o] Tabularios, ait, oportet fideliter prouidere nomina debitorum. Conſtantinus quoque prohibet, [p] nè ciuitatum tabularij, tributa, quæ a potentioribus ſoluenda ſunt, inferioribus iniungant. Hi & eorum filij, huic oneri erant obnoxij. [q]

Scribæ vero dicebantur, qui magiſtratuum, ſeu duumuirorum, aut defenſorum ciuitatum acta notabant: quod & ipſum munus erat perſonale. Arcadius Iuriſconſ. [r] Scribæ, inquit, magiſtratuum perſonali muneri ſeruiunt. In eodem ſenſu ſcribas accepiſſe Conſtantius A. videtur [s] dum ait, Nulli omninò ex tabularijs, vel ſcribis, vel logographis, eorumque filijs, in quocunque officio militent, ſed ex omnibus officijs, nec non etiam ſi intra noſtrum palatium militant, necdum impleto quinquennio reperti & retracti, protinus officijs municipalibus reddantur: Hæc ille. Eorum officium ſcribatus vocabatur. [t] Logiſtas verò reipublicæ curatores vocatos fuiſſe ſuprà diximus; a quibus logographi differunt: Hi enim rationes tributorum ſcribebant, [u] illi negocia Reipub. Quanquam logographos Suidas pro his accipiat, qui iudiciorum acta conſcribunt.

Cenſuales vero erant qui ſub magiſtro cenſus publica monumenta ſcribebant, apud quē teſtamenta aperiebantur, & publicabantur: [x] ſed in primis patrimonium cuiuſque deſcribebant. [y] Arcadius. [z] Pari modo, inquit, qui acceptandis, ſiue ſuſcipiendis cenſualibus profeſſionibus deſtinantur, ad perſonalis muneris ſolicitudinem animum intendunt. Cæterum decuriones ipſi inuiti cenſuales non creabantur: ſed ſponte hoc onus ſuſceptum, poſtea relinquere non poterant. [a] Hi generali vocabulo tabularij vocati, olim ſerui erant; [b] vnde ſerui publici vocantur, [c] & ſerui ciuitatis. [d] Itaque errant Accurſius, & alij, qui ſeruos publicos pro hodiernis tabellionibus interpretantur, quorum auctoritas olim nulla fuit. Nec extraneis, vt vulgò creditur, ſtipulari poterant, id enim tantum ſeruis publicis id eſt reipublicæ licebat, tanquàm ciuium mancipijs, non alijs perſonis liberis. Sed poſteà cautum eſt, vt prædicti tabularij liberi tantum ordinarentur. [e]

n l. 1. C. de exact. tributor.
o l. miſsi opinatores. 7. C. eo. ti.
p in l. 1. C. de cenſib.
q l. 1. C. de tabular. l. vltim. §. hi quoque. ff. de mun. & hon.
r in d. l. ult. §. maſtigophori. de mun. & hon.
ſ d. l. 1. C. de tabular. fac. l. pen. C. de defenſorib. ciuit.
t l. 4. C. de appellat. l. 1. §. 2. de mun. & hon.
u l. 1. & vlt. C. de tabular.
x l. teſtamenta. 18. l. conſulta. 23. C. de teſtam.
y d. l. 1. §. 2. de mun. & honor.
z in d. l. vlt. §. pari modo. ff. e.
a d. l. 1. C. de tabular.
b l. vltim. C. de ſeru. reip. manum.
c l. non aliter, 18. de adoptionib. l. mutus. 43. §. ſi procurator. de procuratoribus. l. 2. rem pupilli ſalu. fore. §. cum autē Inſtit. de adoptionib.
d l. fin. quod cuiuſque vniuerſ. nomine.
e l. generali. 3. C. de tabular.

### DE GYMNASIARCHIS. Cap. XXII.

SOLEBANT Græci in ſtadijs ſeu amplis ſpacijs porticibus circundatis in palæſtra, aut alio modo exerceri. In interioribus verò cubiculis vngebantur, & lauabātur, & in ex hædris propè ſitis philoſophi diſputabant, cum enim nondum eſſet copia librorum, ipſi diſputando ſe exercebant, vt ait Suidas.[a] His locis præfecti Gymnaſiarchi vocabantur, qui prædictas exercitationes ordinabant, & eorum curam gerebant. ab eo munere Philoſophos, Rhetores, Grammaticos, Medicoſque immunes eſſe Modeſtinus ſcribit.[b] Cicero.[c] Demoliendum, inquit, curauit Demetrius Gymnaſiarchus, quod is ei loco præerat. Quia uero in his gymnaſijs, & Philoſophi verſabantur, & rei litterariæ gymnaſium, diatriba eſt appellatum, de quo Ant. Auguſt.[d]

a in uerb. γυμναςία.
b in l. ſi duas 6. alias l. ſedet reprobari. §. cõ ſimiliter. de excuſat. tut.
c in Verrem, loquens de ſignis.
d in d.l. ſi duas. 6. §. philoſophos.

### DE XENOPAROCHIS ET CAMELARIJS. Cap. XXIII.

LEGATIS in vrbem uenientibus, ſal, ligna, cætera quoque ad vſum, & victum neceſſaria ex publico ſubminiſtrabantur, cui muneri præfectus Xenoparochus vocabatur, vt Acron, Budæus, & alij tradiderunt, quod & ipſum munus perſonale cenſebatur.[e] Onus uero hoſpitem in domibus recipiendi, munus non perſonæ, ſed patrimonij eſt.[f]

Erant & Camelarij, qui camelorum curam habebant: Nam ſi exercitus impedimenta ob expeditiones publicas comportanda erant, camelis utebantur, quibus & Camelarijs, ex publico cibaria præſtabantur. Sed camelorum curam habentes, plurimi in albo deſcripti erant, qui ordine ſinguli ſua uice citabantur, vt hoc perſonale munus ſubirent: Nec niſi corporis infirmitate excuſari poterat. Arcadius,[g] Camelaſia, inquit, ſimiliter perſonale munus eſt, nam ratione habita & alimentorum, & camelorū, certa pecunia camelarijs dari debet, vt ſolo corporis miniſterio, obligentur. vnde conſtat camelorum curam, quæ καμηλασία[h] ſeu camelaſia appellatur, inter perſonalia munera connumerari. Qui hæc curabat, camelarius dicebatur.[i]

Erat aliud huic ſimile perſonale onus, Tyrones uel equos ad exercitium perducendi, vel res alio modo quam per camelos peruehendi, ut annonam, uel pecuniam fiſcalem, aut ueſtem militarem perſequēdi. Arcadius,[k] Tyronum, inquit, ſiue equorum productio, & ſi qua alia animalia neceſſario producenda, uel res peruehendæ ſiue perſequendæ ſunt, uel pecuniæ fiſcales, ſiue annona, uel ueſtis, perſonæ munus eſt: curſus vehicularis ſollicitudo, item angariarum præbitio perſonale munus eſt: Hæc ille. Vbi enim arma, aut aliæ res ad exercitum erant tranſmittendæ, magiſter officiorum præfectum prætorio monebat, ut ſingulas ciuitates, naues, equos, aut plauſtra, prout uſus exigebat ex publico exhibere iuberet,[l] quod oneris genus angaria uocabatur, & pro locorum proximitate res tranſmittebantur.[m] Conferebant autem prouinciales buccellatum panem, uinum, acetum, laridum, carnem uerucinam, & paleas, quas ultra viginti milliaria uehere non cogebātur.[n] Idem erat in ueſtibus militibus exhibendis,[o] quibus ſingulis unus præficiebatur, qui eas exciperet. Arcadius quoque[p] uehicularis curſus ſollicitudinem munus perſonale eſſe ſcribit. intelligendum eſt, cum quis uehicula publica ad currendum deſtinata curabat: ut pabula equis præberentur, & manſiones reſtaurarentur: quæ omnia ſunt munera perſonalia, ob utilitatem publicam excogitata.

e d.l. ulti. §. hi quoq;. de mun. & hon.
f l. & qui originem. 3. §. munus. dict. tt.
g d.l.ult. §. camelaſia. ff. d.t.
h d.l.1. §. 2. de mun. & honor.
i d.l.1. §. 2. & l. vlt. §. carmelaſia.
k in d.l.ult. §. 1.

### DE NYCTOSTRATEGIS. Cap. XXIIII.

ARCENDIS incendijs, quæ plurimum nocte oriri ſolent, olim cum familia publica Triumuiri præerāt nocturni vocati. Paulus,[q] apud vetuſtiores, inquit, incendijs arcendis præerant, qui ab eo quod excubias agebant, nocturni dicti ſunt, hos Græci νυκτοςρατηγους appellant, quod & ipſum munus perſonale fuit, in municipijs frequentatum. Arcadius,[r] Sed & Nyctoſtrategi, & piſtrinorum curatores perſonale munus ineunt. Legendum enim eſt nyctoſtrategi, ut Florentiæ, non nycoſtrategi. Romę verò præfectus vigilum fuit, nam pluribus vno die ortis incendijs, Auguſtus ſeptem cohortibus opportunis locis conſtitutis his ſeptem tribunos, & omnibus præfectum vigilum præfecit.[s] Poſtea Conſtantinopoli antiquo uocabulo abolito, Prætorem populi Iuſtinianus inſtituit,[t] de quo ſupra latius dixi.

### DE AGONOTHETIS ET MASTIGOPHORIS. Cap. XXV.

SACRIS certaminibus Agonothetæ præerant:[u] qui aliquando βραβευταὶ, Latinis, & Vlpiano deſignatores vocantur; hos comitabantur lictores, a Græcis μαςιγόφοροι, nominati, qui ad ſubmouendam turbam flagra gerebant, & inde nomen habuerunt, quaſi flagriferi

l l. ult. C. de fabricenſib.
m l. pro locis. 6. l. mediterraneæ. 9. C. de annon. & tribut. l. ſicut. 4. C. de erogat. milit. annon.
n l. 1. 2. & ſeqq. imo tot. ti. C. de erogat. mil. ann.
o l. 1. C. de mil. veſte.
p in d. l. ult. §. 1. de mun. & ho nor.
q l. 1. ff. de off. præf. vig.
r in d. l. ulti. §. legati. de mun. & hono.
s l. 2. & 3. de off. præf. uigil.
t l. Nouella 13.
u l. ſepticia. 10. de pollicitat.



feri dicti, qui & ipſi inuiti hoc munus ſubire compellebantur. Arcadius,[a] Maſtigophori quoque; inquit, qui agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcribæ magiſtratus, perſonali muneri ſeruiunt: ità legitur Florentiæ. Alij codices habent ſacris certaminibus, quæ in Græcia erant quatuor Nemæa, Pythia, Iſtmia, & Olympica, de quibus alibi dixi. Sed ego hic malo de certaminibus, quæ in diuerſis ciuitatibus fiebant, intelligere: & licet Suidas Agonothetas propriè uelit eſſe, qui ſcenicis ludis præſunt, de alijs tamen certaminibus, quæ in circo fiebant, aut pugillatu, Arcadius ſentit, Currentium, quorum ſpectaculis ijdem præficiebantur, de quibus alibi legitur.[b]

a d.l. ult. §. maſtigophori. de mun. & honor.
b in l. 2. eo. tit.

### DE LEGATIS. Cap. XXVI.

Cod. de legatis.

AB ordine Decurionum Legati plerumque ad Principem etiam inuiti mittebantur hi, qui trium ſuperſtitum filiorum nu mero excuſati non fuiſſent,[c] vel qui biennio poſt aliam ſuſceptam legationem non uacauiſſent.[d] ob leues cauſas olim legati ad Principem mittebantur; Nam Byſantij quotannis ad ſalutandum Traianum cum viatico ſeu legatiuo duodecim millium numum deſtinabant, quod Princeps prohibuit. Plinius,[e] requirenti, inquit, mihi Byſantiorum Reipub. impendia indicatum eſt legatum ad te ſalutandum omnibus annis cum pſephiſmate mitti, eique dari numum duodena milia. erant eius temporis CXX. aurei, ex noſtris plus CLXXX. Hæ legationes vt ſuperfluæ ſunt arctatæ, & ſtatutum, vt non niſi ex neceſſaria cauſa mitteretur ad Principem, & cauſam comprobaret Præſes, qui ſuis litteris legatum comitabatur, ut Honorij & Theodoſij reſcripto cauetur,[f] quod etſi de Alexandrinis loquitur, Iuris tamen Interpretes ad alias ciuitates extendunt. Idem eſt ſi prouincia ad Imperatorem Legatum deſtinare uelit. Nam Præfectis Prætorio, cui illa ſubeſt, cauſam examinare debet, an ſit mittendus,[g] ciuitas verò in primis legatum eligere, & decretum de eo mittendo ſcribere, cui decuriones ſubſcribunt,[h] & hoc græcè pſephiſma uocatur.[i] Nemo verò proprio ære legationem ſuſcipere cogitur, ſed a Repub. viaticum vel legatiuum conſtituitur,[k] Arcadius,[l] Legati, inquit, qui ad ſacrarium Principis mittuntur, quia viaticum, quod legatiuum dicitur, ſolent accipere, perſonale munus ineunt. Huius legatiui & Vlpianus meminit.[m] Legationes quomodo ordinarētur, Honorius ad Monaxium P. P. ſcribens his verbis explicat.[n] Quoties legatio deſtinatur, vniuerſos curiales præcipimus, qui intra vrbem conſiſtunt, ſi nō ægritudine vel alia excuſabili neceſſitate impediuntur, in locum curiæ conuenire, & decreta ſua propria ſubſcriptione firmata uiro ſpectabili Præfecto Auguſtali inſinuare, ut eius relatione tuis virtutibus intimata, & ſub examine tuo perpenſa venire necne legati debeant, ordinetur, nulli penitus legatione libera committenda. Creabantur & ad cenſus accipiendos legati, quod & ipſum munus perſonale erat, Hermogenianus,[o] Ad cenſus, inquit, accipiendos legati creari, videbantur, quum ad debita Reipub. vectigalia accipienda mittebantur. In eligendis Legatis hic etiam ordo ſeruabatur, vt prius his, qui ætate, dignitate, & loco præcedebant, hoc munus demandaretur, & ordine ſequentes per vices vocarentur, niſi fortè rei magnitudo primores eligi deſideraret, tunc enim ab hoc ordine receditur.[p] Quo tempore quis fungitur legatione, neque alienis, neque proprijs negotijs interponere ſe debet.[q] Numerus quoque legatorum eſt præfinitus, ne plures quàm tres mittantur.[r] Proprium uero & perſonale munus eſt legationis, quod per alium quàm filiū perfici non poteſt.[s] Priuilegium habent Legati, ne conueniantur in cauſis ciuilibus tempore, quo legatione funguntur, nè a miniſterio & officio ſibi iniuncto auocentur,[t] ſi tamen in legatione deliquerint, uel ipſi vel eorum ſerui, Romæ puniuntur.[u] Debitores Reipub. aut infames legati fieri non poſſunt.[x] Veredis curſus publici legati etiam ciuitatum vehebantur, ſiquidem Valentinianus, eos qui ex cauſis minus neceſſarijs venerint, cum iniuria animalibus proprijs ad prouinciam reuerti iuſſit.[y] Gratianus cum vniuerſa diœceſis vnum vel duos legatos ad Principem mittēdos elegerit, vnius rhedæ curſus publici illis euectione concedit. Prouinciarum vero Legatis ſingulas angarias permittit.[z] id eſt ſingulos equos. Cum vniuerſa diœceſis de legato ad comitatum Imperatoris mittendo conueniat, nullum requirebatur decretum, nec alius iudicis negociorum examinatio, ſed quod maiori parti primatum ciuitatum placuiſſet, obtinebat.[a] Si vero prouincia Legatum deſtinare volebat, cuiuſque prouinciæ curiarum primates in metropolim conueniebant, in cuius loco publico de occurrentibus negotijs tractabant, & quod maior pars probaſſet, fiebat,[b] modò P.P. aſſenſus interueniſſet,[c] Cū ad Principis comitatum Legati perueniſſent, prius in Præfecti prætorio auditorio eorum petitiones, nulla tamen facta determinatione examinabantur, deinde in Principis conſiſtorio ab epiſtolaribus recitabantur, qui ex ſententia Principis reſponſum ſcribebant.[d]

Soliū uerò, in quo Legatos Princeps audiebat, Corippus Africanus[e] ita deſcribit.

*Atria prælargis extant altiſſima tectis.*
*Sole met. llorum ſplendentia, mira paratu.*

c l. 1. C. de legatio lib. 10.
d l. 3. C. eod.
e epiſto. 3. ad Traian.
f l. ult. C. eod.
g l. pen. C. eo.
h d.l. ult.
i epiſto. 3. & Cicero pro Flacco.
k l. 2. in fin. l. ſilio. ff. eo.
l in l. ult. §. legati. ff. de mun. & honor.
m in l. 2. ff. de legati.
n in l. quoties 15. C. Theo. eo.
o in l. 1. de legati.
p l. 3. §. preſes. ff. de mun. & ho no. l. 4. §. pen. ff. eod.
q l. Paulus in fin. ff. eo.
r l. 4. in fi. ff. eo.
s d.l. 4. §. legati.
t l. ſi quis in legatione l. non alias §. 1. & 2. cum l. ſeq. ff. de iud. l. non diſtinguemus §. item ſi quis. ff. de arbitr. l. cum qui §. 1. ff. de conſti. pecu. l. 3. & 5. ff. eod.
u d. l. non alias.
x l. 4. in prin. & §. 1. ff. eo.
y l. 6. C. Th. de legat.
z l. 9. C. The. de legat.
a d. l. ſiue 9. C. Theo. eod.
b l. ſi quod 12. & ſeq. C. Theo. eod.
c l. 14. C. Theo. eod.
d l. quotieſcunque. 10. C. The. eod.
e lib. 3. in laudem Iuſtini minoris.

 Et facie

*Et facie plus mira loci, cultuque ſuperba.*
*Nobilitat medios ſedes Auguſta penates,*
*Quattuor eximijs circumuallata columnis.*
*Quas ſuper ex liquido præfulgens cymbius auro.*
*Immodico ſimilans connexi climata cœli,*
*Immortale caput, ſoliumque ſedentis obũbrat*
*Ornatum gemmis, auroq;, oſtroque ſuperbum.*
*Quattuor in ſeſe nexos curuauerat arcus*
*Per læuam dextramque tenens victoria partem,*
*Altius erectis pendebat in aere pennis,*
*Laurigeram geſtans dextra fulgente coronam.*
*Mira pauimentis, ſtratiſq; tapetibus ampla*
*Planicies, longoque ſedilia compta tenore.*
*Vt lætus Princeps ſolio conſedit in alto,*
*Membraque purpurea præcelſus ſede locauit.*
*Legatos Auarum iuſſos intrare Magiſter*
*Ante fores primus diuinæ nunciat aulæ.*
*Orantes ſeſe veſtigia ſacra videre.*
*Clementis domini, quos voce & mente benignus.*
*Imperat admitti.*
*Verum vt contracto patuerunt intima velo*
*Oſtia, & aurati micuerunt atria tecti.*
*Cæſareumque caput diademate fulgere ſacro*
*Ter gazis ſuſpexit Auar, ter poplite flexo*
*Pronus adorauit, terræque affixus inhæſit.*
*Hunc Auares alij ſimili terrore ſecuti*
*In facies cecidere ſuas, ſtratoſque tapetos.*
*Frõte terunt, longiſq; implent ſpacioſa capillis*
*Atria, & Auguſtam membris immanibus aulam.*
*Vt clemens Princeps legatos ſurgere iuſſit.*
*Offici ſtratos iuſſu monituque iubentis,*
*Erexere viros. Quod poſcitis ore ſereno,*
*Clementer regnator, ait, memorate, docete,*
*Et veſtri regis, quæ ſit legatio, ferte.*





# DE CORPORIBVS. ARTIFICVM.

PRAETER magiſtratus, & alios diuerſa officia obeuntes, erant & corpora artificum, quæ perſonalium onerum immunitate gaudebãt, & hos numero XXXII. Taruntenus Paternus recenſet. [a] Conſtantinus vero ad Maximum XXXV. nominat, [b] ſunt autem ſequentes.

a in l. vlti. C. de iur. immu.
b in l. 2. C. Theodoſ. de excuſa. artif. l. 1. C. eo.

1 ARCHITECTI. Hi ſunt, qui ædificiorum membra diſponũt, & eorum formam deſcribunt. Conſtantius ad Leontium P.P. [c] Architectos, inquit, qui diuiſiones partium omnium, inciſioneſque ſeruant, menſuriſque & inſtitutis operam fabricationi ſtringunt, immunitatibus gaudeant, & ſuſcipiant docendos, qui docere ſufficiunt. Hi prius liberalibus litteris imbuebantur, quàm hanc artem diſcerent. Conſtantinus ad Felicem Proconſ. Africæ, [d] Architectis, inquit, quàm plurimis opus eſt, ſedquia non ſunt, ſublimitas tua in prouincijs Africanis ad hoc ſtudium eos impellat, qui ad annos fermè duodeuiginti nati, liberales litteras deguſtauerint, quibus vt hoc gratum ſit, tam ipſos quàm eorum parentes ab his, quæ perſonis iniungi ſolent, volumus eſſe immunes, ipſiſque qui diſcent, ſalarium competens ſtatui. De Architectura libros x. ad Auguſtum M. Vitruuius ſcripſit, in quorũ initio ſic ſcribit, Architectura eſt ſciẽtia pluribus diſciplinis, & varijs eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quæ a cæteris artibus perficiuntur opera, & ſubdit Architectum, litteratum eſſe oportere, peritum graphidos, eruditum geometriæ, optices, arithmeticæ, philoſophiæ, & muſicæ, hiſtorias plures, & reſponſa iuriſconſultorum noſſe, & aſtrologiam, cœlique rationes cognitas habere. Quare non mirum, ſi cæteris architecti ut digniores præponuntur.

c in l. 3. C. Theodoſ. eod.
d in l. 1. C. Theodoſ. eod. & in l. vlt. C. eo.

2 MEDICI. Hi quarto loco in codice Theodoſiano locantur. Accurſius legit, mulomedici, pro medicis omnium brutorum neque enim de medicis hominum loquitur qui non ſunt artifices. In codice Theodoſiano ſeparatim medici locantur, & poſt alios ...lo medici. In baſilicis ſcriptum eſt, medic... equorum medici. Medicos hic Cuiacius chirurgos eſſe putat. Hos Paternus veterinarios vocat. [e]

e in d. l. vlt.

3 PICTORES. Iſti cenſum capitis etiam ſerui non pendebant, [f] hoſpites recipere non cogebantur. [g] pergulas & officinas in locis publicis ſine penſione tenebant, in ciuitate, quam elegerant morabantur, alijſque priuilegijs gaudebant. [h]

f d. l. vlt. C. The. eod.
g l. archiatros, C. de metatis, d. l. ult. C. T. eo.
h d. l. vlt.

4 STATVARII. Qui hominum marmoreas effigies formabant, vt omnibus eſt notum.

5 MARMORARII. Qui non ſtatuas, vt præcedentes, ſed alia marmora ſecant, expoliunt, & exculpunt.

6 LECTICARII ſeu ARCARII. Ita Accurſius & Alciatus. Lecticarij ſunt, qui faciunt lecticas, ita hos Põponius [i] & Martianus [k] appellant. Alij legũt Lectarij, qui lectos faciũt, ſeu Laccari, qui puteos fodiunt. Sed hi inter ſe longe diſtant, cum tamen eos pro affinibus illa dictio, ſeu, ponere videatur. In codice Theodoſiano, [l] omiſſis lectarijs, legitur, laquearij, qui laquearia fabricant, & ita fortè reponendum, Tectorij ſeu Laquearij.

i in l. ſi ex toto, 8. §. 2. de leg. 1.
K in l. legatis. §. 1. de leg. 3.
l in d. l. 2.

7 CLAVICARII. Qui claues efficiunt. In codice Theodoſiano omittuntur.

8 QVADRATARII. Quadratariam legitur in codice Theodoſiano, non Quadratarij. illi ſunt, qui marmora ad amuſſim quadrant, quos Græci λιθοξόους appellant: & ex vitis quatuorcoronatorum Accurſius & Alciatus Quadratarios vocari arguunt.

9 STRVCTORES. id eſt, ædificatores ſeu Fabri murarij; vnde canales ſtructiles à Vitruuio lib. 8. cap. 7. & Palladio lib. 9. cap. 11. appellantur, qui calce ligatis lateribus fabricant. A Paterno [m] bucularum ſtructores vocantur.

m in d. l. vlt. de iur. immu.

10 SCVLPTORES ligni, qui in ligno imagines hominum & brutorum effingunt. In codice Theodoſiano hi ſimpliciter ſculptores nominantur.

11 MVSARII. In codice Theodoſiano legitur Muſiuarij. ſunt qui emblemata ſeu opus vermiculatum ex teſſellis marmoris varij coloris in homines, & varias animalium formas effingunt, vulgò muſaicum vocant. Spartianus in Peſcẽnio Nigro. Nunc, inquit, in Cõmodianis hortis in porticu curua pictum de muſiuo inter Commodi amiciſſimos videmus ſacra Iſidis ferentem.

12 DEAVRATORES. Qui vaſa, arma, aliaque inaurant, ita & in codice Theodoſiano nominantur.

13 ALBINI. quos Græci κονιάτας appellant. In codice Theodoſiano Albarij dicũtur, & fortè rectius. Sunt qui incruſtant & dealbant parietes, tectores ab Vlpiano dicti: [n] ita

n in l. ſi ſeruus ſeruum 27. §. vl. ad l. aquil.

etiam

etiam vocat Tertullianus de idololatria, ſcit, inquit, albarius tector & tecta ſarcire, & tectoria inducere, & ciſternam liare κονιάτας, inquit Suidas, οἱ τοὺς τοίχους παραχρίοντες id eſt, muros dealbantes.

14 ARGENTARII. ſunt, qui vaſa argentea fabricant. Vaſcularij aut fabri argentarij à Iureconſultis vocati.[a]

a in l. penult. in princ. de aur. & arg. lega. l. ulti. de act. & oblig.

15 BARBARICARII. ex auro coloratis filis, inquit, Donatus in 11. Virg. exprimunt hominum formas, & animalium, aliarũque ſpecierum, ijdem caſſides & buculas auro argentoque inducunt, vt ſupra diximus.

16 DIATRETARII. Diatritarij apud Cod. Theo. & minus recte. ſunt qui vaſa aurea argẽteaq; cælãt, id eſt ſigna & imagines imprimunt. Vlpianus[b] ſi calicem, inquit, diatretum faciendũ dediſti, ſi faber imperitia fregit, dãni iniuria tenebitur. Poſſet & de his intelligi, qui pocula ad ſigna infigẽda excauãt & perforãt.

b in d. l. 27. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi calicem ad l. aquil.

17 AERARII FVSORES. Qui æs fundunt, & æreas imagines conflant. Sed in Cod. Theodoſi. tribus interpoſitis artificibus, ærarij à fuſoribus ſeparantur, illi enim ſunt, qui ex ære plura fabricant, vt lebetes, cacabos, ahena, & alia. Fuſores vero qui fundunt. Paternus ærarios hos ſimpliciter nominat.[c]

c in d. l. vlt. de iur. immu.

18 SIGNARII. in *Cod. Theod.* non reperiuntur, ſed horum *loco* ſunt ferrarij. Signarij parua ſigna & *ſigilla* faciebant, Scæuola[d] iubeo, *inquit, ſignum* Dei ex libris centum in *ſacra æde* & patria ſtatui cum ſubſcriptione *nominis* mei, id eſt ſtatuam & idolum. Vlpianus,[e] ſigilla, ait, & ſtatuę affixæ inſtrumento domus non continentur.

d in l. Titia. §. vlti. de aur. & arg. lega.

e in l. quæſitũ, §. Papinianus de fund. inſtruc.

19 FABRI. Horum loco apud Cod. Theodoſ. ſunt Tignarij, qui tigna & tecta fabricãt. ſed alio non adiecto fabri a Paterno appellantur,[f] proprie enim fabri ſunt lignarij ſecundum Vallam. licet Suidas græcum nomen τέμνοντος ipſis cum lapidarijs commune eſſe velit.

f in d. l. vlti. de iur. immu.

20 BRACARII. Pro his in cod. Theo. legitur Blatticarij, qui ſericum purpura tingunt,[g] blattam enim purpura attinctum vocat Martianus.[h] ſed Bracarij ſunt, qui bracas faciunt, quibus, Arcadio imperante, intra vrbem vti non licebat.[i]

g l. lotas. C. de murilegul.
h in l. ult. §. ſpecies de publica.
i l. 2. C. Theo. de habitu, quo uti oport. intra vrb.

21 AQVAE LIBRATORES. Hi ſunt, inquit Conſtantinus,[k] qui aquarum ductus inuentos, & modos docili libratione oſtendunt, ac deriuandæ aquæ & diuidendæ rationem tenent. Paternus aquilices vocat,[l] quaſi aquam elicientes.

K in l. vlt. C. de excuſat. artifio.
l in d. l. ulti. de iur. immu.

22 FIGVLI. qui Græcè dicuntur κεραμεῖς. ex creta amphoras, lateres, dolia, tegulas, imbrices, patinas, aliaque vaſa formant, vnde apud Paulum[m] Figulinæ ſunt loca, in quibus ars figuli exercetur. Figulinas Iabolenus vocat.[n] Cum vero hæc ars valde eſſet neceſſaria, Numa Põpilius rex ſeptimum collegium figulorum inſtituit.[o]

m in l. ueluti, de ſerui. ruſtic. prędio.
n in l. fundi. 25. §. 1. de fund. inſtru.
o Plin. lib. 35. cap. 12.

23 AVRIFICES. qui anulos vaſaque aurea faciunt.[p] Hi & cæteri artifices a Plauto in Aulularia recenſentur.

p l. ſcribit de aur. & arg. lega.

24 VITRIARII, vaſa vitrea conflãtes.

25 PLVMARII. ex plumis auium veſtimenta conficiunt, ſecundum alios acu pingũt. Nonius clauatam veſtem, aut ex clauis contextam à Plauto dici putat in epidico ſcena 4. veſtes, inquit, quo tannis nomina inueniũt noua, Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum cæſicium, cumatile, aut plumatile. D. Hieronymus in chronicis ſcribit anno ſalutis 345. Macedonium artis plumariæ in locum Pauli ab Arrianis epiſcopis ſubrogatum. Poſſet & de his intelligi, qui culcitras plumis infarciunt. In codice Theodo. horum loco ſcriptum eſt, Plumbarij, qui plumbeas pilas, & alia ex plũbo faciunt. Corippus Africanus in carmine in laudem Iuſtini minoris, de eius inauguratione loquens, ait.

Auratum ſcandens ſolium, ſedemque paternam.

Conſtructam plumis, pulchriſque tapetibus altam:

Aſpexit lætos populos.

26 SPECVLARII. qui ſpecula faciunt, non qui ſpecularibus feneſtras muniunt, quia ſpeculariarij vocarentur. Specularios etiam appellat Paternus.[q]

q in d. l. vlti. de iur. immu.

27 EBORARII. Eburarij in Codice Theodoſ. qui ex ebore ſellas, lectos, & alia faciunt.

28 PELLIONES. qui pelles & coria conficiunt, & tentoria; quæ pellibus tegebãtur.[r] Hinc fortè emendandus locus Paterni;[s] vbi legitur Polliones pro pellionibus, & ſi a polliendo polliones poſſent appellari.

r l. 3. ff. de ſupell. lega.
s in d. l. ulti. de iur. immu.

29 FVLLONES. qui lauant, curant, polliuntque veſtimenta. Iuſtinianus[t] ſi fulloni, inquit, pollienda curandave dederit veſtimenta, nulla mercede conſtituta, mandati competit actio. Hinc Fullonica ars fullonis.[u] præcipuè vero pannos lauando maculas emundabant. Vnde iocus Fauſti Syllæ filij in ſororem apud Macrob. lib. 2. ſaturnalio. cum enim duos eodem tempore illa mœchos haberet, Fuluium fullonis filium, & Pompeium cognomine maculam, mirari ſe dicebat ſororem ſuam habere maculam, cum fullonem haberet. Polliebant [v]ero interpollando & renouando veſtimenta, [q]uæ interpolla vocabantur.[x] Plures olim in ciuitatibus erant fullones. Hodie pauci hanc artem exercent.

t in §. item ſi fullo, inſtitu. de obligat. quæ ex deli. naſc. §. 1. inſtit. mand.
u l. 3. in prin. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi cuius. §. vlt. de vſufr.
a l. Labeo. ff. de contr. empt. l. præcipiunt de ædili. edict.

30 CARPENTARII. Carpentum genus [e]ſt vehiculi a Carmente euandri matre dictum vt Ouidius in Faſtis opinatur hoc carmine.

*Nam prius auſonias matres carpenta uehebant.*

*Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.*

Auctor eſt Tranquillus in Caligula cap. 15. Caligulam Agrippinæ matri carpentũ, quod in pompa duceretur, decreuiſſe. Id duabus rotis ve-



tis vehebatur, quemadmodum in eius numiſmatis cernitur. Meſſalinæ quoque vxori Claudij conceſſum fuiſſe Dion. ſcribit, vt carpento vehi poſſet. Carpenta fabricantes a Conſtantino[a] & Paterno[b] carpẽtarij ſunt appellati Vegetius lib. 2. cap. 11. Habet, inquit, legio fabros tignarios, inſtructores, carpentarios, ferrarios, pictores, reliquoſque artifices ad hibernorum ædificia fabricanda. Gręci videantur interpretari, qui clitellas camelorum faciunt.

a in d. l. 1. C. de excuſ. artifi.
b in d. l. vlti. de iur. immu.

31 SCVLPTORES. qui animalia in marmore aliaſque effigies formant.

32 DEALBATORES a Paterno in codice Theodo. omittuntur. Ab Albinis vel Albarijs differre poſſunt, quòd illi parietes, iſti vaſa figulina vel quid aliud dealbant.

33 CVSORES linarij, qui lina cudunt. In Cod. Theo. pro cuſores, perperam ſcriptum eſt caſores.

34 TIGNARII. qui tigna dolant. & tectis imponunt. Paulus[c] Fabros, inquit, tignarios dicimus non eos duntaxat, qui tigna dolarent, ſed omnes qui ædificarent. Tigni vero appellatione in lege 12. tabular. omnis materia continetur, ex qua ædificia conſtant. Sed hic de ijs, qui trabes procereſue dolant, & ædificijs imponunt, intelligi arbitror, cum alij propria habeant vocabula. Hos aliqui putant eſſe, qui a Conſtantino[d] & Valentiniano[e] fabri centonarij appellantur, quorum corpori Conſtantinus iubet dendrophoros inſeri;[f] Hos eſſe puto quos Paternus ſyluam infindere ſcribit,[g] & cæſas arbores ad centonarios dolaturos deferre. Proprium templum, in quod conueniebant, quemadmodum & alii corporati habebant, propriumque patronum cooptabãt, qui eorum cauſas tueretur, & quæ ad ſuos artifices ſpectabant, procuraret. Tabula ænea de ijs Regii inuenta eſt, quam hic inſerendam eſſe cenſui. Aliæque de centonariis plures alibi extant inſcriptiones, ſed hanc cæteris antecellere exiſtimo.

c in l. ferri. 235. in fin. de uerb. ſignific.
d in l. 1. C. Theo. de centonarijs, & dendroph.
e in l. 2. C. Th. cod.
f in l. 1. C. The. de centonar.
g in l. vlt. de iur. immu.

# INSCRIPTIO.

# IMP. CÆS. M. AVRELIO.
## ANTONINO AVG. PIO.

FELICE VIM PETRONIO SEPTIMI ANO COS[a]

a Circa an. Domini. 191.

X KAL. APRIL. IN TEMPLO COLLEGI FABRVM ET CENTONARIORVM REGIENSIVM.

QVOD REFERENTIB. P. SÆNIO MARCELLINO ET C. AVFIDIO DIALOGO QVÆSTORIB. V F[b] IV SILIVM IVLIANVM VIRVM ET VITA ET MODESTIA ET INGENITA VERECVNDIA ORNATVM ET LIBERALEM O-PORTERE COLLEGI NOSTRI PATRONVM COOPTARI. VT SIT CÆTERIS EXEMPLO IVDICI NOSTRI TESTIMONIVM.

b Verba fecerunt.

Q F P D E R I C[c]

c Quid fieri placeret de ea re ita censuerunt.

SALVBRI CONSILIO TAM HONESTA RELATIONE A QVAE-STORIB. ET MAGISTRIS COLLEGI NOSTRI FACTAM ET SINGVLI ET VNIVERSI SENTIMVS ET IDEO EXCVSANDAM POTIVS HONESTO VIRO IVLIANO HVIVS TARDÆ COGI-TATIONIS NOSTRÆ NECESSITAT. PETENDVMQVE AB EO LIBENTER SVSCIPIAT COLLEGI N[d] PATRONAL HONO-REM TABVLAMQVE AEREAM CVM INSCRIPTIONE HVIVS DECRE N[e] DOMO EIVS PONI CENSVERVNT.

d Collegij nostri Patronalem.

e Nostri.

BRACTEARII, ideſt πεταλουργοὶ auri laminas ad inaurandum attenuabant. D.Hieronymus ad Fabiolã, auri laminæ, ideſt, bracteæ mira tenuitate tunduntur. Hi à Paterno & Cod.Theod.prętermittuntur.

Alij quidam à Paterno[f] à perſonalibus muneribus immunes nominantur, quorum aliqui ſunt artifices, aliqui non: inter eos ſunt gubernatores nauium. Vnde apud Iabolenum[g] Archigubernus pro eo, qui totam claſſem regit, ponitur. Ex artificibus Naupegi, nauium ædificatores, balliſtarii, ſcandularii, qui ſcandulas tecta tegentes fabricant. Gladiatores po his, qui gladios faciunt. Tubarii tubarum artifices, cornuarii, arcuarii, item qui calcem coquunt, & ſyluam infindunt, carbonem cædunt ator rent, ideſt ligna ad parandum carbonem cernunt, & poſtea in carbones torrent, quemadmodum alibi Vlpianus declarat. Lanii, venatores, victimarii, præco, buccinator. Alii præterea à Paterno nominãtur, quos pro artificibus non habeo, & eos recenſet, qui militiæ inſeruiebant. eius enim lex ex lib. 1. militarium eſt decerpta.

f in d.l. vlt. de iur.immu.

g In l.Seius Saturninus ad Trebellia.

36 INTESTINARII in Cod. Theo. adduntur, qui inteſtina fabricant. Eſt autem inteſtinum opus ex ligno ad ornatum ædium Varro lib. 3. de re ruſtica, cum villas haberes opere tectorio & inteſtino, ac pauimentis nobilibus Lithoſtrotis ſpectandam, parum putares eſſe, niſi tuis quoque litteris exornati parietes eſſent.

TESSELLARI, qui teſſellas, ideſt parua quadra pauimentis infigunt. Scribit Tranquillus in C.Cæſare cap. 45. ipſum in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circuntuliſſe. Pauimentorum quoque teſſellatorum atque ſectilium Vitruuius meminit. Hi ſunt in iure nominati artifices, quorum, prout diſtinctæ erant artes, ita propria ſeparataque erant collegia corpora nuncupata; quæ cum maximam plebis partem, & fermè totam continerent, & ciuitatibus eſſent neceſſaria, prætermittenda non eſſe duxi.

Hæc erant municipiorum ſub imperio Romano munera, ex quibus ſcire licet, quanta induſtria ciuitates regerentur. Ego hoc breuiariũ magiſtratuum officiorumq; municipaliũ Notitię dignitatum vtriuſq; imperij addendũ putaui, vt quemadmodum ibi prouinciarum, & palatii gradus, ita hic ciuitatum munera cognoſcerentur.

*FINIS.*

# AVCTORES IN COMMENTARIO
## NOTITIAE CITATI.


*A*

ACRON.
Aelianus.
Aelius.
Aelius Lampridius.
Aelius Spartianus.
Aelius Donatus Grammaticus.
Aenas ſyluius.
Agathius.
Aetius.
Aimonius.
Albertus Magnus.
Ammianus Marcellinus.
D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſ.
Ambroſius de Vignate.
Andreas Tiraquellus.
Andreas Alciatus.
Angelus Clauaſius.
Angelus Politianus.
Antonius Auguſtinus.
Appianus Alexandrinus.
Apolonius.
Apuleius.
Ariſtides Smyrnaus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles Stagyrita.
Aſconius Padianus.
Atheneus.
Aulus Gellius.
Aulus Perſius.
D. Aurelius Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus.
Auſonius.

*B*

BAlſamon.
Bartholomęus de Caſsaneo.
D. Baſilius.
Beda.
Bernardinus Rutilius.
Benedictus de Plumbino.
Bernardus Iuſtinianus.
Boccacius de claris fœminis.
Blondus.
Budaus.

*C*

CAius Plinius ſecundus.
Calliſtus.
Caſſianus.
Claudianus.
Candaules.
Caſsianus de inſtitutis renunciantium.
Caſsiodorus.
Cattellianus Cotta.
Cedrenus.
Cęlius Calcagninus.
Cęſar.
Cęſaris commentarij.
Cęſaris Baronij annales.
Chryſippus.
Claudius Galenus.
Clemens in lib. conſtitutionum.
Clemens Alexandrinus.
Codex Theodoſianus.
Cœlius Rhodiginus.
Collatio legum Romanarum cum legibus Moyſis.
Collumella.
Conſtantinus Imp. de thematibus.
Conſtantinus Porphyrogenneta.
Corippus Africanus.
Cornelius Tacitus.
D. Cyprianus.

*D*

DAma[illegible]
Demoſthen[illegible] orator Græcus.
Diodorus Siculus.
Diomedes Grammaticus.
Dion Caſsius cognomento cocc[illegible]
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dionyſius Areopagita.
Dioſcorides.
Dorotheus Græcus.

*E*

EPiphanius.
Euagrius.
Eucherius.
Eugardus.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebij hiſtoria eccleſiaſtica.
Europius presbyter.

*F*

FEſtus.
Flacus Verius.
Flauius Vegetius Renatus.
Flauius Vopiſcus.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Maturantius.
Franciſcus Curtius Papienſis.
Franciſcus de Ripa.
Franciſcus Porcellinus.
Franciſcus Petrarcha.
Fortunatus in lib. de nauigio ſuo.
Froiſardus Gallus.


Gaſſurius

G

G Affurtus Genuenſis.
Gaguinus Gallus.
Georgius Merula.
Geruaſius Tibelenſis.
Godfridus Anglus hiſtoriographus.
D. Gregorius Nazianzenus.
D. Gregorius Pont. Max.
Gregorius Turo.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Durandus.
Gulielmus Montanus Landenſis.
Gulielmus Gallus Tyrius epiſcop.

H

H Ector Boetius.
Hegeſippus de excidio vrbis Hieroſolym.
Herodianus.
Herodotus.
Heredotius.
Hermenopulus.
Hesychius.
Hieracleus philoſoph. Græcus.
D. Hieronymus.
Hippocrates.
Hippolytus de Marſilijs.
Hircius.
Homerus.
Horatius.

I

D. I Oannes Chryſoſtomus.
Ioannes Goripius.
Ioannes Villanus.
Ioannes Tritemius Abbas.
Iornandes Alanus.
Ioſephus.
Ioſephus ſcaliger.
Iſidorus.
Itinerarium Antonini.
Iulius Capitolinus. hic eſt allegatus in Noitia.
Iulius Cæſar.
Iulius Firmicus.
Iulius Frontinus.
Iuſtinns.
Iuuenalis.
Iuuentius Cœlius.

L

L Actantius Firmianus.
Laertius.
Lanciletus Politus.
Laurentius Valla.
Laurus à Palatijs.
Laonichus Chalcondylla.
Lazarus Bayſius.
Lazius.
Leo Imp. de bellico apparatu
Leonardus Aretinus.
Lucius.
Lucius Feneſtella.
L. Florus.
D. Lucas Euangeliſta.
Ludouicus Pontanus.
Ludouicus Comezius.

M

M Acrobius Aurelius Theodoſius.
M. Actius Plautus.
Marcellinus comes.
M. Terentius Varro.
M. Nizolius Brixellenſis.
M. Tatius alpinus.
M. Valerius Martialis.
M. Varro.
Marcocus Teniolenſis.
Marculſus monachus de formulis priuatorum publicorumque negociorum.
M. Aurelius Caſſiodorus.
Marc. Fabius Quintilianus.
Marc. Tul. Cicero.
Marius Salomonius
Marthus Laudenſis.
Matthæus Palmerius.
Maternus.
Martyrologium.
Metaphraſtes.
Michael Pſellus.
Mimus Publianus.
Muſatus.

N

N Azarius in Panegyrico Conſtantini.
Nicolaus Bellonus.
Nicolaus Boemus.
Nicephorus.
Niceta.
Nonius Marcellus Tiburticenſis.

O

O Dofredus Beneuentanus.
Oecumenius.
Olimpiodorus Philopphus.
Ortelius.
Otto Morena Laudenſis.

P

P Alladius.
Paterculus.
Paulinus Nolanus epiſcopus.
Paulus Oroſius.
Paulus Diaconus.
Paulus in libris ſententiarum.
Pauſanias.
Perſius.
Petrus Ancharanus.

Phaue.

Phauorinus Arelatenſis.
Philelphus.
Phocylides Mileſius.
Philo.
Philon Hebræus.
Philon biblius.
Philoſtratus Græcus.
Pierius.
Pindarus.
Platina.
Plato philoſophus Athenienſis.
Plinius.
Plinius iunior, hic credo eſt allegatus.
Plutarchus cheronæus ex Bæotia.
Polybius.
Polidorus Vergilius.
Pollux.
Pomponius Lætus.
Pomponius Mela.
Priſcus magiſter epiſtolarum Theodoſii ſecundi.
Procopius.
D. Proſper.
Prudentius.
Ptolemæus.
Publicus Ouidius Naſo.
Publius Terentius Afer.
Publius Virgilius Maro.
Publius Victor.

Q

Q Vintus Curtius.
Quintus Horatius Flaccus.

R

R Aphael Volaterranus.
Rodulphus agricola.
Ruffinus Aquileienſis.

S

S Abellius.
Sabinus Floridus.
Saluianus de prouidentia.
Sagadinus.
Seneca.
Seruius Maurus Honoratus.
Sebaſtianus Derrerus.
Sext. Aurelius Victor.
Sextus Pompeius Feſtus.
Sextus Ruffus.
Sidonius Apollinaris.
Sigibertus Hiſtoricus.
Socinus.
Socrates.
Solinus.
Solon legislator Athenienſis.
Sophotatus Curopalata.
Sozomenus.
Spartianus.
Statius Papinianus.
Statius in Thebaide.
Stephanus de vrbibus.
Stephanus de Phedericis.
Strabo Amaſæus philoſophus.
Suetonius Tranquillus.
Suidas.
Sulpitius Seuerus.
Surius.
Symmachus.
Syneſius.

T

T Ertullianus.
Theodoretus.
Theophilus.
D. Thomas de Aquino.
Titus Liuius.
Titus Lucretius.
Trebellius Pollio.
Tripertita hiſtoria.
Trogus.

V

V Alerius Maximus.
Valerius Probus.
Vdalricus Zaſius.
Vegetius.
Velleius.
Vibius ſequeſter.
Viglius Zuichemus.
Vincentius Bellonacenſis.
Vitruuius.
Vuohgangus Lazius.
Volumen ſynodorum.
Vopiſcus.
Vrbicus Frontinus de limitibus.

X

X Enophon.

Z

Z Onaras.
Oſimus.

F I N I S.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA